Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Harvard College Library

From the
CONSTANTIUS FUND
Bequeathed by
Evangelinus Apostolides Sophocles
Tutor and Professor of Greek
1842–1883

For Greek, Latin, and Arabic
Literature



ENCHIRIDIUM DICTIONIS EPICAE.

ENCHIRIDIUM

659-33

DICTIONIS EPICAE

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

LITT. HUM. DR., IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA PROF. ORD.

LUGDUNI BATAVORUM
APUD A. W. SIJTHOFF
MDCCCXCIV

Gh 64.238
A

1893, Sept. 20 - 1894, May 24.

Constantine Smith.

PRAEFATIO PARTIS PRIORIS.

Opus, cuius initium in lucem emitto, si tamdiu in scriniis mihi fuisset retinendum donec satis absolutum atque perfectum mihi videretur, nunquam, sat scio, prodiisset; insunt enim haud pauca in quibus neque ipse mihi satisfacio neque aliorum iudicium confidenter expecto. Vel sic tamen utilia fore spero quae per annos multos mihi collecta sunt et elaborata. Ferebat autem ratio ut ea, quibus veluti fundamento innisi sumus dum carmina Homerica recensebamus, nunc, postquam ad finem perducta est Odyssea, accurate et fuse exponerentur. Sed quem coniunctim olim suscepimus laborem, is magis magisque in meos incubuit humeros et tandem soli mihi exantlandus fuit; in hoc enim libro concinnando omnino me defecit opera fidi sodalis mei atque amici Mendes da Costa, qui vitae aerumnis oppressus variisque negotiis districtus officium, quod in se receperat, detrectare debuit quantumvis invitus. Id quod non meam tantum vicem sed magis etiam lectorum graviter doleo. Hinc autem factum est ut dimidiatus iam prodeat liber, quem integrum potius evulgassem si spes fuisset ut intra exiguum temporis spatium posset ad exitum perduci. Nunc, ut quantum licet stem promisso quod in Iliadis nostrae fine dedimus, in lucem emitto partem priorem, alteram autem cum prolegomenis et indicibus ut primum potuero — sequenti fortasse anno, nisi spes me frustraverit, — prelo committam. Amicus autem si Nestoris verbis meum librum allocutus fuerit: *καί νεν ἐμὸς πάις εἴης*, non nimis longe a scopo aberrasse me confidam.

L. B., mens. Septembr. MDCCCXCII.

Temporis spatio non ita magno interlapso altera iam operis pars offertur philologis, nec possum quin hoc loco ex animi sententia grates agam viris doctis qui de parte priore benevole admodum iudicium tule-

runt hactenus: C. Sittl Neue Philologische Rundschau 1893 p. 102, J. W(ackernagel?) Liter. Centralblatt 1893 p. 327, P. Cauer Berl. Philologische Wochenschrift 1893 p. 938 sqq., A. Platt Classical Review 1893 p. 360, Anonymus in Academy m. Mart. 1893, G. M. Sacorraphus in Parnasso 1893 p. 467, S. J. Warren Museum (Maandblad etc.) 1893 p. 53. Quorum verba erexerunt me dum molestum laborem absolvebam, spemque mihi fecerunt fore ut non frustra in hoc campo me exercuisse censear.

Prolegomenis quae operi praemisi non Homericam illam quaestionem quae dici solet denuo ventilare novave luce illustrare studui, sed iuniorum potissimum commodo in hac certe libri parte prospiciens res minime reconditas succincte ita volui enarrare ut quivis facili negotio eas cognoscere unoque veluti obtutu complecti posset.

Corrigenda et addenda quin libro typis perscripto subiungerentur fieri in huiusmodi opere non potuit. Non tamen cuncta quae minus bene a me aut ab operariis administrata esse postmodo intellexi commemoranda duxi, sed potiora tantum selegi, alia lectorum benevolae sagacitati sciens reliqui observanda, nec dubito quin nonnulla me fugerint.

J. VAN LEEUWEN J. f.

L. B., mens. Febr. MDCCCXCIV.

CONSPECTUS OPERIS,

Pag.

Fontes XI

Prolegomena XV

De carminum Homericorum I origine et compositione, II textu tradito, III interpretatione et honore inter veteres.

I. De metro 1-24

§ 1 De arsi et thesi. § 2 De hexametri origine, de dactylis et spondeis. § 3 De caesura. De versibus hypermetris.

II. (De vocum elementis) 25-182

Cap. I. De vocalibus et diphthongis 25

I. De vocali ᾱ 25

§ 4 De vocali ᾰ. § 5 De permutatis sonis ᾱ et η. § 6 De huius confusionis causis.

II. De contractione, synizesi, crasi 40

§ 7 De contractione. § 8 De synizesi. § 9 De crasi.

III. De apocope, aphaeresi, syncope 52

§ 10 De apocope. § 11 De aphaeresi. § 12 De syncope et de anaptyxi sive epenthesi.

IV. De elisione 60

§ 13 De elisione, praesertim vocalis -ι et diphthongorum -αι et -οι.

V. De hiatu 71

§ 14 De hiatu post longam syllabam. § 15 De hiatu post brevem syllabam. § 16 De hiatibus ex errore natis; de particula ἠέ vel ἤε elisa.

VI. De correptione quae fit in thesi 83

§ 17 De longorum sonorum in thesi vocalem antecedentium correptione. § 18 De vocalibus ancipitibus ᾰ ῐ ῠ η-ε ω-ο.

Pag.

VII. De productione quae fit in arsi 90

§ 19 De syllabis finalibus in arsi productis. § 20 De terminorum -δταρος -δτατος vocali ο metro cogente in arsi producta. § 21 De syllabis initialibus in arsi productis; de syllabis initialibus in compositione productis. § 22 De syllabis versuum initio productis. § 23 De syllabis finalibus quas olim producebat sequentis verbi littera initialis.

VIII. De syllabis positione productis 98

§ 24 Syllabae positione quomodo producantur. § 25 De positione debili. § 26 De vocalibus finalibus ante liquidam vel digamma productis. § 27 De syllabis vi elementi ϱ productis; de duplicatis litteris λ μ ν ϱ σ. § 28 De positione metro urgente neglecta.

Cap. II. De consonis 113

I. De consonis mobilibus 113

§ 29 De consonarum mobilium neglectu. § 30 De paragogico -ν. § 31 De littera -ς mobili. § 32 De vocis οὗτος littera finali. § 33 De consonis vocalibusque vocum initio mobilibus. § 34 De consona τ vel ϑ in mediis vocibus mobili.

II. De consonarum conflictu 119

§ 35 De mutis sequenti σ assimulatis. § 36 De littera σ alias ob causas geminata. § 37 De relativorum duplicatis litteris κα et τε; de geminatis litteris κκ. De mutis ante litteram μ non mutatis. § 38 De littera Ϝ praecedenti liquidae assimulata; de elementorum αμ αν λσ ϱσ iunctura. — De syllabis brevibus in arsi productis observationes generales. § 39 De metathesi (αϱ-ϱα etc.).

III. De littera digamma 131

§ 40 De digammo Homerico detecto; de huius elementi in dictione epica vi et usu. § 41 Recensio vocum a littera Ϝ apud H. incipientium, § 42 vocum a ἰϜ, § 43 vocum ab ἰϜ- incipientium.

IV. De littera sigma 178

§ 44 De elemento sigma aevo epico vocum initio evanido, vel § 45 vacillante; de initialis elementi ϳ vestigiis.

III. De flexione nominum 183-274

Cap. I. Observationes generales 183

§ 46 De suffixo -φιν. § 47 De suffixo -ϑεν. § 48 De dativo locum indicante; de suffixo -ϑι; de locativo. § 49 De accusativo scopum indicante; de suffixis -δε -δις -ζε -σε. § 50 Conspectus terminorum casuum. § 51 De nominativo sing. vocativi vicem obeunte. § 52 De subiecto plur. neutr. verbi pluralem vel singularem adsciscenti. De dualis usu epico. § 53 De adiectivorum forma masculina feminini loco usurpata.

Cap. II. Declinatio prima 191

§ 54 De nominativo sing.; de substantivis in -ίη; de vocativis in -ᾱ. § 55 De genitivo sing. masc. § 56 De genitivo plur. § 57 De

Pag.

dativo et de accusativo plur. § 58 De nominibus post aevum epicum contractis.

Cap. III. Declinatio secunda 200

§ 59 De genitivo sing. § 60 De dativo et de accusativo plur. § 61 De nominibus post aevum epicum contractis; de adiectivis in -ε(ι)ος. § 62 De Attica quae dicitur declinatione. § 63 De stirpibus in -εο etc.

Cap. IV. Declinatio tertia 208

I. Observationes generales 208

§ 64 De dativo plur. § 65 De dativo sing. § 66 De vocum in -ις et -υς (δ, ϑ) accusativo. § 67 De voce Ϝάνα. § 68 De vocibus γόνυ δόρυ. § 69 De adiectivis in -εις. § 70 De substantivis neutr. in -ρ.

II. Stirpes in -σ 217

§ 71 De nominibus neutr. in -ος. § 72 De nominibus neutr. in -ας. § 73 De nominibus in -ης (-κλέης), Πάτροκλος, Ἄρης. De stirpium in -εσ et -ασ formis vitiose traditis.

III. Stirpes in -ι 224

§ 74 De flexione stirpium in -ι; de vocibus π(τ)όλις, ὄις, λίς; de adiectivis in -ις.

IV. Stirpes in -υ 226

§ 75 De substantivorum in -υς acc. plur. et dat. sing.; de termino -τύς; de soni υ quantitate; de vocibus βοῦς, γρῆυς, νηῦς, Ϝάστυ, πῶυ. De adiectivis in -υς. § 76 De vocibus in -ευς eorumque patronymicis.

V. Tertiae declinationis vocabula anomala 234

§ 77 De vocibus in -ώς et -ώ. § 78 De voce υἱός. § 79 De vocibus in -ηρ. § 80 De voce Ζεύς. § 81 De voce χείρ. § 82 De voce κάρη. § 83 De stirpibus ἀϜιδ-, ἀλκ-, εὐρυϜοπ-, Ϝιωκ-, ὑσμιν-, δακρυ-, δενδρε-, ἐριηρ-, πολυ-, de metaplastis vitio creatis. § 84 De vocibus δαΐ, λιπί, δῶ, κρῖ, ἄλφι, ζει-, ὄσσε, δέσματα, προσώπατα, νίφα, ἀγκάς.

Cap. V. Comparatio 243

§ 85 De comparativis in -ίων. § 86 et 87 Comparativorum et superlativorum in -ων et -ιστος recensio. § 88 Alii comparativi et superlativi memorabiles. § 89 Adverbiorum Ϝεκάς τῆλε ἄγχι comparatio. § 90 Praefixa intensiva et negativa.

Cap. VI. Numeralia 249

§ 91 Cardinalia, ordinalia, adverbia numeralia.

Cap. VII. Pronomina 251

I. Personalia et reflexiva 251

§ 92 De personalium formis Homericis. § 93 Recensentur formae aliquot rariores. § 94 De reflexivo personalium usu.

Pag.

II. Possessiva 260

§ 95 De formis possessivorum; de possessivo 3ae personae reflexive usurpato; de adiectivi φίλος usu.

III. Demonstrativa et determinativa 262

§ 96 De pronomine ὅ(ς) τό ἥ cum adverbio τῶς ὡς. De dativo τῷ adverbii vicem obeunte. Vocula τό non valet *propterea*. § 97 De flexione et usu pronominum ὅδε, οὗτος, κεῖνος. § 98 De pronominibus αὐτός et ὁμός.

IV. Pronomen interrogativum et indefinitum . . . 269

§ 99 De pronomine τίς τις. § 100 De pronomine negativo οὔ τις.

V. Pronomina relativa 270

§ 101 De pronomine ὅς ὅ ἥ. De pronomine ὅ τό ἥ relativi locum obeunte. De adverbio ὡς. § 102 De pronomine ὅς τις. § 103 De neutro ἅ(τε) coniunctionis loco adhibito.

IV. De flexione verborum 275-529

Cap. I. Observationes generales 275

I. De verbi generibus 275

§ 104 De futuro passivi. § 105 De medii passivique aoristis permutatis. § 106 De activo medioque permutatis.

II. De verbi temporibus et modis 277

§ 107 De aoristo gnomico. De verbi μέλλω usu. § 108 De usu subiunctivi. § 109 De optativo orationis obliquae. De optativo indicativi locum occupante.

III. De terminationibus personarum 285

A. De terminationibus activi.

§ 110. De ind. plusqmpfecti terminis. § 111 De 2ae personae sing. terminis -σι et -σθα. § 112 De 1ae et 3ae personarum terminis -ωμι -μσι(ν). § 113 De optativi aor. terminis. § 114 De optativis in -ίην -δοιμι etc. § 115 De dualis termino -τὴν. § 116 De 3is personis plur. in -ἄν -σν -ον -ὖν. Tractantur formae insolitae -αίησαν, -οίτων, ἴστων, -ᾶσι pro -ᾶσι.

B. De medii passivique terminationibus.

§ 117 De 2ae personae sing. suffixis -σαι et -σο. § 118 De 1ae personae plur. terminatione -μεσθα et vitiosa terminatione -μεσθον. § 119 De 3ae personae plur. terminis -ἄται -ἄτο. § 120 De optativis in -ίμην -οίμην. § 121 De athematicae flexionis usu prisco. § 122 De subiunctivi formis brevi vocali ε ο instructis.

Cap. II. De nominibus verbalibus 314

I. De infinitivo 314

§ 123 De infinitivo finem indicanti. § 124 De infinitivo imperativi vicem obeunti. § 125 De infinitivi termino -μεναι. De termino -ναι. § 126 De termino -μεν.

Pag.

II. De participio et adiectivo verbali 324

§ 127 De participii aoristi usu; de flexione periphrastica. § 128 De adiectivo verbali. § 129 De substantivis verbalibus.

Cap. III. De augmento et de reduplicatione 328

I. De augmento 328

§ 130 De augmenti usu Homerico. § 131 De stirpium a littera ϝ incipientium augmento. § 132 De litteris λ μ ν ϝ σ ϱ post augmentum geminatis. De augmenti syllaba ἠ- vitiosa. § 133 De syllaba ἰ- reduplicationis loco usurpata.

II. De reduplicatione 345

§ 134 De reduplicationis syllaba positione producta; de verborum a littera ϱ aut ϝ incipientium reduplicatione. § 135 De Attica quae dicitur reduplicatione. § 136 De reduplicatione aoristi II. § 137 De reduplicatione futuri.

Cap. IV. De praesentis conformatione 349

I. De stirpe praesentis 349

§ 138 et 139 De praesentis reduplicatione. § 140 De terminatione inchoativa. § 141 De praesenti ope soni ι(ϳ) producto. § 142 De elemento ϑ verborum stirpibus subiuncto. § 143 De verbis in -άνω. § 144 De stirpibus monosyllabis variis rationibus extensis. Stirpes duplices in -αϑ et -α, -αν et -α, -αϑ et -αν, -ιϑ et -ε, -ευ et -ε.

II. De flexione quae vocali thematica caret . . . 358

§ 145 De vocali thematica liberius omissa aut addita. De 3ae personae plur. terminis -σι et -ᾶσι.

Cap. V. De formis iterativis 360

§ 146 De flexionis iterativae terminis et augmento.

Cap. VI. De futuri littera σ carentis conformatione. 363

§ 147 De littera σ futuri extrusa. De futuri contractione vitiosa. De praesenti futuri munere fungenti.

Cap. VII. De aoristo secundo 365

I. De aoristo II activi et medii 365

§ 148 De aoristi II origine et conformatione. § 149 et 150 Recensentur cuncti aoristi II act. et med. apud Homerum obvii. § 151 De praeteritis in -ϑον.

II. De aoristo mixto 386

§ 152 De sigmatico aoristo terminationibus aoristi II^{i} ornato. § 153 De aoristo II° terminationibus aoristi sigmatici ornato.

III. De aoristo II passivi 388

§ 154 Aoristorum in -ην recensio. § 155 et 156 De aoristis biformibus in -ϑην et -ην.

Pag.

Cap. VIII. De perfecto 390

§ 157 De perfecti origine; perfecta in *-κα* recensentur Homerica. § 158 Perfectorum Homericorum sine littera *κ* conformatorum fit recensio. § 159 De perfecti subiunctivo, optativo, participio. § 160 De perfecti flexione primitiva; afferuntur formae Homericae quae hinc prodierunt. § 161 De perfecto *ἐγρήγορα*.

Cap. IX. De temporum conformatione anomala aliasve ob causas notabili 404

I. De stirpibus in *ι* vel *υ* vel diphthongum desinentibus 404

§ 162 De quantitate soni *ι* vel *υ* verborum in *-ίω* et *-ύω*. § 163 *ἀύω*. § 164 *ῥύομαι*. § 165 *τίω τίνω*. § 166 *φθίνω*. § 167 *δύομαι δύνω*. § 168 *δίδϝοικα δεδϝίσσομαι*. § 169 *κεῖμαι κείω*. § 170 *στεῦται*. § 171 *-αίνυμαι*. § 172 *κίνυμαι*. § 173 De verbis in *-αίω -σίω* (= *-αϝjω -σϝjω*). § 174 *ἰαύω*. § 175 *γαίω γάνυμαι γηθέω*. § 176 *δαίω*. § 177 *καίω*. § 178 *κλαίω*. § 179 *χραυ-*. § 180 *ἀλέομαι*. § 181 *δεύομαι*. § 182 *θέω*. § 183 *κλείω*. § 184 *νέω*. § 185 *πλέω*. § 186 *πνέω*. § 187 *ῥέω*. § 188 *σεύω, σείω*. § 189 *χέω*.

II. De stirpibus in *ᾱ, η, ω* desinentibus 420

A. De flexione quae fit ope vocalis thematicae.

§ 190 De verbis in *-άω -ήω -όω*. § 191 De verborum in *-άω -έω -όω* contractione et distractione. § 192 De verborum in *-άω* futuro etc. § 193 *δηριάομαι, δοκέω, φιλέω*. § 194 *ζάω*.

B. De flexione a qua vocalis thematica abest.

§ 195 De vocali thematica omissa; afferuntur infinitivi in *-ήμεναι* (*-ύμ. -ώμ.*), dual. impf. in *-ήτην*, aliae formae singulares. § 196 *ἵστημι, ὀνίνημι, πίμπλημι, πίμπρημι, ἐπίσταμαι, τίθημι, ἵημι, δίδωμι*. § 197 *ἄημι*. § 198 *διδήμι* (*δίω*). § 199 *δίεμαι*. § 200 *δίζημαι*. § 201 *ϝίεμαι*.

C. De verbis quorum stirps in praesenti et imperfecto incrementum cepit.

§ 202 *βαίνω*. § 203 *διδάσκω*. § 204 *μιμνήσκω*. § 205 *δαίω δαίνυμι*. § 206 *πάσασθαι*. § 207 *φθάνω*. § 208 *κιχάνω*.

III. De stirpibus quas claudit muta dentalis . . . 454

§ 209 De huius sectionis verbis Homero propriis. § 210 De littera *σ* futuri et aoristi duplicata. § 211 *ἀλδάνω, ἄρδω, ἀμέρδω* (bis), *ἄντομαι, ἐϝέλδομαι, ἰμάσσω, κίνσαι, πίρθω, σπίνθω*. § 212 *ϝιδ-*. § 213 *κήδω*. § 214 *πεύθω*. § 215 *μήδομαι μέδομαι*. § 216 *πέτομαι*. § 217 *πείθω*. § 218 *εἴωθα*. § 219 *φείδομαι*. § 220 *λίσσομαι, ἵζω* et *ἧμαι, ῥράζω, χάζομαι*. § 221 *ῥαίνω, καίνυμαι, ἰριδ-, ϝανδάνω* et *ϝήδομαι, χανδάνω, λήθω λανθάνω, πεύθομαι*.

IV. De stirpibus in consonam gutturalem exeuntibus 464

§ 222 *ἴζομαι, ἀλαπάζω, βάζω, ῥυστάζω, στάζω, σφάζω, ὀαΐζω, ὀνυπαλίζω, ἐναρίζω ἐναίρω, πτερσίζω, μερμηρίζω, πολεμίζω, π(τ)ολεμίζω, στηρίζω, στυφελίζω, ἀτύζομαι*. § 223 *κλάζω, πλάζω, λιγγ-, φορμιγγ-, σαλπιγγ-*. § 224 *ἁρπάζω,*

Pag.

Fέρδω ῥέζω, ἀφύσσω. § 225 *ἄνωγα.* § 226 *δέρκομαι.* § 227 *δέχομαι.* § 228 *ἐρύκω ἐρητύω.* § 229 *FιFάχω.* § 230 *(ἰ)Fίργω.* § 231 *ἵκω.* § 232 *λεχ-.* § 233 *μακ-.* § 234 *ὀρέγω.* § 235 *τμήγω.* § 236 *τίκτω τεύχω τιτύσκομαι τυγχάνω.* § 237 *φεύγω.* § 238 *πλήσσω, πτήσσω, Fελίσσω.* § 239 *μυκάομαι, λιμάω, στυγέω.* § 240 *ἀχ (ἀκαχίζω* etc.). § 241 *ὀίγνυμι, πήγνυμι, ῥήγνυμι, λαγχάνω.* § 242 *ἁλύσκω, FεFίσκω, μίσγω.*

V. De stirpibus in mutam labialem desinentibus . 479

§ 243 *λάζομαι, νίζω, ἰνίσσω, ὄσσομαι, πίσσω.* § 244 *βλάπτω, φέρομαι.* § 245 *ἕρπω.* § 246 *ἐννέπω.* § 247 *ἕπω.* § 248 *στρέφω.* § 249 *τίθημι θήσομαι θαμβέω.* § 250 *τέρπω.* § 251 *τρέπω.* § 252 *τρέφω.* § 253 *τύπτω.*

VI. De stirpibus in liquidam desinentibus 485

§ 254 De aoristis in *-λσα* et *-ρσα*, de futuris in *-ρσω.* § 255 *ἀγείρω.* § 256 *ἀείρω.* § 257 *ἄνω.* § 258 *βάλλω.* § 259 *βούλομαι.* § 260 *γεγων-.* § 261 *γίγνομαι.* § 262 *δέμω.* § 263 *ἐντύνω.* § 264 *ἐρ-* (*εἴρομαι* etc.). § 265 *Fελ-* (*Fέλλω* etc.). § 266 *κέλομαι κελεύω.* § 267 *κρ(α)αίνω.* § 268 *κρίνω.* § 269 *κτείνω.* § 270 *μέλω.* 271 *μερ-.* § 272 *ὀφέλλω* § 273 *ὀφείλω.* § 274 *πάλλω.* § 275 *πέλομαι.* § 276 *πορ-.* § 277 *σερ-.* § 278 *τάμνω.* § 279 *τεν-* (*τιταίνω* etc.). § 280 *φαν-* (*φαίνω* etc.). § 281 *φεν-.* § 282 *χαίρω.* § 283 *χραισμ-.* § 284 *ἄρνυμαι, ὄλλυμι, ὄμνυμι, ὀρ-(ὄρνυμι* etc.). § 285 *ἁρ-(ἁραρίσκω* etc.), *ἰπαυρίσκομαι, θρῴσκω, βλῴσκω.*

VII. De stirpibus in consonam σ desinentibus . . . 505

§ 286 De verbis in *-αίω -εἰω* (= *-ασjω -εσjω*); *γελαίω, λιλαίομαι, μαίομαι, ναίω, ἀκείομαι, νεικείω, ὀκνείω, τελείω, Fοινοβαρείων.* § 287 De futuri et aoristi littera *σ* geminata; *ἀασ-, ἰλαύνω, ἀρυσ-.* § 288 *ἀέξω, ἀλέξω, τέρσομαι.* § 289 *αἰδ(ἰ)ομαι.* § 290 *κοτέω.* § 291 *μάχομαι.* § 292 *νίσσομαι νίομαι.* § 292* *δίω.* § 293 *Fερύω.* § 294 *ὀδυσ-.* § 295 *αἰνέω, ἱλάσκομαι, λοέω, πενθέω, ποθέω, ῥαίω, στερεσ-.* § 296 *δάμνημι.* § 297 *κίρνημι.* § 298 *πίλναμαι πελάζω.* § 299 *πέρνημι.* § 300 *πίτνημι.* § 301 *σκίδνημι.* § 302 *εἰμί.* § 303 *Fέννυμι Fεῖμαι.* § 304 *κορέννυμι.* § 305 *ἀγαίομαι, 'δίατο, δύναμαι, ἵραμαι, κρέμαμαι, ὄνομαι.*

VIII. De verbis quorum tempora a diversis aliquot stirpibus ducta sunt 523

§ 306 *Dico.* § 307 *Edo.* § 308 *Venio.* § 309 *Video.* § 310 *Curro.* § 311 *Fero.*

V. De particulis 530-591

Cap. I. De praepositionibus 530

§ 312 et 313 De praepositionum vi primitiva; de tmesi. § 314 De anastrophe. § 315 De forma praepositionum *προτί, ὑπό, παρά, εἰς, ἐν, ξύν, ὑπείρ.* § 316 De usu praepositionum *ἀμφί* (cum adverbio *ἀμφίς*), *ἀνά, διά, μετά, περί*; de voce *ἄνα*; de verbo *ἐστί* vel *εἰσί* post praepositionem omisso. § 317 De praepositionibus inter se iunctis. § 318 De adverbiis praepositionum vicem obeuntibus *ἄγχι, μέχρι(ς), ἄχρι(ς), ἰθύς, με(σ)σηγύ(ς), ἄντα (ἀντί), προπάροιθε(ν), ἄτερ, Fεκάς, Fέκητι, ὀΐμας, εἵνεκα.*

Pag.

Cap. II. De adverbiis 545

§ 319 De adverbiis in -ως. § 320 De adverbiis in -ᾰ. § 321 De adverbio μάλα. § 322 De adverbiis in -θε(ν), -θι(-ου), -σε, δις. § 323 De adverbiis correlativis τῆμος-ἦμος, τόφρα-ὄφρα, τῆος-ἧος. § 324 De adverbiis ἄψ, πάλιν, σχεδόν, ἐξείης, ἵνα, ἄφαρ, εἶθαρ, πάρος, ϝῆν, αἶσι, ἀγχάς, ἄδην, ἄκην, ὕμπης, πάγχυ, ἠύτε, φή.

Cap. III. De coniunctionibus 555

§ 325 De coniunctionibus coordinantibus ἠμέν-ἠδέ (ἰδέ), τε, αὐτάρ. § 326 De coniunctionibus subordinantibus εἰ-αἴ, εὖτε, ὄφρα, ἧος, μή = ἵνα μή. De particula κεν (ἄν). § 327 De particula ἦ(ἤ) a dubitantibus iterata. § 328 De particulis ἄρα, τε, περ, θην, δή-δέ, εἶα, τῆ, πόποι. § 329 De particularum ordine.

Addenda et corrigenda 592

Index 595

In hoc opere componendo praeter carminum epicorum recensiones antiquiores, scholiorum ad Iliadem atque Odysseam pertinentium editiones **Bekkeri** et **Dindorfii, Eustathium** a **Stallbaumio, Apollonii** lexicon Homericum a **Tollio** editum, haec praesertim adhibui subsidia:

C. G. Heyne Homeri Carmina (Ilias), VIII vol., Lipsiae 1802.

R. Payne Knight Carmina Homerica ... in pristinam formam ... redacta, Londini 1820.

I. Bekker Carmina Homerica, ed. 2ª Bonnae 1858.

J. La Roche Odyssea ad fidem librorum, Lipsiae I 1867, II 1868.

———— Ilias ad fidem librorum optimorum, Lipsiae I 1873, II 1876.

A. Nauck Odyssea Berolini 1874.

———— Ilias Berolini I 1877, II 1879.

E. Christ Iliadis Carmina seiuncta discreta emendata, prolegomenis et apparatu critico instructa, Lipsiae II vol. 1884.

A. Fick die homerische Odyssee in der ursprünglichen Sprachform wiederhergestellt, Göttingen 1883.

———— die homerische Ilias, Göttingen 1886.

A. Kirchhoff die Homerische Odyssee, ed. 2ª Berlin 1879.

Al. Rzach Iliadis Carmina, Lipsiae I 1886, II 1887.

P. Cauer Odyssea, Lipsiae I 1886, II 1887.

———— Ilias (editio maior), II vol. Lipsiae 1890.

W. Leaf the Iliad, London I 1886, II 1888.

A. Ludwich Odyssea, Lipsiae I 1889, II 1891.

F. G. Kenyon Classical texts from papyri in the British Museum, London 1891.

I. P. Mahaffy on the Flinders Petrie Papyri, Dublin 1891.

W. M. Flinders Petrie Hawara Biahmu and Arsinoe, 1889.

A. Gemoll die Homerischen Hymnen, Lipsiae 1886.

Al. Rzach Hesiodi quae feruntur omnia, Lipsiae 1884.

H. Duentzer de Zenodoti studiis Homericis, Gottingae 1848.

A. Römer über die Homerrecension des Zenodot, München 1885.

A. Nauck Aristophanis Byzantii grammatici Alexandrini fragmenta, Halis 1848.
K. Lehrs de Aristarchi studiis Homericis 1833, ed. 2ª Lipsiae 1865.
J. La Roche die Homerische Textkritik im Alterthum, Leipzig 1866.
A. Ludwich Aristarchs Homerische Textkritik nach den Fragmenten des Didymos dargestellt und beurtheilt, Leipzig I 1884, II 1885.
L. Friedländer Nicanoris *περὶ Ἰλιακῆς στιγμῆς* reliquiae, Regimontii Prussorum 1840.
———— Aristonici *περὶ σημείων Ἰλιάδος* reliquiae, Gottingae 1853.

F. A. Wolf Prolegomena ad Homerum, 1795.
M. Sengebusch Homericae dissertationes duae, in Homeri editione Teubneriana a Dindorfio curata, Lipsiae 1855 et 1856.
S. A. Naber Quaestiones Homericae, Amstelodami 1877.
R. C. Jebb Homer, an introduction to the Iliad and the Odyssee, Glasgow 1887.
O. Seeck die Quellen der Odyssee, Berlin 1887.
E. H. Meyer Indogermanische Mythen II, Achilleis, Berlin 1887.

M. W. Seberus Index Homericus, ed. nova Oxonii 1780.
A. Gehring Index Homericus, Lipsiae 1891.
W. Veitch Greek verbs irregular and defective, Oxford ed. 3ª 1871.
Lexicon Homericum, composuerunt **F. Albracht, C. Capelle, A. Eberhard, E. Eberhard, B. Giseke, V. H. Koch, C. H. Mutzbauer, F. Schnorr de Carolsfeld,** ed. **H. Ebeling,** Lipsiae II vol. 1871-1885.
D. B. Monro a Grammatik of the Homeric dialect, Oxford ed. 1ª 1882, 2ª 1891.
G. Vogrinz Grammatik des homerischen Dialektes, Paderborn 1889.
K. Brugmann ein Problem der homerischen Textkritik, Leipzig 1876.
———— Griechische Grammatik, in Handbuch der klassischen Altertums-Wissenschaft, zweiter Band, 1885.
G. Meyer Griechische Grammatik („G. Meyer²"), Leipzig ed. 2ª 1886.
R. Kühner ausführliche Grammatik der Griechischen Sprache, in neuer Bearbeitung besorgt von Fr. Blass („Kühner-Blass"), Hannover I 1890, II 1892.
G. Curtius das Verbum der Griechischen Sprache, II vol., ed. 2ª Leipzig 1877.
R. Meister die Griechischen Dialecte I Göttingen 1882.
A. Kirchhoff Studien zur Geschichte des griechischen Alphabets, ed. 3ª Berlin 1877.
F. Blass über die Aussprache des Griechischen, ed. 3ª Berlin 1888.
K. Meisterhans Grammatik der Attischen Inschriften ed. 2ª Berlin 1888.

W. Helbig das Homerische Epos aus den Denkmälern erläutert, Leipzig 1884.
Corpus Inscriptionum Graecarum („CIG.") ed. **A. Boeckh**, Berolini 1828 sqq.
Inscriptiones Graecae antiquissimae („IGA") ed. **H. Roehl**, Berolini 1882.
Sammlung der Griechischen Dialekt-Inschriften herausgegeben von **H. Collitz** („Collitz"), Göttingen 1884 sqq.
P. Cauer Delectus inscriptionum Graecarum propter dialectum memorabilium, ed. 2ª Lipsiae 1883.
G. Kaibel Epigrammata Graeca ex lapidibus conlecta, Berolini 1878.
E. S. Roberts an Introduction to Greek Epigraphy, Cambridge 1887.

G. Hermann Orphica, Lipsiae 1805.
F. Spitzner de versu Graecorum heroico, Lipsiae 1816.
W. von Hartel Homerische Studien, Sitzungsbericht der Wiener Akademie 1874 (Bd. 76 et 78).
O. Grulich Quaestiones de quodam hiatus genere in Homeri carminibus Halis 1876.
W. Christ Metrik der Griechen und Römer, ed. 2ª Leipzig 1879.
Is. Hilberg das Prinzip der Silbenwägung, Wien 1879.
H. Usener altgriechischer Versbau, Bonn 1887.
F. G. Tisdall, a Theory of the origin and development of the heroic hexameter, New-York 1889.

R. Dawes Miscellanea critica 1745, ed. 2ª 1781 cur. Th. Burgess, 3ª 1800 cur. G. C. Harless, 4ª 1817 cur. Th. Kidd.
H. L. Ahrens Kleine Schriften I (annorum 1836 sqq.), post mortem scriptoris collegit C. Häberlin, 1891.
I. Bekker Homerische Blätter, Bonn 1863-1872.
C. A. J. Hoffmann Quaestiones Homericae, Clausthaliae I 1842, II 1848.
A. Nauck Mélanges Gréco-Romains (iterata ex Bulletins de l' Académie Imperiale des sciences de St. Pétersbourg), Petersbourg 1862 sqq.
A. Leskien de ratione quam I. Bekker in restituendo digammo secutus est, Lipsiae 1866.
K. Koch de augmento apud Homerum omisso, Brunsv. 1868.
Skerlo über den Gebrauch des Augments bei Homer, Graudenz 1874.
P. Molhem de augmenti apud Homerum Herodotumque usu, Lund 1876.
J. la Roche das Augment des griechischen Verbums, Linz 1882.
M. B. Mendes da Costa de augmento Homerico, in schedis.
J. la Roche Homerische Untersuchungen, Leipzig I 1869, II 1893.
O. V. Knös de digammo Homerico quaestiones, Upsalae 1872.
O. E. Tudeer de dialectorum Graecarum testimonia inscriptionum, Helsingforsiae 1879.

H. Flach das dialektische Digamma des Hesiodos, Berlin 1876.
——— die beiden ältesten Handschriften des Hesiod, Leipzig 1877.
H. van Herwerden Quaestiunculae epicae et elegiacae, Traiecti ad Rhenum 1876.
C. G. Cobet Miscellanea critica (e Mnemosyne iterata) 1876.
E. I. Haupt de nominum in -σύς exeuntium flexione Homerica, Lipsiae 1883.
F. Weck Homerische Personennamen, Metz 1883.
J. M. Hoogvliet studia Homerica, Lugd. Bat. 1885.
——— Grammaticale raadselen, Leiden 1892.
Jos. Menrad de contractionis et synizeseos usu Homerico, Monachiae 1886.
Ty. Mommsen Beiträge zu der Lehre von den griechischen Präpositionen, Frankfurt a. M. 1886.
S. Sobolewski de praepositionum usu Aristophaneo, Mosquae 1890.
W. Schulze Quaestiones epicae, Guetersiohae 1892.
A. Dyroff Geschichte des pronomen reflexivum, Würzburg 1892.

Praeterea qua decebat cura perpendi quae scripserunt viri docti **K. S. Kontos** in *Λογίου Ἑρμοῦ* volumine I, **Th. Bergk** in Rhein. Museum 1883, **H. van Herwerden** in Revue de Philologie 1882, idem et **S. A. Naber** in Mnemosyne, **W. Leaf** in Journal of Philology 1885, **A. Platt** in Journal of Philology 1889, 1890, 1891 et Classical review 1888, **Buth** in Philologi volumine XXXIX, **E. Hiller** in Herme 1886, **W. Schulze** in Herme 1885, idem et **L. Meyer** et **J. Wackernagel** in Kuhns Zeitschrift et in Bezzenbergers Beiträge, **F. Stolz** in Wiener Studien 1890, nec dubito quin unum et alterum qui commemorandus erat nunc praetermittam. Denique adhibui librum scholarum in usum ab amico **M. B. Mendes da Costa** et me editum het taaleigen der Homerische gedichten Leiden 1883 (ed. 3ª 1893) et commentationes quas ipse Mnemosynae inserui annis 1885—1892.

PROLEGOMENA.

Ab eo, qui dictionis epicae leges sit descripturus, iure potest expectari ut priusquam hoc opus aggrediatur in originem carminum epicorum ipsamque veterum cantorum artem data opera inquirat suamque de iis exponat opinionem. At si quis, nostra aetate praesertim, „de Homero" disputaturum se profiteatur, audaciam prae se ferat vix minus insanam quam si pontum ebibere se velle diceret. Nam maris instar est poesis Homerica; maris aeterni, cuius fluctus rhythmo ingenti nec unquam requiescente ad litora nostra provolvuntur; — maris immensi, quod simplicitate sua animos ad admirationem proripit: idem infinita abundantia rerum observatu dignarum, quibus pervestigandis ne tota quidem vita sufficiat, mentes percellens; vitae fons altissimus, cuius fundum nullus dum mortalium perscrutatus est; — maris est instar dilecti pueris lusitantibus inter conchas variegatas, quibus aestus stravit arenas; dilecti philosophis causas rerum appetentibus, qui hinc aliquando perspecturos se sperant quomodo, quando, unde vita emicuerit; dilecti poetis, quibus leni susurru fabellas inspirat rerum olim gestarum, aut ira fremens incutit furorem illum qui carminum grandisonorum affectuque ferventium est feracissimus. *Ἔστιν θάλασσα, τίς δέ νιν κατασβέσει!*

Itaque ne nimia moliendo risum moveamus, aut ultra fines, qui hisce prolegomenis constituendi fuerunt, latius expatiari materiei mole cogamur, pauca e multis selegamus oportet et succincte tractemus. Strictim erunt tangenda quae spissa sibi volumina poscant si quis rite eis perfungi velit; eminus indicanda erunt multa inter quae demorari dulce foret nec inutile; praetereunda

erunt, quoniam tempus et locus in via consistere vetant, quae cognitu sint dignissima, — simodo possint cognosci, nam in caliginosa regione versatur qui hisce de rebus aliquid explorare conatur.

I.

Epica Graecorum carmina aetatem tulerunt Ilias et Odyssea, sed multo plura olim extitisse cum docet ratio tum demonstrari potest. Nam fuisse fortes ante Agamemnona et poetas ante Homerum ipsa testantur carmina epica, in quibus vetustiora poemata saepius laudantur veterumque vatum afferuntur nomina [1]); ipsi autem Homero praeter duo quae nominavimus opera alia magni ambitus olim tribuebantur complura [2]), quorum nomina saltem et pauca quaedam fragmenta ad nos pervenerunt; praeterea in Iliadis codice A rerum in iis enarratarum breve compendium superest [3]) e Procli grammatica chrestomathia [4]) desumtum.

Postea tamen Graeci haec poemata non ipsi Homero tribuebant [5]) sed singulis aliorum poetarum (Leschae Arctini Stasini aliorum) nomina praefigebant. Praeterea Hymni in deorum honorem concepti complures inter Graecos circumferebantur et Homero adscribebantur; quos neque eodem saeculo neque eadem in regione compositos esse omnes, docent dictio rerumque tractatarum ratio; in unum autem corpus quando fuerint collecti parum constat. Nec non pro Homeri opere habebatur comicum epos Margites, de inepto illo homine qui *πόλλ' ἠπίστατο ϝέργα, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα*. Etiam iocosum carmen Batrachomyomachia, in quo ranae muresque internecivo bello se infestantes veterum heroum gesta referunt, Homerum auctorem habere olim credebatur; sed recentius multo esse quam Iliadem atque Odysseam non solum verborum formae totumque dicendi genus luculenter ostendunt, sed ne nasci quidem potuisse eiusmodi opus eadem aetate qua strenua atavorum facinora

---

[1]) Vid. infra pag. XXI.

[2]) *οἱ ἀρχαῖοι καὶ τὸν Κύκλον ἀναφέρουσιν εἰς αὐτόν*, Proclus in Chrestom. p. 468 Gaisf.

[3]) Pars, quae in codicis folio nunc deperdito scripta erat, e codice Escorialensi Ω I 12 (de quo vid. Bethe Rhein. Mus. 1893) potuit suppleri.

[4]) De qua vid. Photius in Biblioth. cod. CCXXXIX. Secundo post Chr. saeculo hunc Proclum vixisse coniecit Welcker Ep. Cycl. I 3 sqq., a Neoplatonico philosopho, qui Vo saeculo vixit, discernendum ratus.

[5]) Cypria Homero abiudicat Herodotus II 117, Epigonos IV 32.

serio carmine celebrari solerent, quivis sentit: tum demum ortum est cum poemata heroica longo usu doctis indoctisque innotuissent et decantata fere viderentur. Pigreti Halicarnassio V[I] saeculi poetae tribuunt Suidas [1]) et Plutarchus [2]), Alexandrina demum aetate compositum esse suspicatus est van Herwerden Mnemos. 1882 p. 163 sqq.

Alia carmina nonnulla exigui ambitus Homero adscribebantur, quae neque argumenti gravitate dictionisve elegantia sunt insignia neque admodum vetusta esse videntur. Denique eidem poeseos generi accensenda sunt carmina Hesiodea; nam vix ullius momenti est discrimen, quod multi statuerunt inter epicam Homeri et didacticam Hesiodi poesim, nec nisi de Theogonia atque Operibus hoc nomen usurpari potest; cetera autem carmina quae Hesiodo attribuuntur, Herculis dico Clypeum et opera deperdita, heroica sunt mera et in argumentis Iliadi atque Odysseae affinibus versantur.

Sed Hesiodea carmina nunc mittamus oportet, neque in Homeri ope deperdita inquiremus, Hymnos autem nonnisi in transitu spectabimus, solis Iliadi et Odysseae immorabimur.

Unum eundemque vatem, cui Homerus nomen fuisset, utrumque opus condidisse et ad finem perduxisse putabant Graeci, certe ab illo inde tempore de quo resciscere aliquid possumus. *Χῖος ἀνήρ* hic poeta vocatus est a Simonide Ceo fr. 85, alii aliunde eum repetebant deque eius fatis varia narrabant [3]), civitates autem complures eum sibi vindicabant, e quibus septem prae ceteris commemorari solent [4]). Quarum quae primo loco nuncupatur plerumque [5]), urbs *Smyrna* in Aeolidis et Ioniae confinio posita, ab Aeolibus olim condita, postea vero ab Ionibus ex urbe Colophone oriundis occupata [6]), epicae poeseos cunas tenuisse non sine probabilitate aliqua

---

[1]) S. v. *Πίγρης*.

[2]) Mor. 873*f*.

[3]) Homeri vitas, quarum quae antiquissima et poematiis aliunde ignotis exornata est Herodoti nomen ementitur, collegit Westermann in Biographorum editione p. 1-45. Omnium primi de Homeri genere scripserunt *λογογράφοι* saeculis VIo et Vo ante Chr., in his Pherecydes; vid. Songebusch Dissert. Hom. I p. 157 sqq.

[4]) Ab Antipatro Sidonio(?) in epigr. 44 nominantur *Σμύρνα Χίος Κολοφὼν Ἰθάκη Πύλος Ἄργος Ἀθῆναι*, ab anonymo in epigr. 486 Jacobs *Κύμη Σμύρνα Χίος Κολοφὼν Πύλος Ἄργος Ἀθῆναι*. Pro *Chio* alii *Rhodum*, alii inde a Vo ante Chr. saeculo *Ium* insulam ponebant, ubi Homeri sepulcrum ostendebatur, in his Aristoteles. — Cf. Cic. pro Archia 8, Gell. III 11.

[5]) Saeculo Vo Smyrnaeum Homerum habuit Pindarus, item Stesimbrotus Thasius.

[6]) Vid. Mimnermi fr. 9 apud Strabonem XIV p. 634, Herod. I 16 et 150, Pausan. VII 5 § 1.

dicta est. *Chios* cur civem suum iactaverit Homerum, docet locus Hymni Apollinis vs. 165 sqq., ubi poeta Ionicus, qui carmen in honorem Apollinis Delii composuit, sic finem facit canendi:

ἀλλ' ἄγεθ', Ἰλήκοι μὲν Ἀπόλλων Ἀρτέμιδι ξύν,
χαίρετε δ' ὑμες πᾶσαι· ἐμεῖο δὲ καὶ μετόπισθε
μνήσασθ', ὁππότε κέν τις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων
ἐνθάδ' ἀνείρηται, ξεῖνος ταλαπείριος ἐλθών·
„ὦ κοῦραι, τίς δ' ὑμιν ἀνὴρ ἥδιστος ἀοιδῶν
ἐνθάδε πωλέεται, καὶ τέῳ τέρπεσθε μάλιστα;"
ὑμες δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθ' ἐυφήμως·
„τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ",

caecum igitur *cantorem Chii habitantem* verbis minime ambiguis se nuncupans ipse [1]). *Athenis* autem cum litterae Graecae tam laete efflorescerent ut natae ibi esse viderentur, ipse quoque poeseos pater inde oriundus fuisse credi potuit [2]); accedunt vestigia Attica in utroque carmine satis crebra, quae Aristarchum et nostro saeculo Cobetum [3]) moverunt ut Homerum revera Atheniensem fuisse putarent. *Colophonis* in Margite carmine mentio fiebat [4]). *Rhodus, Salamis Cypria, Argos* quaeque praeterea hic commemorari poterant civitates unde sibi sumserint ut civem suum Homerum fuisse gloriarentur, inquirere non vacat [5]). Nam inanis est haec quaestio, nisi constet Homerum revera aliquando vixisse. Hanc autem rem, de qua veteres ne dubitarunt quidem, hodie quis est qui affirmare ausit tanquam certam? Quodsi quaeritur vixeritne unquam poeta cui Homero nomen fuerit, respondemus libenter nos credere, non tamen repugnaturi si

---

[1]) Gens autem quaedam *Ὁμηρίδαι*, quae ante Strabonem XIV p. 645 in nostris fontibus non commemoratur, in insula Chio extabat; quod nomen essetne ab Homeri nomine ductum ambigebant veteres, vid. Harpocr. s. v. — Praeterea cf. Stephanus Byz. s. v. *Βολισσός*.

[2]) Smyrnam autem, Homeri patriam, Atheniensium coloniam fuisse perhibet epigramma in Pisistratum (vid. infra):

ἡμέτερος γὰρ κεῖνος ὁ χρύσεος ἦν πολιήτης,
εἴπερ Ἀθηναῖοι Σμύρναν ἀπῳκίσαμεν.

[3]) Etiam Sengebusch Homer. Diss. II p. 101 sqq. ita opinatur.

[4]) Colophonii autem erant Xenophanes rhapsodus saeculi VI[1] et Antimachus poeta epicus saeculi V[1]; hic pro Colophonio habebat Homerum, item Nicander aliique.

[5]) Indicia ex ipsis carminibus epicis petita peperercrunt plerasque, fortasse omnes, quae de Homeri origine prolatae sunt, opiniones. Fuse hac de re egerunt F. G. Welcker der epische Cyclus p. 141-198, Sengebusch Hom. Diss. II. Notatu dignum est Mileti, qua nulla clarior aliquando fuit civitas Graeca, civem à nemine vocatum esse Homerum.

quis neget. Sin Iliadis Odysseaeque poeta hoc nomine designatur, vix quisquam est nostro tempore quin responsurus sit talem hominem nunquam extitisse, nam opera illa non unius esse poetae neque unius aetatis.

Quae opinio sensim et pedetentim in hominum mentes se insinuavit. Nam cum II° ante Christum saeculo fuissent grammatici Xeno et Hellanicus, qui Odysseam non eidem auctori tribuerent atque Iliadem, *χωρίζοντες* ideo dicti, mox ab Aristarcho repulsa est haec coniectura [1]) et per multa saecula veluti sepulta iacuit, ita ut *ἀναμφίλεκτα* Homeri opera apud Suidam dici potuerint Ilias et Odyssea. Saeculo demum proximo eundem cursum tenuerunt duo viri, quorum alter, Giambattista Vico Neapolitanus (1688—1744) [2]), ad multorum notitiam non pervenit, alter F. A. Wolf in omnium iam ore versatur, immortali enim opere Prolegomenis ad Homerum 1795 docte et eleganter demonstravit neque Iliadem neque Odysseam totam ab uno homine esse compositam. Et quamquam argumenta, quibus plurimum tribuit Wolf, non ita firma esse postmodo intellectum est, non tamen concidit eius argumentatio, sed manet manebitque id quod eius summa est: a caeca nimirum admiratione ad liberum iudicium avocavit homines permovitque ut causas potius anquirerent quae effecerunt ut utrumque opus tam multis locis sui dissimile sit et secum pugnet, quam ut naevos et suturas fuco verborum splendidorum oblinere studerent.

Post Wolfium autem ad nostros usque dies quot extiterint philologi qui huic loco suae artis operam impenderent, id enarrare non est nostrum [3]), necdum *Homerica* illa *quaestio*, ut dici solet, ad finem est perducta. Immo nunquam perducetur; nam de sexcentis rebus maioris minorisve momenti, quae huc pertinent, in diversa disputare licet, quoniam certi nihil de iis edocti sumus nostroque

[1]) Aristarchus scripsit dissertationem *πρὸς τὸ Ξίνωνος παράδοξον*, schol. *M* 435.

[2]) Principj di scienza nuova, ed. 2ª 1730. — Praeiverat Bentley, qui Homerum se iudice brevia tantum carmina fecisse (a sequel of songs and rhapsodies, ... loose songs), haec autem quinque demum post eius mortem saeculis praeterlapsis colligata et in epici poematis formam redacta esse, paucis sed apertis verbis significavit in opere Remarks upon a late Discourse of Free thinking by Philelentherus Lipsiensis, 1713. — Etiam in libro Roberti Wood an essay on the original genius and writings of Homer, Lond. 1769, „plura sunt scite et egregie animadversa", ut Wolfii Proleg. p. 40 verbis utar.

[3]) Consuli possunt Volkmann Geschichte und Kritik der Wolfschen Prolegomena zu Homer, Lips. 1874; R. C. Jebb Homer, Glasgow 1887, Chapter IV („the Homeric question").

iudicio pendemus. Attamen multum abest ut per integrum saeculum frustra in hoc campo desudaverint et depugnaverint philologi. De summa enim rerum inter eos iam constat, paucis exceptis, quorum numerus in dies, ni fallimur, decrescit. Constat carmina illa epica, unde initium habent litterae Graecae, compluribus poetis deberi et sensim demum ad eam formam eumque ambitum pervenisse quo ad posteros sunt perlata. Constat recentiora antiquioribus intermixta iacere, egregiae artis reliquiis assuta esse quae plumbeum prodant versificem; constat non pauca alienum in locum invecta esse, quaeque separatim olim composita fuerint in unum corpus esse colligata.

Saeculo fere XI° ante Christum, fortasse etiam antea, in Graecia vixerunt cantores (ἀοιδοί), qui in regum aula coram convivis, vel etiam diebus festis adstante populi corona [1]), fabulas de fortibus patrum facinoribus totaque veterum heroum vita, quae inter aequales circumferebantur, carmine celebrare solebant, accinente quam manu tenebant cithara. Haec sunt κλέεα ἀνδρῶν illa quae *I* 189, 524 & 73 commemorantur.

Rogantibus autem qua in parte Graeciae hi cantores artem suam potissimum exercuerint, ultro se nobis offerunt Mycenarum et Tirynthis clara nomina, ubi regiarum ingentium rudera, potentissimos atque ditissimos monarchos testantia, mirantibus nostrae aetatis hominibus ostendit Schliemanni indefessa industria. Mycenis praesertim fieri vix potuit quin olim celebrata fuerint facinora Atridarum. Sed etiam Thessaliam spectare cogimur propter Achillis nomen deorumque sedem Olympum [2]), nec sine causa occidentalem Graeciae oram commemoraverit quispiam, in illis enim regionibus

---

[1]) Cantorum certamen habitum in funere regis Alcidamantis, qui in bello Lelantio saeculo VII° exeunte cecidit, commemoratur loco satis recenti Hes. Oper. 654 sqq.:

ἔνθα δ' ἀγὼν ἐπ' ἄεθλα δαΐφρονος Ἀλκιδάμαντος
Χαλκίδα τ' εἰσεπέρησα· τὰ δὲ προπεφραδμένα πολλὰ
ἆθλ' ἔθεσαν παῖδες μεγαλήτορες. ἔνθα μέ φημι
ὕμνῳ νικήσαντα φέρειν τρίποδ' οὐατόεντα.

Cum Homero autem illic concertasse Hesiodum finxerunt posteri, vid. Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ἀγών, qui in codice Laurentiano LVI, 1 saeculi XIV[i] superest. Quam fabulam non esse fictam a grammatico Hadriani aequali, qui illud opusculum scripsit, sed aliquot saeculis antiquiorem esse, nunc docet lacinia papyracea saeculi ante Chr. III[i], quam Flinders Petrie detexit anno 1891. Vid. A. Rzach Wiener Stud. 1892 p. 139 sqq., coll. F. Nietzsche Rhein. Mus. XXV p. 536 sqq. et XXVIII p. 211 sqq.

[2]) Iliadis poetam in Thessalia vixisse praecedenti saeculo sumsit Giambattista Vico, nostra aetate statuerunt Britanni Geddes Monro Jebb.

Ulixis fuit patria [1]). Alibi autem passim eundem morem obtinuisse (Argis, Orchomeni, Thebis, Athenis etc.) credibile atque adeo verisimile est; neque uno in loco demorari solitos esse singulos cantores, sed libere per diversas Graecorum gentes circumvagari, libenter credimus ipsi poetae, qui ρ 385 inter ξείνους peregre adventare solitos etiam ἀοιδοὺς commemoravit.

Sed de vetusto illo aevo nihil novimus praeter ea quae aut e uderibus nuper effossis — in quibus litteratum monumentum epertum est nullum — aut ex ipsis carminibus Homericis effici ossunt. Imaginem temporis praeteriti referunt Phemius in regia hacensi (α 154, 326 ρ 262 χ 330) et Demodocus in Scheriae aula 44 et 73 sqq.) principibus epulantibus canentes [2]); Thamyris, ii cum ipsis Musis certare sustinuit, a Thessaliae rege Euryto spitio exceptus esse dicitur B 596; nec non ἀοιδὸς ἀνήρ [3]), quem gamemnon in bellum proficiscens uxori Clytaemnestrae adiunxit ei a consiliis esset (γ 267), testatur quanto in honore tunc temris fuerint poetae, vid. etiam ρ 518.

Sic sensim exculta est ars epica, et ipse versus heroicus ex libus initiis talis prodiit qualem novimus. Magnam autem copiam minum heroicorum, quae maiore minoreve arte composita essent, natam esse et per cantorum ora propagatam, facile intellegimus. lla aetate diis indita sunt cognomenta qualia sunt εὐρύϝοπα ς, Ποσειδάων γαιήοχος ἐνοσίγαιος, βοῶπις πότνια Ἥρη, γλαυκῶπις Ἀθήνη; aetate epitheta πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, πτολίπορθος Ὀδυσσεύς, βοὴν ὸς Μενέλαος aliaque eiusmodi, quae certas ob causas aliquando gitata esse nemo non intellegit, ita cum nominibus suis conerunt ut posteris integras notiones efficere viderentur, quae im, prouti ferrent versuum numeri, usurpari possent, etiamsi Achillis velocitate vel Menelai clamore bellico mentio fieret [4]). Nec non illius aevi deprehenduntur vestigia ubi poeta

---

dysseam ibi natam esse olim arbitrabantur qui Ithacam Pylumve Homeri n statuebant; e recentioribus nominati sunto Vico et omnium postremus ck.

iam in Iovis aula cantu exhilarantur convivae Α 604.

sano interpretandi artificio ex hoc cantore *spadonem* (ἀνεὺ αἰδοίων) fecerunt , vid. scholion.

hillis celeres pedes primum fortasse laudati sunt in narratione de Hectore rbis moenia eum fugiente, quae nunc legitur in libro X (vs. 138, 188 etc.); picati sunt superesse illud epitheton ex antiquiore etiam aevo, quo ipse de Thessalo heroe natus est, amnem rapidum primitus eo significatum fuisse Ulixi expugnatoris cognomentum quin ex Troiae excidio adhaeserit vix

amnes loca aves homines duobus nominibus nuncupat, quorum alterum mortalium alterum deorum linguae proprium esse dicit; vid. *A* 403 *B* 813 *Ξ* 291 *T* 74; etiam nomina duplicia Scamandrius-Astyanax, Paris-Alexander huc referenda. Nam deorum sive musarum lingua ea est qua ipse vates [1]) eiusque aequales utuntur; quae vero ex hominum lingua illis locis afferuntur, casca sunt nomina e vetustissimis carminibus repetita [2]).

E materie, quae ita coacervata et elaborata fuerat, vates quidam egregius, cui Homero nomen fuit aut a posteris datum est, desumsit argumentum carminis aliquanto maioris ambitus. *Achillis iram*, *μῆνιν Ἀχιλῆος* se cantaturum in ipso operis introitu profitetur. Cuius carminis haec fere summa fuit: Agamemnon Graecorum Troiam oppugnantium dux postquam insolentia sua effecit ut pestem in copias immitteret Apollo, insuper rixatur cum Achille heroum fortissimo et gravissima eum contumelia afficit. Iracundia effervescens Achilles a bello abstenturum se iurat donec sibi satisfiat, et mater eius Thetis Iovem permovet iniuriam filio suo dilecto illatam splendide ulcisci. Quod ut fiat Iuppiter Agamemnonem fallaci somnio instigat ut urbem Troiam diu iam obsessam summa virium contentione petat; quoniam autem Achilles eiusque milites a pugna abstinent, Graeci hostibus impares sunt, et postquam vulnerati sunt duces Agamemnon Diomedes Ulixes, in castra sua repelluntur; omnium ultimus in statione manet Aiax, sed hic quoque tandem cedere cogitur et Hector Graecorum naves igne adoritur. In quo

---

quisquam opinor dubitat; itaque in iis quae urbis expugnationem antecedunt enarrandis adhiberi non potuit nisi diu postquam nata est poesis epica et mythi ad bellum Troianum spectantes exculti sunt.

Imitatores ex epica poesi ad sermonem pedestrem epitheta transferentes optimo iure risit Aristoteles Rhetoric. III 3: *τὰ δὲ ψυχρὰ ἐν τέτταρσι γίγνεται κατὰ τὴν λέξιν ἔν τε τοῖς διπλοῖς ὀνόμασιν, οἷον „λυκόφρων „τὸν πολυπρόσωπον οὐρανὸν τῆς μεγαλοκορύφου γῆς" καὶ „ἀκτὴν στενοπόρον," καὶ ὡς Γοργίας ὠνόμαζε „πτωχόμουσος κόλαξ"* etc.

[1]) *Θεῶν ἓξ δεδαώς* (ρ 518) carmina sua profert poeta, *θεός* ei *ἐν φρεσὶν οἶμας πάντοίας ἐνίφυσε* (χ 347).

[2]) Serum imitatorem prodit versus κ 305, ubi coelitum linguae tribuitur vox ignota et obscura *μῶλυ*, neque alterum huius herbae nomen magis usitatum quale fuerit additur. Videantur quae hac de re scripsi Mnemosyn. 1892 p. 138 sqq., et cf. *μ* 61.

Homericam hanc dicendi rationem festiva imitatione expressit Cratinus fr. 315, sed Philoxenus in Symposio (fr. 3[2]) in Homero imitando erravit, vulgarem enim vocem hominum linguae, raram atque exquisitam coelitibus tribuit. Neque recte hac de re iudicavit Dio Chrys. XI p. 315, ubi contendit Homerum ideo e lingua deorum quaedam attulisse vocabula, ut illam linguam se callere divinaque consilia cognoscere se posse probaret auditoribus. Graecorum dei Graece nunquam non sunt locuti.

periculi discrimine Patroclus [1]) amicum Achillem permovet ut se :um copiis suis in hostes mittat; qui Troianis reiectis servat naves, ıed ipse ante urbis moenia ab Hectore occiditur. Iamque e longa lesidia surgit Achilles ut amicum ulciscatur, et postquam cum ıgamemnone in gratiam rediit, Hectorem petit, quem invicta sua asta prosternit. Hectoris mors finem facit carminis.

Huius poematis, quod tribus quatuorve milibus versuum commode ɔsolvi potuit, apparet talem fuisse ambitum ut deinceps, certe tra unius diei spatium, a vate proferri posset sine faucium late- mque nimia defatigatione auditorumve taedio. Inerant ea fere ıae nunc leguntur in Iliadis libris *A*, *B* 1—52 [2]) et 445—483, (inde a versu 56?), *O* 592 — *X* 393 (aut 404), si mente omitti- ıs nonnulla quae aetate recenti vel etiam recentissima sunt ;erta [3]).

Praestantissimum hoc carmen quanto inter poetae aequales et ;tea favore floruerit nihil luculentius testatur quam crebra addi- ıenta quibus sensim in hodiernum excrevit ambitum. Quae itamenta partim eo consilio sunt concinnata ut illi poemati ;rerentur, partim separatim nata sed postmodo cum carmine de illis ira utcunque conglutinata. Nonnullas autem aetates, quibus ; incrementa ceperit priscum carmen, viri docti singulari acu- ɔ distingere sunt conati; quae conamina licet non prorsus vana nt, tamen fatendum est admodum incertas esse fere omnes

. . . .

'redibile est, ne veri simile dicam, duo illa argumenta natura sua non neces- cohaerentia, quae poeta noster in carmine suo colligavit, iram dico Achillis et n Patrocli, e diversis mythis esse petita; regum igitur rixam olim eum ha- exitum ut Achilles Agamemnonis submissis precibus permotus hostes a castris ret, Patrocli vero incautius Troiae moenia adorti necem Achillem in alio car- ıltum esse.

ro ἀγορήνδε *B* 51 primitus esse debuit πόλεμόνδε.

ıiusmodi lineamentis (*A*, *Λ* 1-595, *O* 306-366, 674-fin., *Π*, *P*, *Σ*, *T*, *Φ* 520-*X* 393) ;simi carminis ambitum primus descripsit Naber anno 1877 in Quaestionibus cis Amstelodami editis; qui optime perspexit cuncta, quae in libris *Γ-K* r (addit etiam librum *B* totum), operi postmodo esse adiecta. Ante eum e History of Greece vol. I cap. 21 (1846, ed. 2ª 1849) simile quid statuerat, ıen ea potissimum in re errabat quod librum *Θ* inde a principio poemati putabat, e libris *Λ* *Θ* *Λ-X* „Achilleidem" suam componens. Naberum non- ıpugnarunt, de summa vero rei cum eo conspirant Christ in Prolegomenis rid. inprimis p. 57 sqq. et 91), Fick Odyssee p. 326 et Ilias p. 1 sqq., Jebb p. 124 sq., 159, W. Leaf Iliad I Introduction p. XXIII sq.; qui postquam idem demonstravit — nam leviores quasdam discrepantias negligere nunc in voluminis II¹ introductione p. XII observavit se nunc demum intellexisse dudum idem docuisse.

coniecturas quae hac de re prolatae sunt. Veri specie ducimur, certi vix quicquam potest confici. Credibile est, prima adiecta esse episodia nonnulla, quae nunc intercedunt inter Agamemnonis a Iove instigati consilium urbis adoriendae et ipsum proelium quod inde a libro *Λ* incipit [1]); alii integrum carmen de Ilii exitu, quod cum poemate de Ira Achillis primitus non cohaesisset sed in cognato argumento versaretur, huc receptum esse sibi persuaserunt: *οἶτον Ἰλίου* nomen ex *Θ* 578 ei indidit Fick [2]). Mox in fine operis addita sunt Patrocli funus et ludi in eius honorem habiti, Priami ad Achillem iter Hectorisque exequiae [3]).

Multum autem abest ut recentiores hae Iliadis nostrae partes [4]) deterioris sint notae quam carmen antiquissimum; et haec praesertim, nisi fallor, causa effecit ut multi viri litterarum amore atque peritia insignes, in his clari poetae complures, magna cum indignatione fidem denegaverint philologis diversas manus diversasque aetates in carminibus Homericis deprehendentibus. Ergone additamenta alieno operi superaddita ea sint quae generis humani deliciae per tot saecula fuerint? quo pulcrius nihil tulerit hominum ingenium in tot gentium cultissimarum certamine? Additamenta sint Hectoris cum uxore colloquium, quod imitati sunt multi, qui assequeretur fuit nemo? vel ludi funebres, de quibus notum est Schilleri verbum „prorsus infelicem illum hominem fieri non posse cui contigerit illud carmen perlegere"? Additamenta sint Priami ad Achillem preces vel Ulixis Aiacisque cum Achille succensenti sermones? Additamenta sint denique quae summi vatis ingenium quovis versu testentur et nullis non lectoribus admirationem extorqueant? — Ita tamen esse argumento invicto, quod prae ceteris idoneum esse mihi videtur ad poetas in castra *τῶν χωριζόντων* pertrahendos, ex Hectoris illo cum Andromache colloquio demon-

---

[1]) Hae interpolationes effecerunt ut nimis multa nunc intra unius dioi spatium sint coartata (*B* 1-*Η* 420). Nam et alia plurima geruntur et duo habentur illo die certamina Menelai cum Paride Hectorisque cum Aiace, saepiusque (*B* 431, *Η* 320) lautis epulis accumbunt heroes. Absurde autem, ut nunc Ilias habet, post foedus Troianorum perfidia modo ruptum (*Δ*) fingitur Hectorem Graecorum principes ad pugnam singularem animi causa scilicet provocare (*Η*).

[2]) Ante Fickium ita de libris *Β*-*Η* iudicarunt Grote et Duentzer.

[3]) A consilio primi poetae, qui finxerat caesorum corpora *Ϝελίκεσσι κύνεσσι οἰωνοῖσί τε* fieri (vid. *Α* init.), aliena sunt Sarpedonis Patrocli Hectoris funera et gregariorum militum *ἀνάρρυσις* illa quae in *Η* pingitur.

[4]) *Iliadis Odysseaeve* nomine qui usus fuerit ante Herodotum indicari nemo potest, quamquam aliquanto antiquiora esse credibile est.

stravit Naber. Qui optimo iure negavit credibile esse poetam, qui Priamiden uxori pueroque valedicentem immortalibus versibus pinxit, eo consilio illud carmen composuisse ut heros vivus deinde e pugna rediret. Immo proximam ei mortem portendi voluit; id uit illud colloquium quod fore sensit femina tenerrimi affectus lena: ultimum fuit vale. „Sic vivum adhuc Hectorem suis in edibus deflerunt quasi interemtum": haec verba (Z 500) nisi tristi mine instantem portendunt calamitatem, indigna sunt quae magus poeta conceperit. Ars non sinit haec divelli a libri *X* loco ulcherrimo (vs. 437 sqq.), ubi Andromache, dum balneum parat ectori, quem e pugna mox sperat rediturum, populi clamoribus moenia evocatur: adspicit corpus mariti sanguine et pulvere edatum, quod Achillis equi per planitiem trahunt. Si vero Hector a vespera incolumis e bello ad suos rediit, ut in nostra Iliade *H* 307 vel 380, subridens opinor propter nimiam quam ante ras aliquot expertus erat uxoris anxietatem et insuetam sibi mi mollitiem, ultro suum opus corrumpit poeta; lector autem, em pudet iam pigetque lacrimarum inutiliter modo sibi obortan, non potest quin secum mussitet: „non iterum sic decipi me iar; posthac siccis oculis lustrabo inanes querelas et praesagia ntum non habitura".

Nihilo minus certa est res in Ulixis Aiacisque ad Achillem um legatione, quae in libro *I* eleganter admodum magnaque vi oratoria est enarrata. Nam conciliari nequit cum ipsius illis verbis (*A* 609): „iam Argivos precibus me adituros puto" *I* 70 sqq. et 84 sqq.): „hostes mox terga darent si Agamemnon evola erga me esset mente; tu vero Patrocle operam da ut iivi Briseidem mihi reddant, donis superadditis". Quae sensu it si nuper eius iram precibus ingentibusque donis delenire a conati sint Agamemnon ceterique reges.

murus, quo in fine libri *H* [1]) Argivi castra sua incredibili tate praemuniunt — nam intra unius noctis spatium absol- *H* 337 sqq., 436-465, — opus mortalibus immortalibusque abile, quod post excidium demum Troiae deletura est Nepinvidia (videatur libri *M* initium), tam manifeste pugnat iis quae de Troianis naves petentibus moxque a Patroclo s narravit priscus vates qui Achillis iram cecinit, ut nemo, iidem sua mente uti non recuset, admonitus negare possit.

[1]) pugnam scilicet ex qua victores evaserunt.

Primus poeta fossa tantum ab hostibus tutatus est Argivorum castra. Sufficit allatus locus *Π* 366 sqq. de retro fugientibus Troianis:

Ἕκτορα δ' ἵπποι
ἔκφερον ὠκύποδες σὺν τεύχεσι, 'λεῖπε δὲ λαὸν
Τρωικὸν, οὓς ἀϝέκοντας ὀρυκτὴ τάφρος ἔρυκε.
πολλῶν δ' ἐν τάφρῳ ϝερυσάρματες ὠκέες ἵπποι
ϝάξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ 'λίπον ἅρμα ϝανάκτων. [1])

Fossam, non celsa moenia, Hectoris bigae saltu ingenti superarunt. [2])

Nec non demonstrari potest alienam a primi poetae consilio fuisse armorum permutationem, quae nunc in libri *Π* initio narratur; necessariam autem vel etiam utilem fuisse carminis argumento nemo contendet. *Δύσεο τεύχεα θᾶσσον*, amico dicit Achilles vs. 129, quae verba per se spectata nihil possunt significare nisi „arma tua indue". Armatur Patroclus, idque describitur versibus qui nihil habent insoliti, nisi quod post verba

δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε

sequitur versus:

ποικίλον ἀστερόεντα ποδώκεος Αἰακίδαο.

Hunc deme e contextu, et nullus de Achille arma cum Patroclo permutanti hoc loco erit sermo. Affertur autem huius versus l. a. *κακῶν βελέων ἀλεωρήν*, quam in suo Homero legisse videtur Aristophanes comicus, quem vide Vesp. vs. 615; sic quoque de Achillis

---

[1]) Vid. etiam *Δ* 48. Sed frustra quidam — et nos antehac — huc rettulerunt locum *O* 735 sq., ubi milites sic increpat Aiax:

ἠέ τινάς φαμεν ἔμμεν' ἀοσσητῆρας ὀπίσσω,
ἠέ τι τεῖχος ἄρειον, ὅ κ' ἀνδράσι λοιγὸν ἀμύναι;

murum Mavortium interpretati, poetam autem, qui haec verba Aiaci tribuerit, nullum ante castra murum novisse inde efficientes. At recte observavit van Herwerden, id sic demum credibile esse si hunc locum vati omnium vetustissimo tribuamus, hunc vero non *Ἄρειον* sed *Ἀρήιον* dicturum fuisse. Itaque *ἄρειον praestantius* (ut *T* 33 *ζ* 182 *ψ* 286) cum schol. V interpretari satius est. De versu vero *Δ* 407 sitne idem statuendum, haec quaestio in medio nunc relicta esto, a proposito enim nostro aliena est.

[2]) Mitto nunc, quoniam satis perspicue atque accurate haec res paucis verbis demonstrari nequit, Scamandrum modo a sinistra modo a dextra castrorum parte fluentem, modo urbi proximum modo inde remotum, modo Troianos ab Achivis dividentem modo e planitie ubi pugna fit evanidum. Quamquam hinc quoque argumenta minime debilia possunt deduci, non enim talibus in rebus sibi parum constare solet poeta cuius menti res quas pingit clarae atque vividae obversentur. Vid. Christ die sachlichen Widersprüche der Ilias (Sitzb. d. b. Akad. 1881, II p. 125 sqq.) et Prolegom. Iliad. p. 51 sq.

armis nulla fit mentio. Itaque apparet quod primus ni fallor observavit Bergk, primum poetam Patroclum suis ipsius armis indutum in bellum misisse, postmodo autem insertos esse versus *Π* 40—43, 64, 134[b], 140—144, 798—800. Unde intellegitur recentioris originis esse quae de Thetide Vulcanum visente ut nova filio arma petat in libro *Σ* narrantur; huic autem episodio serius etiam inserta est pulcra illa sed nimis prolixa clipei a Vulcano fabricati descriptio Σ 483 sqq., quam diu ante nostram aetatem a contextu alienam iudicavit Zenodotus.

Levioris momenti sunt loci quidam inter se aperte pugnantes, i quibus conciliandis multum olim desudarunt grammatici; ex io genere est Adrastus Troianorum socius bis necatus Z 68 et 333, fortasse tertium *Π* 694, vel Paphlagonum rex Pylaemenes st obitum lugens filii mortem (*N* 658 coll. *E* 576). Qualia, si a argumenta non accederent, unius poetae neglegentiae fortasse ssent attribui; Aristophanes Byzantius versum *N* 656 et sequen- n spurios censebat, Aristarcho poeta de duobus viris homonymis utus esse videbatur, quam ut tutaretur coniecturam passim per merum homonymias enotavit [1]). Videatur etiam Antiphus Ithasis a Cyclope devoratus *β* 19 sed *ϱ* 68 inter Ithacenses verba ens.

riscum carmen postquam sic ad multo maiorem ambitum pert, novis additamentis partim maioribus partim minoribus est um, quorum exiguum est pretium, si non materiem spectamus hologicam quae in iis est coacervata, sed artem poeticam sunt elaborata. Intempestiva in plerisque apparet doctrina; autem praesertim reperiuntur, ubi loquitur senex Nestor [2]). senex Phoenix eodem aevo invectus est in librum *I*, quem n satis recentem habere originem supra vidimus. Nusquam n facilius quam in illo episodio recentia ab antiquioribus ni possunt, cuivis enim viam monstrat grammatica. Nam *duos* os ad Achillem missos esse verbis quae redargui nequeant poeta cui haec operis pars debetur vs. 182 sqq.: τὼ δ'

1. schol. *N* 643 et cf. Aristonicus ad *B* 837: ἡ διπλῆ ὅτι ὁ Ἄσιος οὗτος ὁμώνυτῷ τῆς Ἑκάβης ἀδελφῷ (*Π* 719). ἐσημειοῦτο δὲ ὁ Ἀρίσταρχος τὰς ὁμωνυμία; πρὸς ιμένους. Longe ineptissime alii in versum *N* 658 de suo inserebant negatiτὰ δ' οὔ σφι πατὴρ κίε.

2. cantur praesertim infiniti Nestoris sermones *Λ* 656-803 (certe vs. 661-762). etardatur Patroclus ad Achillem redire festinans.

ἐβάτην ... πολλὰ μάλ' εὐχομένω ... Μυρμιδόνων δ' ἐπί τε κλισίας καὶ νῆας ἱκέσθην ... τὼ δ' ἐβάτην προτέρω ... τὼ καὶ δεικνύμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς· χαίρετον· ἦ φίλοι ἄνδρες ἱκάνετον ... οἵ μοι ... φίλτατοί ἐστον (verum videtur φίλω ἄνδρε ... ὦ ... φιλτάτω). Unde igitur tertius legatus Phoenix pedem intulit? e sera nimirum interpolatione, quae a veteribus dudum fuisset notata, nisi increbruisset olim falsa opinio epicae dictioni concessum fuisse dualem numerum de pluribus usurpare, qua de re vid. infra § 52. Ergo quae de Phoenice vel a Phoenice dicuntur sero nata esse constat: vs. 168, 223, 427—429, 432 sqq.—622, 659—662, 690—692; neque operosae eruditionis hunc fetum — inest Meleagri fabula tota prolixe narrata [1]) — omissum desideraret quisquam quod ad carminis concinnitatem attinet [2]).

Eademne aetate an postea insertus sit catalogus, quem intempestive admodum Iunoni enarrat Iuppiter, mulierum a se amatarum Ξ 317—327, in medio relictum esto: certum est nihil absurdius Iovi potuisse tribui, neque id fugit veteres grammaticos.

Infimae artis documentum est Aeneae cum Achille pugna singularis in libro Υ (vs. 176—352), et deterior etiam est pugna deorum Φ 383—520, sive illic latitant vetustorum mythorum vestigia, sive sterilis interpolator ea aetate qua vis creatrix ingenii epici deferbuerat de suo haec excogitavit: indigna certe erant quae in praeclarum carmen reciperentur.

In paucis autem notabilis est locus Υ 269 sqq.; quos qui finxit versus — sive fuit interpolator cui tota Achillis et Aeneae monomachia debetur, sive serius etiam sunt inserti — luculenter ostendit se armorum a Vulcano fabricatorum descriptionem, quae in libro Σ extat, et nosse et male intellexisse. Nam versum Σ 481, ubi de Achillis clipeo dicitur

πέντε δ' ἄρ' αὐτοῦ ἔσαν σάκεος πτύχες,

propter ea quae leguntur vs. 474 sq.:

---

[1]) Hunc locum Phoenicis sermoni vel sic satis longo a novo interpolatore esse insertum credibile est (vs. 523-599).

[2]) Quoniam vix credibile est ipsi quoque interpolatori discrimen numerorum dualis et pluralis ignotum fuisse (id quod statuit Fick Ilias p. 460), suspicor hunc fluxisse Phoenicem, perinde atque Patroclum, in Achillis tentorio degentem ibique coram legatis alumnum cohortantem, postea demum alios, eosque recentissimos, ea aetate qua dualis et pluralis permutari posse videbantur, paucis versibus adiectis hanc narrationem ita conformasse ut tertius legatus Phoenix ad Achillem e regum concilio mitteretur.

χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα κασσίτερόν τε
χρυσόν τ' αἰγλήεντα καὶ ἄργυρον

ita accepit ut laminas duas aureas, duas stanneas, unam aeream a Vulcano in unum clipeum coniunctas esse putaret; licet clipei πτύχας quatuor e corio [1]) aut, si corium Mulcibero praesto non fuit, ex aere fabricatas esse, quintam autem his laminam auream superinductam et argento stanno aliis coloribus exornatam esse cum ratio erat tum ipse poeta doceat Φ 165.

Itaque hic certe quatuor, fortasse quinque vel etiam sex aetates rtis epicae agnoscimus; quarum primam fortasse eam esse statuenam qua Achilleis sine Patroclo extaret, supra vidimus; secunda st ea qua carmen de Achillis ira natum est, tertia qua armorum rmutatio in Patrocleam est invecta, quarta qua nova arma a ulcano petivit Thetis; quinta peperit Achillis cum Aenea pugnam ngularem, et fortasse sexta demum edidit errorem quem modo tavimus.

Quae autem hactenus tetigimus additamenta composita esse eo silio ut carmini de Achillis ira insererentur, aut certum est aut ne certum. Nec tamen desunt interpolationes de quibus contram valet. Navium dico copiarumque Graecarum recensionem, ae in libro *B* legitur vs. 494—759; hanc enim contextui, cui c adhaeret, ab initio non fuisse destinatam, post alios acute spexit Bergk. Non in Troadis planitie aptum habet locum neque o belli anno, postquam navium longo otio fatiscentium „trabes putres lacerique rudentes" sunt facti, sed pingitur classis in idis portum ab Atridis collecta et iter longinquum iamiam suscep. Hanc ob causam primi commemorantur Boeotii [2]); hanc ob am de militibus, qui singulos duces sequuntur, et de navibus, occupare dicuntur, imperfecta ἕποντο, ἔβαινον alia constanter pantur; exemplo sint versus 509 sq.:

τῶν μὲν πεντήκοντα νέες ἵσαν, ἐν δὲ ϝεκάστῃ
κοῦροι Βοιωτῶν ἑκατὸν καὶ ϝείκοσ' ἔβαινον.

ob causam inter duces commemorantur etiam Philoctetes, qui in Lemno insula relictus est, Protesilaus, qui in Troiae littore Graecorum adventu occisus est, Achilles, qui post regum

---

H 220 *O* 479 (*χ* 122).

ipsa Boeotia natum esse catalogum, et hanc quoque causam movisse poe- Boeotiis primum locum assignaret, veri est simile. Alias causas commenti sunt quidam; non sufficit quod contendebat Aristarchus, poetam casu ab hac recensendi initium fecisse, vid. schol. *B* 494.

rixam a bello abstinuit. Postmodo haec recensio loco quem nunc obtinet utcunque est adaptata; imperfecta illa quaeque praeterea de navibus intempestive dicuntur eximi aut mutari non potuerunt, sed de Philocteta Protesilao Achille addita sunt quaedam ineptissima; vs. 698 sqq.:

τῶν αὖ Πρωτεσίλαος Ἀρήϊος ἡγεμόνευε
[ζωὸς ἐών· τότε δ' ἤδη ἔχεν κάτα γαῖα μέλαινα etc.]

vs. 718 sqq.:

τῶν δὲ Φιλοκτήτης ἦρχεν, τόξων εὖ ϝειδὼς,
ἑπτὰ νεῶν· ἐρέται δὲ ϝεκάστῃ πεντήκοντα
ἐμβέβασαν, τόξων εὖ ϝειδότες ἶφι μάχεσθαι.
[ἀλλ' ὃ μὲν ἐν νήσῳ 'κεῖτο κρατερὰ ἄλγεα πάσχων etc.]

vs. 685 sqq.:

τῶν αὖ πεντήποντα νεῶν ἦν ἀρχὸς Ἀχιλλεύς.
[ἀλλ' οἵ γ' οὐ πολέμοιο δυσηχέος ἐμνάοντο,
οὐ γὰρ ἔην ὅς τίς σφιν ἐπὶ στίχας ἡγήσαιτο etc.].

Et alia quaedam tum sunt inserta, ut de classe fieret exercitus; ex. gr. versus notissimus 558:

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δύο καὶ δέκα νῆας,
[ἔστῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες] [1]).

Simul tum adiecta videtur esse Troianorum sociorumque recensio, quae in exitu libri *B* legitur, e Cypriis carmine fortasse desumta [2]).

Hanc igitur Iliadis partem aliunde ascitam esse certum est, ipsisque mscriptis haec opinio confirmatur, quorum pars versus *B* 494—877 omittit. Simile quid valet de venusta illa *Τειχοσκοπία* (*Γ* 121—244); nam ineunte bello, cum Priamo nondum cogniti essent Graecorum duces, Helenam singulorum nomina ei enarrantem aptissime fingere potuit poeta, sed postquam per novem annos depugnatum est, suus locus eiusmodi colloquio non fuit. Etiam *Νυκτεγερσίαν* sive *Δολώνειαν* (librum *K*) separatim esse compositam et postmodo in Iliadem receptam veteres grammatici censuerunt et veri est simillimum. Odysseae cum dictione tum argumento cognatam esse observavit van Herwerden Quaest. Epic. p. 16 sq.,

---

[1]) Hunc versum, qui cum aliis locis Homericis pugnat ideoque ab Aristarcho damnabatur, in Attica natum esse non possumus non suspicari; quod si ita habet, sequitur ut in Attica Navium catalogum Iliadi insertum esse statuamus. Quod diu tamen ante Solonis aetatem, quem hunc locum interpolasse fuere qui contenderent, factum esse puto. Etiam vicini versus, quibus Athenae et Menestheus celebrantur, Atticam originem produnt manifestam.

[2]) Ita statuit Mueller Griech. Lit. I p. 96 et post eum Fick Ilias p. 384.

ul sic statuit: „Doloneae auctor cognovit Odysseam". Nec non lauci cum Diomede colloquium, quod nunc in libro Z extat, alide desumtum iudicarunt veteres grammatici, et recte profecto dicarunt.

Denique in Iliadem sensim irrepserunt versus spurii haud ita uci, quos natos esse dum a posteris epos recitabatur facile no- persuademus; e. g. quae de Hectoris quadrigis legimus Θ 186 . vel de serpente B 319, vel versum Θ 528

ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κήρεσσι φορητούς,

est *fato abreptos, perditos*, false ita explicatum:

[οὓς κῆρες φορέουσι μελαινάων ἐπὶ νηῶν].

ia dico quae cum proximo contextu aut cum interiore dictionis ae vitaeque heroicae notione conciliari nequeant. Nec non simi- originem habent loci, ubi bis idem dicitur duaeve comparaes eodem tendentes deinceps sunt collocatae: B 459—473, 48—565, O 618—629, T 374—379, T 490—503.

---

lysseae similes atque Iliadis fuere natales. Cuius carminis prium argumentum fuit Ulixis in patriam reditus post Troiam am. Ex eo igitur carminum genere fuit quod in ipsa Odyssea nemoratur α 326, ubi Phemius inducitur Ἀχαιῶν νόστον λυγρὸν ns. Compositus autem vetustus ille Ὀδυσῆος νόστος erat ex iis quae nunc leguntur in libris α vs. 1—87, ε, ζ, η, ι, λ, ν —184.

tea amplificatum est hoc opus novo adscito argumento, quod e ultione quam Ulixes in patriam redux sumsit a procis m suam petentibus [1]). Haec Τίσις continetur libris ν vs. 185 , π — ψ vs. 296. Mythum autem substratum esse perantiquum, vera significatio ipsos vates qui Ulixis errores cecinerunt ubio latuit, intellexerunt viri docti harum rerum curiosi, qui demonstrarunt Penelopen telam texentem atque retexentem mque caterva circumdatam primitus fuisse lunae modo tis modo decrescentis sideribusque stipatae imaginem, maritem eius, qui postquam in longinqua insula apud deam Calypso *m*) latitavit et obscuram inferorum regionem permensus est, nte (cf. μ 3 sqq.) ad uxorem redit die interlunii (τ 307), quo

[1]) tum illos Penelopes procos primo τοῦ Νόστου auctori cognitos fuisse nusaret.

solis lunaeque in coelo fit coniunctio, manifeste repraesentare solem eodem autem tendere mythum de solis armentis et pecudibus (vid. μ 129 sqq.) olim intellexit Aristoteles et nunc quoque cuivis apparet; fortasse etiam *Φαιήκων*, quorum hospitio recipitur heros, nomen hinc explicandum, si furvos mortuorum portitores significat [1]).

Duas autem narrationes fabulosas de Ulixis Ithacam redeuntis itinere olim extitisse [2]) ex Odyssea nostra apparet; nam quae in libris ϑ $\varkappa$ μ leguntur ab altero de herois erroribus carmine aliena esse nec nisi postmodo cum eo esse conglutinata, multis indiciis cognoscitur, quae egregia sagacitate indagavit et lucide exposuit Kirchhoff. Alteri carmini Calypso, huic Circe propria est.

Denique quartum carmen epicum in Odysseam receptum est de Telemachi patrem quaerentis itinere, quod superest in libris β, γ, δ vs. 1—612, o vs. 1—216 [3]). Huic autem carmini inhaerent alii *νόστοι* tres, Nestoris (γ 130—198), Agamemnonis (γ 254—312), Menelai (δ 351—586), sive a principio infuerint sive postea sint inserti, id quod de Agamemnonis certe reditu statuere posse mihi videor.

Sic e quatuor fontibus veluti in *μισγάγκειαν* confluxerunt quae nunc Odysseam nostram efficiunt. In unum autem opus ea collegit sero natus quidam poeta inferioris ordinis, qui hic illic de suo addidit quae opus viderentur, ut coniungeret quae primitus non cohaesissent. Hinc originem habet e. g. iterata deorum concio (α 1—87 et ε initio), hinc bis e Circes insula profectus esse dicitur Ulixes (λ 1 sqq. et μ 144 sqq.).

---

[1]) Vid. ad ε 35.

[2]) Et plures extitisse, quae nullis vestigiis relictis interierint, credibile est.

[3]) Is qui Telemachiam fecit integrumne carmen condere voluerit an opus suum ad carmen de Ulixis reditu extendendum composuerit manet dubium. Illud censet Kirchhoff.

Quae in libro α inde a versu 88 leguntur a diascenasta qui Telemachiam operi maiori inseruit excogitata esse omnia, Kirchhoffii est opinio. Quae tamen de Mente et de Penelope narrantur venam produnt poeticam qualem diascenastae illius fuisse vix credibile; veri autem simile duco ipsum Telemachiae auctorem finxisse Telemachum a Minerva hospitis specie assumta excitatum ad patrem quaerendum, aptissimus enim hic erat carminis introitus; neque versus β 262 sqq. a diascenasta insertos esse crediderim. Genuina igitur maximam partem, sed multis recentioris aevi versiculis intermixta, mihi videntur quae α 88 sqq. extant. In suspicionem mirificam sane neque me iudice commendabilem hac de re incidit Seeck: a rhapsodo qui memoria parum valeret hanc operis partem scripto esse mandatam, hunc res ita enarrasse ut a poeta essent excogitatae, sed verba cum non satis teneret de suo passim mutasse.

Praeterea aliunde irrepserunt additamenta nonnulla; quorum quod
ximi est ambitus atque momenti, in fine operis legitur. Nam
t ψ 296, ubi poeta qui Ulixis ultionem cecinit finem fecerat,
quod veteres grammatici optime perspexerunt, sequitur Ulixis
patrem Laërtem rure degentem iter et proelium cum procorum
sorum agnatis, quod Minervae numine componitur; intertexta
m est pessimae notae narratio de procorum umbris a Mercurio
nferos deductis (ω 1—204). Cuncta haec postmodo adiecta esse
tat; quis fecerit, quis addiderit dubitatur; Kirchhoff diasceuastae,
Odysseam e quatuor carminibus concinnavit, haec omnia tri-
Fick vero et Seeck et alii diversas manus hic quoque agno-
sibi videntur, quorum potior nobis quidem videtur opinio.

nifestum quoque emblema [1]) est carmen dulce atque festivum
eneris Martisque amoribus Θ 266—369, in quo Olympii veluti
ena Aristophanea traducuntur, ita ut mireris aevo epico huius
opus potuisse nasci. Diasceuastam ipsum finxisse putat
off, Fick aliique aliunde ductum censent, quibus adstipulari
ereor. Nam nisi extra Odysseam hoc carmen olim extabat,
astae in mentem incidere vix et ne vix quidem potuit ut
di aliquid comminisceretur, alienum enim est a loco ubi nunc
Demodocus dum Phaeacum saltatoribus selectis citharam
longum carmen proferre parum apte fingitur.

e de versibus λ 565—627 post Aristarchum aliter iudicabit
m; ubi Ulixes Tartari interiora describit, licet in iis quae
unt poeta narraverit non illuc eum descendisse sed mor-
umbras ad se in Oceani littus evocasse. Ex alio igitur
que fortasse antiquissimo, qui ad inferos Ulixem pervenisse
aec desumta esse apparet.

is quoque momenti emblemata huc illuc, ut per Iliadem,
unt, quae hic indicari nihil opus; exemplo sint versus
59, ubi Oceanus, qui terram cingere ab epicis poetis cre-
per mediam terram fluere dicitur; vel quae λ 602—604
de Hercule inter deos recepto Hebaeque marito. Talia
tissimo aevo nasci non potuisse apparet.

n sero natos imitatores arguunt loci, ubi versus ex Iliade
am inepte sunt translati. Cuius generis luculentius non
mplum quam nobilia Hectoris in bellum ruentis ad uxo-
Z 490 sqq.:

[1]) etiam Aristarcho iudice.

ἀλλ' εἰς Ϝοῖκον ἰοῦσα τέ' αὐτῆς Ϝέργα κόμιζε,
ἱστόν τ' ἠλακάτην τε, καὶ ἀμφιπόλοισι κέλευε
Ϝέργον ἐποίχεσθαι· πόλεμος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί, τοὶ Ἰλίῳ ἐγγεγάασι

infeliciter admodum τῇ τοξοθεσίᾳ ita adaptata φ 350 sqq.:

ἀλλ' εἰς Ϝοῖκον ἰοῦσα τέ' αὐτῆς Ϝέργα κόμιζε etc.,
τόξον δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί· τοῦ γὰρ κράτος ἔστ' ἐνὶ Ϝοίκῳ,

quae dicit Telemachus ad matrem in ipsis aedibus (ut nunc quidem habet rerum gestarum enarratio) commorantem. Infelicius etiam Telemachus iisdem verbis matrem alloquitur α 356 sqq.:

ἀλλ' εἰς Ϝοῖκον ἰοῦσα τέ' αὐτῆς Ϝέργα κόμιζε etc.,
μῦθος δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί· τοῦ γὰρ κράτος ἔστ' ἐνὶ Ϝοίκῳ,

quasi *lingua* quoque viris impares sint mulieres! Quocum loco conferendum est Alcinoi dictum ex eodem fonte desumtum, λ 350 sqq.:

ξεῖνος δὲ τλήτω, μάλα περ νόστοιο χατίζων,
ἧμπης οὖν ἐπιμεῖναι ἐς αὔριον, εἰς ὅ κε πᾶσαν
δωτίνην τελέσω. πομπὴ δ' ἄνδρεσσι μελήσει
πᾶσι, μάλιστα δ' ἐμοί· τοῦ γὰρ κράτος ἔστ' ἐνὶ δήμῳ,

ubi hospiti ieiune opponuntur viri. Denique prorsus absurde eandem locutionem adhibuit recentissimi hymni in Bacchum (VI) auctor vs. 27, ubi gubernatorem ita increpat navis dominus:

δαιμόνι', οὖρον ὄρα, ἅμα δ' ἱστίον ἕλκεο νηὸς,
σύμπανθ' ὅπλα λαβών. τόδε δ' αὖτ' ἄνδρεσσι μελήσει,

sibi nautisque ceteris Bacchum curae fore significans.

Diasceuasta autem, qui Odysseam in hodiernam formam redegit, quis fuerit et quando vixerit quaerere parum conducit [1]). Septimo ante Christum saeculo eum adscripsit Kirchhoff; Fick autem, pelectus scholio (Didymi?) ad Pindari Nem. II 1, [2]) Cynaetho nomen

---

[1]) Non virum sed feminam fecisse Odysseam nuper fuit qui contenderet. Quam opinionem natam esse in Britannia narrationum a mulieribus ingeniosis concinnatarum feraci, vix est cur addam.

[2]) Ὁμηρίδας ἔλεγον τὸ μὲν ἀρχαῖον τοὺς ἀπὸ τοῦ Ὁμήρου γένους, οἳ καὶ τὴν ποίησιν αὐτοῦ ἐκ διαδοχῆς ᾖδον· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ οἱ ῥαψῳδοί, οὐκέτι τὸ γένος εἰς Ὅμηρον ἀνάγοντες. ἐπιφανεῖς δὲ ἐγένοντο οἱ περὶ Κύναιθον, οὓς φασι πολλὰ τῶν ἐπῶν ποιήσαντας ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου ποίησιν. ἦν δὲ ὁ Κύναιθος Χῖος, ὃς καὶ τῶν ἐπιγραφομένων Ὁμήρου ποιημάτων τὸν εἰς Ἀπόλλωνα γεγραμμένον ὕμνον λέγεται πεποιηκέναι. οὗτος οὖν ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐρραψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν ἑνάτην Ὀλυμπιάδα, ὡς Ἱππόστρατός (in Χιελικοῖς, qui circa Christi natales vixisse videtur) φησιν. — Cf. Christ Proleg. Iliad. p. 19.

i fuisse sibi persuasit. Cynaethus circa annum 500 vixisse, Hym-
um Apollinis composuisse [1]), Homeri carmina multis versibus
icta Syracusis primum recitasse illic fertur. Quam temporis indi-
ationem multi corruptam ducentes litteras ξθ in κθ (660 a. C.,
κοστὴν pro ἑξηκοστὴν) mutant cum Duentzero, aliam viam ingressus
. H. Sayce nuper defendere conatus est, Ionici belli tempore
'naethum hominem Chium novam sibi in Sicilia patriam quae-
'isse ibique carminibus epicis recitandis vitam sustentasse haud
probabiliter coniciens [2]). Quae si ita habent, Odysseam ab eo
ri non potuisse apparet, nam diu ante Darii tempora cum Ilias
n Odyssea talis fere, qualis nunc legitur, circumferebatur, nisi
nia nos fallunt [3]).

)uicquid id est, — nam incertas has de rebus ignotis hariolatio-
mittamus nunc oportet, — constat epicam musam non, perinde
ie deam Minervam, adultam aliquando e Iovis alicuius capite
nedium prosiluisse, sed e tenella infantia sensim excrevisse nec
tarde ad integras vires aetatisque florem pervenisse. Homerus —
ioc nomine ita nunc utamur ut veteres solebant — Homerus,
nobis primus est Graecorum poeta, unde litterae classicae
'm habent, revera fuit postremus τῶν ἀοιδῶν, ante quem alii
e multi, quorum memoria temporis iniuriam superare non
:;

ἦν γε μὰν ἐπικώμιος ὕμνος
πάλαι, καὶ πρὶν γενέσθαι τὰν Ἀδράστου τάν τε Καδμείων ἔριν,

'e dixit Pindarus Nem. VIII 35. Iliadem atque Odysseam non
is sparsisque gentium Graecarum fabulis procreavit ingenium
hominis quem divinus afflaret spiritus, quemadmodum in
ɔ frigescenti subito gignuntur crystalli; neque vero — in quam
em olim Wolf magisque etiam Lachmann [4]) pronus fuit —
is carminibus, quae nullo vinculo nisi argumentorum simili-

---

[1]) ydidi certe (III 104) et Aristophani comico (Av. vs. 575) ignota erat haec
erque enim ipsi Homero hunc hymnum tribuit.

[2]) quae Sayce scripsit Academy 1884 Nov. 15 p. 326, allata a Fickio Ilias

[3]) quam Fick Sayci adstipulatus Ilias p. XXXIII sumsit Iliadem et Odysseam
o fere 500 ante Chr. hodiernam suam formam induisse.

[4]) htungen über Hom. Ilias 1837, 1841. E carminibus XVIII, duodeviginti
etarum operibus, Iliadem coaluisse Lachmann demonstrare studuit. Quem
Köchly 1861 in carmina XVI, a Lachmannianis nonnihil diversa, Iliadem
(abiectis Σ 356-Ψ fin.). Wolfius maiorem certe partem carminum quae
ciunt uni eidemque poetae tribuebat.

tudine primitus cohaesissent, crassa Minerva aliquando sunt consutae, ut pueri ludibundi nivis flocculos temere corrasos in pilae formam cogunt; sed aptiorem imaginem praebent grandinis grana, quorum nucleus de solida glacie postquam concrevit, mox dum venti turbine in gyrum circumagitur unam, duas, multas denique tunicas induit de pruina sensim adhaerenti, illas quoque arte cum ipso nucleo coniunctas, sed minus pellucidas, minus aequabiles, et affixas tantum, non unum cum eo corpus efficientes.

II.

Saeculo ante Christum natum VIII° Iliadem atque Odysseam tales fere quales ad nos pervenerunt extitisse satis certum est. Non male igitur Herodotus [1]) sumsit Hesiodum atque Homerum quarto fere ante suam ipsius aetatem saeculo vixisse [2]).

Videntur autem carmina epica hodiernam suam formam in Asiae ora occidentali induisse. Illuc mythos suos e patria secum transtulerunt coloni Graeci [3]), et in civitatibus, quae laete ibi tunc temporis mercatura efflоruerunt, vita beatior mitioresque mores egregie faverunt poesi.

Vix quicquam autem inter ea quae illud aevum tulit maioris fuit momenti ad hominum ingenia informanda quam ars scribendi et legendi in vitae communis varios usus magis magisque translata. Quae ars antiquitate longe longeque antecedit Musae Graecae natales. Nam in Babylonia annis ante Christum 3000 ut minimum scribebatur, in Aegypto vix recentior fuit usus litterarum, Phoenices autem, qui e crebris atque operosis Aegyptiorum signis simpliciores illas litteras XXII effinxerunt quas cum Graecis communicarunt [4]), quin inde ab anno fere 1500 hoc suo invento usi fuerint non est cur dubitemus; optime igitur confirmatur ipsorum Graecorum opinio, quae temere aliquamdiu a viris doctis est spreta, scribendi artem

---

[1]) Herod. II 53.

[2]) Diu igitur (IV saeculis) post bellum Troianum: Herod. II 146, Thucyd. I 3 § 3.

[3]) Mythos qui dicit, carmina dicit vetusta. Sed incertum manet utrum rudis tantum artis poematia ex Europa in Asiam cum colonis Graecis migrarint, an ipsae Ilias et Odyssea in Graecia (Ilias in Thessalia) natae, in Asia extensae fuerint, in quam opinionem, quae mihi quoque minime spernenda videtur, cum alii philologi inclinant tum Britanni Geddes Monro Leaf Jebb (Homer p. 164 sqq.).

[4]) Ex Aegypto Phoenices duxisse artem scribendi, etiam veteres intellegebant; vid. Plat. Phaedr. 274*c*, *d*, Tac. Annal. XI 14.

liquot aetatibus ante bellum Troianum, saeculo fere XIII°, e Phoe-
icia in Graeciam esse perlatam [1]). Quapropter absurda non sunt,
:rte chronologia non confutantur, quae tragici aliique, sui temporis
ores ad aevum vetustum transferentes, finxerunt de heroibus ea
te usis; qualia passim apud veteres occurrunt. Nam ut mittam
ae de Prometheo litterarum ut ceterarum artium cunctarum
'entore dixit Aeschylus [2]), heroibus Thebas oppugnantibus clipeos
riis inscriptionibus ornatos idem tribuit [3]); Euripides Palamedem
ibendi artem excogitasse statuit [4]) moxque huius fratrem Oeacem
'o invento usum esse ut herois necem patri nunciaret, derisus
) ab Aristophane comico [5]). Simili artificio in alia Euripidis
;oedia significabatur nomen Thesei [6]); Hippolyto Euripideo quo-
lo fallax epistula perniciem intulerit nemo nescit, Erechthei
ım aequales vetusta carmina oculis usurpantes Euripides finxit
m. 370 [7]). Sophocles Herculis in Trachiniis commemorat litteras
;natas [8]), nec non scripti catalogi nomina regum contra Troiam
ere iunctorum exhibentis mentionem fecit fr. 150. Amphitryonis
'amma Thebis legisse se putabat Herodotus [9]), filioque eius

---

orod. V 58 *οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι, οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, ἄλλα τε πολλὰ ἐλόμενοι τὴν χώρην ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ ἐόντα πρὶν ὡς ἐμοὶ δοκέειν· πρῶτα μὲν γὰρ τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέονται Φοίνικες, μετὰ δὲ χρόνου ἐντος ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν* (i. e. *figuras*) *τῶν γραμμάτων.*

sch. Prom. 459 sqq.:

καὶ μὴν ἀριθμὸν, ἔξοχον σοφισμάτων,
ἐξηῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις,
μνήμης ἁπάντων μουσομήτορ' ἐργάνην.

. Sept. vs. 434, 646.

. fr. 582 (loquitur Palamedes):

τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνος,
ἄφωνα καὶ φωνοῦντα συλλαβὰς τε θεὶς
ἐξηῦρον ἀνθρώποισι γράμματ' εἰδέναι,
ὥστ' οὐ παρόντα νοντίας ὑπὲρ πλακὸς
τἀκεῖ κατ' οἴκους πάντ' ἐπίστασθαι παλὰς,
παισίν τ' ἀποθνήσκοντα χρημάτων μέτρον
γράψαντα λείπειν, τὸν λαβόντα δ' εἰδέναι.

Ar. Thesmoph. 770, 778.

Athenaeus p. 454, infra pag. XLVI.

· τ' ἀναπτύσσοιμι γῆρυν | ἂν σοφοὶ κλίονται.

Soph. Trach. 157:

δόξαν γὰρ ἦμος τὴν τελευταίαν ἄναξ
ἁρμᾶτ' ἐπ' οἴκων Ἡρακλῆς, τότ' ἐν δόμοις
λείπει παλαιὰν δίλτον ἐγγεγραμμένην etc.

V 59.

Herculi scribendi magistrum Linum tribuit Theocritus [1]); Sisyphum dolo litterario Autolycum confutantem finxerunt alii [2]); Pseudo-Demosthenes LIX § 76 στήλην commemorat quam Thesei aetate erectam esse arbitratur; quin epistula Sarpedonis manu scripta Plinio nota erat, haec tamen ipso iudice spuria [3]). Adde Eur. Iph. Taur. 584, Iph. Aul. 35, fragm. 629.

Numquid igitur poetae quoque epici scribendi arte usi sunt ad carmina sua condenda? Et affirmata saepe est haec res et negata, utrumque autem iure. Nam primos vates scribendi arte non esse usos statuamus necesse est. Quid enim? Memoria satis valebant ut poemata haud ita magni ambitus a se ficta mente comprehendere possent et servare [4]), canebant autem hominibus quorum vita talis fere esse debuit qualem vitam heroum depinxerunt ipsi, ab horum autem moribus litteras et libros quam maxime fuisse alienos dudum est observatum [5]); ἀναλφάβητοι ἦσαν heroes, quod ut demonstraret Aristarchus apte usus est loco *H* 175 sqq., ubi reges Argivorum signis sibi tantum perspicuis notant sortes suas quas in Agamemnonis galeam sunt coniecturi; qui si scribendi artem calluissent, ipsa sua nomina profecto litterasve initiales inarassent, quo certius citiusque appareret cuius sors e galea prosiluisset [6]). Neque vetus poeta *caecum* finxisset Phaeacum cantorem Demodocum,

τὸν περὶ μοῦσ' ἐφίλησε, δίδου δ' ἀγαθόν τε κακόν τε·
ὀφθαλμὼ μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν (θ 63 sq.),

si ad carmina condenda tunc temporis necessaria fuisset ars scribendi. Adde poetam hymni Apollinis, qui caecum ipse se profitetur

---

[1]) Theocrit. XXIV 103.

[2]) Vid. Polyaenus Stratag. VI 52 (quem satyricum aliquod drama illic enarrare suspicor): *Σίσυφος, Αὐτολύκου τὰς βοῦς κύτοῦ κλέπτοντος κολλάπις, ταῖς χηλαῖς τῶν βοῶν ἐντυχὼν μόλυβδον, ᾧ γραφεῖσθαι ἐνήρμοσε γράμματα ἐκτυποῦντα· „Αὐτόλυκος ἔκλεψεν"*. *ὁ μὲν δὴ Αὐτόλυκος νύκτωρ ἐκόμισε τὰς βοῦς. ὁ δὲ Σίσυφος μεθ' ἡμέραν τοῖς γείτοσι γεωργοῖς ἔδειξε τὰ ἴχνη τῶν βοῶν κατηγορούντα τὴν Αὐτολύκου κλοπήν.*

[3]) Vid. Plin. XIII 27.

[4]) Longa carmina apud alias gentes sine litterarum ope nata et ad posteros transmissa sunt.

[5]) Sic mediaevali quoque quod dicitur tempore viri nobiles legendi scribendique artes ignorare atque adeo aspernari solebant utpote se indignas. — Poetam heroum vitam hac in re aliisque in rebus a sui temporis moribus diversam finxisse parum probabiliter statuebat Aristarchus.

[6]) Vid. Aristonicus ad *H* 187: *ἡ διπλῆ ὅτι οὐ γράμμασι τῆς λίζου; ἀλλ' ἐγκεφάλῳ; σημεῖα. οἱ γὰρ κοινῶς ἤδεσαν γράμματα, ἴδια τὸν κήρυκα ἀναγνῶναι καὶ τοὺς ἄλλους οἷς ἐπεδείκνυτο ὁ κλῆρος.* — Absurde ad diversa litterarum signa, quibus variae gentes Graecae uterentur, haec refert schol. B ad *H* 185.

's. 172 [1]). Nisi habet quod placeat Th. Blackwelli opinio, Homerum 'um libris ad lucernam invigilans doctrinae colligit thesauros, oculos uos disperdidisse.

Itaque, ut litteras norint veteres illi cantores, in arte sua non int usi invento quod prodesse iis nihil posset. Achillis ira Ulixis- ie reditus aliaque eiusmodi carmina aliquamdiu non nisi in emoria poetarum a quibus condita sunt vixerunt, deinde ex horum ə ab aliis sunt excepta. Sic autem sensim *ἀοιδοῖς* sua ipsorum ara ad citharam canentibus succrevit gens *τῶν ῥαψῳδῶν*, qui vetusta mata assa voce recitando victum sibi quaeritabant [2]). Quorum ninum artem vivide admodum depinxit Plato in Ione, quem e *ῳδῶν ἀγῶνι* Epidaurio victorem induxit cum Socrate confabu- tem; solebat autem Io Ephesius per totam Graeciam circum- ari et passim *ῥαψῳδεῖν περιὼν τοῖς Ἕλλησι* (p. 541 *b*). Sic usque Vum ante Christum saeculum viva voce cantorum propagata ; carmina epica.

ɔd Phoenicum ars illa, quae ad hominum vitam et mores ındos plus fortasse valuit quam cetera cuncta quae a gente ana sunt excogitata, cum olim regum rebus gestis aeri vel nori insculpendis, donariis consecrandis, foederibus legibusque gnandis praesertim inserviisset, mox etiam in mercatorum raphis aliisque memoriae adminiculis exigui ambitus usurpari sset, magis magisque in hominum mores se sensim insinuavit [3]).

---

hil vero in hac quaestione valet observatio, verbo *γράφειν* (*A* 388 *N* 553 *Γ* 599 *ω* 229) *radendi, stringendi* sensum a cantoribus epicis tribui, *γραπτὸς ω* 229 *ricturas*. Nam etiam Herodotus III 108 Verg. Aen. I 478 aliique multis saeɔstea ita locuti sunt. Neque recte versum *Φ* 163 huc traxerunt quidam (Ari- ? item Wolf Proleg. p. 89); nam vox *μνήμων* illic non *memorem* significat sed *v*.

nen Pindarus Isthm. III 65 a sceptro (*ῥάβδῳ*), quod rhapsodi gestare soleıneris sui insigne (vid. Hes. Theog. 30), repetivit; item Callimachus in ad illum locum allatus *τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον* vocavit carmina liam vocis interpretationem, quae vera videtur, secutus Pindarus Nem. II ntores epicos *ῥαπτῶν ἐπέων ἀοιδούς* vocavit, ad quem locum in scholio affe- rsus Hesiodei (fr. 244) *ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ | ᾐείδομεν, ἴμνους; ῥάψαντες; ἀοιδήν*. Recentissimae aetatis huic testimonio nemo quicquam e tota autem hac quaestione vid. Dionysius Thrax § 5 et schol. ad eum Bekk. Anecd. p. 765 sq.

nicum et rerum pretiosarum ab iis importatarum in Homericis carminibus loco fit mentio; ipsa papyrus, e cuius fibris per multa iam saecula charoriam fabricaverant Aegyptii, nominatur *φ* 391, quamquam non charta sed illa materie confectus illic commemoratur. — Dubium non est quin fines ustos huic arti in Graecia statuerit Wolf Proleg. p. 50: „adducimur et

Hinc in recenti satis Iliadis episodio Z 169 commemoratur epistula letifera, quam Bellerophonti dedit Proetus Corinthius ad Lyciae regem Iobaten perferendam:

'πόρεν δ' ὅ γε σήματα λυγρὰ,
γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

Πτυκτὸς hic quem poeta dicit *πίναξ* quin talis fere fuerit *δέλτος* duplex sive *δίπτυχον*, qualibus posteriores ad epistulas scribendas solebant uti, pugillares intus cera inducti, qui complicati et obsignati perferebantur, dubium non videtur; sed talibus verbis poeta utitur ubi huius *πίνακος* mentionem facit, ut minime vulgatum tunc temporis fuisse epistularum usum luculenter appareat [1]).

Epica autem carmina quando, ubi, a quibus primum scripto sint mandata, dicere hactenus nemo potuit, sed id quidem certum videtur, in eam quam novimus formam ea carmina sensim effingi non potuisse sine litterarum ope. Itaque sumamus oportet in Asiae ora occidentali [2]) atque insulis adiacentibus [3]) saeculo fere VIII°, fortasse etiam aliquanto prius, extitisse scripta carminum epicorum exemplaria, quae sive totum opus utrumque, sive alterius utrius partes aliquas complecterentur. Credibile autem est non cantores tantum manibus ea versasse suosque in usus adhibuisse, sed et alios — paucos tamen, opinor — aere suo sibi parasse ut oculis suis usurparent.

Sed de his libris nulla quae quidem fide digna sit notitia ad nos pervenit, itaque praestat coniecturis de iis non indulgere. In Attica demum quae fata habuerint carmina Homerica, accuratius aliquanto — nec tamen satis accurate — licet resciscere. In quam regionem a Solone translata esse feruntur, sed rectius dixeris Solonem carmina epica dudum in Attica cognita maiore etiam in honore collocasse [4]). Pisistrati autem filiorumque tempore, cum cul-

---

„prope cogimur, ut etiamsi litterae ante Homerum in Graeciam importatae essent „omnes, tamen facultatem et usum earum usque ad initia Olympiadum fere nullum „fuisse credamus."

[1]) Hinc dubitarunt multi num de veris litteris loquatur poeta, imagunculas quasdam vel notas symbolicas in pugillaribus a Proeto exaratas esse suspicati, in his Aristarchus, cui adstipulati sunt Wolf (Proleg. p. 82 sqq.) aliique.

[2]) Asiae oram incolebat poeta qui Boream et Zephyrum ventos e Thracia flantes littus alga consternero ceoinit *I* 5 sqq.

[3]) Hominem insulanum, qui in Chii Lesbive ora occidentali viveret, prodere videntur quae *Ψ* 227 *Ω* 13 de sole supra mare surgenti leguntur; quibus locis poetam ea pingere apparet quae ipse ante oculos habere soleret. Cf. Bergk Gr. Litt. I p 451.

[4]) Cf. Wolf Proleg. p. 140; *τὰ Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε φαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ληξεν ἐκεῖθεν ἄρχεσθαι τὸν ἑχόμενον*, Diogen. Laert. I 57. Solonis aequalis Clisthenes Sicyonius *φαψῳδοὺς ἔπαυσε ἐν Σικυῶνι ἀγωνίζεσθαι* (Herod. V 67).

lissimus quisque Atticam appeteret multique poetae aulam Pisistratidarum viserent, melius sensim civibus dicuntur innotuisse [1]). lii — Peloponnesiorum opinor historici Atheniensium famam litrariam rodentes — Lycurgum eum fuisse dicebant qui integra omeri carmina primus ex Asia in Graeciam transtulisset, quam mam IV° ante Chr. saeculo norant Ephorus et Aristoteles [2]); et I° certe saeculo ineunte carmina epica arte Terpandri Lesbii ad haram ea canentis Spartiatis innotuerunt [3]).

Multi autem [4]) Pisistratum filiumve eius Hipparchum operam lisse ferunt ut Panathenaeorum festo, quod quinto quoque anno ebrabatur, carmina Homerica integra et ex ordine recitarentur ulo, eo autem consilio vetusta illa poemata collegisse et scripto ndasse. Sed famae huius quae fides quis auctor sit prorsus latet. nquid ex ipso Pisistratidarum aevo ad posteros pervenit? an suo commenti sunt grammatici recentiores, obscura aliqua vem verba parum recte interpretati? Hoc suspicari tantum non nur; nam iure observatum est, quae de Pisistrato feruntur matici Alexandrinis aut ignota fuisse aut utpote nullius pretii lam ab iis esse spreta, nullo enim loco ad ea alludi in notis archeorum, neque ante Ciceronem [5]) qui eorum mentionem t reperiri quemquam [6]).

---

sistrati filium Hipparchum carmina Homerica primum in Atticam detulisse lit dialogi Platonici Hipparchi scriptor p. 228*b*: *τὰ Ὁμήρου ἔπη πρῶτος ἐκόμισεν γῆν ταυτηνὶ καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι.* l. Plut. Lycurg. 4, Aelian. XIII 14, Ephorus apud Strabonem p. 482 *Λυκοῦργόντα ... καὶ Ὁμήρῳ διατρίβοντι ἐν Χίῳ κατᾶραι πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν.* Etiam Ariston Lacedaemoniorum civitate illam fabulam commemorasse, ex Heraclidis excerpto: *Λυκοῦργος ἐν Σάμῳ ἐγένετο καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν παρὰ τῶν ἀπογόνων υ λαβὼν πρῶτος διεκόμισεν εἰς Πελοπόννησον.* Dio Chrys. II p. 37 R.: *Λυκοῦργόν τον ἀπὸ Κρήτης ἢ τῆς Ἰωνίας κομίσαι τὴν ποίησιν εἰς τὴν Ἑλλάδα.*

Plut. de Mus. 3, 5, 6.

imonia collegit Sengebusch in Dissertatione Homerica II[a] p. 27 sqq.

de Oratore III § 137: „quis doctior iisdem illis temporibus aut cuius ia litteris instructior fuisse traditur quam Pisistrati? qui primus Homeri onfusos antea, sic disposuisse dicitur ut nunc habemus." — Pausan. VII 26 *τρατος ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε καὶ ἄλλα ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροίζετο.* — ır. Hist. XIII 14 *Πεισίστρατος συναγαγὼν ἀπέφηνε τὴν Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν.* — ietatis epigramma in Pisistratum, quod in eius statua Athenis olim lectum ifesto errore perhibet vitae Vae apud Westermannum auctor:

τρὶς μὲ τυραννήσαντα τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
δῆμος Ἐρεχθῆος καὶ τρὶς ἐπηγάγετο
τὸν μίγαν ἐν βουλαῖς Πεισίστρατον, ὃς τὸν Ὅμηρον
ἠθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.

'. Knight Prolegom. p. 2, Lehrs Aristarch.[3] p. 445 sqq., Ludwich Aristarch.

Itaque satius videtur non multum huic narrationi tribuere. At etiamsi quam plurimum ei tribuas, non id inde sequitur quod putabat Wolf, carmina Homerica Pisistrati iussu Athenis primum scripto mandata esse, et e poematis sparsis neque inter se cohaerentibus, quae hactenus nonnisi in cantorum ore vixissent, duo opera tunc esse conficta a viris quibusdam (Onomacrito aliis), quibus hoc negotium Pisistratus demandasset. Nam ipsi veteres de ordine veterum carminum a Pisistrato *restituto* loquuntur, olim igitur ordinem aliquem extitisse sed dum in populi ore carmina circumferebantur turbatum et Pisistrati demum cura revocatum esse sibi persuadentes; tam obscuris autem parumque aptis verbis utuntur ut certi nihil eos rescivisse sed famam dubiam, fortasse inanes fabellas meraque mendacia aut comicorum iocos secutos esse appareat [1]).

II p. 390-404. — Parum feliciter in veritate eorum quae de Pisistrato narrantur vindicanda versatus esse mihi videtur O. Seeck, die Quellen der Odyssee p. 385 sqq.; qui Telemachiam Pisistrati tempore Athenis confectam esse putat. Hic vir qualibus argumentis fidem habeat, optime apparet pag. 342: „wenn unser Dichter Telemachos „und Peisistratos stets in demselben Bette schlafen lässt", (quod in Odyssea equidem non lego) „so deutet er damit die Ehe an, welche zwischen ihren Abkömmlingen geschlossen werden sollte; wenn der Nestorsohn seinen Gast bei der Hand „ergreift und ihn neben seinem Bruder Thrasymedes Platz nehmen heisst (γ 39), „so symbolisiert dies die Familienverbindung, welche durch Vermittlung der Peisistratiden zwischen den Telemachiden und den Alkmaioniden entstand, denn Thrasymedes war der Ahnherr der Koisyra, der Gattin des Tyrannen." — Huius igitur doctrinae ope fortasse illud quoque indagari poterit quod vir doctus apud Gellium XIV 6 scire laborabat, „quam ob causam Telemachus cubans iuxta sibi cubantem Pisistratum non manu attigerit sed pedis ictu excitarit": — eor nescio quis Pisistratidarum hunc versum adiecit, opinor, postquam ex Attica sunt pulsi. Quin autem Herodoti I 61 bene notam narratiunculam de Coesyra huc trahimus?

[1]) Proleg. de Comoedia apud Cramerum Anecd. Paris. I p. 6, repetita apud Meinekium Fragm. Com. II 2 p. 1237 sq. et Bergkium in ed. Aristoph. proleg. p. XXXVIII: *τὰς Ὁμηρικὰς ἑβδομήκοντα δύο γραμματικοὶ ἐπὶ Πεισιστράτου τοῦ Ἀθηναίων τυράννου διέθηκαν οὕτως, σποράδην οὔσας τὸ πρίν. ἐπεκρίθησαν δὲ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπ' Ἀριστάρχου καὶ Ζηνοδότου, ἄλλων ὄντων τούτων τῶν ἐπὶ Πτολεμαίου διαθεωσάντων. οἱ δὲ τέσσαρσί τισι τὴν ἐπὶ Πεισιστράτου διάθεσιν ἀναφέρουσιν, Ὀρφεῖ Κροτωνιάτῃ, Ζωπύρῳ Ἡρακλεώτῃ, Ὀνομακρίτῳ Ἀθηναίῳ, καὶ παγ ἐπὶ κογχυλε.* — Scholion Plautinum apud Ritschelium die Alexandr. Bibliothek p. 4: „ceterum Pisistratus sparsam prius „Homeri poesim ante Ptolemaeum Philadelphum annis ducentis et eo etiam amplius, „sollerti cura in ea quae nunc extant redegit volumina, usus ad hoc opus divinum „industria quattuor celeberrimorum et eruditissimorum hominum, videlicet Concyli, „Onomacriti Atheniensis, Zopyri Heracleotae et Orphei Crotoniatae; nam carptim „prius Homerus et non nisi difficillime legebatur." — Heliodorus apud Tzetzam in Proleg. ad Aristoph. (Keil in Rhein. Mus. 1848 p. 116): *συνθεῖναι τὸν Ὅμηρον ἐπὶ Πεισιστράτου ἑβδομήκοντα δύο σοφούς, ὧν ἑβδομήκοντα δύο εἶναι καὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ τὸν Ἀρίσταρχον καίτοι τεσσάρων ἀνδρῶν ἐπὶ Πεισιστράτου συνθέντων τὸν Ὅμηρον, οἵτινές εἰσιν*

Restat ut sumamus Solonis et Pisistratidarum tempore in deorum ltum publicum receptam esse carminum epicorum dudum in ttica cognitorum recitationem; *νόμον ἔθεντο οἱ πατέρες ὑμῶν, καθ' ἑστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνου Ὁμήρου τῶν ἄλλων ποιη- ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη*, ut loquitur Lycurgus orator in Leocrat. 102. Nec non credibile est emendatum aliquod exemplar carmi- n epicorum tunc designatum esse, quod publice asservaretur et oties opus esset consuleretur, ut rhapsodorum temere multa mu- tium omittentium de suo addentium compesceretur libido. Fieri ique potuit ut ex illo exemplari alia fluerent, quae Athenis

---

Ἐπικόγκυλος, Ὀνομάκριτος Ἀθηναῖος, Ζώπυρος Ἡρακλεώτης καὶ Ὀρφεὺς Κροτωνιάτης p. 118).

ce notitias, quae unius instar sunt, ex Athenodori Cordylionis, grammatici Per- i, qui II° ante Christum saeculo vixit, opere fluxisse acuta est coniectura (vid. Sengebusch Diss. Hom. II p. 35, La Roche Textkritik p. 10, 12, H. Flach ratos p. 12).

ylus ille, quem crepant omnes, quis fuerit frustra quaesierit quispiam; quod peperisse voces *ἐπικὸν κύκλον* ridicule deformatas (*ἐπὶ Κόγκυλον*) intellexit Cramer. ascitur suspicio, de alia re, nempe de epici cycli carminibus cunctis ordinatis num corpus coniunctis, sermonem fuisse in fonte quo hi nugatores usi sunt. tum autem primum epici cycli carmina ordinasse statuit Welcker Ep. Cyclus q., propter verba Anecdoti Romani ab Osannio editi: „Alexander Aetolus et hron Chalcidensis et Zenodotus Ephesius impulsu regis Ptolemaei Philadelphi nento .... artis poeticae libros in unum collegerunt et in ordinem redegerunt, ler tragoedias, Lycophron comoedias, Zenodotus vero Homeri poemata;" et huc spectant Ausonii verba Epist. XVIII 28

quique sacri lacerum collegit corpus Homeri,

Zenodoto videntur dicta esse (Wolf Proleg. p. 200). Sed nihil obstat quomi- amus Pisistrati cura simile quid iam antea esse factum, licet ipsum *nomen* ci aevo Alexandrino non sit antiquius, fortasse recentius.

autem non suaviter ridebit alium grammaticum in Bekkeri Anecd. p. 767 entem: *Ἦν τινι χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα παρεφθάρη, ἢ ὑπὸ πυρὸς ἢ ὑπὸ σεισμοῦ ἁτων ὑποφορᾶς, καὶ ἄλλων ἄλλως τῶν βιβλίων διασυδασθέντων καὶ φθαρέντων ρέθη ὁ μὲν ἔχων τυχὸν ἑκατὸν στίχους Ὁμηρικούς, ὁ δὲ χιλίους, ἄλλος διακοσίους, ς ἂν ἔτυχε, καὶ ἔμελλε λήθῃ παραδίδοσθαι ἡ τοιαύτη ποίησις. ἀλλὰ Πεισίστρατός ων στρατηγὸς ... ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι, τὸν ἔχοντα Ὁμηρικοὺς στίχους ἀγαγεῖν ν, ἐπὶ μισθῷ ὡρισμένῳ καθ' ἕκαστον στίχον* etc.; deinde pergit narrando Pi- liquot viros designasse qui versus allatos ordinarent, singulos pro arbitrio , duorum autem Aristarchi et Zenodoti praevaluisse ordinandi rationem. — habet Tzetza in Exeg. Iliad. p. 772 Bachmann, et iucundiora etiam sunt uckii Lexico Vindobonensi p. 279 venditantur: „Pisistratus quondam Athe- tyrannus, inordinata adhuc et confusa poesi Homeri, praemio sollicitare eos qui eam ordinarent iisque praemii nomine in singulos versus singulos stituit. Mercede multi inducti pauperes, quibus ingenium affluebat,.... lurimos versus operis nobilitatem corruporunt", — et hanc ob causam *obelo* notaverit versus spurios, quos peperisset *obolorum* amor.

sunt exarata et divendita, et sic natam esse recensionem Atticam, quae in textu Homerico mox praevaluit, quoniam illo aevo librorum mercatura extra Athenas vix usquam in Graecia fiebat [1]). Sed haec quoque incertissima sunt omnia, et quoniam Atticum eiusmodi exemplar a veteribus grammaticis nunquam quantum sciamus est commemoratum nullaque inde allata est lectio, hanc quoque quaestionem mittere licet.

Omnino autem cavendum est ne incidamus in fallacem opinionem, certo aliquo tempore unum pluresve homines carmina epica pro arbitrio suo mutasse eamque recensionem deinde per Graeciam esse sparsam et ad nos perlatam. Pisistrati iussu Onomacritum cum suis sic libere in vetusta illa opera grassatum esse Wolf aliique hoc saeculo ineunte sibi persuaserunt; his annis Fick demonstratum ivit ex Aeolica dialecto in Ionicam a diasceuasta quodam esse conversa; cuius Homerum Lesbi *φωνῇ βαρβάρῳ* quam dicit Prodicus Plat. Protag. p. 341 *c* adaptatum perlustrans fortasse exclamaverit quispiam Hesiodeum illud

Φεῖ' ὅλοον τέκε γαῖα Ὁμηρείοισιν ὄλεθρον,

de viro, qui optime de lingua Graeca ipsoque Homero meruit, inique sic iudicans [2]). Huiusmodi opiniones delevit dies aut delebit [3]). Terrae nostrae faciem violentissimis ignis interni eruptionibus

---

[1]) Ante bella Persica Athenis libros non multos fuisse facile intellegimus, itaque vereor ut multa volumina Xerxes inde in Persiam absportare potuerit, quod perhibet Gellius VII 17. Sed sub finem belli Peloponnesiaci inter merces quae peregre evehi soleant volumina scripta commemorantur a Xenophonte Anab. VII 5 § 12, ubi in Thraciae ora Salmydessia suos milites et alia multa repperisse narrat e navibus illic elisis a barbaris servata et *πολλὰς βίβλους γεγραμμένας καὶ τἆλλα πολλὰ ὅσα ἐν ξυλίνοις τεύχεσι ναύκληροι ἄγουσιν* (fictilibus vasis quae inclusa sunt merguntur neque igitur aestu in littus eiciuntur).

Alienum ab hac quaestione duco locum Platonis Apol. 26 *d*, de quo vid. Fränkel Anmerkungen zu Boeckh Staatshaushaltung der Athener p. 18* sq.

[2]) Etiam ante multa saecula fuere qui Aeolicum Homerum poscerent, vid. Anecd. Rom. Osann. p. 5: *τὴν δὲ ποίησιν ἀναγινώσκεσθαι ἀξιοῖ Ζώπυρος ὁ Μάγνης Αἰολίδι διαλέκτῳ, τὸ δὲ αὐτὸ Δικαίαρχος.*

[3]) Iocosa serius intermiscere quoniam nihil vetat, in annotatione commemorata esto sententia Frederici Soltau (die Mythen- und Sagen-kreise im Homerischen Schiffere-„pos, Berlin 1887), „dass dem in dem jetzt griechischen Sprachtexte enthaltenen „ältesten Traditionsbereiche eine *andere ältere Sprache* zu Grunde liege und dass „diese Sprache für die Odyssee insbesondere das durch die Phönicier uns überlieferte „*alt-Skythische* sei, ... was man gewohnt ist auch das *Keltische* zu nennen". Qui vir doctus Odysseam ad annum ante Christum 7000 refert, enarrari autem in eo opere itinera polum meridionalem versus suscepta censet.

Paullo minus audacter A. Kirchenbauer 1877 Ulixis iter vocaverat „eine Umschiffung

funditus identidem mutatam esse olim putabant viri rerum naturalium curiosi, et animalium genera cuncta certo aliquo temporis puncto esse creata per multa saecula crediderunt homines. Nostra aetas melius perspexit quanta in rebus terrestribus deformandis potestas sit temporis; causas exiguas per longum saeculorum spatium vigentes ea effinxisse quae derepente veluti e chao prosiluisse olim crederentur; aquae guttas stillantes concrescentes liquescentes diruisse montium celsa cacumina; animalculorum, quae nudis oculis ne discerni quidem possint, infinitam multitudinem per infinita aeva succrescentem candidas Britannorum rupes et Borussorum solum creasse; animantium autem genera sensim et pedetentim in alias figuras abiisse et etiamnunc abire. Sic hominum aetates sibi succedentes non sponte neque consulto neque violenter sed lente et insciae carminum epicorum verba figurasque praesertim verborum mutarunt, quamdiu in cantorum potissimum ore ea poemata vivebant et voce propagabantur. Tum demum constitit textus operum Homericorum, cum religione a temeritate defendi et legi magis quam audiri sunt coepta; exinde autem ad nostra usque tempora intactus fere permansit.

Africa's", Ulixem anno 1450 fere ante Christum ad polum meridionalem pervenisse, ibi autem Cimmerios repperisse ratus.

Quanto prudentius olim Eratosthenes statuebat *τότ' ἂν εὑρεῖν τινα ποῦ Ὀδυσσεὺς πεπλάνηται, ὅταν εὑρῇ τὸν σκυτέα τὸν συρράψαντα τὸν τῶν ἀνέμων ἀσκόν.* Quod dictum facetum qui rettulit Strabo I 2, ipse multo magis credulum se ostendit.

Non in ultima terrarum sed ad Semitas nuper nos ablegavit vir Francogallus l'Abbé Fourrière les Emprunts d'Homère au livre de Judith, Amiens et Paris 1889, qui probasse sibi videtur Homerum fuisse Iudaeum, e sacris autem Iudaeorum libris, praesertim e Iudithae libro, sua petivisse, sed verae fidei cum esset infestus, Abrahami illum deum sub Saturni nomine in Tartara detrusisse; Agamemnonem esse Holophernem, *τὴν ταιχοσκοπίαν* (*Γ* 121 sqq.) esse Iudithae de Bethuliae muro despicientis imitationem, Dioscuros esse biformem illam ignis fumique columnam quae Iudaeis per desertum vagantibus monstravit iter (p. 117); qualia argumenta postquam prolata sunt CLXXIII et Sibyllae auctoritate confirmata, Homeri carmina vocantur „dans le fond, une machine de guerre contre le monothéisme biblique" (p. 97), bonis moribus veraeque pietati opus perniciosissimum. Aliae huius generis deliciae multae inveniuntur in Revue d'exegèse mythologique redigée par M. l'Abbé Fourrière, Amiens 1892, 1893. Ante annos triginta similia protulerat alter vir Francogallus L. Benloew les Sémites à Ilion ou la vérité sur la guerre de Troie, ante duo saecula eundem cursum tenuerant Bogan Homerus *ἑβραΐζων* Oxon. 1658, Croesius *Ὅμηρος Ἑβραῖος*; Dordr. 1704, alii; quin ante Christi natales Chaldaeum vocabat Homerum Cratetis discipulus Zenodotus (vid. schol. *Ψ* 79), alii pro Syro homine vel Aegyptio eum venditabant, Aristobulus autem Iudaeus e sacris libris Moysis eum ceterosque Graecorum poetas et philosophos sua petivisse demonstratum ibat. Ecquis erit finis?

Atticis litteris exarata esse exemplaria quae in Attica olim fiebant res fert. Nullum igitur in iis erat sonorum η et ε et pseudodiphthongi ει discrimen, neque sonorum ω et ο et pseudodiphthongi ου, sed signis *E* et *O* haec omnia indicabantur; consonae non duplicabantur, pro ψ et ξ autem scribebatur *ΦΣ* et *ΧΣ*; spiritui aspero suum erat signum *H*, digamma in Atticis Homeri libris unquam scriptum esse veri est dissimile (cf. infra § 40 pag. 148 sqq.).

Sed quinto ante Chr. saeculo litteratura Attica cessit signis Ionicis, quae ab omnibus Graecorum gentibus sensim sunt recepta. Anno demum 403/2 — quae magistratuum et ministrorum publicorum in res novas parum inclinatorum solet esse tarditas — in publica decreta recepta sunt, sed diu antea etiam in Attica nota erant et a multis usurpabantur, id quod quemvis statim docent Euripidis noti versus in Theseo fabula, ubi *ΘΗΣΕΥΣ* nomen ita describitur (fr. 385 Dind.):

κύκλος τις ὡς τόρνοισιν ἐκμετρούμενος,
οὗτος δ' ἔχει σημεῖον ἐν μέσῳ σαφές·
τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο,
ταύτας διείργει δ' ἐν μέσοις ἄλλη μία· etc.

Homeri autem exemplaria Athenis quando primum litteris Ionicis exarari sint coepta, — nam libros alibi scriptos nunc negligamus necesse est —, omnino nescimus. Suspicari licet religionem, qua carmina epica magis magisque inter Graecos sunt consecrata, effecisse ut sero demum externa eorum species mutaretur. Sic in patria nostra etiamnunc sunt multi qui Bibliae exemplaria signis „Gothicis" excusa et vetustas verborum figuras quibus ante aliquot saecula patres nostri utebantur exhibentia unice sibi expetant, spretis editionibus quantumvis nitidis quae hodiernis litteris sint descriptae nostrique temporis orthographiam sequantur [1]). Itaque quod placeat habet Cobeti sententia, Zenodotum primum (circa annum ante Chr. 270) Atticae carminum Homericorum litteraturae substituisse signa Ionica: „Libri veteres, unde Zenodotus primus „omnium suam Homeri *διόρθωσιν* concinnavit, exarati erant *γράμ-„μασιν Ἀττικοῖς* sive *ἀρχαϊκοῖς*, qualibus Athenienses ante Euclidem „in omni genere documentorum utebantur, quaeque post receptam „litteraturam Ionicam *ἡ παλαιὰ γραμματική* aut *ἡ ἀρχαία γραμματική*

---

[1]) Grammatici Graeci inscriptiones vetusta litteratura insignes finxerunt plus semel. Cuiusmodi lusus aptum exemplum praebet monumentum quod Romae uxori suae condidit rhetor Herodes Atticus Hadriani tempore, CIG. 26: *οδενι θε | μιτον με | τακινεσαι* etc.

„appellari solebant. Zenodotus igitur quum τὰ Ἀττικὰ γράμματα trans„scriberet εἰς τὰ Ἰωνικά (quod μεταχαρακτηρίζειν dicitur...) videtur in „ea re nonnullos commisisse errores, quos partim Aristophanes de„prehendit, alios Aristarchus, alios critici post Aristarchum" (Miscell. Crit. p. 289).

At nullum ad hanc suam opinionem tuendam argumentum Cobetus attulit potuitve afferre [1]), optimo autem iure Ludwich Aristarch. I p. 11 observavit, exemplaria Atticis litteris perscripta ad Aristarchum saltem nulla pervenisse videri [2]), nullam certe eorum mentionem fieri in scriptis Aristarcheorum; hos complures quidem errores notasse, quos e vetusta litteratura fluxisse intellegerent, sed de eiusmodi locis ita locutos esse ut appareat eos non Atticis exemplaribus adhibitis sed coniectura, in quam et hodierni philologi possint incidere, vitiorum illorum causam indicasse. Vid. schol. *H* 238 *Ξ* 241 *Φ* 127, 363 in cod. Genev., *α* 52, 254, 275. Unum novi locum Cobeto faventem, qui reperitur in scholiis ad *Λ* 104, ubi sic loquitur Aristonicus: ὃ] ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει „ὄν". μήποτε δὲ πεπλάνηται, γεγραμμένου τοῦ *O* ὑπ' ἀρχαϊκῆς σημασίας ἀντὶ τοῦ Ω, προσθεὶς τὸ *N*. ἔστι γὰρ περὶ δυεῖν ὁ λόγος. Quae tamen nihil probant nisi Aristonicum toto saeculo et amplius post Aristarchi mortem praeterlapso *putasse* Zenodoto exemplar vetusta litteratura exaratum ad manum fuisse. Inde a quinto autem ante Chr. saeculo extitisse Homeri editiones recentiora Ionum signa exhibentes docet Antimachi Colophonii exemplar [3]), in quo *ΜΑΧΗΣΟΜΑΙ*, non *ΜΑΧΕΣΣΟΜΑΙ* fuisse testatur Didymus: in Attica utrumque litteris *ΜΑΧΕΣΟΜΑΙ* olim indicabatur. Idem valet de vetustis libris Massiliotico Sinopico Argivo, qui in scholiis ad *Λ* 298 eandem ob causam laudantur. Videantur etiam lectiones ᾠνοχόει *Λ* 598 εἰρχθέντ' *Φ* 282 eorundem mscriptorum auctoritate ab Aristarcho fultae, quibus locis οἰ- et ἐρ- scribebant alii: in Atticis exemplaribus *OINOXOE* et *HEPXΘENT* esse debuit.

Nullos unquam extitisse Homeri libros Atticis litteris perscriptos confidentius quam probabilius edixit von Wilamowitz Homerische Untersuchungen p. 286 sqq. Sed fac verum vidisse virum illum

---

[1]) Cf. Christ Proleg. Il. p. 105.

[2]) Cf. Giese Aeol. Dialekt p. 163 sqq.

[3]) Videtur ἡ Ἀντιμάχειος fuisse liber ab ipso Antimacho sua manu correctus. Sic Alcibiadi ludimagistrum obtulisse Homerum a se διωρθωμένον narrat Plutarchus Alc. 7.

acutum et Ionica carmina Ionicis semper litteris fuisse exarata: ne sic quidem quae de transcriptione carminum Homericorum vitiisque inde natis aut a veteribus grammaticis aut a recentioribus philologis sunt observata concidunt; nam etiam inter antiquissimam Ionum aliorumque Graecorum scribendi rationem et recentiorem illam quae in Ionia primum usurpari coepta est gravissima fuere discrimina: *H* olim nonnisi de sono *ā* usurpatum (vid. infra pag. 33 sqq.), consonae non duplicatae, Ω signum ignotum, pseudodiphthongi *EI* et *OY* signis *E* et *O* perinde atque Athenis indicatae. Multorum autem errorum vetustissimam scribendi rationem in textu insolitis vocibus vocumque figuris passim insigni multisque locis obscuro extitisse causam cum ratio clamat tum ipsa carmina Homerica tam luculenter ostendunt ut testimonia aliunde petita non requirantur; videantur quae hac de re infra observata sunt pag. 45 sqq., 63, 93, 122 sqq., 200, 239 sq., 258 sqq., 287, 306 sq., 311, 323, 338, 362, 379, 419, 425 sq., 438, 469, 511, 519, 523, 534, 550 sq., 554. In scholiis *οἱ μεταγραψάμενοι* sive *οἱ μεταχαρακτηρίσαντες* passim culpantur.

Alexandrinis grammaticis in Ptolemaeorum bibliothecis praesto erant exemplaria complura, quae propter eorum antiquitatem vel praestantiam magni fecerunt et in textu constituendo adhibuerunt [1]). Horum igitur ope Zenodotus, quem bibliothecae Alexandrinae nuper conditae praeposuit Ptolemaeus Philadelphus, et postea Aristarchus suas Homeri recensiones elaborarunt. Nobis de vetustis illis voluminibus, quibus Alexandrini usi sunt, vix quicquam innotuit; ne id quidem scimus, quot fuerint numero. Quaedam nomine civitatum, unde Alexandriam delata fuerant, designari solebant, *αἱ ἀπὸ τῶν πόλεων βίβλοι* vel *διορθώσεις* vel *ἐκδόσεις* [2]): *ἡ Χία, ἡ Μασσαλιωτική, ἡ Κρητική,*

---

[1]) Cf. Wolf Proleg. p. 117.

[2]) Has voces quomodo distinguam non habeo; cavendum autem, ni fallor, ne voce *ἔκδοσις* in errorem abripiamur. Nullam enim video causam cur huiusmodi „editionum" plura exemplaria consimilia aut in Alexandrinorum manus pervenisse aut unquam extitisse credamus. Non *edita* est Ilias Massiliae, ut nunc editur Lipsiae vel Lugduni Batavorum, sed ignotae originis exemplar inde advectum manibus tenebant critici Alexandrini; non *edita* est ab Antimacho, quemadmodum a Bekkero vel La Rochio est edita, sed exemplar Antimachi manu correctum extabat Alexandriae. — Aristophanis tamen, ut Zenodoti et Aristarchi, vera editio videtur esse statuenda; quamquam haec res non conficitur voce *αἱ Ἀριστοφάνους* schol. Θ 513 a 83, quam Sengebusch Hom. Diss. I p. 48 interpretatus est „exemplaria editionis Aristophaneae", nam utrique loco fidem denegat Ludwich Arist. I p. 5.

ἡ Κυπρία, ἡ Ἀργολική, ἡ Σινωπική, ἡ Λιολίς; accedit ἡ ἐκ Μουσείου. Alia a viris doctrina insignibus fuerant correcta, αἱ κατ' ἄνδρα: ἡ Ἀντιμάχου, ἡ Ῥιανοῦ, ἡ Ἀριστοφάνους, ἡ Σωσιγένους, ἡ Φιλήμονος, ἡ ἐκ τοῦ νάρθηκος ab Aristotele Alexandri in usum emendata, quam rex in capsa pretiosissima Suzis inventa asservavit [1]); Didymo etiam ἡ Καλλιστράτου praesto fuit. Ἡ κυκλική (π 195 ϱ 25) et ἡ πολύστιχος (Λ 258, 340 Δ 334) unde nomen duxerint ignoramus; in hac lectos fuisse multos versus quos alia exemplaria omittere solerent [2]), illam talem continuisse Homericorum recensionem quae cum ceteris τοῦ ἐπικοῦ κύκλου carminibus in unum corpus — non tamen in unum volumen — esset iuncta [3]), suspicari licet, sed certi nihil compertum habemus. Praeterea saepius commemorantur αἱ κοιναί, αἱ δημώδεις, αἱ εἰκαιότεραι ἐκδόσεις, vulgaria carminum Homericorum exemplaria, qualia omnium in manibus et tunc temporis erant et invitis grammaticis etiam post Aristarcheorum curam textui emendando adhibitam manserunt; multis autem in mscriptis vulgatus ille textus ad nostra usque tempora est promulgatus.

Libri Massiliensis et Argolicus cum Iliadem tum Odysseam continebant, volumini τῷ ἐκ τοῦ νάρθηκος sola Ilias inerat; cetera exemplaria totumne Homerum continuerint an solam Iliadem, et aliane fuerint quae solam Odysseam partesve aliquas utriusvis carminis complecterentur, quis dixerit. Id certum est in ῥαψῳδίας non fuisse divisa. Quae distinguendi ratio Alexandriae est nata [4]) in commodum legentium nec non librariorum et editorum, ne ingentia volumina aut his conficienda aut illis pervolvenda essent. Olim ab initio usque ad finem utrumque carmen decurrebat, si quis autem locum Homericum afferens indicare vellet qua in parte operis verba laudata extarent, commemorandae ei erant res in vicinia tractatae. Sic apud ipsum Homerum praeter generalia illa nomina κλέα ἀνδρῶν

[1]) Strab. XIII p. 594, Plut. Alex. 8, Plin. Hist. Nat. VII 30. Etiam Callisthenem Aristotelis discipulum Alexandriae amicum hoc volumen perlegisse ut vitia inde eximeret Strabo dicit l. l.

[2]) Huiusmodi recensionis particulas superesse in fragmento pervetusto libri Λ, quod detexit Flinders Petrie, et in alio quodam eiusdem rhapsodiae fragmento nuper Genevam delato, coniecerunt J. Menrad in Sitzungsberichten d baier. Ak. 1891 p. 551 et J. Nicole Revue de Philologie 1894 p. 110. Nomen Th. Birt das antike Buchwesen p. 444 parum probabiliter inde repetit quod Iliadem et Odysseam uno volumine complexa fuerit.

[3]) Cf. Sengebusch Diss. Hom. I p. 204.

[4]) Modo Aristarcho, modo Aristophani, modo Zenodoto tribuitur; id unum constare videtur III° saeculo Iliadem et Odysseam ita dividi coeptas esse. Vid. Ludwich Arist. II p. 220.

et *Ἰλίου οἶτος* legitur carminis minus ampli vel partis carminis titulus *Ἵππου κόσμος* Θ 492; Herodotus II 116 versus Z 289 sqq. affert *ἐκ τῆς Διομήδεος ἀριστηίης*, qui nunc libri *E* est titulus; Thucydides I 9 versum *B* 108 *ἐκ τῆς τοῦ σκήπτρου παραδόσεως* citat, Plato Cratyl. 428*c* versus *I* 644 sq. *ἐν λιταῖς* legi dicit, Aristoteles Poet. 16 versus Θ 521 sqq. *ἐν Ἀλκίνου ἀπολόγῳ* sibi lectos laudat et τ 386 sqq. *ἐν τοῖς νίπτροις*. Alia nomina complura, quibus olim Iliadis Odysseaeque partes indicari solebant, afferuntur ab Aeliano Var. Hist. XIII 14, nec non in Homeri codicibus reperiuntur. Nunc vero in libros sive *ῥαψῳδίας* XXIV cum Ilias tum Odyssea est divisa, secundum numerum litterarum, quibus singuli libri exinde designari coepti sunt. Eadem aetate Herodoti opus in novem, Thucydidis in octo libros est divisum, item Xenophontis aliorumque scriptorum classicorum opera longiora in volumina aliquot sunt distributa.

Quae autem editiones cura grammaticorum Alexandrinorum in lucem prodierunt emendatiores qualem formam habuerint externam, optime docet pulcherrimum exemplar papyraceum V[i] fere post Chr. saeculi, quod W. H. Flinders Petrie in Aegypto repperit [1]). Litterae sunt magnae et singulari cura exaratae, signis prosodiacis distincta sunt vocabula, Aristarchi signa critica appicta, singulae paginae versuum sunt XXII. Tales fere fuere libri qui ex Aristarchi schola prodierunt. Hi quoque signis Aristarcheis muniti et nisi egregie fallor in paginas vicenorum duorum versuum distributi erant; suspicari autem licet desumtum esse hunc numerum ex exemplaribus vetustissimis, haec enim tot in singulis paginis habuisse versus quot litterarum signa olim usurpabantur [2]).

Nam haec nisi sumimus, non video quam habeat explicationem numeri XXII in vetustis mscriptis mira constantia. Cuius rei exemplum antiquissimum est papyrus III° ante Chr. saeculo non recentior, in quo Platonis Phaedo nitide admodum est exaratus [3]). Alia quo-

---

[1]) Vid. tabulae 23 et 24 operis Hawara Biahmu and Arsinoe with 30 plates 1889.

[2]) Atticae litterae sunt *ΑΒΓΔΕΖΗΘΙΚΛΜΝΟΠϘΡΣΤΥΦΧ*. Etiam signa quae primum in Graeciam sunt perlata, *γράμματα* illa *Φοινικήια*, viginti duo erant numero: *ΑΒΓΔΕϜΖΗΘΙΚΛΜΝΞΟΠΜϘΡΣΤ*; Phoenices autem his signis etiam in numerando ita utebantur ut numeralia I-XXII iis designarent. Hebraeorum poemata vetusta, quorum singuli versiculi a litteris alphabeticis ex ordine collocatis ordiuntur, digna mihi videntur quae hoc loco in memoriam revocentur.

[3]) Fragmenta arte phototypa sunt repraesentata in Mahaffyi opere on the Flinders Petrie papyri 1891. — Ceteri qui mihi innotuerunt papyri ad opinionem meam confirmandam non multum afferunt, sed omnino hic est commemorandus codex Syriacus rescriptus, cuius singulae paginae versus habent XXXIII ($2 \times 33 = 3 \times 22$).

que mscripta, quae codicibus nunc extantibus pro exemplis fuere, in singulis paginis habuisse versus XXII, demonstrare studui anno 1881 in Commentatione de Aiacis Sophoclei authentia et integritate pag. 140 sqq. et 194 sqq., in qua commentatione etsi nonnulla minus caute, alia minus recte disputata esse postea sensi, de summa tamen rei me non errasse etiamnunc confido.

Versuum numerum si editoribus Alexandrinis pro arbitrio eligere licuisset, XX opinor vel XXV versus singulis paginis tribuissent; litterarum vero, quae ipsorum aetate usurpabantur, si licuisset sequi seriem, XXIV in singulis paginis versus exarandos curassent, quemadmodum in XXIV libros utrumque opus diremerunt.

Ad Homeri autem exemplarium normam directae sunt editiones ceterorum veterum poetarum nec non scriptorum pedestrium, quorum opera, ut ambitus accurate definiri pretiumque quod pro singulis voluminibus solvendum esset constitui posset, divisa sunt in *στίχους* ad mensuram versus heroici exactos, litterarum igitur fere XXXIV [1]), quemadmodum postea librariis Romanis *versus Vergilianus* syllabarum XVI pro unitate fuit [2]).

Itaque sic statuo, aut si parum certa res videtur, suspicor atque firmiter mihi persuasi: exemplaria veterum poetarum scriptorumque pedestrium, quae inde a Callimachi tempore Alexandriae sunt exarata ut in bibliothecis regiis asservarentur, omnia eodem modulo esse confecta; chartam regiam quae dici solebat esse adhibitam, versus in singulis paginis fuisse vicenos binos, operum pedestrium versus hexametri longitudini aequatos [3]); illis exemplaribus Callimachum esse usum cum *Πίνακας* suos componeret, in quibus veterum operum accurata fiebat recensio et singulorum ambitus describebatur; hinc autem desumtas esse notas stichometricas quae in multis codicibus hodiernis inveniuntur.

Constans autem si fuit in singulis paginis versuum numerus, in promptu est explicatio verborum Didymi, referentis versum *Π* 618 ab Aristarcho in editione priore esse omissum, in altera vero *ἄλογον*

---

[1]) Vid. Ch. Graux Revue de Philol. 1878 p. 97-143, M. Schanz Hermes 1881 p. 309-315, H. Diels Stichometrisches Herm. 1882 p. 377-384, Th. Birt in libro das antike Buchwesen 1882 passim.

[2]) Vid. versuum quos Biblia continet computatio vetusta, quam edidit Mommsen Herm. 1886 p. 146.

[3]) Centesimum quemque versum signo numerali iam tunc temporis fuisse notatum, quemadmodum postea factum est in Homeri papyris Musei Britann. CXIV (Bankesiano), CXXVII, CXXVIII, CXXXVI, vix crediderim.

αὐτῷ παράκεισθαι. Unde signum criticum aliquod, cui ἄλογος nomen esset, commenti sunt recentiores, Lehrs autem Arist². p. 346 pro voce ἀλόγῳ scribi iussit ὀβελόν, quem secutus est Ludwich Arist. I p. 21 annot.; mihi vero sana videntur verba tradita, sic autem interpretanda: „versus spurius in posteriore Aristarchi editione non „deletus erat sed ita" in ora opinor inferiore „adscriptus ut legeretur „quidem sed non numeraretur" [1]). In illa igitur pagina versus erant XXIII, qui pro duobus et viginti numerabantur, unus enim extra ordinem erat receptus. Simile quid de versu α 424 a Didymo esse traditum, primus intellexit Ludwich; ἐν τῇ Ἀργολικῇ προστέθειται de illo versu scribit Didymus, in Argolico igitur libro versus spurius adscriptus extabat.

III.

Carmina epica quomodo nata, quomodo ad posteros propagata sint, succincte et tam accurate quam licebat enarrare conati sumus. Superest ut videamus quomodo iis usi sint veteres.

Quae vates vetusti olim aequalibus cecinerant, volventibus annis venerabili vetustatis aerugine sunt obducta; sensim non ficta sed vera, non veloci ingenio excogitata sed gravissima sapientia eruta, non ad delectandos sed ad docendos homines composita esse visa sunt, quaeque pia admiratione colerentur et mente tenaci servarentur unice digna — non eam potissimum ob causam quod pulcra essent atque iucunda, sed quod rerum olim gestarum fidam enarrationem continentia e vetustissimo aevo superessent.

Quale mentium temperamentum inde a Solonis tempore obtinuisse ostendunt quae relata accepimus de carminibus epicis Panathenaeorum festo publice eius cura recitatis. Pueri autem inde a tenerrimis annis iis imbuebantur [2]), et nota est fabella de Alcibiade iuvene summa cum indignatione in ludimagistrum invecto nullum sibi mscriptum Homericum esso confitentem [3]). Adolescentes autem

---

[1]) Vox igitur ἄλογος non est subiectum neque substantivi obit vicom, sed adiectivum est praedicativum, στίχος autem enunciati est subiectum; pronomen αὐτῷ vero non ad στίχον sed ad Aristarchum est referendum.

[2]) ἐξ ἀρχῆς καθ' Ὅμηρον ἅπαι μεμαθήκασι πάντες, Xenophanes apud Horodianum περὶ διχρ. p. 366 Lehrs. — Hinc Homeri laudatores dicere solebant ὡς τὴν Ἑλλάδα πεπαίδευκεν οὗτος ὁ ποιητής, teste Platone Rep. 606e.

[3]) Plut. Alcib. p. 194d. — Homerum mortuum multa hominum milia nutrivisse (in eo describendo recitando explicando occupatos) ad Xenophanem poetae obtrectantem dixisse fertur Hiero apud Plut. Mor. p. 175e; probabilius Ptolemaeo Philadelpho Zoilum vituperanti hoc dictum tribuit Vitruvius VII praef.

memoriter tenere solebant quae inde a prima pueritia quotidie oculis auribusque — his autem praesertim — usurpassent [1]); itaque credibile est nihil insoliti iactasse Niceratum in Xenophontis Convivio III § 5 : ὁ *πατήρ μου ἐπιμελόμενος ὅπως ἀνὴρ ἀγαθὸς γενοίμην, ἠνάγκασέ με πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη μαθεῖν· καὶ νῦν δυναίμην ἂν Ἰλιάδα ὅλην καὶ Ὀδύσσειαν ἀπὸ στόματος εἰπεῖν*, neque ingenuum iuvenem talia loquentem induxisset Xenophon, si vix quisquam ex eius aequalibus memoria idem valuisset [2]). Domitiano autem imperatore qui per Istri regionem iter fecit Dio Chrysostomus XXXVI p. 78 testatur Borysthenitas Olbiae in Milesiorum colonia inter barbaram gentem degentes, ipsos semibarbaros, Iliadem [3]) memoriter tenuisse fere omnes: *τἆλλα οὐκέτι σαφῶς ἑλληνίζοντες διὰ τὸ ἐν μέσοις οἰκεῖν τοῖς βαρβάροις ὅμως τήν γε Ἰλιάδα ὀλίγου πάντες ἴσασιν ἀπὸ στόματος*. Deme quod oratori res a se relatas in maius ornanti deberi credibile: restat tamen testimonium memoratu dignissimum; nam nisi cultiores certe Graeci illius aevi Homerum ut digitos suos notum habuissent, de longinquarum regionum incolis eiusmodi aliquid fingere ne ausus quidem esset Dio.

Quae autem cuivis, qui quidem paulo liberalius educatus esset, notissima essent, in concionibus et in colloquiis quotidianis, ut inter patres nostros verba Biblica, libenter solebant afferri vel etiam imitando exprimi faceteve traduci, multumque ad hominum animos deleniendos, commovendos, pertrahendos valebat dictum Homericum apte laudatum. Quam artem nemo elegantius exercuit quam Aristophanes comicus vel Plato philosophus [4]).

---

[1]) Etiam compluribus saeculis post ab epica poesi initium fiebat in puerorum educatione, vid. Dio Chrys. XI p. 308. Vestigium vetusti moris servant tabulae quas nuper Bibliothecae Lugduno-batavae dono dedit vir eximius van Assendelft de Coningh; nam in illis pugillaribus, qui III° fere p. Chr. saeculo sunt scripti, praeter alias puerorum exercitationes legitur versus Hesiodeus Oper. 347 a magistro nitide magnisque litteris cerae inaratus, quem stilo rudiore imitatus est discipulus.

[2]) Rhapsodos idem calluisse ibidem dicit Antisthenes: *ἐκεῖνο δὲ λέληθέ σε, ὅτι καὶ οἱ ῥαψῳδοὶ πάντες ἐπίστανται ταῦτα τὰ ἔπη;*

[3]) De Odyssea non loquitur. Omnino Iliadem maioris momenti quam Odysseam Graecis esse visam e multis indiciis apparet. Socrates in [Platon.] Hipp. Min. 363*b* *ἡ Ἰλιὰς κάλλιον ποίημα τῷ Ὁμήρῳ ἢ ἡ Ὀδύσσεια, τοσούτῳ δὲ κάλλιον ὅσῳ ἀμείνων Ἀχιλλεὺς Ὀδυσσέως.*

[4]) Dignum quod in annotatione exempli causa afferatur est Stratonici dictum, qui cum malum medicum cum malo veterinario videret confabulantem, „nunc" inquit „alter alteri dicit

ἀλλὰ σύ γ' ἄνδρα; ἴναιρε, μελήσουσιν δ' ἐμοὶ ἵπποι (*K* 481)."

vid. Gnomologium ed. Sternbach (in Wiener Studien 1889) n° 524. — Multa huius

Et cum pro sacratis magis magisque haberentur quae Homerus dixisset, et nefas videretur talia addubitare [1]), versus ex eius operibus deprompti ibi quoque ubi seria atque gravissima agebantur argumenti loco proferri solebant. Sic Gelonem Syracusanum classis Graecae imperium affectantem Atheniensium legati spe deiecerunt allatis versiculis Iliadis ubi Menestheus Atheniensis dux sui temporis in acie ordinanda peritissimus vocatur [2]); ad eosdem autem versus fit allusio in epigrammate monumenti, quod post victoriam a Cimone ad Strymonem anno 470 a. C. reportatam est erectum (Aeschin. III § 183—185, Plut. Cim. 7):

ἔκ ποτε τῆσδε πόληος ἅμ' Ἀτρεΐδῃσι Μενεσθεὺς
ἡγεῖτο ζάθεον Τρωικὸν ἐς πεδίον·
ὃν ποθ' Ὅμηρος ἔφη Δαναῶν πύκα θωρηκτάων
κοσμητῆρα μάχης ἔξοχον ὄντα μολεῖν.
οὕτως οὐδὲν ἀεικὲς Ἀθηναίοισι καλεῖσθαι
κοσμηταῖς πολέμου τ' ἀμφὶ καὶ ἠνορέης.

Ad aevum Soloneum pertinent quae Aristoteles scripsit Rhetor. I 15 *Ἀθηναῖοι Ὁμήρῳ μάρτυρι ἐχρήσαντο περὶ Σαλαμῖνος*, versum *B* 558 spectans; quem versum ab ipso Solone in textum Homericum esse invectum ut Salaminem insulam vindicaret Atheniensibus, referunt recentiores quidam, sed e comicorum iocis hanc fabulam fluxisse, certe de nihilo fictam esse, satis apparet [3]).

Magnopere autem erraverit qui putet intellectu facillima fuisse carmina epica Periclis aequalibus. Immo tunc quoque temporis studium haud exiguum pueris erat adhibendum ut recte acciperent quae vates vetusti dixissent. Rhapsodorum *ἠλιθιώτατον ἔθνος* [4]), in Homero recitando vitam terentium, poemata, quae in ore habebant

---

studii documenta praebet Diogenes Laert., multa Anthologia Graeca, praesertim in carminibus Palladae. Centones e versiculis Homericis consarcinatos elaborabant alii, vid. e. g. Anthol. Jacobs IV p. 99 et 116.

[1]) Hinc Herodotus II 53 de Hesiodo atque Homero dixit notissima illa verba *οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι καὶ τοῖσι θεοῖσι τὰς ἐπωνυμίας δόντες καὶ τιμάς τε καὶ τέχνας διελόντες καὶ εἴδεα αὐτῶν σημήναντες*. Quae absurda sunt si quis poetas ea omnia de suo finxisse statuat, verissima si ita interpretemur ut posteros ex Hesiodo atque Homero quae de rebus divinis sciri posse credebantur didicisse dicamus.

[2]) *B* 552 sqq.; vid. Herod. VII 161. Similia Herodotus narrat VII 148, V 94, alibi.

[3]) Vid. quae ad versus *B* 546 sqq. et 557 sq. observavimus et supra pag. xxx. Solonem ad versum nuper a se fictum provocare non potuisse quivis sentit; ea demum valere poterant ad hostes confutandos quae omnes Graeci in suo Homero extare scirent.

[4]) Eodem adiectivo Xenophon utitur in Comment. IV 2 § 10.

et mente complectebantur tota, saepe non intellexisse ipsos, Socrates dicit apud Xenophontem l. l., neque aliter iudicasse Platonem ex eius dialogo Ione apparet [1]). „Tu vero", ad Niceratum conversus pergit Socrates Xenophonteus, „tu Stesimbroto et Anaximandro aliisque multis multum dedisti argenti, *ὥστε οὐδέν σε τῶν πολλοῦ ἀξίων λέληθεν.*"

Sic nata est ars grammaticorum Homerum interpretantium. Quorum antiquissimus Stesimbrotus Thasius nobis nominatur a Xenophonte l. l. et a Platone Ion. 530*d*; alii a Platone ibi commemorantur Metrodorus Lampsacenus, Anaxagorae discipulus, et Glauco quidam [2]). Quomodo autem in scholis magistri docuerint linguam Homericam, ostendunt fragmenta quae ex Aristophanis fabula *Δαιταλεῦσι* anno 427 a. C. acta servavit Galenus in praefatione lexici Hippocratici. Pater filium e sophistarum scholis recentem interrogans ut videat numquid bonae frugis ibi didicerit, postquam nonnulla percontatus est tandem ita loquitur:

πρὸς ταῦτα σὺ λέξον Ὁμήρου ἐμοὶ γλώττας. τί καλοῦσι κόρυμβα [3]);

et mox

τί καλοῦσ' ἀμένηνα κάρηνα [4]);

Nescit filius, qui in verbulis forensibus melius exercitatus [5]) nihil Homerum ipsumque patrem se curare impudenter profitetur.

Γλῶτται igitur *Ὁμηρικαὶ* pueris Atheniensibus ediscendae erant, voces cascae et obsoletae, quarum sensus vulgus fugeret nec nisi ex harum rerum peritis posset rescisci. Puer eas edidicerat laudator ille temporis praeteriti, quem senem cum filio rixantem in Daetalensium fabula spectatoribus ridentibus ostendit comicus.

Mox autem in unum corpus voces Homericae colligi coeptae sunt, scholarum maxime in usum. Qualium operum quod novimus antiquissimum est Democriti Abderitae liber *περὶ Ὁμήρου ἢ ὀρθοεπείης καὶ γλωσσέων*, cuius nomen tantum a Diogene Laertio IX 48 allatum superest. Aliud commemoratur in facetissimo Stratonis comici fragmento apud Athenaeum IX p. 382 sq. allato e Phoeni-

---

[1]) Sententiam contumeliosam confirmat explicatio versus Φ 26 *ὃ δ' ἐπεὶ 'κάμε χεῖρας ἰναίων* ab Hermodoro rhapsodo prolata, qui verba *χεῖρας ἰναίων* iungens reddebat participio *χειροκοπῶν*.

[2]) Quos aetate antecedit omnes Theagenes Cambysis aequalis teste Tatiano adv. Graecos § 48, de quo cf. pag. LXVII.

[3]) *νηῶν ἄκρα κόρυμβα* *I* 241.

[4]) *νεκύων ἀμένηνα κάρηνα* *κ* 521, 536 *λ* 29, 49.

[5]) Vocem *ἰδυιοί* (i. e. *μάρτυρες*), de qua vid. ad *X* 254, optime novit.

cide fabula, quam Molierii lingua usus dicere possis *le cuisinier savant* (Kock Fragm. Comic. III p. 361); acta autem est ea fabula circa annum a. Ch. 300:

σφίγγ' ἄρρεν', οὐ μάγειρον, εἰς τὴν οἰκίαν
εἴληφ'· ἁπλῶς γὰρ οὐδὲ ἓν μὰ τοὺς θεοὺς
ὧν ἂν λέγῃ συνίημι· καινὰ ῥήματα
πεπορισμένος πάρεστιν. ὡς εἰσῆλθε γὰρ,
εὐθὺς μ' ἐπηρώτησε προσβλέψας μέγα·
„πόσους κέκληκας μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; λέγε." —
ἐγὼ κέκληκα μέροπας ἐπὶ δεῖπνον; χολᾷς.
τοὺς δὲ μέροπας τούτους με γιγνώσκειν δοκεῖς;
οὐδείς· πάρεσται. τοῦτο γὰρ νὴ τὸν Δία
ἔτι κατάλοιπον, μέροπας ἐπὶ δεῖπνον καλεῖν. —
„οὐδ' ἄρα παρέσται δαιτυμὼν οὐδεὶς ὅλως;" —
οὐκ οἶδ' ἔγωγε Δαιτυμόν'. ἐλογιζόμην,
ἥξει Φιλῖνος, Μοσχίων, Νικήρατος,
ὁ δεῖν', ὁ δεῖνα· κατ' ὄνομ' ἀνελογιζόμην·
οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς οὐδὲ εἷς μοι Δαιτυμών.
οὐδείς παρέσται, φημί. — „τί λέγεις; οὐδὲ εἷς;" —
σφόδρ' ἠγανάκτησ', ὥσπερ ἠδικημένος,
εἰ μὴ κέκληκα Δαιτυμόνα. καινὸν πάνυ. —
„σῦν [1]) ἄρα θύεις ἐρυσίχθον';" — οὐκ ἔφην ἐγώ. —
„βοῦν δ' εὐρυμέτωπον;" — οὐ θύω βοῦν, ἄθλιε. —
„μῆλα θυσιάζεις ἄρα;" — μὰ Δί' ἐγὼ μὲν οὔ,
οὐδέτερον αὐτῶν, προβάτιον δ'. — „οὔκουν" ἔφη
„τὰ μῆλα πρόβατα;" — μῆλα πρόβατ'; οὐ μανθάνω,
οὐδ' οἶδα τούτων οὐδὲν οὐδὲ βούλομαι·
ἀγροικότερός εἰμ', ὥσθ' ἁπλῶς μοι διαλέγου. —
„Ὅμηρον οὐκ οἶδας λέγοντα;" — καὶ μάλα
ἐξῆν ὃ βούλοιτ', ὦ μάγειρ', αὐτῷ λέγειν.
ἀλλὰ τί πρὸς ἡμᾶς τοῦτο, πρὸς τῆς Ἑστίας; —
„κατ' ἐκεῖνον ἤδη πρόσεχε καὶ τὰ λοιπά μοι." —
Ὁμηρικῶς γὰρ διανοεῖ μ' ἀπολλύναι; —
„οὕτω λαλεῖν εἴωθα". — μὴ τοίνυν λάλει
οὕτω παρ' ἐμοί γ' ὤν. — „ἀλλὰ διὰ τὰς τέτταρας
δραχμὰς ἀποβάλω" φησί „τὴν προαίρεσιν;
τὰς οὐλοχύτας φέρε δεῦρο". — τοῦτο δ' ἐστὶ τί; —
„κριθαί". — τί οὖν, ἀπόπληκτε, περιπλοκὰς λέγεις; —

[1]) οὐδ' cod. (CYNA — OYΔA).

„πηγὸς πάρεστι;" — πηγός; οὐχὶ λαικάσει
ἐρεῖς σαφέστερόν θ' ὃ βούλει μοι λέγειν; —
„ἀτάσθαλός γ' εἶ, πρέσβυ" φήσ'· „ἅλας φέρε.
τοῦτ' ἔστι πηγός. ἀλλὰ δεῖξον χέρνιβα." —
παρῆν. ἔθυεν, ἔλεγεν ἄλλα ῥήματα
τοιαῦθ' ἃ μὰ τὴν γῆν οὐδὲ εἷς ἤκουσεν ἂν,
μίστυλλα, μοῖρας, δίπτυχ', ὀβελούς· ὥστε με
τῶν τοῦ Φιλητᾶ λαμβάνοντα βιβλίον
σκοπεῖν ἕκαστα τί δύναται τῶν ῥημάτων·
πλὴν ἱκέτευον αὐτὸν ἤδη μεταβαλεῖν
ἀνθρωπίνως λαλεῖν τε· τὸν δ' οὐδ' ἂν ταχὺ
ἔπεισεν ἡ Πειθὼ μὰ τὴν γῆν οἶδ' ὅτι.

Coquum igitur dictione Homerica abutentem induxit Strato, sui temporis studia inania festive perstringens. In Philetae autem Coi opere, unde is qui coquum hunc nimis doctum conduxerat novam sapientiam addiscere conatus est, explicatae reperiebantur voces epicae quales sunt *μέροπες, δαιτυμών, ἐρυσίχθων* [1]), *μῆλα, οὐλοχύται, πηγός, μιστύλλειν* [2]), *μοῖραι, δίπτυχα, ὀβελός.*

Quales autem errores etiam in eruditorum virorum huiusmodi lucubrationibus fuerint docet vox *πηγὸς salis* sensu a vesano illo coquo ex Philetae scilicet auctoritate adhibita; non enim Homericum est *πηγός* pro *ἅλες*, sed ni fallor quibusdam olim videbatur cascam vocem *πηγὸν κῦμα ε* 388 *fluctum marinum* interpretantibus. Alios errores *τῶν γλωσσογράφων* passim notarunt Aristarchus eiusque discipuli; vid. Lehrs Arist.[2] p. 86 sqq.

Ad Philetam quod attinet, duo tantum eius interpretamenta in scholiis Homericis laudantur, absurdum autem est utrumque: in versu *ἀχρεῖον ἰδὼν ἀπομόρξατο δάκρυ B* 269 vocem *ΙΔΩΝ* pro genitivo pluralis numeri *ἰδῶν = ὀφθαλμῶν* habebat, et *φρῖκα Φ* 126 explicabat *frigus*, toti loco sensum tribuens quam maxime insulsum. Tertium cognoscitur e carminis — nam poeta et ipse haberi volebat, et clarus aliquando est habitus, — e carminis *Παιγνίων* loco apud Stobaeum Floril. LXXXI 4 allato:

οὔ μέ τις ἐξ ὀρέων ἀποφώλιος ἀγροιώτης
αἱρήσει,

---

[1]) In epicis quae extant carminibus hoc epitheton, quod *verris* fuisse intellexit von Wilamowitz, non reperitur.

[2]) Nam *μίστυλλα* vocem stulte finxit is qui loquens inducitur, quasi nomen substantivum esset Homericum illud *μίστυλλόν τ' ἄρα τ'ἄλλα*, non verbi imperfectum.

quibus verbis *rusticum* (ἀπαίδευτον) hominem significat; habet autem adiectivum ἀποφώλιος ex Odyssea (ϑ 177 λ 249 ξ 212), sed male cum aliis est interpretatus, nam *vanum* valet.

Alius portentosus Philetae error cognoscitur e carmine quod ex eius schola recens composuit Theocritus iuvenis, Fistulam dico illam, quam Theocrito olim a philologis abiudicatam nuper certissimis ut arbitror argumentis usus denuo ei vindicavit C. Haeberlin Carmina figurata Graeca, Hannoverae 1887. In quo carmine lusorio abstrusa doctrina oppleto et e γλώσσαις Ὁμηρικαῖς maximam partem concinnato vox στήτη pro γύνη adhibita debetur versui Homerico *A* 6 pessime explicato, nec dubito quin a Phileta praeceptore haec habuerit Theocritus, qui postea demum se digna canere coepit.

Legebantur igitur in Philetae lexico, cui Γλῶσσαι sive Ἄτακτα fuit nomen, mirifici quos indicavimus errores: πηγῷ] ἀλί (ε 388). — ἰδῶν] ὀφθαλμῶν (*B* 269). — φρῖκα] ψῦχος (*Φ* 126). — ἀποφώλιος] ἀπαίδευτος (ϑ 177 λ 249 ξ 212). — στήτην] γυναῖκα (*A* 6). — Et satis certum duco lectum ibi esse κισσύβιον] κίσσινον ποτήριον (ι 346 etc.), nam hunc quoque errorem absurdum, in quem Euripides Cyclop. 390 et alibi incidit, fovit Theocritus I 27 sqq. (hinc Vergilius III 38 sqq.).

Itaque mirum non est Aristarchum totum librum Philetae erroribus redarguendis insumsisse [1]).

Philetae discipulus erat Zenodotus Ephesius, qui Musco Alexandrino a Ptolemaeo Philadelpho praefectus est. Hic praeter glossarium et computationem de numero dierum, quos Ilias et Odyssea complectuntur, novam recensionem carminum epicorum circa annum ante Chr. 270 edidit, in qua critico signo obelo usus est ad versus ipso iudice spurios notandos, temere autem et pro libidine multa refinxit. Post Zenodotum bibliothecae regiae praefuit eius discipulus Aristophanes Byzantius, vir doctus prudens industrius, qui cum alia ad textum Homericum rectius constituendum atque interpretandum contulit, tum signis prosodiacis primus eum instruxisse fertur. Aristophanis autem discipulus et successor Aristarchus saeculo II° quantum studium in Homeri carminibus collocaverit, quam caute, quam perite in iis emendandis et interpretandis sit versatus, quanta ei eruditio, quantum mentis acumen fuerit, quis nescit [2]).

---

[1]) πρὸς Φιλητᾶν, vid. schol. *A* 524 *B* 111.

[2]) Exhauserunt hanc materiem K. Lehrs (in libro praestantissimo de Aristarchi studiis Homericis) et A. Ludwich (Aristarchs Homerische Textkritik).

Duas editiones elaboravit et signis criticis ornavit, quorum causae explicabantur in *ὑπομνήμασι* sive commentariis, DCCC si fides Suidae volumina implentibus; praeterea autem complura scripsit *συγγράμματα* sive dissertationes, ad res difficiliores, quae paucis verbis exponi non possent, fuse tractandas [1]). Quae opera si integra ad nos pervenissent omnia, uberrimus observationum utilissimarum thesaurus hodiernis lectoribus praesto esset. Sed neque Aristarchi vita, quae in tempus turbatissimum incidit, prospera fuit admodum, neque extra ipsius scholam multum favoris invenerunt quae protulit; mortui autem clarum nomen a multis celebratum est, sed eius scripta, ut fit, mox ex hominum memoria evanescere coeperunt [2]). Quapropter saeculo post eius obitum praeterlapso Didymus ille, cui a ferrea industria cognomen *τοῦ Χαλκεντέρου* inditum est, in libro *περὶ τῆς Ἀριστάρχου διορθώσεως* et Aristonicus in opere *περὶ σημείων Ἰλιάδος καὶ Ὀδυσσείας* aequalibus suis accurate exposuerunt quid Aristarchus in emendandis carminibus epicis praestitisset; ex eodem fonte saeculo II° post Chr. hauserunt Herodianus in *τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ* et Nicanor in libro *περὶ στιγμῆς*. Ex his autem operibus exerpta parciora quam vellemus extant in scholiis, quae codicibus nostris adscripta leguntur.

Sed redeo ad studia quae non emendando sed interpretando Homero sunt insumta.

Nihilo saniora quam Philetas alii protulerunt plurimi. Verba simplicissima *θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ* *T* 90 Hellanicus legebat *θεόσδια* = *θεόδοτα*, Lesbocles *θεὸς δ' ἴα*. Versum non sane suspicione vacantem *αἰετοῦ οἴματ' ἔχων μέλανος τοῦ θηρητῆρος* *Φ* 252 Aristoteles accipiebat *μελανόστου*, *nigra* scilicet *ossa* aquilae esse docens. Verba *καί κέ τεο δμώων ἀνδρῶν ἔτι πειρηθεῖμεν* *π* 305 Ptolemaeus Ascalonita legebat *καί κ' ἐτεοδμώων*, pellectus voce memoriae eius inhaerenti *ἐτεόκρητες* *τ* 176. Versum *οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης* *ρ* 455, in quo iterata negatio nihil habet insoliti, Callistratus ita interpretabatur ut *οὔδαλα τὰ κόπρια* esse diceret *παρὰ τὸ ἐν τῷ οὐδῷ κεῖσθαι*. Verba *'στάξε κατὰ ῥινῶν* *T* 39 absurde quidam reddebant *βυρσῶν*, a nominativo *ῥινός* repetentes. *Ἀφροδίτη φιλομμειδὴς* quid

---

[1]) E. g. *περὶ τοῦ ναυστάθμου*, in quo libro Argivorum castra accurate secundum Homerum delineavit.

[2]) Qui Aristarchum insecutus est Ammonius scripsit librum *περὶ τοῦ μὴ γεγονέναι πλείονας ἐκδόσεις τῆς Ἀριστάρχου διορθώσεως* (sc. *τῶν δύο*), vid. schol. *K* 397.

esset nesciens interpolator, cui nunquam opinor Erycina ridens favisset, Hesiod. Theog. vs. 200 hoc male sanae sapientiae edidit documentum: (*vocant eam Venerem*) ἠδὲ φιλομμηδέα ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη [1]). Versum Λ 786, ubi Achilles γενεῇ ὑπέρτερος quam Patroclus esse dicitur, non de dignitate sed de aetate perperam accipientes quidam, in his Archilochus, si credere fas est, vocem ὑπέρτερος lingua invita interpretati sunt *iuniorem;* alii, in his tragici, Achillem Patroclo maiorem natu fuisse errore vix minus aperto inde effecerunt. *Fέδνα* quid essent Graeci saeculo V° nesciebant, testibus multis tragicorum aliorumque locis [2]), quamquam in Thraciae regione vicina etiamtunc superabat mos vetustus puellas procis vendendi [3]); in Philetae quoque lexico quin fuerit ἔδνα] δῶρα dubitare nos vix sinit Theocriti locus XXVII 32. Verbum τρέσαι significare *recedere* et ipse Homerus docet et e Spartae lingua, ubi τρέσαντες dicebantur qui coram hoste fugissent, scire poterant Athenienses; attamen *metuendi* sensu a tragicis, quorum dictio ipsaque ars ex Homero pendet tota, solet usurpari [4]). Nec non antiquus est error quo vocem poeticam δέμας cum voce σῶμα permutari posse putarunt multi [5]). Epithetis passim in dictione epica obviis ἱππότα et ἱππηλάτα absurde

---

[1]) Cf. schol. *I'* 424, H. Flach die ältesten Hesiod-handschriften p. 25.

[2]) Cf. Eur. Andromaches initium:

Ἀσιατίδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις,
ἔθεν ποθ' ἕδνων σὺν πολυχρύσῳ χλιδῇ
Πριάμου τύραννον ἱσείαν ἀφικόμην.

Item Eur. Andr. 153, 873 Med. 227 sqq., Aesch. Prom. 560, Pind. Pyth. III 168. Quid quod recentiorum erroris vestigia in ipsa Odyssea deprehenduntur α 278 = β 197.

[3]) Vid. Herod. V 6, Xenoph. Anab. VII 2 § 38, et cf. Aristot. Politic. II 5 § 12, Thuc. I 6 § 6.

[4]) In tragicorum dictione diudicanda cavendum est quam maxime ne vocos quae olim ab epicis eorumque aequalibus adhibitae postea quoque in ore Graecorum vixerunt et sensim in novas formas novasque notiones abierunt, confundamus cum vocibus quas, cum post aevum Homericum e lingua evanuissent, ex ipso Homero desumserunt tragici ut suam dictionem iis exornarent. Illae nihil habent quod aut miremur aut moleste feramus, has vero si consulto aut casu mutatas adhibuerunt tragici, non sunt laudandi. Ut exemplo rem illustrem: φόβος olim *fugam*, deinde *terrorem*, φοβέω *fugare*, postea *terrere* significavit: ita ad notionem cognatam vivens lingua sensim declinavit in ore populi, penes quem est norma loquendi; sed verbum τρέσαι dum vixit, *recedere* semper significavit, tragici autem, qui verbum in sua regione intermortuum ex epica dictione in sua carmina transsumserunt, parum recte *metuendi* ei significationem tribuerunt. — Nonnulla quae huc pertinent collegit E. B. Koster in Studiis Tragico-Homericis Lugd. Bat. 1891.

[5]) Vid. Eur. Orest. 40 et 98, schol. Λ 115.

admodum glossema *φυγάς* appingere solebant glossographi [1]), et *ἵππων ἐπιβαίνειν* apud Homerum quid esset quamquam dixeris neminem potuisse nescire, ignoravit tamen Rhesi fabulae auctor, qui male intellecto versu *K* 513 Ulixem et Diomedem equis insidentes in castra Graecorum remisit. Verba *Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή A* 5 poeta qui Cypriorum carminis initium composuit perperam interpretatus est de Iove consilium ad bellum Troianum ciendum ineunte, ut multorum hominum caede terram exoneraret; et vocem *πάλιν πλαγχθέντας A* 59 de *iteratis* erroribus accipiens idem finxit priorem Graecorum expeditionem a Telepho Myso repulsam. Quod *B* 670 de Rhodiorum prosperitate poeta dixit *σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων* Pindarus ad litteram ita accepit ut aurum in illa regione pluisse putaret, vid Ol. VII 62, 89 sq. — Dione cum *E* 410 sqq. de Diomede in Olympios nimis audaci ita locuta esset: *caveat ille ne se fortiori mox occurrat,*

μὴ δϝῆν Λἰγιάλεια, περίφρων Ἀδρηστίνη,
ἐξ ὕπνου γοάουσα φίλους ϝοικῆας ἐγείρῃ,

uxoris luctum infinitum ob maritum occisum claris verbis significans, posteri, in his Mimnermus, inde effecerunt fore ut Aegialea Veneris stimulis incensa cum servis corpus misceret, decepti scilicet adiectivo *φίλους*. Adiectivum *τοῖον* valere *ἀγαθόν* fuere qui contenderent [2]), *τόσον* autem *σῶμα* interpretati sunt nonnulli *Ψ* 454, unde fluxit l. a. *δέμας*, et *αὐτήν B* 317 *X* 83 *matrem* significare crediderunt; dualem numerum pro plurali ab epicis poetis potuisse adhiberi posteri inde a III° ante Chr. saeculo sibi persuaserunt, cum e communi vita dualis evanuisset [3]); pronomina *σφε* et *νιν* in tragicorum lingua nihil non significasse notum est [4]); correlativa ab Homero potuisse permutari Apollonius Rhodius Callimachus Zenodotus alii credidere multi [5]).

Originandi autem libido, in sophistarum scholis nata, damni

---

[1]) Vid. schol. *Ξ* 117, Apoll. lex. s. v., Lehrs Arist.[2] p. 105.

[2]) Schol. *Ψ* 16, Eust. ad *δ* 206.

[3]) Vid. infra § 52.

[4]) Vid. infra § 92 pag. 254.

[5]) Vid. e. g. Zenod. *I* 447 *τοῖον* (*qualem*), *M* 75 *τὼς* (*quemadmodum*), Apoll. Rh. IV 1700 *οὐδ' ὅσσον* (*ne tantillum quidem*), item Callim. h. Apoll. 37, 81, 94 et anni post Chr. 94 inscriptio 618[5] Kaibel. Quapropter Aristophanis comici versus Pac. 32 in scholiis dicitur utilis esse ad docendum quid intersit inter relativa et demonstrativa: *τίνα; ἵνα σαυτὸν λάθοις διαρραγείς*] (*σημειωσαι*) *ὅτι ἐκ παραλλήλου κεῖται τὸ ἵνα καὶ τινα, καὶ ὅτι εἰς ὑπόδειγμα χρήσιμον.* Haec quoque aliquando Graecis ipsis discenda fuerunt igitur! — Cf. infra § 323[3].

nonnihil studiis Homericis intulit; huius enim fallacissimae artis ope, quae inter veteres nihil sani in lucem protulit, cascarum vocum veram potestatem indagare dum conabantur epicorum carminum interpretes, ridicule subinde lapsi sunt. Complura huius morbi indicia modo ostendimus; addita esto interiectio ὦ πόποι, cum tragica voce παπαῖ comparanda, quam vocativum esse, *deos* autem significare et e Dryopum Scytharumve lingua esse repetitam, et alii sibi persuaserunt et Lycophron, qui Alexandr. vs. 943 Homerum imitari se ratus dixit τοίγαρ πόποι φύξηλιν ἤνδρωσαν σπόρον, *dei fugitivorum prolem ad adolescentiam perduxerunt;* item Euphorion apud Apollonium in lexico Homerico ἐν δὲ πόποις ἔσσαντο, *inter deos consederunt;* vid. infra § 328[a]. Mitto nunc errores facilius condonandos, qualis est vox ἀλφησταί a verbo ἀλφάνειν ducta, quasi *sollertes* significaret: ita adhibita est ab Aeschylo Sept. 771 [1]). Neque urgebo Vergilii in verbis epicis reddendis errores quantumvis manifestos *crateras magnos statuunt et vina coronant* Aen. I 724 [2]) = ἐπεστέψαντο πότοιο (i. e. ἐπιστεφέας Foἰνοιο reddebant crateras, ut Θ 232 dicitur, ad oram usque implebant) *A* 470 etc., *vescitur . . . perpetui tergo bovis* Aen. VIII 182 = νώτοισι διηνεκέεσσι *H* 321, *durumque cubile Inarime Iovis imperio imposita Typhoeo* Aen. IX 715 = εἰν (id est ἐν) Ἀρίμοισ' *B* 783.

Non minus graviter errarunt veteres in verborum figuris, quibus utitur lingua epica, explanandis; quae quadamtenus ipsis Graecis difficiliores intellectu erant quam nobis qui nunc vivimus. Nam cum lingua vernacula, qualis in aequalium ore ferebatur, inde a primis annis uterentur, deinde in schola verba epica ita discerent ut quomodo a vulgaribus linguae Graecae formis discreparent data opera perpenderent, fieri vix potuit quin formas Homericas e lingua qua ipsi utebantur poetarum libidine prodiisse in illa artis grammaticae infantia sibi persuaderent. Exemplo sint quae non homo nequam serove natus sed Aristoteles hac de re observavit Poet. XXI § 18: ἐπεκτεταμένον δὲ (in dictione poetica) ἔστιν ἢ ἀφῃρημένον, τὸ μὲν, ἐὰν φωνήεντι μακροτέρῳ κεχρημένον ᾖ τοῦ οἰκείου ἢ συλλαβῇ ἐμβεβλημένῃ, τὸ δὲ ἐὰν ἀφῃρημένον τι ᾖ αὐτοῦ, ἐπεκτεταμένον μὲν οἷον τὸ πόλεως πόληος καὶ τὸ Πηλείδου Πηληιάδεω, ἀφῃρημένον

---

[1]) Simili errore ipso aevo epico natum esse nomen Κάλχας, unde fluxit tragicorum verbum καλχαίνειν, demonstrare studuit Jebb ad Soph. Antig. vs. 20.

[2]) Vid. etiam Aen. III 525: Anchises magnum cratera corona | induit, implevitque mero.

δὲ οἷον τὸ κρῖ καὶ τὸ δῶ. ἐξηλλαγμένον δὲ ὅταν τοῦ ὀνομαζομένου τὸ μὲν καταλείπῃ τὸ δὲ ποιῇ, οἷον τὸ δεξιτερὸν κατὰ μαζὸν, ἀντὶ τοῦ δεξιόν. Et clarius etiam XXII § 8 sq.: οὐκ ἐλάχιστον δὲ μέρος συμβάλλονται εἰς τὸ σαφὲς τῆς λέξεως καὶ μὴ ἰδιωτικὸν αἱ ἐπεκτάσεις καὶ ἀποκοπαὶ καὶ ἐξαλλαγαὶ τῶν ὀνομάτων· διὰ μὲν γὰρ τὸ ἄλλως ἔχειν ἢ ὡς τὸ κύριον παρὰ τὸ εἰωθὸς γιγνόμενον τὸ μὴ ἰδιωτικὸν ποιήσει, διὰ δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῦ εἰωθότος τὸ σαφὲς ἔσται. ὥστ' οὐκ ὀρθῶς ἐπιψέγουσιν οἱ ἐπιτιμῶντες τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τῆς διαλέκτου καὶ διακωμῳδοῦντες τὸν ποιητὴν, οἷον Εὐκλείδης ὁ ἀρχαῖος, ὡς ῥᾴδιον ποιεῖν εἴ τις δώσει ἐκτείνειν ἐφ' ὁπόσον βούλεται. Ergo censebat Aristoteles Homerum libertate illa, quam crepabant, voces augendi minuendi iure et recte usum esse ut dictionem perspicuam nec tamen vulgarem assequeretur: sui aevi voces eum adhibuisse ne suspicatus quidem esse videtur [1]).

Genitivi igitur, qualis est μελισσάων, e communibus formis (μελισσῶν) distractione (ἐπεκτάσει) nati esse credebantur (vid. schol. *B* 87); de verborum formis distractis videantur quae disputavimus infra in § 191. Quapropter κυανεάων Hes. Scut. 7 quin neutri, Κρητάων ξ 199 quin masculini esset non dubitabant; alii Σειρηνάων, νησάων et similia portenta finxerunt [2]). Homericum subiunctivum θείομεν communis vitae forma θῶμεν ita videbatur edidisse, ut primum distractionem, deinde productionem, tandem correptionem passa esset: θῶμεν — θέωμεν — θείωμεν — θείομεν. Quam facile autem voces Homericae, quae versuum numeris non satis defenderentur, inter homines qui ita opinarentur vulgaris dictionis formas induere potuerint quo tempore in ore praesertim Graecorum carmina epica vivebant, vix est cur moneam, neque exempla rei quae passim nobis indicanda erit hic proferri opus est [3]).

---

[1]) Ne recentiores quidem philologos satis semper cavisse ne in hunc errorem inciderent insigni exemplo docuimus infra p. 45 not.; videantur etiam quae de nominum in -εύς flexione observavimus p. 231.

[2]) Vid. Callim. h. Del. 66, 275, Quint. Smyrn. IV 212, Orac. Sibyll. I 229 XI 184, Oppian. Cyneg. IV 392, schol. *T* 1, Eust. 1363, 58, Apoll. lex. s. v. ἰάων, H. Flach ältesten Hesiod-handschriften p. 14-16. Etiam textus Herodoteus falsae analogiae specimina cum frequentia tum insignia admodum praebet, in quo ἀπικίατο ἰγινίατο διεσπάτεα ἰδικαίευν παρισούμενος et similia, quae tradita sunt pro ἀπίκοντο ἰγίνοντο διεσπόην ἰδικαίουν παρισούμενος, ad imitationem verborum recte formatorum ὁρμίατο ἐπιστίατο Διομήδεα ἰμεῦ etc. sunt corrupta.

[3]) Vid. quae pag. 4-7, 15, 63, 74 sq., 193, 200-202, 217 sqq., 233 sq., 255 sqq., 289, 296 sq., 317, 319, 322, 386, 421 sqq., 444, 454, 461, 492 sq., 520, 532, 548, 550, 560 sqq., 584 sunt observata.

Gravius ne deformarentur carmina epica, obstitit religio, qua antiquissimos hos foetus ingenii Graeci magis magisque prosecuti sunt posteri; haec enim prohibuit quominus temere mutarentur quae in illis operibus tradita omnibus innotuissent. Eadem vero religio effecit ut recte accipi et suo pretio aestimari vix possent. Quaerebantur in iis quae non inessent, consilia tribuebantur poetis quae a poesis indole quam maxime sunt aliena. Polyhistor fuisse videbatur Homerus, cuius opera thesauros abstrusae scientiae praeberent legentibus; neque id tantum veritatis inesse credebatur, quod in genuinae artis foetibus nunquam frustra quaeritur, sed quaecunque narrasset revera ita accidisse putabant posteri; rerum olim gestarum accuratam ex eo notitiam hauriri posse, locorum ab eo descriptorum eam ipsam quam Homerus iis tribuisset fuisse speciem, tempora mensuras nomina apud eum commemorata fide omnino digna esse et ipsas res divinas ex eius carminibus plene et veluti ad amussim cognosci posse, communis omnium fere erat opinio; et quoniam primus iuventutis praeceptor erat Homerus, libenter sibi persuadebant nullum quod non et bonum et verum esset praeceptum ab eo datum esse. Itaque viri quos nominat quin extitissent, loca quae describit quin digito etiamnunc monstrari possent, ne dubium quidem videbatur; Phaeaces in Corcyra [1]), Cyclopes in Sicilia [2]) degisse credebantur et in vicinia Scylla Charybdis Circes insula quaerebantur et, quae hominum est credulitas, inveniebantur [3]). Sic Strabo, cui neque ingenium profecto deerat neque eruditio studiumve veri, Graeciae descriptionem compositurus (lib. VIII—X) ab Homero identidem initium fecit et eo rem perduxit ut Navium praesertim Catalogum commentariis illustrasse possit dici. Scilicet Homerus artem suam in versibus ζ 232 sqq. pinxisse et ei [4]) et aliis videbatur, et reconditam suam scientiam dulci narratione inclusisse quo magis accepta esset hominibus,

ὡς ὅτε τις χρυσὸν περιχεύεται ἀργύρῳ ἀνὴρ
Ϝίδρις, ὃν Ἥφαιστος δέδαεν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
τέχνην παντοίην, χαρίεντα δὲ Ϝέργα τελείει.

[1]) Non obloeutus est Thucydides I 25 III 70.

[2]) Terra Aetnaea, pascuis abundans, pastoris Polyphemi habita est patria ex quo Sicilia Graecis orientalibus melius innotuit. Etiam Typhoeus cum colonis Graecis illuc e Cilicia migravit, vid. Pind. Pyth. I 16 sqq., Aesch. Prom. 351 sqq.

[3]) Bene de hac re iudicarunt Völcker apud Nitzschium Anmerkungen zu Homer's Odyssee III p. XI sq. et ipse Nitzsch ibidem p. XXXIII sq.

[4]) Vid. Strab. I p. 37.

Cum pacis artes tum belli nemo melius docuisse credebatur [1]), ad bonos mores confirmandos nemo fuisse utilior. Quapropter si quid in carminibus Homericis aut a vero abhorrere videbatur aut bonis moribus periculum inferre, mira artificia, qualibus postea Christianorum theologi saepe usi sunt, adhibebantur ut ea quae displicerent cum recentioris aevi opinionibus conciliarentur. Sic Thucydides, is tamen non credulus homo, cum sciret Boeotios, qui in Navium recensione (*B* 494—510) dicuntur cum ceteris Graecorum gentibus Troiam oppugnasse, post eversam demum Troiam in regionem, quae dein ab ipsis Boeotia dicta est, venisse ferri, hanc rem non ita expedire ausus est ut aut falsam hanc famam esse diceret aut Catalogi auctorem non ex vero pinxisse condicionem Graeciae quae ante bellum Troianum obtinuit, sed fallaci argumentatione id efficere studuit ut in Boeotia fuerint Boeotii priusquam illuc migrarunt [2]). Frugalitatis praeceptis quae pueris inculcanda sunt ne repugnare videretur Achillis illud ad Patroclum verbum *ζωρότερον δὲ κέραιε I* 203, fuere qui *οὐ τὸ ἄκρατον, ὡς οἰνόφλυξιν, ἀλλὰ τὸ θᾶττον* interpretarentur, laudati scilicet eam ob causam ab Aristotele Poet. XXVI § 16. In versibus pulcherrimis Θ 555 sq.

ὡς δ' ὅτ' ἐν οὐρανῷ ἄστρα φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην
φαίνετ' ἀριπρεπέα, ὅτε τ' ἔπλετο νήνεμος αἰθὴρ

ne lunae fulgore ignes minores premerentur, fuere qui interlunium facerent admirabili hoc artificio ut litteras traditas interpretarentur *φάει νῆν* (*luce novam*), contractis verborum formis lumen

---

[1]) Vid. e. g. Ar. Ran. 1034 sqq.:

ὁ δὲ θεῖος Ὅμηρος
ἀπὸ τοῦ τιμὴν καὶ κλέος ἴσχει πλὴν τοῦδ' ὅτι χρήσ' ἐδίδαξε,
τάξεις ἀρετὰς ὁπλίσεις ἀνδρῶν;

quae verba poetam Aristophanem poetae Aeschylo de poeta Homero loquenti non per iocum sed serio tribuere potuisse, est quod mireris. Similia leguntur apud Xenoph. Conviv. IV § 6 sqq.: *ἴστε δήπου ὅτι Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων. ὅστις ἂν οὖν ὑμῶν βούληται ἢ οἰκονομικὸς ἢ δημηγορικὸς ἢ στρατηγικὸς γενέσθαι... ἐμὶ θεραπευέτω· ἐγὼ γὰρ ταῦτα πάντα ἐπίσταμαι.* Sic iocans loquitur puer Niceratus, qui Homerum memoriter tenet. Graviter vero hanc opinionem impugnat Socrates apud Platonem Rep. X p. 598*d*: *τινων ἀκούομεν ὅτι οὗτοι* (Homerus quique eum sunt insecuti) *πάσας μὲν τέχνας ἐπίστανται, πάντα δὲ τὰ ἀνθρώπεια τὰ πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν, καὶ τά γε θεῖα,* etc. — Vetustae autem huius doctrinae echo percipitur in viri d. H. Frölich libro die Militärmedizin Homer's 1879, qui demonstratum ivit medicum fuisse Homerum, quippe artium chirurgicae atque anatomicae peritissimum.

[2]) Vid. Thuc. I 12. Nam *partem* tantum eorum tunc temporis illic vixisse quod dicit, id nihil esse neminem fugere potest; non enim ex uno pauciave locis sed e cuncta illa regione, cuius plures enumerantur civitates quam ceterarum cuiuslibet, convenerunt copiae quae in Catalogo l. l. commemorantur.

credo significantes contractum. Plura exempla hic cumulari nihil opus est.

Quicquid autem non poterat ita explicari ut cum posteritatis opinionibus congrueret, aut mutandum videbatur, si fieri id posset, aut delendum. Metrum et contextum tutius quam pudicitiae curam et pietatem erga parentes posse contemni opinatus est Aristodemus grammaticus, qui negationem *οὐ* inserendo cavit ne Phoenix cum patris pellice rem habuisse crederetur *I* 453: *τῇ οὐ πιθόμην οὐδ' ἔρξα*, vulg. *τῇ πιθόμην καὶ ἔρεξα* [1]). Versus vicinos *I* 458—461, ubi Phoenix confitetur in eo fuisse ut patrem obtruncaret, Aristarchum e contextu exemisse *φοβηθέντα* ne quid detrimenti inde caperent iuventutis mores, refert Plutarchus de aud. poet. 8 (Mor. 26*f*); quam fabellam licet fide indignam non sine causa iudicarint viri docti, patet tamen ne nasci quidem potuisse si tale quid in illud aevum non cecidisset [2]). Notabantur autem utpote indecori a Zenodoto versus *Γ* 423 sqq. *Δ* 88 sq. *Π* 89 sq., ab Aristarcho, multo magis sobrie plerumque iudicanti, *Ω* 130 *ζ* 244 sq. *η* 311 sqq. [3]) etc. [4]).

Philosophi autem saepius impugnarunt quae de diis parum decore parumve reverenter in carminibus epicis dicta essent. Notae sunt Xenophanis, qui rhapsodus erat ipse, querelae:

πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρός θ' Ἡσίοδός τε, ...
κλέπτειν μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν [5]).

Acrius etiam in poetarum de Olympiis mendacia invectus est Heraclitus, qui non poetam sed rerum divinarum praeceptorem vituperans *τὸν Ὅμηρον ἔφασκεν ἄξιον εἶναι ἐκ τῶν ἀγώνων ἐκβάλλεσθαι καὶ ῥαπίζεσθαι* [6]). Pythagoram Hieronymus referebat *κατελθόντα εἰς Ἅιδου τὴν μὲν Ἡσιόδου ψυχὴν ἰδεῖν πρὸς κίονι χαλκῷ δεδεμένην καὶ τρίζουσαν, τὴν δὲ Ὁμήρου κρεμαμένην ἀπὸ δένδρου καὶ ὄφεις περὶ αὐτὴν, ἀνθ' ὧν εἶπε*

---

[1]) Idem remedium *N* 658 a quibusdam adhibitum vidimus pag. XXVII not. 1.

[2]) Ipse Plutarchus verba Hesiodea Op. 757-759 teste Proclo *ὡς εὐτελῆ καὶ ἀνάξια παιδευτικῆς μούσης* e contextu eximenda censuit. Scilicet et nos hodie subridemus et olim Augusti aequales ridebant magistrum morum gravi voce versuque canoro vetantem: „ne quis in flumen lotium faxit neve screato", — sed spurium esse locum, Hesiodeum non esse praeceptum, neutiquam inde efficitur. Si cuncta quae politiori aevo ieiuna vilia superstitiosa absurda denique videbantur ex opere vatis Ascraei resecare liceret, quantilla relinqueretur particula.

[3]) Suaves hos versus („perfect in refinement and in nobleness" Jebb Homer p. 15) vituperatos malis quam ita defensos ut fit in schol. ad *ζ* 313.

[4]) Videantur quae de grammaticis *διὰ τὸ ἀπρεπὲς* Homeri locos multos damnantibus eleganter disputavit Cobet Miscell. Crit. p. 225-239.

[5]) Diogen. Laert. I 18.

[6]) Diogen. IX 1.

περὶ θεῶν [1]). Plato autem, quo nemo Homerum aut melius norat aut vividius admirabatur, saepius tamen eum refellere necessarium duxit, in civitate autem sua locum ei concedi non posse censuit [2]).

Sic paratam sibi viam inveniebat vir e Cynicorum schola Zoilus Amphipolitanus cognomine Ὁμηρομάστιξ, qui IV° aut III° ante Chr. saeculo Ὁμήρου ψόγον et λόγους ἐννέα κατὰ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως non iocose scripsit sed ea acrimonia eoque improbandi studio insignes quo theologorum postea flagrarunt odia; quapropter ab Homeri admiratoribus vocabatur τὸ θρακικὸν ἀνδράποδον, ἄνω καὶ κάτω τινὰς λήρους φληναφοῦν [3]).

Alii *allegorice* Homerum interpretari studuerunt, ut ita diluerent quae contra eum proferrentur crimina. Martis e. g. cum Venere commercium nihil habere quod non innocentissimum esset gravisque sapientiae documentum demonstratum ibant, id efficientes ut e dulci poemate fierent insulsa de rebus naturalibus commenta. Sic Canticum Canticorum olim non carmen pastoricium idque suavissimum esse credebatur sed vaticinium mysticum de Christi cum ecclesia sua coniunctione. Hanc Homerum explicandi artem sexto ante Chr. saeculo coluit Theagenes Rhegius teste schol. T 67, postea foverunt Anaxagoras eiusque discipulus Metrodorus Lampsacenus, deinde in deliciis Stoici praesertim habuerunt philosophi omniumque maxime Crates Mallota, quem saepius vituperavit Aristarchus ab huiusmodi nugis alienissimus; qualia autem in hac arte praestiterint veteres optime docent Heracliti, qui primo post Chr. saeculo vixisse videtur, liber de Allegoriis Homericis [4]) et Porphyrii opusculum περὶ τοῦ ἐν Ὀδυσσείᾳ τῶν Νυμφῶν ἄντρου tertio post Chr. saeculo compositum. Nec non in Hesiodi carminibus interpretandis passim talia moliti sunt veteres, cuius studii multa documenta supersunt in Procli Neoplatonici ad Hesiodum scholiis. Postea ita nugati sunt Tzetza et Eustathius.

Quid quod eandem viam his annis institit senex venerabilis

---

[1]) Diogen. VIII 21.

[2]) Plat. de Rep. III 398a X 607a.

[3]) Heraclit. Alleg. Hom. 14.

[4]) Antiquiora multo huius studii exempla praebent Xenophon Memor. I 3 § 7, ubi Socrates per iocum οἴεσθαι dicit καὶ τὴν Κίρκην ὃς ποιεῖν τοιούτους πολλοὺς δειπνίζουσαν, τὸν δὲ Ὀδυσσέα Ἑρμοῦ ὑποθημοσύνῃ καὶ αὐτὸν ἐγκρατῆ ὄντα καὶ ἀποσχόμενον τοῦ ὑπὲρ τὸν καιρὸν τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι, διὰ ταῦτα οὐδὲ γενέσθαι ὄν, et Plato Theaet. 153c τὴν χρυσῆν σεῖραν (Θ 19) οὐδὲν ἄλλο ἢ τὸν ἥλιον Ὅμηρος λέγει (cf. Eur. Or. 982). — Quin praeivit sero natus poeta qui Πρεσβείᾳ inseruit Phoenicis sermones; nam quae de Precibus dicuntur I 502-512 perfectum praebent dictionis allegoricae exemplum.

P. W. Forchhammer Erklärung der Ilias 1884; cui *Achilles* est *ἀ-χειλεύς* (labiis carens), flumen *exundans*, *Hector* amnis intra ripas suas se *continens*, *Priamus* rivulus Simois, qui per torridam aestatem *πρίων τὸν ἄμμον* tarde prorepit, et sic in aquas et lutum tota Ilias solvitur. Causa autem cunctorum huiusmodi commentorum non latet; mythorum enim vetustissimorum ad res naturales spectantium veluti echo nonnunquam in Iliade et in Odyssea percipitur [1]); quorum tamen mythorum priscum sensum ipsi poetae epici aut neglexerunt aut, quod vero similius, ignorarunt.

Recentiores autem philosophorum sectae certatim operam dabant ut sibi vindicarent Homerum illum quem ex hominum memoria evelli non posse optime intellegebant. Peripateticus fuisse dicebatur propter versus Ω 376 sq.:

οἷος δὴ σὺ δέμας καὶ ϝεῖδος ἀγητὸς,
πέπνυσαί τε νόῳ, μακάρων δ' ἐξ ἐσσι τοκήων,

ἐντεῦθεν οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου τὴν τριάδα τῶν ἀγαθῶν εἰλήφασι, quae scholiastae verba quomodo sint accipienda docet Aristot. Ethic. I 8: *νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν καὶ μάλιστα ἀγαθά* [2]). Epicureorum vero placitis addictum testari videbatur locus Ω 525 sq., ubi dei „securum agere aevum" dicuntur:

ὣς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δϝειλοῖσι βροτοῖσι,
ζωέμεν' ἀχνυμένοισ'· αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί.

Stoicus Homerus audit in scholiis ad *A* 405 alibique saepius, naturalis autem philosophiae aliquot ante Thaletem saeculis curiosum fuisse alii perhibebant propter versus *A* 399 sqq. et Ξ 246 [3]). De quibus studiis aptum iudicium tulit Seneca epist. 88: „modo Stoicum „Homerum faciunt, virtutem solam probantem et voluptates refu„gientem et ab honesto ne immortalitatis quidem pretio recedentem, — „modo Epicureum, laudantem statum quietae civitatis et inter con„vivia cantusque vitam exigentis, — modo Peripateticum, bonorum „tria genera inducentem, — modo Academicum, incerta omnia dicen„tem. Apparet nihil horum esse in illo, cui omnia insunt: ista enim „inter se dissident."

Quae vero tanti inter Graecos haberentur carmina, eorum singuli versus, immo singula verbula magis magisque digna sunt visa in

---

[1]) Cf. supra pag. XXXI.
[2]) Cf. Zeller Philos. d. Gr. II 2[3] p. 621.
[3]) Vid. Heraclit. Allegor. 22.

quae data opera inquireretur. Modo per iocum post pocula vel inter ambulandum proponebantur quaestiunculae ad Homeri interpretationem pertinentes, sententiae lepide obscurae, non anxie, ut Gellii verbis (XVIII 2) utar; aliive ludi litterarii agebantur, in quibus ei tantum excellere poterant qui epica carmina in succum et sanguinem recepissent [1]); modo de *ἀπορίαις Ὁμηρικαῖς* serio et acriter in diversa disputabatur, multique inde a sophistarum aevo fuerunt qui gloriolam aliquam inde sibi captarent; videantur quae de grammaticis qui *ἐνστατικοί* et *λυτικοί* dicti sunt scripsit Lehrs Arist.[2] p. 199 sqq. Ab acumine quo huiusmodi *ζητήσεις* fingere sciret *λύσιν* non facile admittentes Satyrus quidam Aristarchi aequalis per iocum *ὁ Ζῆτα* est nuncupatus; propter doctrinae ubertatem velocitatemque ingenii quibus quaestiones quaslibet solvere soleret Ciceronis tempore Romae laudabatur Valerius Cato, quem bellis civilibus ad paupertatem adactum, cum solvendo non esset, M. Furius Bibaculus risit epigrammate apud Suetonium de ill. gramm. 11 servato:

Catonis modo, Galle, Tusculanum
tota creditor urbe venditabat.
Mirati sumus, unicum magistrum,
summum grammaticum, optimum poetam,
omnes solvere posse quaestiones,
unum difficile expedire nomen.
En cor Zenodoti, en iecur Cratetis.

Infinitam autem quaestionum Homericarum copiam in promptu fuisse facile intellegimus, cum reputamus primum statim Iliadis vocabulum disputandi ansam praebuisse: „Cur a voce male ominata initium fecit poeta?" rogabatur. Ieiunam quaestionem insulsissime Apio ita solvebat ut litteris *MH* numerum rhapsodiarum, quae

---

[1]) Sic ad animum demulcendum atque laxandum a singulis convivis poscebatur e. g. ut recitarent versus Homericos eadem littera incipientes atque desinentes, vid. Athen. X p. 458. Eiusdem farinae est Iuliani imperatoris de Penelope aenigma versum *α* 329 spectans *ἓξ ποσὶν ἐμβεβαυῖα τριδάκτυλος ἐξεφάνθη* (Gregor. Corinth. p. 407 Schaefer.). Sic observatum est in versu *X* 59 cunctas orationis partes esse adhibitas, versum *Γ* 182 per singula vocabula singulis syllabis increscere, versum X 133 verborum transpositione in sotadeum (*σείων μελίην Πηλιάδα δεξιὸν κατ' ὦμον*) posse mutari, versum *Ψ* 644 *ἔργων τοιούτων ἐμὲ δὴ χρὴ γήραϊ λυγρῷ* pro trimetro iambico haberi posse. Etiam in versibus *ἰσοψήφοις* deprehendendis fuere qui studium collocarent inane, e. g. versus *Γ* 306 perinde atque sequentis litteras numerum edere 2848, versus *H* 264 sq. efficere 3498 memoratu dignum visum est. — Nonne fuere aliquando qui Bibliae sacrae litteras numerarent cunctas?

sunt XLVIII, significari diceret [1]). Secundum verbum *ἄειδε* vituperabat Protagoras, deam Musam parum decore imperativo modo compellari contendens [2]): defendenda igitur erat poetae modestia. Sic *παροίνοις* huiusmodi *ζητήμασι* larga suppetebat materies; quae studia qui carpsit Aristoteles Soph. Elench. IV 8 Poet. 26, ipse tamen eis indulsit, nam *Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων* vel *προβλημάτων* librum scripsit [3]).

Etiam in regis Ptolemaei Philadelphi conviviis huiusmodi lusibus indulgebatur; vid. Proclus ad Hes. Oper. 97: *πῶς ἔμεινεν ἐν τῷ πίθῳ ἡ ἐλπίς; ἔστι γὰρ τοῦτο ἐν ἀνθρώποις. τοῦτο δὲ καὶ Κόμανος ὁ ἀρχιοινοχόος τοῦ βασιλέως προύτεινεν· φησὶν οὖν Ἀρίσταρχος, ὅτι ἡ μὲν τῶν κακῶν ἔμεινεν, ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἐξῆλθεν* [4]). Sosibius quidam cum Nestorem senem *Λ* 686 sq. aliis validiorem dici non posse censeret, Aiaci enim vel Achilli multo maius fuisse robur, ita hanc *ἀπορίαν* expediebat ut in poetae verbis

ἄλλος μὲν μογέων ἀπεκινήσασκε τραπέζης
πλεῖον ἐὼν, Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρε

ad adiectivum *ἄλλος* mente suppleret *γέρων*. Quem hominem nimis acutum ludibrio habuit Philadelphus *ὡς ἀπροσδιονύσους λύσεις πραγματευόμενον*, vid. Athenaeus XI 493 *d*. Ptolemaeus Euergetes secundus, qui Aristarchum habuit praeceptorem, quaestionem nihilo graviorem coniectura expedire studuit; nam cum poeta in describendo antro Calypsus *ε* 72 *violas* commemorasset in prato irriguo florentes, hos flores non prope fontes sed in nemoribus potissimum gigni intempestive recordati sunt homines docti, quapropter rex violis substituit herbam palustrem *σίον*, vid. Athen. II 61 *c*. Tiberium grammaticos appetivisse et ridiculis quaestionibus saepe expertum esse testatur Suetonius [5]). Neque Hadrianus, qui Homerum non magni faciebat [6]), cum Alexandriam venisset infra dignitatem suam habuit „in Museo multas quaestiones professoribus proponere, quas propositas ipse dissolvit" [7]).

Multa eiusmodi problemata servavit Plutarchus in Quaestionibus convivalibus [8]), vid. etiam quae de adverbio *κακῶς* *Λ* 25 profert in

---

[1]) Senec. Epist. 88 § 35.
[2]) Vid. Aristot. Poetic. 21.
[3]) Vid. Lehrs de Arist.[2] p. 221.
[4]) Vid. Lehrs de Arist.[2] p. 200.
[5]) Vid. Sueton. Tib. 70.
[6]) Antimachum ei praeferebat, Dio Cass. LXIX 4.
[7]) Spartian. Hadrian. 20.
[8]) Lehrs Arist.[2] p. 213 sq.

libro de audiendis poetis cap. 4. Tertio post Chr. saeculo Porphyrius plurima collegit *ζητήματα Ὁμηρικά*, unde multa irrepserunt in scholia, e. g. ad Ξ 216 *X* 88, 406 [1]).

Sanae mentis hominibus talia si ioci causa agerentur nugatoria, si serio absurda videbantur [2]), et derisa ab iis esse *γραμματικῶν περίεργα γένη, ῥιζώρυχα μούσης ἀλλοτρίης* [3]), quibus *λίμου φαρμακὸν* esset Ilias [4]), libenter credimus. Neque magis honorifice Iuvenalis VII 229 sqq. iudicavit de suae aetatis hominibus Vergilii Aeneidem perinde atque Graecorum carmina heroica inutilibus quaestionibus obruentibus et a praeceptore poscentibus

ut forte rogatus
dum petit aut Thermas aut Phoebi balnea, dicat
nutricem Anchisae, nomen patriamque novercae
Anchemoli, dicat quot Acestes vixerit annos etc.

Nunquam defuere qui intellegerent id quod Eratosthenes olim et Aristarchus inculcare solebant, poetas epicos non ut docerent homines carmina sua condidisse sed ut eos delectarent, et ex ipso potissimum Homero Homerum esse explicandum.

Sed finis disputandi est faciendus. Carminum Homericorum quanta potestas fuerit in Romanorum ingeniis efformandis; quantum valuerint in mentes hominum qui saeculis recentioribus ad nostrum usque tempus vixerunt; aemulati inter ipsos Graecos aliisque in gentibus qui fuerint pootae, et quo successu; interpretari, emendare, doctrinae luce undique petita illustrare qui studuerint grammatici aliique viri docti, — haec omnia quamquam dignissima sunt quae data opera exponantur fuseque enarrentur, a nobis tamen hic sunt praetermittenda. Neque de textus qui ad nos transmissus est condicione

---

[1]) Ibidem p. 199.

[2]) Homerum ita explicatum non placuisse Parthenio illi qui *πηλὸν Ὀδύσσειαν καὶ βάτον Ἰλιάδα* dicere sustinuit, graviter ideo ab alio poeta increpatus in Anthol. Jacobs III p. 12, vix est quod indignemur. *Ζηνοδότου σκύλακας, συνδεσμοὺς* venantes et de vocularum *μιν* et *σφιν* discrimine disputantes et inquirentes *εἰ κύνας εἶχε Κύκλωψ* risit Philippus epigr. 43 (Jacobs III p. 207), vid. etiam epigr. 44. Aristarchei in hanc partem multo minus peccabant, neque digni erant qui ab Herodico Crateteo ita compellarentur (Athen. V 222*a*):

φεύγετ' Ἀρισταρχεῖοι ἀπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης etc.,

quem versum non indignatio fecit sed Homerum imitandi studium, nam in locum *τῶν Ἀργείων* substituti sunt *οἱ Ἀρισταρχεῖοι*.

[3]) Antiphanes epigr. 5 (Anthol. Jacobs II p. 189).

[4]) Vid. Luciani epigramma in Anthol. Jacobs III p. 23.

deve singulorum manuscriptorum hodie superstitum dignitate et auctoritate nunc disputabimus; haec enim in Iliadis et Odysseae prolegomenis aptius tractantur. Neque de aevo heroico, quale in epicis carminibus pingitur, nunc licet agere, etsi ne huiusmodi quidem disputatio ab argumento in quo versamur foret aliena. Laudibus vero carmina Homerica si hoc loco efferre vellem, nae μόχθος περισσὸς hic foret κουφόνους τ' εὐηθία. Nam librum hunc quamquam iuniorum praesertim philologorum destinavi manibus, non tamen scripsi tironibus; non eo utetur nisi qui diu iam in Homero versatus fuerit; fieri autem nequit ut prisca illa carmina qui aliquantisper cognoverit non simul amare didicerit et admirari.

I.

DE METRO.

§ 1. Carmina constant ex versibus sive syllabarum ordinibus. Nonnullae syllabae, quae paribus intervallis disiunctae sunt, maiore vocis intentione proferuntur et *ictum habere* hinc dicuntur. Has inter singulae binaeve syllabae solent intercedere, quae voce minus clara pronunciantur.

Syllaba, quae ictum habet, *in arsi*, quae caret ictu, *in thesi* posita esse dicitur.

Pristinam vim amiserunt voces *arsis* et *thesis*. Graeci enim metrici, ut cantum saltationi cognatum esse indicarent, in pedes vel dipodias (passus) distinguebant carmina; pedes autem quoniam modo imponuntur solo modo tolluntur, singuli pedes metrici ab iis dividebantur in thesin atque arsin, τὸν κάτω χρόνον et τὸν ἄνω, ut loquitur Aristoxenus. Syllabam igitur ictu insignitam, quae profertur dum pes canentis solum ferit, in thesi esse dicebant, in arsi autem syllabam quae voce debiliore exprimitur dum pes tollitur humo. Romani vero metrici ad *vocem* modo altius sublatam modo demissiorem nomina arsin et thesin perperam referentes omnia perturbarunt. Sed quoniam verba valent usu, satius videtur eos sequi quam redire ad veram horum nominum significationem.

Cf. Christ Metrik[2] § 71.

Syllabarum in versuum vicinorum exitu collocatarum similitudinem, quae in poesi hodierna ita regnat ut sine talibus homoeoteleutis iusta carmina vix existere posse videantur, a veterum arte poetica alienam esse inter omnes constat. Attamen dubitatur an in epica

certe Graecorum poesi, fortasse etiam alibi, indicia hic illic reperiantur unde effici possit ne veteres quidem poetas omnino sprevisse illud aurium lenocinium. Et quidni credamus eos interdum ita lusisse. Sic lectionem πολλῇσι φλιῇσι παραστὰς φλίψεται ὤμους ϱ 221 prae altera θλίψεται commendare videtur annominatio. Sed cavendum ne longius abripi nos patiamur et specie decepti tribuamus poetarum studio quae caeca fors ipsiusve linguae indoles tulerit [1]); neque probabiles videri poterunt coniecturae, quae hoc argumento ab inventoribus commendentur quod sonorum ita grata quaedam nascatur similitudo. Quapropter non laudamus consilium Fickii homoeoteleuta et allitterationes appetentis, e. g. ἀϱέπνιαι ἀνηϱέψαντο Odyss. p. 2 et 320, χόλος δέ μιν ἄγριος ἄγϱη Odyss. p. 20 Iliad. p. 372, „das alte Epos gebraucht nur πᾶμα, πᾶσις... „wie durch die anreime in πάματα πολλά, πάματα πάντα und πάματα „πᾶσιν ὅπασσε bestätigt wird" Iliad. p. 387, Τρῶες δὲ λεύοισι ϝεϝοικότες ὠμοφάγοισι Iliad. p. 83, ubi haec adduntur: „der reim „erscheint bei Homer 1. zwischen dem ersten und dem vierten „fusse: φϱάζεο Τυδεΐδα καὶ χάζεο, 2. zwischen dem dritten und „dem sechsten: ἔνσπετε νῦν μοι Μοῖσαι, Ὀλύμπια δώματ' ἔχοισαι „(häufigste form), 3. zwischen dem vierten und sechsten: πυλάων „Δαρδανιάων, endlich, falls der hexameter tripartitus anzuerkennen „ist, 4. zwischen dem zweiten und vierten fusse wie ι 450 μάκϱα „βίβαις, πϱῶτος δὲ ϱόαις ποτάμων ἀπικάννεις". Alia multa congessit idem Iliad. p. 534 sq.

Acute hac de re disputavit Lehrsius Arist.[2] p. 454 sqq., et praesertim notatu dignissimum est id quod observavit l. l. p. 475, locos ubi auditur parechesis plerosque ita esse comparatos ut duorum nominum inter se sociatorum concinant syllabae finales, e. g.:

ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσαι. *B* 484
ἐκ γὰϱ Ὀϱέσταο τίσις ἔσσεται Ἀτϱεΐδαο. *α* 40
Ἀϱγὼ πᾶσι μέλουσα παϱ' Αἰήταο πλέουσα. *μ* 70.

Talia homoeoteleuta mero casui deberi, ab ipsis autem vatibus ne observata quidem esse, nedum consulto invecta, satis certum videtur.

§ 2. Ars poetica apud Graecos rudimenta qualia habuerit quibusve legibus adstricta, nescimus. Simplicibus metris usos esse, carmina habuisse popularia, quibus idem fere essent numeri atque

[1]) Consilione an casu dicomus e. g. quater repetitum esse π initiale in versu *I* 50 πατϱί τε σῷ μέγα πῆμα πόλῃί τε παντί τε δήμῳ? Hoc veri multo est similius.

Romanorum versibus Saturniis, credibile immo verosimile est, sed demonstrari nequit, nihil enim ex artis illa infantia aetatem tulit. Hodie ultra carmina Homerica recedere non licet, haec autem a poeseos incunabulis quanto temporis intervallo distent cum aliunde intellegimus tum luculenter docet numerorum tersa et multiplex elegantia.

Missis igitur temporibus, quorum nulla ad nos propagata est memoria, ipsa carmina Homerica consideremus. Composita sunt ex versibus qui senis ictibus distincti sunt et *hexametri* ideo vocari solent.

Non omnium tamen ictuum eadem est vis, sed primus et tertius, itemque quartus et sextus, maiore vocis acumine indicantur quam secundus et quintus. Quartus autem ictus a tertio non solum thesi, quae interposita est, separatur, sed praeterea intercedit *caesura*, qua versus heroicus, longior quam ut sine spiritus intermissione apte possit recitari, in duas partes dirimitur.

Singuli pedes, ex quibus constat versus heroicus, ita conformati sunt ut syllabam longam, ictu insignem, aut una longa excipiat in thesi collocata aut duae breves, coniunctim igitur aut spondeum (/ –) aut dactylum (/ ◡◡) efficientes. Breves autem syllabas unam moram implere, longas duarum esse morarum, ex quatuor igitur moris singulos dactylos vel spondeos constare, vulgata est metricorum doctrina. Quod tamen non ab omni parte verum esse neque veteres fugit neque hodiernos. Syllaba τε ex. gr. citius profertur quam nominis Ἀφροδίτη prima syllaba, licet pro brevi habeatur utraque. Item longius aliquanto tempus requiritur ad enunciandam syllabam initialem substantivi πρῆξις vel comparativi λῷστος vel infinitivi χραισμῆσαι, quam in vocum ἠώς, εἶτα, ἐστίν, ἀδμής primis syllabis consumitur: quae longae tamen censentur omnes sine discrimine.

Haec observatio de quantitate syllabarum cum in universum valeat et minime sit negligenda, in Homericis praesertim carminibus haud exigui est momenti et perpetuo mente est tenenda dum iis operam navamus. In epica enim dictione syllabae satis multae, quae ne unam quidem moram totam implerent, extra metrum positae esse videbantur et hinc sensim oblitteratae sunt, iamque in ipsis carminibus non comparentes syncopen (§ 12) vel aphaeresin (§ 130) perpessae esse dicuntur aut elisione esse suppressae (§ 13). Item syllabae multae, quae brevibus essent longiores nec tamen ad longarum syllabarum iustam mensuram pervenirent, ex

poetarum lubidine modo pro longis numerari poterant modo pro brevibus (§ 14, 18, 25, 35, 36, 37, 38). Vid. Westphal allgem. griechische Metrik p. 283, Christ Metrik² § 10 sqq., Hartel hom. Studien I p. 408 sqq.

Sed intricatiores has quaestiones si mittimus, in universum statui potest, Homericum versum constare ex longis brevibusque syllabis; arseos syllabam semper aut suapte natura longam esse aut loco quem obtinet longam fieri; thesin aut duabus syllabis brevibus effici aut una longa. Sextus vero pes, quem *trochaeum* veteres metrici recte vocabant (vid. Christ Metrik² § 138), semper ex duabus constat syllabis, quarum posterior modo longa est modo brevis.

In alternandis autem spondeis et dactylis magna libertate usi sunt poetae epici, nullis aliis legibus obedientes quam iis quas aut ipsius metri ferret indoles aut aures suaderent exercitatae. Modo igitur quinque dactylos continuant, ex. gr. η 274 sqq.:

εἶα' ἐπὶ σχεδίης ἀδινὰ στενάχοντα φέρεσθαι.
τὴν μὲν ἔπειτα θύελλα διεσκέδασ'· αὐτὰρ ἐγώ γε
νηχόμενος μέγα λαῖτμα διέτμαγον, ὄφρα με γαίῃ
ὑμετέρῃ ἐπέλασσε φέρων ἄνεμός τε καὶ ὕδωρ [1]).

Quales tamen hexametri rariores sunt; modo unum, duos, tres, quatuor interdum spondeos intermiscent.

Quinque spondei quominus in unum versum inveherentur obstabat aurium iudicium. In textu Homerico sane, qui ad nos pervenit, reperiuntur aliquot hexametri ex meris syllabis longis constantes; neque criticis Alexandrinis suspecti erant hi *στίχοι ὁλοσπόνδειοι* sive *ἰσόχρονοι* (vid. Christ Metrik² p. 194); quin Romanorum poetas antiquiores plus semel in sua carmina eos admisisse scimus. Sic apud Ennium legebatur:

olli respondit rex Albai longai

aliaque id genus, et apud Catullum CXVI 3 est:

qui te lenirem nobis, neu conarere.

Homericos tamen versus, qui *δωδεκασύλλαβοι* esse videntur, accuratius intuenti apparet specie deceptos fuisse posteros, qui ex syllabis longis continua serie se excipientibus compositos esse crederent. Sunt enim hi:

θώρηκας ῥῆξαι δῄων ἀμφὶ στήθεσσι. *B* 544.

Leg. *δῄτων* (vid. § 17).

---

[1]) Vid. etiam *Ψ* 166-170.

Ἀτρεΐδης· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην. *Λ* 130.

Leg. *Ἀτρεΐδης* (vid. § 76) et *δίφροο* (vid. § 59).

ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλῆος δϝειλοῖο. *Ψ* 221.

Leg. *Πατροκλέος* (vid. § 73).

σίτου καὶ κρειῶν ἠδ' οἴνου βεβρίθασι. *o* 334.

Leg. *κρεάων* (vid. § 72). Praeterea praestare videtur *οἴνοο* (§ 59), sed cum neglectum sit *ϝ*, versum aut gravius corruptum aut admodum recentem esse apparet; fortasse *κρεάων καὶ ϝοίνοο* verum est.

τὼ δ' ἐν Μεσσήνῃ ξυμβλήτην ἀλλήλοιιν. *φ* 15.

Leg. *ξυμβλήατο* (vid. § 258). Praeterea praeferendum fortasse est *ἐνί*. Est autem locus Odysseae sero insertus.

σειρὴν δὲ πλεκτὴν ἐξ αὐτοῦ πειρήναντε. *χ* 175 = 192.

Leg. *αὐτόο* (vid. § 59).

νῆσός τ' Αἰγίνη ναυσικλείτη τ' Εὔβοια. h. Ap. 31.

Leg. *Εὔβοια*. Praeterea sunt qui *-κλεῖτη* praeferunt (vid. § 7). Non est cur assentiamur Gemollio aliter de hoc versu quam de reliquis iudicanti his verbis: „der einzige ganz spondeïsche Vers in der epischen Litteratur".

De coniectura versum *ὁλοσπόνδειον* efficiebat Ptolemaeus Ascalonita:

ἀνδρῶν λικμώντων, εὖτ' ἂν ξανθὴ Δημήτηρ, *E* 500.

quam lectionem non esse praeferendam vulgatae *ὅτε κεν ξανθὴ Δημήτηρ* cum metrum docet tum particula *ἄν* parum Homerica (cf. § 326).

Contra Nauckium Christium alios, qui hexametros dodecasyllabos ab Homeri arte abiudicarunt, disputat Ludwich Arist. II p. 314 sqq.

Pes penultimus in Homericis haud infrequenter (1 : 18) est spondeus; vid. Christ Metrik[2] § 200 et inprimis Ludwich de Hexametris spondiacis et Aristarch. II p. 301 sqq. — Rei notissimae exempla hic afferre inutile.

Duriores autem sunt versus spondiaci qui etiam quarto loco spondeum habent. Quamquam ne huiusmodi quidem hexametros omnino spreverunt veteres poetae; e. g.:

τῶν μὲν ἄρ' Ἀμφίμαχος καὶ Νάστης ἡγησάσθην. *B* 870.

οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι. *A* 226.

δάμνασαι ἀθανάτους ἠδὲ θνητοὺς ἀνθρώπους [1]). *Ξ* 199.

[1]) In hac similibusque formulis suspicetur fortasse quispiam antiquitus fuisse *μέροπας ἀνθρώπους*, *μερόπων ἀνθρώπων*, cf. *Λ* 250 etc.; quo praesertim videtur ducere lectionis varietas in versu Hesiodeo Oper. 123 de daemonibus:

ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,

qui locus apud Platonem Rep. 469*a* ita affertur:

ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες μερόπων ἀνθρώπων.

'Ϝείδεεν οὔτε θεῶν οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων. Σ 404 (*A* 339 ε 32 η 247 ι 521).

ἢ κακὸς ἢ ἀγαθός· Ζεὺς δ' ἔμπης πάντ' ἰθύνει. P 632.

Plura exempla habemus B 167, 190 N 454, 488 Π 384 P 726, 745 Σ 41, 484, 591 T 344 Υ 210, 305, 392, 401 Φ 169, 252, 566 X 6 Ω 124 δ 805 ε 245 etc. — Cf. Christ proleg. Iliad. p. 117 sqq.

Sed non omnes hexametri, quos textus receptus praebet, in tres pedes disyllabos excurrentes, tales ab ipsis poetis profecti sunt; nam multi versus, qui ita conformati esse videntur, in thesi pedis quinti vel quarti habent syllabam ex contractione natam, quae ex vetustioris linguae legibus est distrahenda. Ex. gr.:

εὖτέ μιν εἰς ἈϜίδαο πυλάρταο προύπεμψε. Θ 367.

Leg. *προέπεμψε* (vid. § 131).

χαλκοῦ τε ῥινοῦ τε βοῶν τ' εὖ ποιητάων. Π 636.

Leg. *ἐὺ*.

ἀζηχὴς ὀδύνη Ἡρακλῆος θείοιο. O 25.

Leg. *Ἡρακλέος* (vid. § 73).

πάντα τί μοι κατὰ θυμὸν ἐείσω μυθήσασθαι. I 645.

Leg. *ἐ(Ϝ)είσαο* cum Aristarcho (vid. § 117).

μήτηρ δ' οὔ με φίλη πρίν γ' εἴα θωρήσσεσθαι. Σ 189.

Leg. *εἴαε* (vid. § 191).

φευγέμεναι· τοὶ δ' αἶψα διώκειν ὠρμήθησαν. K 359.

Leg. *διωκέμεν'* (vid. § 125).

Fortasse etiam de sequentibus locis idem valet:

I 137 = 279 *καὶ χαλκοῦ* (*χαλκόο*?) *νηησάσθω*. Vid. § 59.

K 576 *ἐὺ ξεστὰς 'λούσαντο* (*'λοέσαντο*?). Vid. § 295.

Λ 739 (*N* 428) *γαμβρὸς δ' ἦν* (*ἔεν*?) *Αὐγείαο*. Vid. § 302.

I 218 *ε* 198 *π* 53 *'Οδυσσῆος θείοιο* (*θεῖοιο*?). Vid. § 7.

Ξ 320 *κούρης τηλεκλειτοῖο* (*τηλεκλεϊτοῖο*?). Vid. § 7.

Cf. praeterea Z 14 N 512 Π 647 P 670, 745 (T 403 v. l.) Υ 145 Ψ 65, 105, 221 (Ω 604 et 673 v. l.) φ 113 etc.

Plerique versus spondiaci terminantur voce tetrasyllaba, e. g.:

οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμασεν ἀρητῆρα. A 11.

Pauci excurrunt in trisyllabam, e. g.:

τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων. A 250.

Paucissimi in monosyllabam, e. g.:

ὣς ποτέ τις Ϝερέει· τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών. Δ 182.

item *H* 238 *Θ* 150 *Λ* 741 *Π* 384 *T* 117 *Φ* 887 [1]). Vocula ὥς (§ 101) in exitu versus σπονδειάζοντος collocata est *B* 764 *Γ* 2 *Δ* 482 *λ* 605; encliticae autem illic reperiuntur *E* 448 *Φ* 140 etc., sed tales versus in monosyllabum desinere vix recte dicuntur, quoniam enclitica cum vocabulo praecedenti coalescit.

Nonnulli versus spondiaci in disyllabum exire videntur; sed hi loci tantum non omnes ita sunt comparati ut in quinto pede dactylus restitui possit et debeat. Ecce exempla:

ι 151 etc. *ἠῶ δῖαν* leg. *ἠόα*, item Hesiod. Op. 574. Vid. § 77. — In paucis notabilis est versus *Σ* 255 *μὴ μίμνειν ἠῶ δῖαν*, ubi *μιμνέμεν' ἠόα δῖαν* reddendum est poetae (cf. § 125). Vid. etiam *Θ* 565.

K 574 *ἶδρῶ πολλόν* leg. *ἶδρόα*. Vid. § 77.

B 718 *M* 350, 363 etc. *εὖ Ϝειδώς* leg. *ἐὺ*.

Π 20 etc. *Πατρόκλεις ἱππεῦ* leg. *Πατρόκλεες*. Vid. § 73.

Λ 639 *κνῆ τυρόν* leg. *κνέε* cum Aristarcho vel potius *'κνάε* (§ 195).

K 299 *εἴασ' Ἕκτωρ* leg. *εἴαεν* (*εἴασεν* codd. nonnulli).

ξ 239 *δήμου φῆμις* leg. *δήμοο*. Vid. § 59.

ϱ 208 *ἦν ἅλσος* leg. *ἔεν*. Vid. § 302.

K 238 *αἰδοῖ Ϝείκων* leg. *αἰδόι*. Vid. § 77.

Υ 484 *Πείρεως υἱόν* (Zen.) leg. *Πείρεω* (Arist.) vel potius *Πειρόου* (Nauck). Vid. § 8 et 62.

Hes. Scut. 202 *Λητοῦς υἱός* leg. *Λητόος*. Cf. § 77.

Ψ 533 *πρόσσωθ' ἵππους* l. a.; vulgata (suspecta tamen) est *πρόσσοθεν*.

π 317 *τ* 498 *χ* 418 *νηλιτεῖς εἰσι* leg. *νηλ(ε)ίτιδες* cum Aristarcho.

κ 38 *καὶ τιμῆς ἐστι* l. a., recte vulgata *τίμιος*. Cf. § 69.

Vid. Payne Knight Proleg. p. 47 et 96, Gerhard Lect. Apollon. d. 143, quos multi sunt secuti.

Aliter opinantur Hilberg Silbenwägung p. 12 sqq., Ludwich Aristarch. II p. 330; et negari sane nequit diu ante Alexandrinorum tempora in Graecorum poesi toleratos esse hexametros spondiacos in disyllabum desinentes, extant enim in inscriptionibus versus quales hi sunt: Kaibel Epigr. 26[5] (anni 394 a. C.) *οὗτος ἀνὴρ ὃς ἔσωσεν Ἀθηναίων τρεῖς φυλάς*, Kaibel Epigr. 89 *ἐπὶ γούνασι πατρὸς μάρψας*. Posteriore loco „poeta imitatus archetypum probam et pulcram sententiam pessimis numeris inclusit", poterat autem sine ullo sententiae detrimento *ἔμαρψε* scribere et deinde *καὶ* pro *οἱ* in versu

[1]) In versu *α* 124 Rhianus perperam scribebat *ὄττευ σε χρή* pro *ὄττεό* (*οὔ τεό*) *σε χρή*. Cf. § 102.

sequenti. In inscriptione Collitz 3342[42] ἦλθεν κάμνων est exitus hexametri; ubi quantillum fuerat ἦλυθε exarare.

Sed haec et similia [1]) nihil probant nisi aures non fuisse iis qui invitis musis tales versus componerent. In quorum numero fuitne etiam Antimachus Colophonius? traditum certe accepimus eum in fine hexametri dedisse ἦν ἀνδρῶν:

Ἴδεώ θ' ὃς κάρτιστος ἐπιχθονίων ἦν ἀνδρῶν,

vid. Porphyrius apud Eusebium Praeparat. Euang. X 3 (Antimach. fr. 34 Duebner). Sed credere durum est, quoniam aut ἔεν dare poterat aut γένετ', id quod extat loco Homerico quem repetebat (*I* 558). Itaque suspecta est fides Lycophronis Antimachum consulto sic cecinisse l. l. asseverantis „ὡς διὰ ταύτης τῆς μεταθέσεως ἐστηριγμένου τοῦ στίχου"; certe nemo hodie ei assentietur pulcrum talem versus heroici exitum iudicanti.

In dactylum autem postquam solutus est pes penultimus versuum Homericorum quos supra enotavimus, hi tantum in poesi epica restant hexametri spondiaci in disyllabum exeuntes:

δ 604 h. Cer. 453 κρῖ λευκόν.

μ 64 λὶς πέτρη.

h. Cer. 204 σχεῖν θυμόν.

Cypr. fr. 9, 5 in schol. Pind. Nem. X 114 ἄμφω κοίλης.

Quorum incerta est correctio; sed ultimos saltem duos locos aut non deberi vetusto poetae aut non tales ab eo esse prolatos tute contenderis; insolitas autem locutiones κρῖ λευκόν et λὶς πέτρη pro singulis vocabulis habuisse videntur cantores. Idemne statuendum de formula οὐδ' ἠβαιόν (-αί) in hexametrorum exitu obvia *B* 380, 386 *N* 106, 702 Ξ 141 *Υ* 361 *γ* 14 *σ* 355 *φ* 288? Cum Bergkio enim putamus scribendum esse οὐδ' ἦ βαιόν (βαιαί).

§ 3. Schema igitur hexametri in suos pedes divisi, si nullam ictuum caesuraeve rationem habemus, hoc est:

– ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | – ⏑ | – ⏑.

Sed eiusmodi ordines syllabarum etsi describi possunt, auribus vix unquam percipiuntur; has enim praesertim afficiunt *ictus* versuum et *incisiones*. Quapropter versus epicus signis melius sic exprimitur:

/ ⏑ | / ⏑ | / ⏑ || ⏑ | / ⏑ | / ⏑ | / ⏑.

In quo schemate *quatuor* ictus prae ceteris valere vides, duplex

[1]) Ex sera poesi congessit exempla Hilberg l. l. p. 14 sqq.

linea *caesuram* indicat, pinguiores lineae post primum quartumque pedes erectae *pausarum* loca designant. De quibus singulis mox videbimus.

Hexameter primitus coaluit ex duobus versiculis brevioribus:

vel si neglecto longarum breviumque syllabarum discrimine, quod procedente demum arte poetica et metrica accurate observatum esse satis intellegitur, non nisi arsium thesiumque habemus rationem, ex duobus hisce tripudiis [1]):



ut in carmine Arvalium erat:

enós Lasés iuvate [2]).

Quale metrum non excogitandum nobis est, sed in posterioris aevi poesi fuit pervulgatum, nempe versus *paroemiaci*, qui anapaesticis metris accenseri solent, *prosodiaci* autem vocantur si anceps est prima eorum syllaba, vid. Aesch. Sept. 751, Christ Metrik[3] § 253, Kaibel Epigr. 874*a*. Hi autem versiculi ipso suo paroemiacorum nomine originem produnt; dicteria enim popularia, proverbia sententiaeque illo metro enunciari et per hominum ora volitare solebant [3]). Quales vetustissimae sapientiae foetus haud pauci aetatem tulerunt, e. g.

---

[1]) Ex antiquiore metro, quod *quatuor* ictus haberet (⏑–⏑–⏑–⏑–), decurtatos esse hos versiculos, finalem autem syllabam revera non thesin tertiam fuisse sed quartam arsin (⏑–⏑–⏑–⏑–), collatis Germanorum aliarumque gentium carminibus popularibus luculenter ostendit H. Usener Altgriechischer Versbau 1887 p. 64 sqq.

[2]) Vid. Bergk über das älteste Versmass der Griechen 1854 (klein. philol. Schriften II 392 sqq.) apud Christium Metrik[3] § 196. Minus tamen probabiliter Bergk autumabat hexametrum prodiisse ex iunctura horum versiculorum:



A feminina potius caesura proficiscendum esse intellexit Usener l. l., quem secuti sumus. Praeterea consuli potest F. Allen über den Ursprung des Homerischen Versmasses in Kuhns Zeitschr. 1879 *p*. 556 sqq.

[3]) Cf. Hephaestion de Metris c. 8: *διὰ τὸ παροιμίας τινὰς; ἐν τούτῳ τῷ μέτρῳ εἶναι*, qui tamen addit minus aptum sibi videri nomen paroemiaci, extare enim epica quoque et iambica proverbia. Hinc Rossbach-Westphal ex primitiva vocis *οἶμος* ((i. e. *iter*) potestate explicare maluerunt, reddentes *canticum ad quod incedilur* (Marschrhythmus). Christ vero Metrik[3] § 293 a nomine *οἶμη* = *narrationis curriculum, carmen* (Liedweise) repetit et praepositionis *παρα-* in hoc composito eandem vim esse censet atque in *παρεπεῖν* et *παραμύθιον*, ut indicetur canticorum genus placidum et auditorum

φιλεῖ δὲ νότος μετὰ πάχνην (na regen komt zonneschijn),
παθὼν δέ τε νήπιος ἔγνω (wie niet hooren wil moet voelen),
καὶ κόρκορος ἐν λαχάνοισι (kruimels zijn ook brood),
ἄλλοι κάμον ἄλλοι ὄναντο (de paarden die de haver verdienen krijgen ze niet).

Plura collegit Usener l. l. p. 44 sqq. — Saepius iteratos habes huiusmodi versus in Tyrtaei embaterio apud Dion. Chrys. I 34 (Tyrt. fr. 15 Bergk):

ἄγετ' ὦ Σπάρτας ἐνάνδρου
κοῦροι πατέρων πολιητᾶν,
λαιᾷ μὲν ἴτυν προβαλέσθε,
δόρυ δεξιτερᾷ δ' ἐντόλμως,
μὴ φειδόμενοι τᾶς ζωᾶς·
οὐ γὰρ πάτριον τᾷ Σπάρτᾳ [1]).

In fronte igitur hexametri suppressa est una syllaba, ictu destituta, unde ordiebatur prior versiculus. Pentameter ex iisdem versibus prodiit geminatis, postquam ultima quoque eorum syllaba abiecta est.

In ipsis quoque carminibus Homericis indicia quaedam deprehendi, unde appareat hexametrum ex trimetris duobus concrevisse,

---

animos deleniens (beruhigender Charakter des Rhythmus). Non tamen satis intellegitur quomodo notio mentes alienas sedandi inesse possit verbo intransitivo quale foret *παροιμῆσαι*, quod potius reddideris *iuxta progredi*. — Certum est, adiectivo *παροιμιακός* inesse radicem vocis *οἶμος* sive *οἶμη* — non enim divellenda haec sunt sed coniunctim tractanda —; suam autem vim *itineris* vel *tramitis* (*lineae*, nostri *baan*) obtinet *οἶμος Λ* 24, *narrationis* vero *curriculum* designat h. Merc. 450, idemque significat *οἶμη Φ* 74, 481 *χ* 347. Est igitur *προοίμιον* (Thuc. III 104 etc.) id quod praecedit ipsum carmen; *παροίμιον* si extaret, deberet significare *carmen quod iuxta procederet* vel nescio quos *comitaretur*, at non extat. Sed extat vox *παροιμία* = *proverbium*, cuius origo licet sit dubia, potestas est notissima, ab hac autem ducta sunt adiectivum *παροιμιακός* et verbum *παροιμιάζειν*, quae non admodum antiqua esse videntur neque igitur ab obsoletis illis vocabulis *οἶμος* atque *οἶμη* repetenda.

[1]) Aliud idque luculentissimum exemplum huiusmodi carminum in scholiis ad Σ 570 extare credebat Bergk, qui ita id constituit (Carm. Popul. n° 2):

ὦ Λίνε, πᾶσι θεοῖσι
τετιμένε, σοὶ γὰρ ἴδωκαν
πρώτῳ μέλος ἀνθρώποισι
φωναῖς λιγυραῖς ἀεῖσαι·
Φοῖβος δὲ κότῳ σ' ἀναιρεῖ,
Μοῦσαι δέ σε θρηνέουσι.

Sed restituendos esse hexametros quos praebet schol. V, neque admodum antiquum esse hoc canticum ipsumve Lini nomen, ostendit Maass in Herm. XXIII p. 303 sqq., cf. vWilamowitz Herakles II p. 120.

egregio acumine demonstrare studuit Usener l. l. p. 17 sqq., qui haec inter alia exempla attulit:

ἀλλ' ἄγε νῆα μέλαιναν || Ϝερύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν. *A* 141.
Item *P* 635 (= 713) Θ 34 (cf. π 348) δ 577 (= λ 2) κ 403 ϱ 479 τ 481.

ἐκ δ' ἑκατόμβην βῆσαν || Ϝεκηβόλῳ Ἀπόλλωνι. *A* 438.
Item *A* 21, 294 *P* 333.

πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, || τοὶ Ϝιλίῳ ἐγγεγάασι. Z 493.
Item *P* 145 *E* 204 ξ 288 ϱ 104.

ὀχθήσας δ' ἄρα Ϝεῖπε || πρὸς Ϝὸν μεγαλήτορα θυμόν. *A* 403.
Item versibus parallelis decem.

Qualibus tamen locis multum tribuere nos quidem veremur, licet de origine hexametri Usenero ex asse adstipulemur.

Sunt etiam argumenta unde efficias in fronte hexametri olim exuperare potuisse syllabam ictu carentem, et postea demum hanc constanter esse suppressam. Sic enim facillime explicatur qui fiat ut hoc praesertim loco omitti soleat augmentum syllabicum; qua de re infra § 130 plura dicentur, nunc hoc unum observandum est, ipsis Graecis postea initium versuum unice aptum visum esse ad augmentum supprimendum, nuncii enim tragici, quorum oratio ad epicam dictionem proxime accedere solet, augmentum syllabicum in fronte trimetrorum haud infrequenter omittunt [1]), licet alias augmentum in poesi scenica nunquam abiciatur. Nec non initiali illi hexametri syllabae tribuendae videntur vocabulorum quorundam mutationes metricae, quas syncopes vel contractionis nomine designare mos fert, e. g. *γλακτοφάγων*, *τίπτε*, qualia in hexametri fronte aut perpetuo aut frequentius quam ceteris versuum sedibus occurrunt; cf. § 12. Maiorem autem vim huic argumento tribuet quisquis reputaverit etiam *ultimam* hexametri syllabam hoc sibi habere proprium ut vocabula contracta vel decurtata facilius quam reliquae admittat; *κρῖ*, *δῶ*, *Ζῆν* (*Ζῆν'* ?), pro *κριθήν*, *δῶμα*, *Ζῆνα* nonnisi hac sede reperiuntur [2]); verborum formae contractae *-ᾷ -εῖ* etc., infinitivi *εἶναι -ῆναι -ῶναι*, similia ibi minime rara sunt. Talia igitur ultra legitimos hexametri fines abundasse dixeris, et syllabas quae exuperarent cum sequentis versus initio facillime confluxisse, si praesertim sententia per illum versum continuaretur. Sic Vergilius hexametros fecit hypermetros qui desinunt in *omnia* (Aen. VI 33),

[1]) Vid. Soph. O. R. 1249 Col. 1606 Trach. 915 El. 715 sq. Eur. Phoen. 1246.
[2]) Etiamne *-ως'*? Vid. Christ proleg. Iliad. p. 143.

precantia (VII 237), *humorem* (Georg. I 295), *Latinorum* (VII 160), fortasse etiam *sulphura* (Georg. III 449) et *horrida* (II 69); vid. L. Quicherat Revue de Philologie 1890 p. 51 sqq.

Duo illi versiculi, ex quorum coniunctione versum heroicum prodiisse vidimus, diu antequam pancta sunt carmina Homerica ita coaluerunt ut novum metrum efficerent. Haec enim carmina talibus composita sunt hexametris, qui quin solidi integrique versus sint vocandi, nemo, qui quidem aurium iudicio aliquid valeat, dubitare potest. Regnat in iis magna numerorum libertas multiplexque mobilitas, certis tamen legibus temperata, quas summi tantum artifices multo usu exercitati ipsa musa instigante potuerint reperire. Id quod praesertim apparet ex *incisionum* varietate. Nam hisce demum hexameter debet firmum illum gressum canoramque illam volubilitatem, quae et olim delenitas tenuerunt aures et nunc tenent taediumque oboriri non sinunt; hae demum versum Homericum aptum reddiderunt quo longae narrationes conderentur. Antiqui illi versiculi ternorum ictuum si saepius iterarentur, aures obtundebant tinnitu vix tolerabili; quis enim ferat decies, centies, millies repetitum ieiunum illud

⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑⏑ –́ ⏑.

Nauseam profecto incussissent carmina paulo prolixiora, quae anhelo eiusmodi metro essent composita. Quae ut placere potuissent, versiculi aliqua ratione inter se colligandi atque dividendi fuissent, sive in strophas dispescerentur, sive bini alternive versiculi in easdem syllabas excurrere cogerentur, sive alia via qualicunque in numeros nimis simplices atque aequabiles introduceretur id quod artis metricae est principium: varietatem dicimus certis legibus adstrictam.

Sed nulla huiusmodi artificia requirit hexameter Homericus. Hic sibi sufficit solus, nam in se ipse habet varietatem illam qua sine ars existere nequit. Dactylico metro incipit: intercedit caesura, — exinde anapaestico tenore finem petit. Lento sedatoque gressu procedit, mox laetius exultans ad exitum properat. Hinc inter severiores dactylorum sonos hilarioresque anapaestos alternans captat aures neque unquam fatigat, ita ut hodiernus quoque lector libenter dixerit vati antiquo:

καί κ' ἐνιαυτὸν ἐγὼ παρὰ σοί γ' ἀνεχοίμην.

Eadem autem arte exquisita, quae Graecorum ingenium ad musas excolendas natum luculentius quam aliud quidlibet testatur, scenicum postea versum exornarunt et ad varios usus formarunt habilem. Iambos sume senos mediosque hos syllabarum ordines

dirime pausa: habebis genus versuum quo patres nostri impense delectabantur et Francogalli hodie quoque praesertim uti solent; hoc metro poetae ut sine taedio possint uti, post binos senarios acatalectos collocare debent hypercatalectos binos, praeterea varietati quantum satis est consulentes similitudine syllabarum in exitu versuum vicinorum positarum; vel sic tamen metrum procudunt ut canorum et grave, ita parum molle et mobile. At senos illos iambos caesura dividat in duas partes dissimiles — et oritur nobilis ille et grandisonus Graecorum trimeter, cothurno Aeschyleo Sophocleoque condignus neque ulla praeterea requirens lenocinia, idem tam flexibilis ut quotidiano quoque sermoni reddendo aptissimum effinxerint Aristophanes atque Menander.

Permagnum igitur in versibus, quae narrationi inserviunt, momentum est *caesurae*. Hanc autem nisi post integrum vocabulum fieri non posse, per se intellegitur; itaque nulla ante encliticas aliasve voculas, quae sententiam ordiri nequeunt (*γάρ δέ ἄρα* etc.), caesura esse potest, neque post procliticas.

Caesura autem, prouti indicat ipsum nomen, dicitur ea versuum divisio qua pes aliquis caeditur sive in duas partes dissecatur. Si vero post integrum pedem vox recitantis aliquantisper requiescit, non caesura haec est dicenda sed alio nomine designanda, ne duae res dissimillimae et maximi in re metrica momenti confundantur; aptissimo autem nomine, a Graecis metricis desumto, vocari potest *diaerĕsis* sive *pausa*. Non vero probanda est ratio eorum qui de utroque divisionis genere, quasi vix quidquam intersit, promiscue usurpant caesurae nomen [1]).

Ex iis, quae de hexametri origine disputavimus, sequitur propriam ei esse inde ab initio incisionem post priorem syllabam brevem pedis tertii. Haec est *caesura κατὰ τρίτον τροχαῖον* quae dici solet; sic Odyssea incipit

ἄνδρα μοι ἔννεπε, μοῦσα, || πολύτροπον, ὃς μάλα πολλά.

In Homericis autem carminibus haec caesura, quae *feminina* haud raro vocatur, non unice quidem sed tamen aliquanto frequentius quam ceterae incidendi rationes adhibetur; versus heroicus *βαίνεται ἐν μὲν τῷ δεξιῷ ἐννέα συλλαβαῖς, ἐν δὲ τῷ ἀριστερῷ ὀκτώ* (8 || 9), ut

[1]) Hac igitur in re non sequimur Christium, quem vide Metrik[3] p. 123: „wir haben „diese Scheidung von *διαίρεσις* und *τομή* als unwesentlich und verwirrend aufgegeben „und nennen jeden einen Vers in Kola theilenden Wortschluss Cäsur".

loquitur Aristoteles Metaph. p. 1093*a* [1]). E. g. undecies deinceps usurpata reperitur haec caesura *B* 400—410. Qua in re summopere a Graecorum poesi epica discrepant hexametri Romanorum, qui multo rarius post tertium trochaeum inciduntur [2]).

Sed etiam *post arsin pedis tertii* multi versus Homerici incisi sunt. Quae *mascula* caesura sive πενθημιμερής vocatur; videtur autem tum demum usu venisse cum homines non iam recordarentur ex duobus hemistichiis primitus conglutinatum esse hexametrum. Nisi quis statuere malit masculam caesuram ita esse natam ut prioris versiculi non initialis tantum syllaba sed etiam finalis supprimeretur, posterioris vero versiculi syllaba initialis in duas syllabas distraheretur; sed haec non satis simplex nobis videtur explicatio. Quicquid id est, mascula caesura paulo quidem rarior est in Homericis quam feminina, sed tamen admodum frequens (4 : 5 fere). Exemplo sit Odysseae versus 2:

πλάγχθη ἐπεὶ Τροίης || ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε.

Dignus qui conferatur est locus Ξ 10 sqq., ubi quinque versus post tertiam arsin incisi et interpunctione distincti sunt.

Frequentissima praeterea in versibus heroicis est *diaeresis* sive *pausa post pedem quartum*, quae nomine minus apto vocari solet *diaeresis bucolica*, quia Ptolemaeorum aevo poetae bucolici summopere illa pausa delectabantur neque facile eam in carminibus suis neglegebant. Saepissime autem veteres poetae epici hac versuum sede sententiam incidunt; quod ubi fit, ante illam pausam, in quarto igitur hexametri pede, necessarium fere esse dactylum, molestum vero spondeum, facile probatur aurium iudicio, neque

---

[1]) De quo loco vid. Usener l. l. p. 41 sq.

[2]) Cf. Hoffmann Quaest. Hom. I p. 12 sqq., Christ Metrik[3] § 213, Ludwich Arist. II p. 326 annot., Usener l. l. p. 15 sq. — Accurate post alios in hanc rem inquisivit F. G. Tisdall, a Theory of the origin and development of the heroic hexameter, New York 1889, qui hanc praebet computationem de pedis tertii conformatione:

Ex hexametris 1000 habent caesuram

	feminina	masculina	
		sequent. ⏑⏑	sequent. –
in Iliade	545	287	150
in Odyssea	580	261	158
apud Vergilium	106	256	591.

Unde simul discimus Homerum raro (1:7) in pedem tertium admittere spondeum, apud Vergilium vero spondeos in tertia versuum sede multo esse frequentiores (8:5) quam dactylos.

ipsos poetas hoc latuisse consentaneum est. Valet igitur lex a Valckenaerio in epistula ad Roeverum p. 15 his verbis concepta: „versus dactylicus dicitur bucolicus si duobus postremis pedibus „recisis remanet tetrameter qui clauditur dactylo terminante par„tem orationis". Aptum exemplum praebet primus Odysseae versus, supra quoque allatus:

ἄνδρα μοι ἔννεπε, μοῦσα, πολύτροπον, || *ὃς μάλα πολλά.*

Haud raro autem hac sede hexametri non pars tantum enunciati terminatur sed tota oratio atque ipsa adeo narratio ibi consistit, ita ut nova pericope a pede quinto ordiatur. E. g.:

ἦ δ' ἀϝέκουσ' ἅμα τοῖσι γυνὴ 'κίεν. — || *αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς κτέ.* *Α* 348.
τήν ῥα βίῃ ἀϝέκοντος ἀπέϝραον. — || *αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς κτέ.* *Α* 430. Cf. *η* 81.
δησάμενος δ' ὑπὸ ποσσὶ πόλινδ' ἶεν. — || *οὐδ' ἄρ' Ἀθήνην κτέ.* *π* 155.

Alia exempla vid. in § 15.

Multo rarius *post quartum spondeum* inciditur hexameter; e. g.:

ὣς τῶν πᾶσ' ἀγορὴ 'κινήθη. || *τοὶ δ' ἀλαλητῷ.* *Β* 149.
οἳ δὲ χολωσάμενοι Καδμεῖοι, || *κέντορες ἵππων.* *Δ* 391.
ἦ νῦν ἡμέτερον δόμον ἵκει· || *τῷ μάλα χρηώ.* *Σ* 406.
ὄφρα φέροι νῆάς τε καὶ αὐτούς· || *οὐδ' ἄρ' ἔμελλε.* *κ* 26.
ϝιέμενος ποτάμοιο ῥοάων· || *ἔνθα δὲ πολλαὶ.* *κ* 529.

Quales versus etsi ferendi sunt, non tamen sunt laudandi, duriore quippe metro compositi [1]). Multis autem versibus, qui eodem vitio laborabant, certis remediis subventum est; e. g.:

ἀλλ' ἄγε, διογενὲς Πατρόκλεις, ἔξαγε κούρην. *Α* 337.

Leg. *Πατρόκλεες* (cf. § 73). — Item *Α* 828 *Π* 7, 49, 126, 584, 707, 754, 839 *Χ* 331.

αἶψα δ' ἄρ' / *ἦ ῥα καὶ* } *Ἑρμείαν, φίλον υἱὸν, ἀντίον ἠὔδα.* { *Ω* 333. / *ε* 28.

Leg. *υἱὸν φίλον*, quod Iliadis loco plerique habent codices, Odysseae loco nonnulli.

νῦν δ' ἦλθον πεδίονδ' ἀπὸ νηῶν· ἠῶθεν γὰρ. *Ω* 401.

Leg. *πεδίονδε νεῶν ἄπο* coH. *Β* 91, 207 etc.

μακρὰ βιβάς· πρόσθεν δ' ἔκι' αὐτοῦ Φοῖβος Ἀπόλλων. *Ο* 307.

Hic aut *αὐτόο* potest corrigi (vid. § 59), aut *δ' αὐτοῦ 'κίε*, aut denique, quod melius placet, **δ' ἔκιέν ϝοι.*

σοὶ δ' ἐγὼ αὖ ῥέξω βοῦν ἦνιν εὐρυμέτωπον. *Κ* 292 *γ* 382.

Legendum est *ἦνιδα* (vid. § 66). — Cf. praeterea *Α* 92 *Β* 313 *Ο* 298

---

[1]) Thesin pedis quarti talibus locis nunquam efficit syllaba brevis quae positione producitur; vid. infra § 24.

Σ 189 *Φ* 533 *Ψ* 310 *λ* 416 *o* 478 l. a. *ω* 240 etc., Hermann Orphic. p. 729 sq.

Aliis in versibus etsi post quartum spondeum desinit vocabulum, non tamen simul sistitur oratio neque igitur ingrata percipitur numerorum incisio; e. g.:

οἳ τόθ' ὑπὸ ζυγόφιν 'λύον ἵππους ἠμιόνους τε. *Ω* 576.
τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα βοῶπις πότνια Ἥρη. *A* 551.
οἵ τ' ἄρα πὰρ ποταμὸν Κηφισὸν δῖον ἔναιον. *B* 522.
ἑστάμεν' ἠδὲ μάχης καυστείρης ἀντιβολῆσαι. *Δ* 342 *M* 316.
κρίνας ἐκ Λυκίης εὐρείης φῶτας ἀρίστους. Z 188.
οὐ γάρ σφι σταδίῃ ὑσμίνῃ 'μίμνε φίλον κῆρ. *N* 713.

Vid. praeterea *Δ* 515 *E* 341, 482 Z 188 *I* 555 *K* 354, 374 *N* 360, 718 *Π* 645 *Σ* 318, 400 *T* 245, 296 *Φ* 150 *X* 383 *Ω* 542 *ε* 62 *o* 84, 248 etc. — Attamen satis rari sunt versus ita conformati, et res huc redit ut veteres cantores vix unquam ante diaeresin bucolicam admiserint vocabula quae spondeum vel molossum vel ionicum a minore (⏑–, –⏑–, ⏑⏑–) efficerent, id quod post alios demonstravit A. Platt in Journal of Philology 1889 p. 121—125 et 150—153. Multorum autem versuum, qui ita compositi esse videntur, pedem quartum claudit infinitivus in *-ειν*, pro quo *-έμεν'* potest rescribi (cf. § 125), plurium etiam [1]) genitivus in *-ου*, qui in *-οο* dissolvi potest et fortasse debet (cf. § 59). Notatu autem est dignissimum quod docuit I. Hilberg Silbenwägung p. 112, nusquam in quarta sede hexametri reperiri spondeum, cuius thesin efficiat vocalis brevis in fine vocabuli collocata et positione producta, vid. infra § 24.

In secundo pede vocabula spondiaca vix magis placent quam in quarto [2]); duriores enim sunt huiusmodi versus:

πρῆξαι δ' ἔμπης οὔ τι δυνήσεαι. *A* 562.

---

[1]) Platt l. l. indicat locos sequentes ubi genitivus in *-ου* desinens molossum aut ionicum a minore efficit in textu vulgato: *B* 518, 705 sq. *Δ* 100, 177, 228, 479 *K* 25, 235, 335, 534, 565 *Η* 12, 392 *Λ* 756 *M* 373 *N* 171, 400, 591, 601, 606, 663 *Ξ* 200, 301, 454, 490 *O* 331 *Π* 286, 571, 647 *Ρ* 69, 214, 303, 306, 602, 653 *Σ* 226, 335 *T* 75, 412 *Υ* 498 *Φ* 154, 592 *Ψ* 529, 540, 596 sq., 666 *γ* 189, 279, 364, 423 *δ* 2, 16, 23, 46, 217 *ε* 38 *η* 264 *ϑ* 114 *κ* 492, 565, *λ* 90, 165, 325 *μ* 267 *o* 2, 5, 141, 425 *π* 396 *ϱ* 180 *φ* 296 *ψ* 323. — His accedunt totidem fere loci ubi genitivus spondiacus in *-ου* desinens pedem quartum explet, quos tamen singulos indicare Platt supersedit. Cf. infra § 59.

[2]) Locos affert Hilberg Silbenwägung p. 97 sqq. 129 sqq. — De praecepto quodam metrico, ad secundi pedis conformationem pertinenti, cf. infra § 24.

ἵπποι, αὐτὸς δὲ κρείσσων (vitio metrico, cf. § 14). Ψ 578. Vid. Christ proleg. Iliad. p. 119. Quoniam autem in tertio pede ne ferri quidem possunt voces spondiacae — sic enim caesura careret versus —, neque in quinto — sic enim nasceretur στίχος σπονδειάζων in disyllabum excurrens (cf. § 2) —, videmus primum tantum sextumque pedes voce spondiaca apte posse expleri.

Duo igitur sunt loci quibus legitime inciditur versus heroicus, nempe in pede tertio et post pedem quartum; hos veluti articulos ab ipsa natura ingenitos habet metrum epicum [1]). Cf. Hoffmann Quaest. Hom. I p. 17.

Multo rarior, quam tertii pedis incisio, est caesura quae fit *post arsin pedis quarti* sive *caesura ἑφθημιμερής*. Hac sede poetae epici nonnisi urgente sive sententia sive vocabulorum forma, nominum praesertim propriorum, versum dirimere solent. Attamen haec quoque proba iustaque est hexametri caesura. E. g.:

ἦ Αἴας ἦ Ἰδομενεὺς || ἦ δῖος Ὀδυσσεύς. *A* 145.
Πληιάδων Ἀτλαγενέων || περιτελλομενάων. Hes. Op. 383.
πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, || μέσση δὲ χίμαιρα. Z 181.
ξείνους τε στυφελιζομένους || δμῳάς τε γυναῖκας
ῥυστάζοντας ἀϝεικελίως || κατὰ δώματα καλὰ
καὶ ϝοῖνον διαφυσσόμενον || καὶ σῖτον ἔδοντας. π 108—110.

Plura exempla reperies *A* 218, 307, 400, 466, 584 *B* 290 *Δ* 329, 358 *K* 502 etc.; vid. Spitzner de versu Heroico p. 7. — Lehrs Aristarch.[2] p. 396 sqq. docuit trecentos fere versus per totam poesin Homericam reperiri ita conformatos, horum autem tertium quemque in medio versu habere nomen proprium.

Melius placent tales versus si etiam post arsin pedis secundi sunt intercisi; cuius rei luculenta sunt exempla modo allata *A* 145 et Z 181:

ἦ Αἴας || ἦ Ἰδομενεὺς || ἦ δῖος Ὀδυσσεύς.
πρόσθε λέων, || ὄπιθεν δὲ δράκων, || μέσση δὲ χίμαιρα.

Sic autem novum quodammodo nascitur metrum, id quoque auribus gratissimum, quod non in duas partes discedit sed trifariam est divisum. Apparet autem in huiusmodi hexametris tripar-

[1]) Etiam diaeresin bucolicam ex origine metri heroici repetendam putat Christ Metrik[2] § 206. Quam parum probabilem ducimus opinionem, suum tamen, ut in re dubia, cuique iudicium relinquentes.

titis non *primam tertiamque* arses sed *secundam* maiore vocis intentione esse proferendam [1]).

Post *priorem syllabam brevem pedis quarti* sive *post quartum trochaeum* poetae Graeci hexametros incidere noluerunt, nedum ipsam sententiam illa versus sede unquam terminarint. Quibus autem in versibus haec caesura reperitur, aut certas ob causas, quas accurate mox indicabimus, excusatur, aut errori debetur, sive is error fuerit ipsorum poetarum, quibus mali quoque hexametri invitis poterant excidere, sive culpa posteritatis in eorum carmina irrepserit; cf. van Leeuwen Mnemosyn. 1890 p. 265—276. Romani vero poetae in suos hexametros passim hanc caesuram admiserunt.

Incisio autem, ut supra diximus, nulla est ante encliticas aliasve voculas quae sententiae initio collocari nequeunt; itaque optime habet metrum locorum quales hi sunt:

οὐδέ ποθι νέφος ἐστί· τέρας νύ τεῳ τόδε φαίνεις. υ 114.
αἷμα μέλαν 'κελάρυζε· νόος γε μὲν ἔμπεδος ἦεν. Λ 813.
δακρυόεντες ἔχυντο· 'δόχησε δ' ἄρα σφισὶ θυμός. κ 415
(item χ 501 h. Cer. 453).

Cf. Λ 236, 237, 280, 354, 416, 452 etc., quos locos attulit Hoffmann Quaest. Hom. I p. 4 et 6.

Neque post monosyllaba, quae ad sequentia trahuntur, est versus incisio; haec igitur sine vitio post quarti pedis arsin possunt collocari; vid. Hermann Orphic. p. 693, Spitzner de versu Heroico p. 11, Hoffmann Quaest. Hom. I p. 25. Quarum vocum longe frequentissima hac sede hexametri est coniunctio *καί* plus centum locis obvia, e. g.:

καὶ ἀϝεικέα πήρην ν 437 (cf. δ 694 π 199 ω 250).
καὶ ἐπήλυθον ὧραι β 107 λ 295 ξ 294 τ 152 ω 142, cf. ρ 170.

---

[1]) Quod Lehrsius l. l. p. 409 sq. contendit, omnes hexametros habere caesuram in pede tertio, etiamsi in medium vocabulum haec incidat, et ex. gr. in versibus modo allatis post 'Ι- et *ὄπιθεν* vocis modulatione cohiberi hexametri decursum, alteram igitur versuum partem ordiri a syllabis *-δομενεὺς* et *δι*, id infeliciter admodum statuit vir eximius, cui iure oblocutus est Christ Metrik[2] p. 169. Nam res ipsa fert ut nonnisi post integrum vocabulum, idque cum proxime sequenti non nimis arte coniunctum, aut versus possit incidi aut ipsa oratio. Nulla igitur, ut supra diximus, potest esse caesura vel diaeresis post proclíticas, nulla ante encliticas aliasve voculas quae sententiam aperire nequeunt. Sin auctore Lehrsio etiam in mediis verbis caesuram aliquam agnoscere placet, nova vocabulo caesurae tribuitur vis, et periculum est ne nascatur confusio arti metricae haudquaquam conducibilis.

καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε (*ἐλθεῖν*) *A* 475 *B* 413 *γ* 329 *ε* 225 *ι* 168, 558 *κ* 185, 478 *μ* 31 *τ* 426.

καὶ ἐπείθετο μύθῳ A 33 *Ω* 571, cf. *β* 106 *τ* 151 *ω* 141.

Item praepositiones (*ἀν' ἐν ἐπ' ἐς κατ' μετ' παρ' πρό ὑπ'*), e. g.:

ἀν' ὅμιλον ἁπάντῃ H 183, 186.

ἐν ἀγῶνι πεσόντα O 428 *Π* 500, cf. *T* 42 *Θ* 238.

ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν H 446 *o* 79 *ρ* 386 *τ* 107, cf. *A* 350.

ἐς ἄγυιαν ἰοῦσαι T 254.

καθ' ὅμιλον ὀπάζων E 334 *P* 462, cf. *Ψ* 651.

μετ' ἐμοῖσ' ἑτάροισι λ 78.

παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι A 174.

πρὸ ὁδοῖ' ἐγένοντο Δ 382.

ὑπ' ὄχεσφι Ϝέκαστον Ψ 130.

Pronomina quoque monosyllaba hac versus sede locum habent, e. g.:

ὃ δ' ἀλεύετ' Ὀδυσσεύς υ 300 [1]).

τὰ δ' ἐρῆμα φοβεῖται E 140.

τὸν ἄριστον Ἀχαιῶν E 414, cf. *P* 80 *ξ* 19.

οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι E 404, 890 *N* 68 *Ω* 427 *ζ* 240 *Θ* 331 *ξ* 394 *σ* 180 *τ* 43.

σὺ δ' ἀληθὲς ἐνίσπε γ 247, cf. *Ξ* 145 *π* 283.

et una syllaba interiecta:

ἐγώ γε νεώτερός εἰμι Ψ 587.

ἐγὼ δὲ δόλους τολυπεύω τ 137.

Etiam adverbia *μέγ' ἄμ' ὄχ'* hac sede hexametri reperiuntur, e. g.:

Ϝέο μέγ' ἀμείνονα φῶτα B 239.

δύω δ' ἅμ' ἕσπετο νομῆες Σ 525 *ρ* 214 *υ* 175.

ὅπως ὄχ' ἄριστα γένοιτο (*-ηται*) *γ* 129 *ι* 420 *ν* 365 *ψ* 117.

Praeterea huc pertinent locutiones *Ἄρηι φίλος* et *Ἄρηι φατός*, quae tam arte confluxerunt ut pro uno vocabulo fere habeantur (et a multis ita scribantur), sic ut *βοὴν ἀγαθός Ω* 250: *βοὴν ἀγαθόν τε Πολίτην*. Vid.

Ἄρηι φατοὺς κατέδουσι T 31 *Ω* 415.

Ἄρηι φίλος Μενέλαος Γ 21 et passim.

Duo tamen esse vocabula apparet si comparamus epitheton *κήρεσσι φορητούς Θ* 527.

---

[1]) Alia est ratio versuum *Δ* 357 (= *ν* 254) et *ω* 426, in quibus scribendum est *πάλιν δ' ὃ γε λάζετο μῦθον* et *μέγα Ϝέργον ἀνὴρ ὅ γε μήσατ' Ἀχαιούς*, non vero *γ' ἐλάζετο* vel *γ' ἐμήσατ'*. Nam non *ante* sed *post* pronomen *ὅ γε* hae sententiae incidunt.

Idem statuendum de epitheto ὀψὲ δύων ε 272,

καὶ ὀψὲ δύοντα Βοώτην,

si sanus hic versus [1]).

Accedunt versus nonnulli, in quibus voculae περ ἐών (ἐόντα) cum vocabulo quod praecedit ita concreverunt ut nulla auribus percipiatur caesura:

θοός (γέρων) περ ἐὼν πολεμιστής	*E* 571 *K* 549 *O* 585.
πάρος περ ἐὼν ἐλεεινός	τ 253.
νέκυν περ ἐόντα σαῶσαι	Ω 35.
νέον περ ἐόντ' ἐφίλησαν	Ψ 306.
λιγύς(ν) περ ἐὼν (ἐόντ') ἀγορητής(ν)	*B* 246 *T* 82 υ 274.

Huc pertinent etiam:

καὶ ἐσθλὸς ἐὼν ἀγορεύεις	*Π* 627 ρ 381.
ὀλίγος μὲν ἔην, λινοθώρηξ	*B* 529.

Similem defensionem habent clausulae aliquot, a voculis ἐπεί κε, ἐπεί με, ἐπεί σε, ἐπεί σφι, ὡς εἴ τε incipientes; in his enim particula ἐπεί cum verbis sequentibus inter recitandum artissime coniungitur:

ἐπεί κε τέκωσι τοκῆες	Θ 554.
ἐπεί κε κάμω πολεμίζων	*A* 168.
ἐπεί κε μέλαθρον ὑπέλθῃ	σ 150.
ἐπεί κε νόμῳ μιγέωσι	*B* 475.
ἐπεί κεν ὑλαγμὸν ἀκούσῃ	Φ 575 (κυνυλαγμὸν Zenod., quod verum videtur).
ἐπεί με πυρὸς λελάχητε	Ψ 76 (corruptus?).
ἐπεί σε λέοντα γυναιξὶ | Ζεὺς Ϝθῆκεν	Φ 484 (corruptus?).
ἐπεί σε φυγὼν ἱκέτευσα	ο 277.
ἐπεί σφι φίλος περὶ κῆρι	Ω 423.
ὡς εἴ τε πατὴρ ἑϝὸν υἱὸν	ρ 111.

Etiam sequentia hemistichia tam arte cohaerent ut singula vocabula vix distinguantur neque inter ea vox loquentis requiescat:

ἀνὰ στόμ' ἔχων ἀγορεύοις	*B* 250.
Τρωσίν τε καὶ Ἕκτορι δίῳ	*P* 719.
ἄνευθε πόνου καὶ ἀνίης	η 192.
αὐτός τοι ἐγὼ τάδε τίσω	Θ 35.
σύας τε κύνας τ' ἀπερύκων	σ 105.
Διός τε σέθεν τε Ϝέκητι	υ 42.

[1]) Imitatur Aratus Diosem. 291 *καὶ ὀψὲ βοῶντα κελεσθαι*, cf. Hermann Orphic. p. 695. Herodian. *π. μον. λέξ.* p. 26 Dind.

Nonnulli versus, qui huc pertinent, in fine collocatum habent vocabulum quinque syllabarum. Quae res quamquam nihil valet ad caesuram trochaicam defendendam, negari tamen nequit ita se invicem hos locos tueri ut partim certe ferendi sint. Sunt autem hi:

Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι B 479.
ταῦρον δ' Ἀλφειῷ, ταῦρον δὲ Ποσειδάωνι Λ 728.
αὐτὰρ ὃ μοῦνος ἔην μετὰ πέντε κασιγνήτῃσι K 317.
πατρί τ' ἐμῷ πίσυνος καὶ ἐμοῖσι κασιγνήτοισι σ 140.
ἄγχι μάλ', ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐυζώνοιο Ψ 760 (optime Nauck *ἐυζώνοιο γυναικός*).
ἀντιθέῳ Ὀδυσῆι δόμον κάτ' ἀλητεύοντι χ 291 (*δόμον *κάτα αἰτίζοντι*?).
μὴ μνηστεύσαντες μηδ' ἄλλοθ' ὁμιλήσαντες δ 684.
νῦν δέ μιν ἀκλείως { *ἅρπυιαι ἀνηρέψαντο* α 241 ξ 371
τόφρα δὲ τὰς κούρας { υ 77 (*ἁρπύϊαι *ἠρέψαντο*?).

Denique indicandi sunt versus qui sequuntur:

οὐκ ἄρ' ἔμελλον ὀνήσειν E 205, *ἑταίρῳ* Σ 98 (recte Hermann et Bekker *ἄρα μέλλον*).

παῖδα δὲ ὣς ἀτίταλλ', ἐδίδου δ' ἄρ' ἀθύρματα θυμῷ σ 328 (l. a. *ἄρα ἤρματα*, videtur aliud substantivum latere. Vitiosus praeterea est hiatus *δὲ ὣς*, cf. § 101).

δοιοὺς δ' ἄρ' ὑπήλυθε θάμνους ε 476 (**δοιὼ δ' ἄρα θάμνω ὑπῆλθε*).

γυναῖκα γαμέσσεται αὐτός I 394 (Ar. *γε μάσσεται*, suspectum est utrumque).

ὀφείλετ' ἐν Ἤλιδι δίῃ Λ 686 et 698 (* *ὀφείλετο Ἤλιδι δίῃ* coll. l. a. *γ* 367).

χαλεπῶς δέ σ' ἔολπα τὸ ῥέξειν Υ 186 (* *χαλεπῶς ῥέξειν σε ϝέϝολπα*).

ζωέμεν' ἀχνυμένοισ', αὐτοὶ δέ τ' ἀκηδέες εἰσί Ω 526 (Nauck *ζωέμεν' ἀχνυμένοισιν, ἀκηδέες αὐτοὶ ἐόντες*).

ἐς Σάμον ἔς τ' Ἴμβρον καὶ Λῆμνον ἀμιχθαλόεσσαν Ω 753. Antimachus *μιχθαλόεσσαν*; in adiectivo ignoto quid lateat incertum est; vitium redit h. Ap. 36:

Ἴμβρος ἐὺ κτιμένη καὶ Λῆμνος ἀμιχθαλόεσσα.

καὶ ἀνδρὶ πόρον παράκοιτιν Ω 60 (* *ἄνδρ'(ι) ἔπορον*, vid. § 13).

Τυδεΐδης, ὅχ' ἄριστος ἐὼν, 'λάχ' ἐλαυνέμεν' ἵππους Ψ 357.

μὴ τοῦτο θεὸς τελέσειε ρ 399 υ 344.

ἐπεὶ οὐκέτ' ἀνεκτὰ πέλονται υ 228.

ἐπὶ δ' οὔατ' ἀλεῖψαι ἑταίρων μ 47 (**ἑτάρων δ' ἐπὶ οὔατ' ἀλεῖψαι*).

Διός γε διδόντος ἀρέσθαι α 390.

τῆος δὲ φίλῃ παρὰ μητρὶ ο 127.

ἴθυσε μάχη πεδίοιο Z 2.

τρὶς ἕκαστον ἀῦσαι ι 65 (neglectum est digamma).

Ex iis quae exposuimus apparet aliter de hac licentia metrica esse iudicandum quam fecit Hoffmann Quaest. Hom. p. 25 sq., quem secutus Monro Homeric Grammar[1] p. 271 sq. caesuram post quartum trochaeum concessam esse dicit

„1°) si accedat caesura post arsin pedis quinti, e. g.:

„*πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἴθυσε || μάχη | πεδίοιο* (Z 2);

„2°) si praecedat vox enclitica aliudve monosyllabum, veluti *μέν* „aut *δέ*; e. g.:

„*καί κεν τοῦτ' ἐθέλοιμι Διός | γε || διδόντος ἀρέσθαι* (α 390);

„3°) si exeat versus in vocabulum quinque syllabarum; e. g.:

„*αὐτὰρ ὃ μοῦνος ἦην μετὰ πέντε || κασιγνήτῃσι* (K 317);

„rarissima autem est illa hexametri forma quam tertio loco posui„mus, haud infrequentes vero sunt versus qui èt primae èt secun„dae categoriae sunt accensendi; e. g.:

„*Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε, λιγύς | πε ρ || ἐὼν | ἀγορητής* (B 246)."

Nullius pretii hae sunt leges [1]); vidimus enim caesuram post quartum trochaeum multis locis specie tantum extare, non percipi auribus, ceteris autem vitiosam esse.

Ut post *quartum*, ita etiam post *primum dactylum* legitima est versus heroici pausa; e. g.:

ὣς 'φάτο, || Πάτροκλος δὲ φίλῳ ἐπεπείθεθ' ἑταίρῳ. A 345.

Hac quoque sede hexametri libenter requievisse poetas epicos, non est quod miremur; nam antiquitus, cum nondum in unum versum coaluissent bini versiculi paroemiaci unde hexameter originem duxit, primi pedis eadem erat ratio atque quarti. In carminibus tamen Homericis multo minoris momenti est pausa quae fit post primum dactylum quam diaeresis bucolica; vid. quae in § 15 de hiatu sunt observata.

Aliae leges quaedam, quibus epicam poesin obstrictam teneri fuerunt qui contenderent, ipsis carminibus non comprobantur. Sic

[1]) In altera suae grammaticae editione, anno 1891 evulgatae, vir d. Monro p. 340 quae de vitiosa quarti pedis caesura in proecdosi scripserat tantum non immutata repetivit, nulla mentione facta disputationis qua haec omnia demonstrasse mihi videor in Mnemosyne anni 1890. Quem cum alibi meorum conaminum saepius expertus sim aestimatorem aequum atque benevolum, non possum non suspicari illam commentationem ad eius notitiam non pervenisse, speroque fore ut in posterum certe ei aliisque persuadeam.

Bekker sine causa perhibuit Hom. Blätter I p. 138 et 285, in primo pede spondeum veteribus vatibus magis acceptum fuisse quam dactylum; vid. Christ proleg. Iliad. p. 121 [1]). Neque maiore iure Bekker statuit, in hexametri exitu vocabula trisyllaba tetrasyllabis fuisse praelata, qua in re quadamtenus assentientem habet Christium proleg. Iliad. p. 122; ambo igitur in fine versuum *ἔκπαγλα φλῆσα* vel *σπλάγχνα πάσαντο* scribendum esse iudicant, non *ἔκπαγλ' ἐφλῆσα* vel *σπλάγχν' ἐπάσαντο*. At de nihilo nata est haec opinio. Poeta, qui Z 513 dedit *ὣς τ' ἠλέκτωρ ἐβεβήκει*, cur vs. 313 et 495 *προτὶ δώματ' Ἀλεξάνδροιο βεβήκει* et *Ϝοῖκόνδε βεβήκει* dederit potius quam *-δροι' ἐβεβήκει* et *Ϝοῖκόνδ' ἐβεβήκει*? Ad statisticas autem rationes si res exigitur, apparet rhapsodiae Z certe (ceteras percensere molestum et inutile duximus) septimum quemque versum claudi voce tetrasyllaba [2]).

Sunt etiam leges, quae licet constanter observentur, non tamen ex poetarum ingenio et interiore quodam *τοῦ πρέποντος* sensu prodierunt sed ex ipsa metri heroici indole sponte sua profluxere; his obtemperatur non consilio et arte subtiliore, sed quia migrari

---

[1]) Idem Metrik[2] p. 165 hac de re scribit: „Homer zeigt eine gewisse Vorliebe „für den Spondeus im 1ten Fuss, wenn auch in Folge des Ueberschusses an dacty„lischen Wortformen selbst bei Homer immer noch die Zahl der Hexameter mit „beginnendem Dactylus grösser ist als der mit beginnendem Spondeus (v. Drobisch „Formen des lat. Hex. II 45)". — Lege, quae ita sit defendenda, melius carebimus.

[2]) Vs. 2 et 38 *πεδίοιο*, vs. 12, 122, 212 *Διομήδης*, vs. 29 *Πολυποίτης*, vs. 33, 53, 63 *Ἀγαμέμνων*, vs. 37 *Μενέλαος*, vs. 41 *'φορέοντο*, vs. 68 *μετόπισθε*, vs. 94, 275, 309 *ἐλεήσῃ(ς)*, vs. 102 *ἀπέθησε*, vs. 109 *ἐΓέλικθεν*, vs. 111 et 227 *ἐπίκουροι*, vs. 114, 246, 250 *ἀλόχοισι*, vs. 115 *ἑκατόμβας*, vs. 130 *ΛυκόΓοργος*, vs. 145 *ἐρυείνεις*, vs. 149 *ἀπολήγει*, vs. 156 *ἐρατεινὴν*, vs. 159 *ἰδάμασσε*, vs. 165 *ἐθελούσῃ*, vs. 170 *ἀπόλοιτο*, vs. 174 *λίρευσε*, vs. 179 *ἐκέλευσε*, vs. 202 *ἀλείνων*, vs. 203, 330, 443, 501 *πολέμοιο*, vs. 207 *ἐπέτελλε*, vs. 253, 406, 485 *ὀνόμαζε*, vs. 267 *Κρονίωνι*, vs, 269, 279 *ἀγελείης*, vs. 290, 332, 517 *ΘεοΓείδης*, vs. 300 *λίρειαν*, vs. 304, 312 *μεγάλοιο*, vs. 322 *ἀφάντα*, vs. 336 *προτραπέσθαι*, vs. 344 *κρυοέσσης*, vs. 361 *ἐπαμύνω*, vs. 371, 421, 528 *μεγάροισι*, vs. 372, 378, 383 *ἐυπέπλῳ(-ων)*, vs. 377 *μεγάροιο*, vs. 388 *ἀφικάνει*, vs. 393 *πεδίονδε*, vs. 407 *ἐλεαίρεις*, vs. 419 *ἐφύτευσαν*, vs. 424 *δίεσσι*, vs. 426 *κτεάτεσσι*, vs. 430 *παρακοίτης*, vs. 449 *Πριάμοιο*, vs. 457 *Ὑπερείης*, vs. 480 *ῥοτόεντα*, vs. 487 *προϊάψει*, vs. 508 *ποταμοῖο*, vs. 513 *ἐβεβήκει*, vs. 518 *κατερύκω*, vs. 519 *ἐκέλευες*. — Accedunt dubia: vs. 7 (*ἐ*)*τέτυκτο*, vs. 11 (*ἐ*)*κάλυψε*, vs. 189 (*ἐ*)*νέοντο*, vs. 313, 495 (*ἐ*)*βεβήκει*, vs. 324 (*ἐ*)*κέλευε*.

Unus autem versus huius rhapsodiae (vs. 527) in vocabulum sex syllabarum excurrit, tredecim in monosyllabum, ceterorum haec est ratio ut *decimus* quisque versus vocem pentesyllabam habeat in fine collocatam, *septimus* (ut diximus) tetrasyllabam, *quartus* vel *quintus* (157: 529) disyllabam, *quartus* fere trisyllabam (195: 529). — Ex quibus numeris id unum videtur effici posse, vocabula duarum vel trium vel quatuor vel etiam quinque syllabarum a poetis nullo discrimine, prout ipsorum menti se offerrent, in hexametri fine esse adhibita.

nullo modo possunt. Sic quod Ludwich Arist. II p. 244 sqq. summa cura demonstravit, vocabula, quae molossum efficiunt, hexametris ita inseri solere ut mediam syllabam ab ictu puram servent, id verum est sane et notatu haud indignum, sed facile apparet rei causam non in veterum poetarum ingenio aut lubidine esse quaerendam, sed ita se habere quod aliter fieri omnino non potuerit. Scilicet vocabula trium longarum syllabarum si ita collocantur ut sub ictu sint syllabae prima et tertia, omnibus hexametri pedibus sunt apta; in mediam vero syllabam ictus incidere nequit nisi

aut antecedat vocula monosyllaba versum aperiens, e. g. *οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν Γ* 348, quales versus parum grati ad aures accedunt [1]),

aut sequatur diaeresis bucolica, e. g. *Ἀλθαίῃ χωόμενος κῆρ I* 555, quo tamen hexametri loco dactylus est longe longeque frequentior quam spondeus (cf. supra pag. 15),

aut vox claudat versum, e. g. *γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων A* 250, quales satis rari sunt versus spondiaci (vid. supra pag. 6).

Itaque res eo redit ut poetae epici voces molossicas eadem libertate atque alias quaslibet adhibuerint cunctisque hexametri locis collocaverint ubi collocari poterant.

Idem valet de vocabulis dispondeis, quorum primam tertiamque syllabas ictum metricum amare non est cur statuamus, licet plerumque ictu percutiantur. Nempe vox dispondea hexametro non recipitur nisi

aut versum aperiat, e. g. *ἠπείλησεν μῦθον A* 388, sed tales numeri vix sunt ferendi (cf. *ν* 127),

aut post monosyllabum collocetur in versus introitu, e. g. *δϜήθ' ἀνσχήσεσθαι E* 104,

aut praecedat caesuram semiseptenariam, cuiusmodi tamen hexametri in Homericis reperiuntur nulli [2]),

aut sequatur caesuram semiquinariam, e. g. *ἀλλήλοισιν κοτέοντε Γ* 345,

aut versum claudat, e. g. *ἠτίμασεν ἀρητῆρα A* 11.

Locos autem, ubi secunda et quarta huiusmodi vocabulorum syllabae ictum habent, enumeravit Ludwich l. l. p. 250 sqq.; quibus inspectis apparet haec quoque vocabula, perinde atque molossica, reperiri omnibus hexametri sedibus quibus collocari ea sinebant versuum numeri.

---

[1]) Versus ita conformati nonnisi hisce locis reperiuntur: *Γ* 348 (= *H* 259 *P* 44) *Δ* 181 (?) *N* 494 *Σ* 351 *φ* 123 (?).

[2]) Nam *B* 653 *E* 628 *Ξ* 307 non habent vocabula vere dispondea *Ἡρακλείδης, -δην, πρυμνωρείῃ*: — legatur *-είδης, -είδην, -είῃ*.

II.

CAPUT I.

DE VOCALIBUS ET DIPHTHONGIS.

I. De vocali ᾰ.

§ 4. Alpha sicubi breve est, non mutatur.

§ 5. Alpha breve ubi per compensationem producitur, abit in vocalem ᾱ, perinde atque in dialecto Attica. E. g.:

μέλᾱς (= *μέλᾰνς*). *πᾶς* (= *πᾰντς*).

τεθαρσήκᾱσι (= *-κᾰντι*). *γίγᾱσι* (= *γίγᾰντσι*).

Huc pertinet etiam accusativus pluralis 1^ae^ declinationis in *-ᾱς* desinens. Licet enim vocabula huius ordinis in plerisque formis vocalem longam ᾱ (η) exhibeant, quam suapte igitur natura longam esse et in ipsa radice longam fuisse iure statueris, nonnulli tamen casus correptam — aut si quis mavult brevem — vocalem ᾰ praebent, nempe multi nominativi vocativi accusativi singularis numeri, e. g. *μοῦσᾰ νύμφᾰ ἵππότᾰ μοῖρᾰν* etc., et pluralis nominativus et accusativus *-αι* et *-ᾰνς*; syllaba autem *-ᾰνς* abiit in *-ᾱς*, perinde atque in lingua Attica. In Doricis vero dialectis olim, testibus inscriptionibus Cretensibus et Argivis, dicebatur *-ανς*, postea syllaba finalis corripiebatur *-ᾰς*, cf. § 57.

Contrarium valet de aoristis, quales sunt *ἴλαι καθῆραι αὐῆναι ἰῆναι μιῆναι φῆναι* etc.; qui licet ex *-άλσαι -άρσαι -άνσαι* sint orti, non tamen servarunt vocalem α sed in η mutarunt, tanquam sua natura longam. Hac quoque in re concinit dialectus Attica, nam quod Attici ᾱ tamen scribunt si antecedit vocalis vel ρ, id vix huc pertinet. Homerica autem *ἀγξηρᾰνῃ* Φ 347 et *ἐμάρᾱνε* h. Merc. 140 non prave sunt formata, sed sequuntur legem a qua in huiusmodi ver-

bis alias deflectitur [1]); comparari igitur possunt Atticum *ἰσχνᾶναι* (Ar. Ran. 941) et similia, quae Athenienses dicebant aut dixisse feruntur, ipsos enim grammaticos dubitasse utrae formae magis Atticae essent nota res est; cf. Lobeck Phrynich. p. 24 sqq. [2]).

Alpha, quod sua natura longum est, in Homericis reddi solet vocali *η*. E. g.:

πρήσσω	Attice	*πρᾶττω*.
πρῆξις	„	*πρᾶξις*.
ἀνιήσω	„	*ἀνιᾶσω*.
ἀνιηρός	„	*ἀνιᾱρός*.

Multum tamen abest ut lex haec sit constans; immo temere passim migratur. Repugnant:

Nomina propria feminina *Λᾰ́ᾱ B* 585, *Ναυσικᾰ́ᾱ*, *Ῥεῖᾱ* (?), *Φειᾰ́ H* 135, et appellativum *θεᾰ́* (cf. § 54), quod in compositis tamen fit *-θέη*: *Ἐειδοθέη*, *Λευκοθέη*, *ζαθέη* (*Λ* 38).

Masculina *Αἰνείᾱς*, *Αὐγείᾱς*, *Ἑρμείᾱς* (cf. § 54); hic illic tamen locis corruptis vel spuriis reperitur *Ἑρμέης* sive *Ἑρμῆς* (cf. § 58).

λᾱός cum compositis *Λᾱοδάμας Λᾱοδάμεια Λᾱοδίκη Λᾱόδοκος Λᾱοθόη Λᾱομέδων Λᾱέρκης Λᾱέρτης λᾱοσσόος λᾱοφόρος Ἀγέλᾱος Μενέλᾱος*. — Attamen vocalis *η* reperitur in *Λήϊτος*, et errore posterioris aevi evanuit e nominibus *Λειώκριτος* et *Λειώδης*, leg. *Ληόκριτος* aut *Λαόκριτος* [3]) et *Ληώδης* vel potius *ΛᾱοϜάδης*. — Poetas Ionicos

[1]) Mero tamen casu has formas in textum Homericum irrepsisse ex dialecto Attica, cum aliis locis permultis servatae sint formae Ionicae, satis certum videtur. Hactenus igitur assentimur Cobeto Mnemos. XI p. 311 scribenti: „non est forma epica *ἰμάρανε*".

[2]) Brugmann Griech. Grammatik § 58 hanc rem ita expedit ut dicat formam *τᾶς*, ex *τᾶνς* natam, longum suum alpha *post* illa tempora demum accepisse quibus vocalem *ᾱ* in *η* mutabant Iones et Attici, aoristum vero *ἐτεκτανσάμην ante* illud aevum in *ἐτεκτᾱνάμην* et hinc in *ἐτεκτηνάμην* abiisse. Speciosa sane explicatio, cui tamen minus favere videtur lingua Homeri, certe qualem ex libris eam novimus; in his enim et *τᾶς* legitur et aoristi *κίλσαι φθίρσαι ἄρσαι* etc. reperiuntur, et veri igitur est dissimile aoristos *ἰῆλαι καθῆραι* etc. aetate superare accusativi formam *τᾶς*. Si de solis aoristis in *-ῆναι* ageretur, facile acquiesceremus in Brugmanni opinione, hos enim inde ab antiquissimis temporibus in Graecia litteram sigma amisisse credibile est; sed si Homericum est *ἄρσαι*, etiam formam *καθάρσαι* haud ita diu ante aetatem Homericam in hominum ore extitisse, fortasse ipsi quoque Homero tribuendam esse, haud inepte statueris. Licet tamen ita uti Brugmanni observatione, ut ad solos aoristos in *-ῆναι* (neque ipse de aliis l. l. loquitur) eam pertinere dicamus, ad horum autem analogiam formatos esse aoristos radicum in *λ* vel *ρ* exeuntium, dum in desuetudinem abibant formae in *-λσα* et *-ρσα* (cf. ibid. § 137).

[3]) Revera *Λαόκριτος* Penelopes hic procus vocatur in fragmentis Sabaiticis bibliothecae Apollodori, vid. Rhein. Mus. 1891 p. 179.

olim dixisse ληός discimus ex Anecd. Oxon. I 265: τὸ λαός ἄτρεπτον ἔμεινε παρ' Ὁμήρῳ, καίτοι τῇ μεταγενεστέρᾳ Ἰάδι τραπέν. Ληὸν ἀθρήσας Ἰππῶναξ (fr. 88). Consentire videtur inscriptio vetustae amphorae Chalcidicae, in qua picta est Patroclea (cf. Kirchhoff Alphab.[3] p. 111): ΛΕΟΔΟϘΟΣ et ΑΙΝΕΕΣ; recentior vero quam nos dicimus Ias, ea nimirum quae ex inscriptionibus cognoscitur, non forma ληός utitur sed λεώς.

Ἀμφιάρᾱος, ἵλᾱος (sed ἵληκα § 295), τετρᾰόροι ν 81, sed μετήορος, παρήορος, συνήορος.

ἄμός vel ἀμός (cf. § 95), sed ἡμέτερος.

Ἀλκμᾰάων, Ἀμοπᾰάων, Ἀμυθᾰάων, Ἀπισᾰάων, Ἀρετᾰάων, Ἰᾶονες, Ἰκετᾰάων, Λυκᾰάων, Μαχᾰάων, Ποσειδᾰάων, διδυμᾰάων, ὀπᾰάων. Discrepant Παιήων (παιήων Α 473, ἰηπαιήων h. Ap. 272, 517) et adi. Ποσίδηιον Β 506 ζ 266.

πολυπᾰμων dives Δ 433, sed Πολυπημονίδαο ω 305 (et Πάμμων Ω 250 Aeolice).

Θεᾱνώ.

Ἄνερες, Βιᾱνωρ, sed Ἀγήνωρ (etiam adi. ἀγήνωρ), Ἑλπήνωρ, Εὐήνωρ (etiam adi. εὐήνωρ), ἠνορέη, ἀγηνορίη.

ἀήρ (Ε 864 η 143 ι 144), gen. ἠέρος.

ναῦφιν, ναύτης, Ναυτεύς, ναυτίλλομαι, ναυτιλίη, Ναυβολίδης, ναύλοχος, ναύμαχος, Ναυσικάα, Ναυσίθοος, ναυσικλῦτός, ναυσικλειτός, sed νηῦς gen. νηός etc., dat. plur. νηυσί, cum adi. νήιος et composito Κλυτόνηος. Cf. § 75.

ψᾰρῶν (genit.) Ρ 755, sed ψῆρας (acc.) Π 583.

ἐᾰών, sed ἐῆος. Cf. § 75.

κρᾱτός etc. a voce κάρη § 82, sed κρη- in composito κρήδεμνον.

λᾶας cum adi. λᾶινος et nomine Λᾶρισα.

Θυμᾱρής et Θυμήρης.

κᾶλα h. Merc. 112, sed κήλεος et περίκηλος.

μᾶν et μήν.

ἔᾱδα, μεμᾱώς.

ἐᾱγην, ἄξαι.

ἑδάμνᾱ, ἐκίρνᾱ, πίτνᾱ, καθίστᾱ (§ 195), sed ἵστη etc.

πεινᾰων et similia, sed πεινήμεναι et ἡ πείνη. Vid. § 191 et 195.

In nominum flexione vulgatissimi sunt genitivi termini -ᾱο et -ᾰων.

Verborum in -ᾶν formas satis multas, quae contractionem passae esse videntur, revera aliam habere originem, inesse autem vocalem ᾱ suapte natura longam, e. g. in προσηύδᾱ, veri est simillimum; cf. § 195.

Apparet igitur sexcentis locis Homericis occurrere alpha longum, quibus vocalem η quivis exspectaret, si linguam epicam eadem lege qua dialectum Ionicam teneri constaret. Sed non est cur id contendamus vel credamus; immo ipsa carmina, quibus solis testibus utimur locupletibus de dictione epica, ab ea lege passim recedere videmus. Casui autem potius quam certis quibusdam praeceptis data opera observatis tribuendum esse quod modo illa vocalis modo haec in textu tradito reperiatur, intellegimus si omnia vocabula rependimus quae supra sunt enumerata, et clarius etiam apparet talibus locis ubi ipsi veteres incerti haerebant. Sic Zenodotus Σ 592 dabat *Ἀριήδνη*, o 244 *Ἀμφιάρηος*, *N* 824 *βουγήιε*, *N* 166 et 257 *ἔηξα*, *Λ* 530 *κρητός*, *Λ* 56 et 198 *ὄρητο* (sive *ὅρητο* voluerit sive *ὀρῆτο*, cf. § 195), *γ* 7 *πεντηκόσιοι*, Aristarchus vero *Ἀριάδνη Ἀμφιάρᾱος βουγάιε ἔᾱξα κρᾱτός ὀρᾶτο πεντᾱκόσιοι*. Etiam nomina *Βιάνωρ Λ* 92 et *Ῥείᾱς Ξ* 203, ab Aristarcho sic scripta, apud alios (Zenodotum fortasse) olim habebant vocalem η. Cf. La Roche Textkritik p. 301 sq.

Quaedam autem ex iis quae modo attulimus exemplis viam nobis parant ad cognatos veterum errores indicandos. Nam id quidem certum est, *brevem* vocalem ᾰ, quam continent vocabula *Ἀριάδνη* et *πεντακόσιοι*, elemento η non potuisse sine vitio reddi. Consimili errore *ἐήνδανε* pro *ἐάνδανε* praebet textus traditus; vix minus autem vitiose, ut de aoristis liquidatis taceamus, veteres dederunt *τετραφάληρος* et *ὑψιπέτηλος*, quae ex *τετραφαλᾰριος -λαρjος*, *ὑψιπετᾰλιος -αλjος* nata sunt et *τετραφάλᾱρος ὑψιπέτᾱλος* igitur scribenda erant, quemadmodum recte traditum accepimus adi. *ἑᾰνός ductilis*, i. e. *Fεᾰνιος Fεανjος*; cf. etiam *ἱκᾰ́νω φθᾰ́νω κιχᾰ́νω* [1]). Simili errore *βαθέην* in codd. scribitur *Π* 766 et *ἀέλλη Π* 374; legendum est *βαθέᾰν* (vid. § 75 not. 5) et *ἄελλᾰ*. Nec non vitio creatus est nominativus *ὀβριμοπάτρη E* 747 (= *Θ* 391 *α* 101), pro quo *ὀβριμόπατρα* optimo iure rescripsit IMHoogvliet [2]), videantur etiam quae de vocibus qualis est *ἀληθείη* in § 54 observavimus. Mirifica quoque lectio *ἐν καρὸς αἴσῃ I* 378 in hoc contextu videtur commemoranda, ubi **κηρὸς ἐν αἴσῃ* coniecimus assentiente Nauckio Mél. Gr. R. VI p. 163,

---

[1]) Eadem ratione a nomine *κεφᾰλή* formantur composita in *-κέφᾰλος* (i. e. *-κεφαλιος; -κεφαλjος;*) desinentia Hesiod. Theog. 287, 312 et apud posteros; vid. Rzach ad Theog. 287 et cf. infra § 38. Etiam *αὐτοχόωνον Ψ* 826, quod in *αὐτοχόᾱνον* mutandum esse vidit Wackernagel, ab *αὐτοχόανjον* repetiverim.

[2]) Grammatische raadselen 1892 p. 40.

nec non δήιον πῦρ huc pertinet, si verum est quod statuit Schulze Quaest. Ep. p. 86, veram formam esse δᾰ̆ϝιον, vid. § 17.

§ 6. Et haec quidem aut paucis tantum locis obvia sunt vitia aut non satis fortasse aperta. Sunt vero alia verba, eaque minime rara, in quibus vix quisquam dubitare potest quin lingua invita vocalem η praebeat textus traditus; verba dicimus, quorum syllaba initialis ἀ- metri causa pro longa habetur. E. g.:

ἠμαθόεις pro ἀμαθόεις. ἠγερέθονται pro ἀγερέθονται.
ἠνεμόεις „ ἀνεμόεις. ἠρέθονται „ ἀρέθονται.

Quae vocabula initialem syllabam nihilo longiorem habent quam est prima vocalis adiectivi ἀθάνατος verbive ἀπονέεσθαι, sed ictus vi in utrisque producitur. Cf. § 21.

Libidinem igitur libere grassantem hic cernere est; lex extat nulla, sed temere et fortuito vocales α et η alternant; id unum observari potest, longum alpha plerumque vocalem aut praecedentem habere aut sequentem.

Quomodo igitur de mirifica hac, quam in textu tradito obtinere videmus, confusione est iudicandum? Nemo sane est hodie qui cum Aulo Gellio faciat, ex auctoritate veterum quorundam grammaticorum (Cratetis?) arcana poetae consilia et tenerrimum pulcri sensum causante N. A. XIII 21 § 25: „illud vero cumprimis apud „Homerum veteres grammatici adnotaverunt, quod, cum dixisset „quodam in loco κολοιούς τε ψῆράς τε, alio in loco non ψηρῶν sed „ψαρῶν dixit:

τῶν δ' ὥς τε ψαρῶν νέφος ἔρχεται ἠὲ κολοιῶν,

„secutus non communem sed propriam in quoque vocis situ iucun„ditatem; nam si alterum in altero loco ponas utrumque feceris „sonitu insuave." — Veluti echo haec est eorum quae in scholiis Homericis V leguntur: *II* 583 ψῆρας] διὰ τὸ κακόφωνον τοὺς ψᾶρας· ἐκεῖ δὲ „ὥς τε ψαρῶν", — et adduntur quaedam de aoristis -ξηράνῃ et θερμήνῃ (*Φ* 347 Ξ 7) simili discrimine seiunctis, quae tamen graviter sunt corrupta, ita ut vix traluceat sententia. Ad locum gemellum autem *P* 755 redit observatiuncula: ψαρῶν] διὰ τὴν εὐφωνίαν· ἐκεῖ δὲ „κολοιούς τε ψῆράς τε". —

Superstitiosum hoc commentum hominum ultro caecutientium optimo iure cum alii aspernati sunt tum R. Payne Knight (ad *P* 755), qui „hanc diversitatem non aliunde profectam esse" iudicat „quam e diversis ac fortuitis diversorum rhapsodorum modis pronun-

„ciandi, et cum aliis similis inconstantiae exemplis haud cunctanter „abolendam". Edidit igitur *ψᾶρας* et *ψαρῶν*.

At si neque audiendi sunt qui exquisitas quasdam dictionis Homericae veneres hic conspici sibi persuaserunt, neque lege aliqua, quae ad ipsius linguae indolem referri possit, temperatur haec inconstantia, superest rogare undenam sit orta. Acuta et quam maxime huc pertinens est observatio Fickii, cui suum pretium constabit etiamsi ipsum auctorem minus recte ea usum esse appareat. Nempe docuit Fick longum alpha ibi potissimum reperiri ubi salvo metro non possit substitui forma qua dialectus Ionica utebatur. Non enim hexametri numeros sivisse pro *-āo* vel *-ἄων* scribi *-εω* et *-έων*, neque *Αἰνέης* et *λεώς* pro *Αἰνείᾱς* et *λᾱός*; ubi vero non obstarent versuum numeri, irrepsisse formas recentiores, e. g. genitivum *Πηληιάδεω Ἀχιλῆος* pro *Πηληιαδᾰ'(ο) Ἀχιλῆος* in primo Iliadis versu. Hinc etiam simplex *θεά* remansisse intactum, quoniam Ionicum non *θεή* erat sed *ἡ θεός*, in compositis tamen reperiri *-θέη*. Hinc *πολυπᾰ́μων* adiectivum non esse mutatum, Ionice enim non *πολυπήμων* fuisse scribendum sed *πολυκτήμων* [1]), quam formam non admittebat hexameter.

Hoc argumento, quod simplicitate commendari quivis videt, ita usus est Fickius ut Homero unice vindicaret vocalem *α*; hanc quoad fieri poterat mutatam esse in *η* a poetis Ionicis, vel etiam ab uno aliquo poeta, quem Cynaethum Chium fuisse sibi persuasit, qui carmina epica, Aeolum dialecto composita, in linguam Ionicam data opera converterit, multos simul novos versus de suo addens. At quominus ei concedamus omnium firmissimum hoc esse argumentum ad Aeolicam carminum epicorum originem demonstrandam [2]), duae potissimum obstant causae. Quarum altera haec est, quod *ᾱ* remansit haud ita paucis locis unde per metrum removeri licebat, ut in decantato illo *ψᾱρῶν* vel in voce *λᾱός* et creberrimis eius compositis; nam poetas Ionicos Hipponactis certe aetate, sexto igitur saeculo, *ληός* dixisse traditum accepimus [3]). Quod vero multo

[1]) Notatu tamen dignum est Solonem certe radicem *πᾱ-* a sua lingua non duxisse alienam fr. 13, 7:

χρήματα δ' ἁμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι
οὐκ ἐθέλω· πάντων ὕστερον ἦλθε δίκη.

[2]) „Das lange *α*, dieses sicherste kennzeichen nichtionischen ursprungs der epischen „sprache, hat sich auch ausserhalb der betrachteten flexionsformen bei Homer überall „da erhalten, wo sich eine entsprechende ionische form mit *η* nicht dafür einsetzen „liess". Odyss. p. 16; vid. etiam ibid. p. 3.

[3]) Vid. supra p. 27.

gravius nobis videtur, in iis quoque carminum epicorum partibus, quae et ex aliorum et ex ipsius Fickii opinione sunt recentissimae, passim tales formae reperiuntur ab Ionica dialecto alienae. — „Nempe Cynaethus veterum vatum dictionem imitatus in iis quoque „versibus, quos ipse pangebat, utebatur mixta illa dialecto, quae „ex veteri aeolismo cum iade confuso orta erat", respondet Fick [1]), „quod vero λαός non ληός dixit, hinc nihil efficitur nisi hoc unum, „tempore quo vixit, exeunte saeculo sexto [2]), in ore Ionicorum „hominum non amplius vixisse illud ληός, nec nisi λεώς iam esse „auditum." — At quo sic deveniamus videndum est. Hipponacteum illud ληός intra paucorum annorum spatium usque adeo exoleverit ut ne in vetusta quidem poesi tolerabile videretur, minusque iam offenderet vetustius illud parumque Ionicum λᾱός? Ipsum autem Ionum nomen in carminibus epicis est *Ἰᾱονες*, et deus qui prae ceteris iis proprius erat vocatur *Ποσειδᾱων*: haeccine quoque nomina Cynaethus ex Aeolicis carminibus immutata transsumsisse putandus est? Et de Neptuni quidem nomine, qui in Homericis haud exiguas partes agit, fortasse bifariam potest disputari; quamquam deus, qui Corinthi vocabatur *Ποτειδᾱϝων* (Coll. 3119), apud Aeoles *Ποτίδᾱν* vel *Ποσείδᾱν* (*Ποσείδων* Coll. 255[12]), in Thessalia *Ποτειδούν* (Coll. 1321, 1322, 1324), a Doriensibus *Ποτειδᾶν*, ab Arcadibus *Ποσοιδᾱν*, quibusnam in regionibus, nisi olim in Ionia, *Ποσειδᾱων* (vel *-δῆων*) dici potuerit nos quidem fugit; neque intellegitur unde oriri potuerit Ionicum *Ποσειδέων*, nisi antiquior forma *Ποσειδᾱων* vel *-δῆων* genti Ionicae olim in usu fuerit; qua in re perpendenda ne hoc quidem est negligendum, antiquissimam nominis formam fuisse trisyllabam, *Ποτ(ε)ιδᾶν* (cf. *Τιτᾶν*, Hom. *Τιτῆνες*), hinc derivatam esse longiorem quam novimus ex Homero, a radice autem nondum aucta ductum esse adiectivum *Ποσιδή-ιον*; apte contuleris Minervae deae nomen duplex *Ἀθήνη* et *Ἀθηναίη* (vid. Ahrens Philol. XXIII, Meister Dialect. I p. 37 et 124, G. Meyer[2] p. 290, Kühner-Blass I p. 425, 6). Sed haec, ut diximus, fortasse non omnibus satis certa atque explorata videbuntur; nomen vero gentile *Ἰᾱονες* quominus ex Aeolum poesi vetustissima in textu Homerico reman-

---

[1]) „Die jüngeren partieen sind von Ioniern abgefasst in dem mischdialecte, wel„cher durch die äusserliche übertragung der äolischen epen in die ionische mundart „entstanden war." Odyss. p. 279.

[2]) Vid. Iliad. p. XXXI, XXXIII, XXXV.

sisse [1]) credamus, obstat argumentum invictum. Nempe si quaerimus ubi *'Ιάονες* apud Homerum commemorentur, non nisi unum locum reperimus eumque procul dubio sero insertum, *N* 685; illic occurrunt *'Ιᾱ́ονες ἑλκεχίτωνες*, nec alibi usquam in Iliade vel in Odyssea. Lucide autem demonstravit Helbig Hom. Epos p. 115 sqq., alienum ab illo loco esse adiectivum *ἑλκεχίτωνες*; aptissimum id esse ad depingendos viros, seniores praesertim, qui feriato otio fruantur laetasve diis pompas agant, sed ridicule applicari militibus qui hostes irruentes repellere conentur. Multum igitur abest ut ex hoc versu effici possit quale nomen habuerit gens Ionica in vetustis carminibus epicis; hunc certe locum recentiores poetae non traditum acceperunt ex poesi antiquissima, immo ipsum nomen Ionum (ut Aeolum et Doriensium) ab illa poesi alienum fuisse tantum non certum est. Undenam igitur *ἑλκεχίτωνες* isti *'Ιᾱ́ονες* in Iliadem cum tunicis suis solum verrentibus intempestive se contulerunt? Indicari potest locus ubi aptissime commemorantur, inde autem transsumtos esse in Iliadis locum quem vidimus, haud levis profecto est suspicio; nempe novimus versus:

ἀλλὰ σὺ Δήλῳ, Φοῖβε, μάλιστ' ἐπιτέρπεαι ἦτορ·
ἔνθα τοι ἑλκεχίτωνες 'Ιάονες ἠγερέθονται
αὐτοὶ σὺν παίδεσσι καὶ αἰδοίῃσ' ἀλόχοισι,

quaeque sequuntur de ludis Deliacis [2]). Haec ubi leguntur? In Hymno Apollinis Delii (vs. 146 sqq.), qui compositus est in honorem numinis Ionici. Quis versus fecit? Ionicus profecto poeta; ipse ille Cynaethus, quem Fickius carmina Homerica ex Aeolicis Ionica fecisse autumat, hymni auctor esse fertur. Cur igitur poeta huius carminis suos cives non *Ἴωνας* appellavit, si ita tamen dicerentur olimque dicti essent, sed *'Ιάονας* [3])? Immo hic locus docet Ionicam gentem aliquando se ipsos vocasse *'Ιάονας* (aut si quis mavult *'Ιήονας*), postea demum *Ἴωνας* esse appellatos.

---

[1]) „Der epische name der Ionier selbst liess sich nicht ionisiren, weil das altäoli-„sche *'Ιάονες* der ionischen namenform *Ἴωνες* metrisch nicht entspricht." Fick Odyss. p. 17.

[2]) Cf. Asii versus mutili apud Athenaeum XII p. 525*f* allati, in quibus describitur festus in honorem Iunonis Sami ab Ionibus celebratus.

[3]) Redit nomen *'Ιάονες* h. Apoll. vs. 152. Sic etiam Solon in fragmento nuper detecto (Aristot. Athen. Civit. c. 5):

πρεσβυτάτην ἐσορῶν γαῖαν 'Ιαονίας.

Neque aliena hinc videntur Aristophanea illa *'Ιᾱοναῦ* Acharn. vs. 104, *'Ιᾱ́ονας* vs. 107; unde enim Persis haec nominis forma nisi ex ipsius gentis ore?

Ea igitur ratione, quam Fickius iniit, inconstantia qua in Homeri textu tradito vocales *α* et *η* alternant nequit explicari. Iure tamen negavit ipsis vatibus imputandam esse. Sed causa rei non inde est repetenda quod Aeolice, ut Fickius autumat, locuti fuerint veteres poetae, Ionice vero diasceuastae atque rhapsodi, sed ex antiquissima ratione scribendi aut unice aut maximam partem profluxit. Nempe carmina Homerica quo tempore litteris primum sunt consignata, — sive in Asia id usu venisse nobiscum statuas, sive compluribus saeculis post in Attica textum illum quem novimus natum esse censeas, — signum *H* non inserviebat designandae vocali, sed spirantis vim ab initio sibi propriam (= *h*) servabat. Haec scribendi ratio in Attica usque ad quinti saeculi finem perduravit, in Ionica vero litteratura multo maturius intercidit spiritus asper et pro vocalis signo adhiberi coepta est littera *H*, attamen antiquitus etiam Iones hoc elemento non vocalem sed spiritum *h* significabant. Ergo quo tempore homines Ionici carmina epica scribere coeperunt, vocalis *ā* aut signo *A* aut signo *E* erat reddenda: tertium non dabatur [1]). At in ore, si non antiquissimorum poetarum, certe in posteriorum ore, longum alpha medium quendam inter vocales *ā* et *ē* sonum habebat, talem fere qualem piscatores orae nostrae maritimae proferunt, subsimilem illi quem oves edunt balantes, quae sintne *blaten* an *bleeten* dicendae (gall. *bêler*) nostrates dubitant [2]). Magna igitur inconstantia in Homericis hunc sonum scripto designatum esse, non est quod miremur; proprio autem signo ut posset indicari, vertente saeculo VII° inter Ionicas vocales recepta est *H* littera. Huic Iones, in nonnullis certe regionibus, hoc munus tribuerunt ut significaret *ā* ionicum, sive natura sua longum sive ex vocalium *ă* + *ε* contractione ortum; signo *E* vero pergebant reddere vocalem *ĕ*, sive suapte natura longa esset sive productione suppletoria extensa (= *ει*). Primum in hanc rem, quae summi est

[1]) Nam carmina epica eo demum tempore scripto esse mandata quo littera *H* ad vocalem significandam in Ionica litteratura adhiberi coepta esset, ii tantum cum probabilitatis aliqua specie contendere possunt, qui Iliadem et Odysseam Pisistrati iussu primum descriptas esse credunt; atqui sic in Attica, Attico igitur litteris, primum descripta fuissent carmina Homerica, et certius etiam esset id quod modo observavimus.

[2]) Locos Cratini (fr. 43) et Aristophanis (fr. 642), ubi *πρόβατα* dicuntur *βῆ λέγειν*, quos post multos alios commemoravit Blass Aussprache des Griechischen[3] p. 26, verbo tetigisse sufficit. Ex carminibus epicis accedunt *μηκάδες αἶγες*, quas num Fick rectius *μάκαδα* dixerit (cf. Ψ 31) vehementer dubitamus.

momenti ad quaestionem in qua versamur recte diudicandam [1]), eruditorum mentes convertit acumen Dittenbergeri [2]), qui in Herm. XV (1880) p. 225 sqq. ostendit, in inscriptione quadam Ionica exeuntis fere saeculi quinti, quae in urbe Iulide insulae Cei reperta est (IGA. 395, Cauer[2] 530, Kirchhoff Alphab.[4] p. 92, Roberts Epigraphy p. 72), adhibitam esse litteram *H* sicubi designanda erat vocalis *η* ex *ā* orta, signo vero *E* constanter vocalem *ē* vel *ει* indicari; non *quantitate* igitur sed *qualitate* differre vocales *H* et *E* (*e apertum* et *e clausum*). Extant illic voces *THN ΚΛΙΝΗΝ*, *ΟΙΚΙΗΝ*, *ΚΑΘΑΡΗΝ*, *ΜΗΤΕΡΑ*, *ΔΗΜΩΙ*, *ΙΟΥΛΙΗΤΑΙ*, *ΣΗΜΑ*, *ΚΗΔ*[ος?], *ΤΡΙΗΚΟΣΤ*..., *ΘΥΗ* (neutr. plur.), *ΕΠΗΝ*, *ΚΛΙΝΗΙ*, *ΒΟΥΛΗΙ*, *ΣΙΩΠΗΙ*, *ΤΡΙΤΗΙ* [3]), sed *ΕΠΙΒΛΕΜΑΤΙ*, *ΧΡΕΣΘΑΙ*, *ΜΕ*, *ΕΞΕΝΕΧΘΕΙ*, *ΕΝΑΙ*, *ΦΕΡΕΝ*.

Magis etiam notabilis, quoniam et antiquior est et versibus hexametris est concepta, alia est inscriptio Ionica, in femore statuae Dianae bustrophedon exarata, quae anno 1879 Deli reperta est (IGA. 407, Cauer[2] 516, Roberts Epigraphy p. 65), in qua neque *Ω* neque *ΟΥ* est adhibitum, *E* valet *ē* et *ĕ*, pro vetustissimae autem Graecitatis vocali *ā* usurpatur ⊟ in iis quoque syllabis quae per metrum sunt corripiendae, ita ut clarius etiam appareat non *quantitatis* sed *qualitatis* discrimen indicari signis ⊟ et *E*, utrumvis enim cum *brevem* vocalem designare posse tum *longam* [4]). Sed signum ⊟ in hoc epigrammate praeterea more antiquo est usurpatum ad spiritum asperum indicandum, et cum *Σ* iunctum est satis mirifice ad repraesentandam consonam duplicem *ξ*; notetur insuper koppa et adspiratio in nomine proprio Phraxo. En igitur quae illic leguntur, sed signis hodiernis depicta et in singula vocabula diremta:

νικανδρ⊟ μ ανεθΕκεν ⊟κ⊟βολοι ιοχεαιρ⊟ι
ϙορ⊟ δεινοδικ⊟ο το να⊟σιο ε⊟σοχοσ αλ⊟ον
δεινομενεοσ δε κασιγνΕτ⊟ φ⊟ρα⊟σο δ' αλοχοσ μ

---

[1]) Non assentimur igitur Fickio Iliad. p. XVI sic indicanti: „es erübrigt noch, einer „annahme zu gedenken, welche von Cauer und anderen meiner theorie entgegenge„setzt wird. Hiernach sollen formen wie *θεά*, *λαός*,... u. s. w., „altionisch" sein. Diese „ansicht, für welche sich Dittenbergers schöne entdeckung... nicht verwerthen lässt, „ist einfach unmöglich" etc.

[2]) Nunc videatur etiam Blass Aussprache[3] p. 25.

[3]) Erratum autem est bis in subiunctivi exitu, *ΔΙΑΡΑΝΘΗΙ* et *ΘΑΝΗΙ*, cum *-ΕΙ* utrobique posceret analogia.

[4]) Omnino conferenda sunt vocabula Homerica *δῆιος*, *Θρῆικες*, *κτεάτεσσι* (id est *κτῆάτεσσι*), aliaque eiusmodi, de quibus vid. § 17.

Quae si ita scribimus ut carmina epica exarari solent, haec habemus:

Νικάνδρη μ' ἀνέθηκεν ἑκηβόλῳ ἰοχεαίρῃ,
κούρη Δεινοδίκεω τοῦ Ναξίου, ἕξοχος ἀλλέων,
Δεινομένεος δὲ κασιγνήτη Φράξου δ' ἄλοχος μ..

In fine poetria haec Naxia addidisse creditur particulam μ[ήν], sensu vacuam, ad explendum scilicet hexametrum; alii μ[ε] supplent, nihilo aptiorem huic loco voculam, nisi plura additurus fuerit quadratarius. Vocabulum autem ⊟*K*⊟*BOΛOI* mirifice scriptum, pro quo ⊟*EK*⊟*BOΛOI* expectaverit quispiam, lapicidae errori posset imputari, nisi rediret ⊟*K*⊟*B*.. in alia inscriptione, cuius fragmenta Deli sunt reperta annis 1880 et sequenti (Kirchhoff Studien[1] p. 83, Roberts Epigraphy p. 63); ipsorum igitur poetarum aliquando fuit haec ratio scribendi. Ad vocem autem *ΛΛ*⊟*ON* i. e. *ἀλλέων* quod attinet, signo *H* brevis vocalis indicatur etiam in lapide Thasio (anno 1882 reperto), quem vide apud Roberts Epigraphy p. 59 et 61 annot.: *ΠΕΙΘΟΣΙΗΡΟΝ*, i. e. *Πειθοῦς ἱερόν* [1]).

Perantiquus igitur hic titulus Naxo oriundus, qui et rudioribus elementorum ductibus, et ratione molesta qua linguae soni signis sunt indicati, infantiam quandam artis scribendi aperte prodit [2]), hoc sibi habet proprium quod littera ⊟, licet spiritum *h* significare pergat, simul tamen usurpatur ad indicandam vocalem *ā*, quae in Ionum ore neque verum alpha sonabat neque tamen vocali *ē* erat similis; exarabatur igitur *ΚΑΣΙΓΝΕΤ*⊟ aliaque eiusmodi. Etiam in Naxia inscriptione Orchomeni reperta, quae saeculo V[o] adscribitur (IGA. 410 Roberts Epigr. p. 68), duplici hoc munere fungitur signum *H*:

αλΧΣΗνωρ εποιΗσεν Ηο ναΧΣιοσ

(*Ἀλξήνωρ ἐποίησεν ὁ Νάξιος*). Secundi autem verbi litterae erosae num recte sint suppletae fortasse dubitare licet, certe expectaveris *εποιΕσεν* propter ea quae modo observavimus.

Distinguuntur autem *E* et *H* ea quam vidimus ratione in aliis quoque titulis Ionicis, quos exhibet Roehl IGA. 396, 397, 408 (cf. Roberts Epigr. p. 67 et 72 sq.); recentioris hi sunt aetatis quam Nicandrae epigramma, sed tamen ad sextum saeculum aut quinti initium videntur pertinere. Sunt autem hi:

[1]) Dorice dicitur *ἱᾶρός*. — Diversum hinc sed tamen notatu dignissimum est vocabulum *ΠΟΛΗΑΣ*, quod in pentametri exitu praebet inscriptio Abderitana IGA. 349 Roberts Epigraphy p. 170, pronunciandum igitur *πόλῆας* (*πόλεας*).

[2]) Roberts l. l. p. 70 saeculo VII[o] probabiliter tribuit.

n° 408: *δειναγοραΗσ μ ανεθΕκεν εκΗβολοι απολλονι* (*Δειναγόρης μ' ἀνέθηκεν ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι*).

n° 396: *κλΕνογενΕσ κυδιγενεοσ ιστιΗι ανεθΕκεν* (*Κλεινογένης Κυδιγένεος Ἱστίῃ ἀνέθηκεν*).

n° 397: *θεοκυδΕσ αρισταιχμου αφροδιτΗι ανεθΗκεν αρξασ* (*Θεοκύδης Ἀρισταίχμου Ἀφροδίτῃ ἀνέθηκεν ἄρξας*). In hoc titulo notetur lapicidae error *ANEΘHKEN* pro *ANEΘEKEN*. Recentius aevum prodit etiam diphthongus *ου* duobus signis expressa.

Littera igitur Η vel *H*, quae primitus spiritum asperum significabat, inde a septimo fere saeculo inter gentes Ionicas adhibita est praeterea ad indicandam communis Graecitatis vocalem *ā*. Interim evanuit apud Iones spiritus asper, iamque signum *H* nihil nisi vocalem valebat. Mox hac littera non solum Ionicum *ā* reddi coeptum est sed alia quoque vocalis, cui in ore gentis Ionicae magis magisque assimulatum fuerat, nempe *ē* [1]), et tum inter se confusae sunt duae vocales, quae olim et origine et sono diversae fuerant, *ê* (= *ā*) et *ē* [2]).

Non tamen uno eodemque tempore apud omnes gentes Ionicas consummata est haec confusio, sed in Asiae ora prius regnare coepit littera *H* quam in insulis maris Aegei. Constanter ad utrumvis eta indicandum posita est in inscriptione saeculi VI[1] ineuntis, quae Sigei est reperta (CIG. 8, Roberts Epigraphy p. 78), item in inscriptionibus Milesiis saeculi VI[1] et in vasis Milesiis quae Naucrati sunt eruta. Nec tamen diu ante soxti saeculi initium in his regionibus effloruisse signi *H* usum ad indicandam vocalem, testari videntur vocabula quae ineunte saeculo VI° aut sub finem VII[1] milites auxiliares rudi arte insculpserunt cruribus statuarum, quae in Nubiae urbe Abu Simbel etiamnunc extant (IGA. 482, Roberts Epigraphy p. 151 sqq.). Hi enim homines Ionici et Rhodii,

---

[1]) In inscriptionibus Corinthiis simile quid observatur. Hae enim vocales *ĕ* et *ē* et *ŏ* productione suppletoria extensam (e. g. in verbis *ἄλεσα*, *Παλαμήδης*, *εἰμί*) uno eodemque signo indicant, quod proprium est Corintho huiusque urbis coloniis, Β vel *B* (*X* apud Sicyonios), sive littera Η haec est leviter mutata, sive ex signo *B* prodiit, ut plerique statuunt. Antiquitus tamen Corinthii praeterea utebantur littera *E*, sed haec apud eos valebat diphthongum *ει* (*ε* + *ι*); scripta igitur reperimus *δϜΕνια κλΕτολαο ποτΕδανι*, id est *ΔϜεινία, Κλειτόλας, Ποτειδᾶνι*. At postea hoc discrimen non amplius observantes litteram *E* omnino spreverunt; scribebant tum *ποτΒ ΞΕδαν* (*Ποτειδάν*) et similia. Videmus igitur Corinthii signi Β, ut Ionici Η, dominium sensim crevisse.

[2]) Signo *ê* significavimus vocalem quae auditur e. g. in *mère*, signo *ē* vocalem verborum *geweest*, *été* etc.

litteratura Ionica usi, signo Ⅎ modo more antiquo spiritum asperum indicant, modo vocalem ex recentioris aevi ratione; scribunt igitur Ⅎλθον (ἦλθον), ανιⅎ (ἀνίη, imperfectum), Ⅎχε (ἦγε?), τⅎλεφος (Τήλεφος), sed Ⅎο (ὁ), Ⅎαγεσερμο (Ἀγεσέρμου), ⅎΕλασε (i. e. ἥλασε? an ἤλασε?).

In Doricas insulas Theram et Cretam mature pervenit vocalis signum Ⅎ. Therae tituli antiquissimi, qui ad VII^{um} saeculum referuntur, plus semel exhibent -ΚΛⅎΜ = -κλῆς, eaedem tamen ῥΕξανορ (Ῥηξάνωρ) et ⅎΕμι *sum* (id est ἠμί? an ἠμί?) praebentes. Cretae autem vetustissimae inscriptiones, saeculi fortasse VII^{i}, quae litteratura admodum antiqua utuntur neque spiritum asperum litterasve adspiratas φ χ norunt, signum Ⅎ ad designandam vocalem *ē* constanter adhibent. Una est excipienda eaque omnium notissima, nempe edictum Gortynium, in quo littera *E* vocalem *e* sive longam sive brevem indicat, signum Ⅎ autem non occurrit. Quae tamen inscriptio ceteras aetate non vincit, immo recentes satis ductus litterarum exhibet; videtur igitur fideliter esse descripta ex exemplo vetustiore, quod exaratum fuerat priusquam Cretenses signo Ⅎ vocalem repraesentare coeperunt [1]).

In Ionicis vero insulis Paro Naxo etc. littera *H* saeculo demum V^{o} naturam suam omnino exuisse et pro quolibet eta usurpata esse videtur. Ita est adhibita in inscriptionibus Pariis huius saeculi, quae propter insolitam rationem scribendi admodum sunt notabiles, signo enim Ω indicant vocalem *o* brevem, signo *O* vero longam.

In Atticis autem litteris inde ab initio — quantum quidem scimus — obtinuit eadem confusio inter utrumque eta, quam in litteratura Ionica circa saeculi VI^{i} initium natam esse vidimus. Utramque vocalem Athenienses indicabant littera *E* quamdiu usi sunt ἀττικοῖς suis γράμμασιν, postea littera *H*, ut Iones recentiores [2]).

Utrum autem in Ionum ore consimilem semper exitum habuerint φιλίη et νίκη, an apud eos quoque, ut Athenis, ubi talia scripto distinguebantur, aliquid interfuerit, quis dicat hodie! Si quis dis-

---

[1]) Leges Gortynias saeculo VII° sanctas et primum exaratas esse probabiliter statuit Roberts Epigraphy p. 55, sed inscriptio in qua hodie leguntur multo recentioris est temporis.

[2]) Nonnihil tamen interest inter utriusque gentis scribendi rationem; nempe Athenienses, ut nemo nescit, vocalem ā si pura esset reddebant signo *A*, si impura, signo *E*; Iones vero utrumque sonum indicabant signo ab ipsis excogitato *H*.

crimen aliquod fuisse suspicatur, non maioris levitatis est arguendus quam ii qui contendunt in Attica non idem ab initio sonuisse vocalem *η* genitivi *φίλης* (= *ā*) atque futuri *φιλήσω* (= *ē*), licet utraque signo *E* illic exprimeretur.

Apud epicorum vero poetarum aequales soni *ā* ex vetustissima Graecitate accepti quis color, quae indoles fuerit nescimus. Iliadis initium utrum *mānin aeide theā* sonuerit, an *mênin aeide theé*, an vero textus traditus vocalem puram vocis *θεά* ab impura vocis *μῆνις* haud inepte distinguat, quis est qui pro certo etiamnunc effici posse credat! Aliud enim est sonos depingere signis Graecis vel hodiernis, aliud ipsas vocis modulationes, quae talibus signis ante multa saecula indicabantur, accurate definire et nostro qui hodie vivimus ore reddere [1]). Itaque licet nemo non aegre ferat confusionem inter *ā* et *η*, qua Homeri textus conturpatus est, haud facile dixerit quispiam quomodo huic malo possit subveniri; sitne augendus numerus syllabarum quae vocalem *ā* exhibent, an vero latius differendi sint fines intra quos coercitum est vocalis *η* regnum. In hanc viam Zenodotum, in illam Aristarchum magis propensum fuisse, ex locis quos pag. 28 attulimus efficitur; multa tamen huius generis ab altero utro audacius esse mutata, neque apparet neque credibile videtur; prudenter autem fecerunt veteres critici quod in re dubia abstinuerunt manus.

Quamquam crebrum illud alpha, quod ab indole recentioris certe Iadis est alienum, servare vestigia vetustae dictionis, veri similius est multo quam errori aevi posterioris id deberi. Formas *Ἀτρείδαο* et *Ἀτρειδάων* ex *Ἀτρείδης* et *Ἀτρειδήων* corrumpi potuisse nemo cre-

---

[1]) Blass Aussprache[2] p. 18 postquam vocales, quibus utitur lingua humana, ex Lepsii auctoritate secundum lineas trianguli disposuit, quo facilius appareat quomodo sint cognatae, haec addit verba verissima: „es versteht sich dass auf jedem „Punkte der Linien ein verschiedener Vokal vorhanden ist, und damit eine unendliche „Menge von Vokalen; aber die Scheidung dieser Haupttypen genügt für unsern Zweck „vollauf".

Triangulum, quod dicebamus, hoc est:



In quo schemate *e̱* est *e apertum* (*é*, *μῆνιν*, *φιλίη*), *ẹ* est *e clausum* (*é*, *φιλήσω*).

Doricum alpha sono *o* fuisse cognatum (ut in angl. *tall*), ex vocibus quales sunt *πρᾶτος* (= *πρῶτος*), *γλᾶσσα* (= *γλῶσσα* in Herodae mimiambis) efficitur.

det, immo genuinum et antiquum in talibus vocibus debet esse alpha. Recentioris aetatis est illud *Δεινοδίκηο* (⏑‿‿⏑), quod legitur in titulo Naxio supra laudato: poetae epici dicebant *ΔFεινοδίκᾱο*, fortasse *ΔFεινοδίκᾱFο* (cf. § 55). Itaque proni sumus sane in eam sententiam, quam summa fiducia suasit Fickius, ut Ionicum illud *η* a lingua Homerica alienum iudicetur; facile autem in animum nobis inducimus, inde a tempore quo carmina epica scripto vulgari coepta sunt, vocalem *η* ex dialecto Ionica vel etiam ex Attica dialecto in multa vocabula Homerica sensim irrepsisse; sed cur hanc rem neque satis certam neque permagni momenti ducamus supra exposuimus. Si vero quam maxime evinci posset unice ferendam esse vocalem *ᾱ*, neque Graece edoctis tolerabilem esse nominativum *Ἀτρείδης* iuxta genitivum *Ἀτρείδαο* [1]), ne sic quidem necessario assentiendum esset Fickio inde concludenti Aeolica dialecto composita esse carmina epica. De artis epicae incunabulis vix quicquam hinc disci potest, nec nisi ad orthographiam vel orthoepiam res pertinere videtur.

Et quoniam latissime haec quaestio patet neque probabiliter videtur posse dirimi, optimum duximus nihil novare in re dubia. Servavimus igitur formas *ψῆρας* et *ψαρῶν*, servavimus *δάμνᾱ* et *ἵστη* quaeque id genus sunt alia, nedum *Ἀτρεΐδᾱν* aut *Ἀτρεΐδηο* scripserimus. Ne ex illis quidem syllabis removimus litteram *η*, in quibus mero erori debetur; toleravimus igitur *ἠνεμόεις* pro *ἀνεμόεις* et similia, quamquam inviti (cf. § 21). Nempe frustra quaesivimus fines, intra quos subsistere liceret critico si semel in hunc campum pedem unum intulisset. Ne id quidem ausi sumus, quod tamen sine dispendio fieri poterat, ut signis aliquantulum diversis distingueremus utrumque ota (— *ᾱ* ot ⏑ *ᾰ*), quomadmodum fecit e. g. Fick in hymni Apollinis Delii recensione (Odyss. pag. 286 sqq.); posthac tamen fortasse utemur hoc adminiculo, quo nemo aut offendi aut in errores abripi posse videtur.

---

[1]) „Dass keine urwüchsige griechische mundart zu *Ἀτρείδης* den genitiv *Ἀτρείδαο* „bilden konnte, bedarf für den kenner der griechischen dialecte keines beweises" Odyss. p. 3. — Rectius iudicare videtur Brugmann Griech. Grammatik § 10: „ob „das bei Homer in der Verbindung mit einem andern Vokal auftretende „*ᾱ* (z. B. *θεά*, *Ἑρμείᾱς*, *Ἀτρείδᾱο*, *Ποσειδάων*), das für unionisch zu halten (Fick) kein „triftiger Grund vorliegt, und das *ᾱ* in att. *ἰάσομαι*, *καρδίᾱ*, *γενεά*, *πρᾶττω*, *χώρᾱ* u. dgl. „(ion. *ἰήσομαι*, *κραδίη* u. s. w.) unveränderte urgriech. *ᾱ* sind, oder ob Rückverwand„lung von offenem *ᾰ* in *ᾱ* stattgefunden hat, ist noch unklar." Notentur verba quae diductis litteris excudenda curavimus.

II. De contractione, synizesi, crasi [1]).

§ 7. Vocales contiguae in lingua epica non solent confluere in unum sonum neque igitur pro una syllaba numerari. In universum igitur statuentes contractionem a dictione Homerica alienam dicere possumus.

Praesertim hoc valet de vocalibus, quas olim in lingua Graeca dirimebat littera consonans σ ϳ ϝ [2]), licet ante aevum Homericum consonantem illam intercidisse certum sit aut paene certum, e. g. *γένε(σ)ος, γένε(σ)ι, Ἀργέ(σ)ιος, ἐγχε(σ)ίη, σκηπτό(σ)οχος, φέρε(σ)αι, Θεά(σ)ων, Ἑρμεία(σϳ)ο, τιμά(ϳ)ω, φιλέ(ϳ)εις, Ὀδυσῆ(ϝ)ος, Ὀδυσῆ(ϝ)ι, τιμή(ϝ)εις, Πη-λη(ϝ)ίδης, ἀ(ϝ)είρω, ἀ(ϝ)άτη* etc. — Alienae igitur a veterum poetarum sermone sunt formae *γένους* (sive quod Ionicum esse dicitur, *γένευς*), *γένει, Ἀργεῖος, ἐγχείη, σκηπτοῦχος, φέρῃ* (vel *φέρει*), *θεῶν, Ἑρμείω, τιμῶ, φιλεῖς, Ὀδυσεῦς, Ὀδυσεῖ, τιμῆς, Πηλείδης, ἄρω, ἄτη* etc., quae suo loco tangentur infra; vid. § 55, 56, 69, 71, 73, 76, 191. Id quod certius etiam constat de vocibus in quibus digamma aevo Homerico vivebat, e. g. *ἀϝέκων, ἐϝάνασσε, ἐϝέϝικτο, ϝεϝικυῖα*, pro quibus perperam textus receptus habet *ἄκων, ἤνασσε, ἧικτο, εἰκυῖα*.

Minime cum talibus sonis confundendae sunt diphthongi quae inserviunt ad sonorum *e* et *o* productionem compensatoriam oculis indicandam, *ει* et *ου*; de quibus distrahendis ne cogitari quidem potest. Sincerae etiam diphthongi (*αι ει οι*) nasci solent sicubi ad radicem, quam claudit elementum *ν* vel *ρ*, accedit suffixum ab iota consonanti incipiens, e. g. *μαίνομαι, ἀγκοῖναι, καθαίρω, ἑταῖρος, ἰοχέαιρα, δμήτειρα, πίειρα, μοῖρα*, id est *μανϳομαι, ἀγκονϳαι, καθαρϳω, ἑταρϳος, ἰοχεαρϳα, δμητερϳα, πιερϳα, μορϳα*. Item extra omnem dubitationem positae sunt diphthongi quae ex ipsa radice prodierunt, e. g. *αι αυ* [3]) *ει οι ευ ου* in vocibus *αἰεί αὐδή πείθω ἄκοιτις*

---

[1]) De contractionis et synizeseos usu Homerico scripsit Ios. Menrad Monach. 1886 (216 pag.).

[2]) „Kein Hiatus im Wortinnern stammt als solcher aus der idg. Ursprache" Brugmann Griech. Grammatik § 17.

[3]) Diphthongus *αυ* nunquam nata est ex contractione. In Cyprica quidem et Arcadica dialectis genitivi terminus *-αο*, qui ex titulis antiquioribus notus est, abiit in *-αυ*, nec tamen contractioni vocalium *-αο* debetur ille sonus sed ex *-αϝο* prodiit neglecta vocali *ο*, ut intellegitur collata Corcyraea inscriptione IGA. 342, in qua *Πλασίαϝο* legitur, cf. infra § 55.

πέλευθος ἀπόλουθος. Sed soni, quos praebet textus vulgatus ex duarum vocalium conubio natos, in multis vocabulis debentur manifestis erroribus, in pluribus suspecti sunt.

Multum tamen abest ut omnes diphthongi, quae ita ortae sunt, a dictione Homerica sint abiudicandae. Primo excipienda sunt suffixa quaedam, in nominum verborumque flexione passim obvia; de solvendis enim diphthongis quas exhibent casuum termini -ᾳ -ῃ -αι -ῃσι [1]) -ειο -οιο -ῳ -οι -οισι, personarum suffixa -εις -ει -μαι -σαι -ται -νται -ἄται, infinitivi -(μ)εναι -σθαι, participii -νῖα aliisque huius generis ne cogitari quidem potest; talia cum ipsa lingua Graeca, quantum quidem scimus, sunt nata.

Testantur autem hae similesque formae, longe facillime inde ab antiquissimis temporibus vocalem *iota* coaluisse cum praecedenti vocali, neque igitur est mirabile in Homerica lingua huiusmodi contractionis exempla quaedam subinde esse nata. Itaque corruptum recensve non est iudicandum vocabulum ὑπερῷον (*Π* 184 *α* 362 etc.), licet alias in Homericis reperiatur forma primitiva ὑπερώιον (*B* 514 *ρ* 101 *σ* 302 etc.); et genitivus παρῄων, e nominativo παρήιον παρῇον natus contractione eadem quae in compositis καλλιπάρῃος μιλτοπάρῃος φοινικοπάρῃος χαλκοπάρῃος cernitur, longe est praeferendus Ω 794 etc. formae parum Homericae, quam praebet textus traditus, παρειῶν pro παρειάων, a nominativo ἡ παρειά (cf. § 56). Similia sunt 'λησσατο, λησστήρ — ἀγελείη, Ἀρήιος — Ἄρειος, ῥηΐδιος — ῥεῖα [2]), πάϊς — παῖς [3]), ἠΰ(ς) ἐΰ(ς) — εὖ [4]), Τρώιος — Τροίη [5]).

Ultimum autem exemplum ultro nos deducit ad quaestionem difficillimam. Nempe vocabulum Τροίη perpetuo fere [6]) in thesi collocatam habet syllabam priorem; hinc sunt qui contendunt tri-

---

[1]) Dubitari tamen potest an praestet omisso iota subscripto scribere -ησι (aut si quis mavult -ᾱσι), ut legitur in antiquissimis inscriptionibus, cf. § 57 et vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 94 sq.; „-ῃσι -αισι sind Neubildungen" Brugmann Griech. Grammatik § 90.

[2]) Analogia in talibus vocabulis magis commendat diphthongum ῃ quam ει; nam longa vocalis η confluere poterat cum vocali iota, sed non poterat in arsi corripi (cf. § 17). Itaque si quis nolit ferre textus traditi hac in re inconstantiam, ἀγελῄη et Ἀρῇος et ῥῇτε scribat potius quam -πάρειος. Sed satius videtur talia, quae neque omnino certa sunt neque magni momenti, intacta relinquere; videantur quae de vocibus δήιος et Θρήικες in § 17 sunt observata.

[3]) Multis locis certa est forma disyllaba, multis monosyllaba distrahi nequit.

[4]) Metro et contractum εὖ et disyllabum ἐΰ permultis locis stabilitur.

[5]) De tertia forma Τρωϊάς, quae melius Τρῳάς scribitur, cf. § 17.

[6]) Exceptis quinque locis ubi hexametrum aperit: Ω 256, 494 *α* 62 *δ* 99 *ε* 307.

syllabum esse in lingua Homerica [1]). Nos non repugnamus, immo proni sumus in eam opinionem; attamen quominus *Τροΐη* scribamus cum signo diaereseos, tria dehortantur argumenta:

a) si dirimitur sonus, *Τρῳΐη* potius videtur scribendum, ne sine causa nomen regionis divellatur ab adiectivo *Τρώιος Troianus* [2]); ad vocem *δμῳή* autem sive *δμῳΐη*, quae eadem ratione formata est, sic demum proxime accedet. Cf. § 17.

b) quinque certe locis Homericis [3]) contractum extat *Τροίη*, item *Τρῳαι* Z 380, 385, *Τρώῃσι* P 273 X 430 (?), *Τρῳάδες* Z 442 H 297 X 105 Ω 704.

c) in aliis vocabulis, quorum similis est origo, certae sunt diphthongi *ῳ οι αι ει*. E. g. *ζῳός*, *-βοιος* (*Εὔβοια ἀλφεσίβοια ἑκατόμβοια ἐννεάβοια*), *τοῖος*, *τοιόσδε*, *ὁμοῖος* etc.; *γεραιός*, *μαίομαι*, *ναίω*, *Ἀχαιός*; *ἀκείομαι*, *τελείω*, *τέλειος*, *εἶχον*, *εἰλόμην*, *χρύσειος*.

Manet igitur dubium sintne in diphthongum iungendae an diaereseos signo distinguendae vocales contiguae vocabuli *Τροίη* multorumque aliorum, e. g. *αἰδοῖος* [4]), *κοῖλος* [5]), *Ἱροῖτος* [6]), *Ἀθηναίη* [7]), *ἐξείης* [8]), *Καδμεῖοι* et *Καδμείωνες* [9]), *Θεῖος* [10]), *κλείω* et *κλειτός* (*Κλεῖτος*,

---

[1]) Ita opinatur A. Platt Journal of Philology 1890, primam autem hexametri syllabam facilius quam ceteras contractionem admisisse observat; cf. pag. 11. Vid. etiam Kühner-Blass I p. 246.

[2]) Urbis regionisque nomen *Τροίη* nihil esse nisi femininum adiectivi *Τρώιος Troianus*, proprium autem urbis nomen esse *Ἴλιος*, et per se intellegitur et accurate expositum est in Etym. M. p. 770, 15 sqq. — Non recte igitur Aristarchus putabat distinguenda esse *Τροίην Troiam* et *Τροΐην Troianam* Λ 129 λ 510.

[3]) Vid. not. 6 paginae praecedentis.

[4]) Solvi potest *αἰδοῖος* locis plerisque, sed in arsi diphthongus *οι* est λ 360 ϱ 578. De hoc adiectivo aliisque cognatis agit Menrad l. l. p. 76.

[5]) Licet scribere *κόϝιλος* omnibus (sexaginta) locis excepto χ 385. Neque sic a veterum grammaticorum opinione discedimus; formam enim trisyllabam Herodianus poscit analogia duce *περὶ μον. λέξ.* p. 20 Dind., probat Apollonius de Pronom. p. 111 *b* de Synt. p. 7 Bekk.; *κοίλος* reperitur Alcaei fr. 15,5 Mimnermi fr. 12,6. Si certum esset, ut est sane veri simile, *κόϝιλος* fuisse primitivam adiectivi formam, id quod collato adiectivo Latino *cavus* multi statuerunt, indo sequeretur non posse contrahi in Homeri lingua vocales *ο* et *ι*.

[6]) Obstat unus versus Ξ 164.

[7]) Quominus *Ἀθηναΐη* scribatur nusquam obstare potest metrum.

[8]) Solvi potest perpetuo; contracta forma *ἑξῆς*, quae hic illic reperitur in Homericis, suspecta est.

[9]) Solus versus Δ 391 repugnat.

[10]) Metrum sinit scribi *Θέϊος* locis plerisque, et suadent formam trisyllabam versuum numeri B 335 N 694 T 279 (vid. tamen Ludwich Arist. II p. 331); repugnant vero B 22 (v. l. *οὐλος*) et formula *Θεῖος ἀοιδός*, pro qua *Θέσπις ἀοιδός* coll. ϱ 385 proposuit Nauck; extat autem locis compluribus l. a. *θῖος* fortasse praeferenda, vid. α 336 δ 17

-κλειτος) [1]), λούσασθαι [2]). Ad quales quaestiunculas dirimendas multum valet metrum; nam si diphthongus e contractione nata saepius in arsi occurrit, unam fuisse syllabam in poetarum lingua inde constat; sin perpetuo in thesi reperitur collocata, ita ut salva re metrica possit dividi in duas syllabas breves, veri admodum simile est poetas utramque vocalem singulatim protulisse. Videantur Nauckii disquisitiones in Mél. Gréco-rom. II-IV. Attamen non usque eo valet haec ratio ut omnes diphthongi, quae in sola thesi locum obtineant, necessario divellendae sint editoribus hodiernis; immo multorum vocabulorum ea est indoles ut quaedam eorum syllabae aut in arsi tantum commode possint collocari aut in thesi, id quod optime demonstravit Ludwich, vid. supra pag. 24. Itaque ut liceat nobis solvere voces quales sunt Ἀτρείδης (cf. § 76), Ὠρίων Σ 486 etc., ἐγχείη, ἀληθείη, πολυκερδείη, σκηπτοῦχος (vid. pag. 40), non satis est observasse metrum nusquam obstare quominus solvantur, sed prius consideranda est ratio qua formatae sunt. Homerum igitur edentibus diaereseos signum non concessum putamus in vocibus αἰδοῖος κοῖλος θεῖος Ἀθηναίη etc., quamquam non negamus fieri potuisse ut divisim tamen eiusmodi diphthongos pronunciarent ipsi poetae eorumque aequales.

A diphthongis modo tractatis, in quibus vocali radicis ita subiunctum est iota ut dubium videatur utrum integras adhuc habeamus syllabas duas an in unam confluxerint, multum discrepant syllabae in quibus contractio id effecit ut novus sonus oreretur, ab utravis vocali, e quibus compositus est, diversus, e. g. diphthongi longaeque vocales ει ευ ου α η ω, ex ε + ε, ε + ο, ο + ο, α + ε, ε + α, α + ο natae, quaeque id genus sunt alia. Huius quoque rei certa exempla in carminibus Homericis non omnino desiderantur, attamen longe plurimae formae, in quibus huiusmodi contractio cer-

---

ϑ 539 ν 27. Sequeremur Nauckium si satis nobis constaret e vocalibus ε + ι contractam esse diphthongum adiectivi, non productioni compensatoriae deberi; δῖος certe ex διϝjος prodiit.

[1]) Si κλείω ex κλεϝ-ίω prodiit, cum adiectivo suo verbali diducatur, id quod perpetuo fieri potest. Sin productio suppletoria peperit diphthongum ει, quod coll. δαίω πλείω etc. putamus, non divellendam esse quivis intellegit; cf. Vogrinz Grammatik d. hom. Dialektes p. 40.

[2]) Si λου- contractum est ex λο(ϝ)ε-, distrahenda est syllaba, idque tantum non omnibus locis fieri sinit metrum; vid. § 295. Sed qui putant ex radice λου natum esse λοῦσαι ut καῦσαι ex καυ-, diphthongum nobiscum relinquent intactam.

nitur, non poetis debentur sed posteris, neque igitur sunt ferendae. Nam de syllabis contractis [1]), quas in nominum verborumque exitu multis locis praebet textus traditus, quomodo sit iudicandum, statim intellegitur postquam observatum est huiusmodi diphthongos vel vocales, contractione procreatas, perpetuo in thesi reperiri nec nisi ante vocabulum a vocali incipiens. Vulgatus textus hic illic sane exhibet formas quales sunt *Ὀδυσῆ ἐμεῦ Αἰνείω* [2]) *μετατρέπῃ ἔπλευ ἐπεφράσω πειρᾷ*, sed si excipimus paucissimos aliquot versus, hac ipsa igitur de causa suspectos [3]), talibus tantum locis eas exhibet, ubi sequitur verbum a vocali incipiens; alias summa constantia dicitur *Ὀδυσῆα ἐμεῖο Αἰνείαο μετατρέπεαι ἔπλεο ἐπεφράσαο πειράεαι*. Hunc morem, ut semel est agnitus, nemo casui tribuet, itaque hoc propositum nobis habemus dilemma:

aut poetae epici contractionem, ab eorum lingua alienam, talibus tamen locis admiserunt quibus necessaria erat ad elisionem vitandam;

aut contractae formae, quas dicimus, non poetis debentur sed postea sunt invectae in textum Homericum ex dialecto Ionica vel Attica.

Utra autem recipienda sit propositio, dubium esse nequit, cum recordamur poetas epicos elisionem haudquaquam refugisse sed summa libertate admisisse, ita ut soni nonnulli, qui apud posteros elisionem non patiebantur, in carminibus Homericis frequenter reperiantur elisi, e. g. *-ι* et *-οι*, vid. § 13. Fieri igitur non potuit ut duriusculum ipsis vatibus videretur *Αἰνεία'(ο)* vel *Ὀδυσῆ'(α)* elisum, neque causa haec existere iis potuit ut formas contractas, quas alioquin spernerent, nonnumquam tamen arriperent; immo pro certo statuere licet ignotas eis fuisse formas contractas, has autem luculenter testari quam multa ex posterioris aevi sermone in textum Homericum irrepserint. Codices e. g. Θ 462 praebent *μνήσῃ ἐμεῦ ὅτι* etc.: ipsius poetae est *μνήσεαι* et *ἐμεῖο*, hoc igitur loco dederat *μνήσε' ἐμεῖ' ὅτι* etc. [4]). — Cf. § 13 et 16.

---

[1]) Sive — quod eodem redit — synizesi contrahendis, vid. § 8.

[2]) Adde formas non contractas sed per synizesin proferendas, qualis est *Πηληιαδέω*.

[3]) Damnandos aut corrigendos esse talos versus, quos suo loco indicabimus singulos, ex aliis praeterea indiciis effici solet.

[4]) In ipsis codicibus verum et alibi tralucet et hoc loco, nam F H[1], testes omnium optimi, exhibent *ἐμεῖο*. Perpetuo autem in perpendenda hac quaestione ante oculos habenda est vetusta ratio scribendi, qua syllabae, quae elidendae essent,

Haec postquam perspeximus, maiore fiducia possunt corrigi alia vocabula, quae in Homericis reperiuntur foede corrupta. Nempe textum carminum epicorum mature invaserunt formae multae nominum verborum particularum, quas offerebat posterioris aevi sermo quotidianus. Sic passim scriptum est ἕως, ubi poeta dederat ἦος (ἄος), e. g. in formula frequentissima (*A* 193 etc.)

ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν.

Ne metrum quidem obstabat igitur quominus talia irreperent. Manifestus hic est error τῶν μεταχαρακτηρισάντων, qui cum signa Attica mutarunt in litteraturam vulgarem, non intellegebant litteras *HEOΣ*, in libris a se inventas, apud Homerum aliud significare quam in Atheniensium scriptis vetustis monumentisve publicis. Nisi in Attica autem nasci vix potuit hoc vitium; item aliorum vocabulorum insolitorum, partim vel portentosorum, origo inde est repetenda; qualia sunt δείους σπείους σπῆι σπήεσσι κρειῶν ἐυρρεῖος ἀκληεῖς

---

plene solebant exarari; vid. § 13. Hoc quoque loco μνήσεαι ἰμεῖο ὅτι olim in libris fuisse intellegitur.

Admodum notabile G. Hermanni hac de re iudicium extat Orphic. p. 722 sq. (anno 1805 prolatum): „Tantum abest ut ultimam syllabam genitivi in -οιο elisam „esse unquam putem, ut eam ne potuisse quidem elidi credam. Vehementer enim „secum ipsi pugnassent Graeci poetae, si formas vocabulorum, ob id ipsum „inventas, ut locum deficientis in versu syllabae explerent, rursus decurtare, quam „communibus formis uti maluissent. Non dixit Homerus

„μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληιάδεω Ἀχιλῆος,
„non, ὃς σί' ἄνευθεν ἰὼν μέγα κήδεται ἠδ' ἰλαίρει,
„non, τῶν δ' ἄλλων οὔτις ἰ' ἀκήδεσεν,
„non, νοστήσας; Ἰθάκηνδε κιὼν Ὀδυσῆι ἐνὶ οἴκῳ | εἶπω,
„non, Ἴρχε', ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι,
„non, εἰπέμεν' Ἀτρεΐδῃ', Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ,

„ut quidam olim legebant; non,

„πῶς δὴ ἐγωγ', ἦ φημι θεάων ἶμεν' ἀρίστη,

„quod nunc quoque in nuperrima, eaque omnium absolutissima, editione [Clarkiana] „relictum video..... Mihi quidem non est credibile ultimam syllabam huius infinitivi „elisam esse, quum sine elisione dicere posset poeta εἶναι..... Non magis adducor ut „σεῖ' Ζ 454 et ἰμεῖ' Ψ 789 atque Ϡ 462 pro σεῦ, ut Clarkius edidit, et ἰμεῦ veras „lectiones esse credam." Etc.

Adversis igitur frontibus inter se pugnant ea quae nos supra exposuimus et quae Hermannus l. l. contendit. Cuius verba licet Spitsner de versu Heroico p. 173 probaverit, hodiernis lectoribus non possunt non absurda videri, nos autem non eo profecto consilio eo attulimus ut manibus viri de litteris Graecis ipsoque Homero egregie meriti proterve illudamus, sed ut clare appareat qua ratione formae contractae unice possint defendi. Quas si quis etiamnunc Homero velit vindicare, Hermanno credat necesse est formas apertas — distractas vocabant veteres grammatici — ob id ipsum esse inventas ut locum deficientis in versu syllabae explerent.

ἀκλειῶς (cf. § 71-73). Nempe veteres cantores δϝέεος σπέ(ϝ)εος σπέ(ϝ)εϊ σπε(ϝ)έεσσι κρεάων ἐυρρε(ϝ)έος ἀκλε(ϝ)έες ἀκλε(ϝ)έως debuerunt dicere ut sibi constarent, neque iusta causa potest indicari cur in his vocabulis deflexerint a legibus sexcentis aliis locis fideliter observatis; si vero Attice haec vocabula proferuntur, fiunt δέους σπέους σπέει σπέεσι κρεῶν εὐρεοῦς ἀκλεεῖς ἀκλεῶς, quae Atticis litteris perscripta in Homerum Atticum metro invito irrepserunt: *ΔΕΟΣ ΣΠΕΟΣ ΣΠΕΕΙ ΣΠΕΕΣΙ ΚΡΕΟΝ ΕΥΡΕΟΣ ΑΚΛΕΕΣ ΑΚΛΕΟΣ.* Postea ut tollerentur haec menda infelix adhibita est medicina; hinc textus exhibet formas supra allatas, quae neque Homericae sunt neque Atticae neque ullius unquam fuerunt dialecti aliunde cognitae, neque inter se consentiunt — modo enim vocalis η modo diphthongus ει ad longam syllabam designandam est usurpata — neque denique in ipsa rerum natura esse possunt. Ex primitiva enim genitivi forma δ(ϝ)έεος nasci potuit δέους, quod Atticorum est, vel δέευς, quod Ionicum fuisse fertur, fortasse etiam δεῖος sine vitio nasci inde potuisset, qualia tamen fide carent; sed δείους (id est δεέεος) non iam Graecum est, licet pro Homerico aliquando habitum sit.

Eadem valent de vocibus κητώεις et ὠτώεις et εὐρώεις (§ 70 et 72), φόως (§ 71), ὄου et ἀδελφειοῦ (§ 59), παρειῶν (§ 56), μυθεῖαι [1]) et νεῖαι (§ 191), aliis. Verborum praesertim flexio huiusmodi messis est feracissima. Ipsi cantores cum dixissent e. g. ἐάω τρόχαον τροπάουσα, quae verba praebebat lingua antiqua, metro invito haec abierunt in Iadis atque Atticae dialecti voces ἐῶ τρόχων τροπῶσα, i. e. *ΕΟ ΤΡΟΧΟΝ ΤΡΟΠΟΣΑ*, si Atticis litteris perscribimus; quae cum in textu Homerico repperissent transcriptores, metro urgente inde fecerunt εἰῶ τρώχων τρωπῶσα, et haec iam extant in manuscriptis quae ad nos pervenerunt, licet longae syllabae εἰ- et τρω- nulla ratione defendi possint. Videantur praeterea quae de *dieclasi* quae dicitur, id est de cognato errorum genere, in § 191 sunt observata, et haec denique vitia, quae ex eodem fonte profluxerunt, indicata sunto: γουνοῦμαι pro γουνῶμαι (*ΓΟΝΟΜΑΙ*), id est γουνάομαι; αἰδεῖσθαι pro αἴδεσθαι (*ΑΙΔΕΣΘΑΙ*). Duplices quoque lectiones σκιόεντα sive σκιόωντα *Α* 157, τροφόεντα sive τροφέοντα γ 290, μητιόεντα sive μητιόωντα δ 227, ὑπόεντα sive ὑπόωντα ζ 87

[1]) Aeque vitiosa sunt μυθέαι σ 180 et μυθέαι β 202, utrobique enim formam μυθέεαι lingua poscit, admittit versus, sed posteriore loco elidenda est syllaba finalis, ex hodierna igitur scribendi ratione μυθέε' est edendum.

huc faciunt; Attice enim si proferimus Atticisque litteris exaramus, fiunt *ΣΚΙΟΝΤΑ*, id est *σκιοῦντα* aut *σκιῶντα*, etc. — Similia valent de locis quales sunt *μ* 210 *εἶλει ἐνὶ σπῆι*, *χ* 460 *εἶλευν ἐν στείνει*: scribe Atticis litteris et habes *ΕΛΕ ΕΝΙ ΣΠΕΙ* et *ΕΛΟΝ* [1]) *ΕΝ ΣΤΕΝΕΙ*, — en emicant ea ipsa quae dederat poeta: *Ϝέλλεν ἐνὶ σπέεϊ* et *Ϝέλλον ἐνὶ στένεϊ* [2]).

Haec omnia qui secum reputaverit, non dubitabit quin formae, quae sine contractione a poetis epicis usurpari soleant, ubi occurrant contractae, hodierno editori sint dissolvendae si per metrum liceat. Licet autem locis longe plurimis, non paucis autem metrum apertas formas non admittit solum sed etiam flagitat; cf. § 2, 147, 191. Quae vero repugnant in nominum flexione perpaucae sunt, suo autem loco recensebuntur infra; in verborum flexione multo plures obstant, quarum pleraeque pertinent ad verba quorum radix vocali *ᾱ* terminatur, rariores sunt quae derivantur a radicibus in vocalem *ē* desinentibus. Veri simile autem est talibus locis poetas formis ad flexionem in *-μι* quae dicitur pertinentibus usos esse, neque igitur *ὁρᾶται ὁρώμενος φιλεῦντας ὠρχεῦντο πονεύμενος* et similia dixisse sed *ὅρᾱται* (*ὅρηται*) *ὁρᾱ́μενος* (*ὁρήμενος*) *φιλέντας ὤρχεντο πονήμενος* etc., nullam igitur in his contractionem fuisse olim. Neque in ipsis carminibus Homericis desunt indicia, quibus haec suspicio possit confirmari; sic participii forma sincera et Aristarcho unice probata *βιβᾱ́ς* (vid. *H* 213 *N* 371 etc.) passim mutata est in *βιβῶν*, et gliscente corruptela *M* 277 in *βοῶν* abiit; eodem errore Zenodotea recensio tenebatur *O* 307. Plura quae huc faciunt videantur § 195. Attamen parum tutum fuerit formas, quales sunt *ὁρᾱ́μενος φιλέντας*, in textum Homericum intulisse; nos certe ausi non sumus, cum praesertim incertum videretur utrum *φιλέντας* an *φιλῆντας* scribendum esset, *ὁρᾱ́μενος* an *ὁρήμενος*, Atticae enim dialecti leges ad hanc quaestionem dirimendam nemo adhibebit.

§ 8. A contractione specie et nomine magis quam re differt *synizesis*. Nempe duae vocales contiguae ubi metri causa intra fines unius syllabae longae coguntur, synizesin pati dicuntur. Quae res

---

[1]) Nam pro Ionica forma *εἶλευν* Atticam *εἶλον* mente nunc substituamus necesse est.

[2]) Levissima enim sunt paragogicum *-ν* in *ἶλλεν* neglectum, et *ἰν* scriptum pro *ἐνί*, ut sexcentis locis aliis; de vitiosa autem forma *ΣΠΕΙ*, quam in Atticis exemplaribus *ΣΠΕΕΙ* olim fuisse credibile est, supra disputavimus.

non magnam habet offensionem ubi vocales ε et ω coniunctim sunt proferendae, si praesertim accedit necessitas metrica; videantur:

ἀλσέων κ 350 (recentissimus locus).

ἐριθηλέων *E* 90.

ἐυϝεργέων δ 695 χ 319 (corrigendum videtur ἐὺ ϝερκτῶν).

κερδέων Φ 164.

πελεκέων τ 578 (= φ 421).

στηθέων *K* 95 (melius placet singularis στήθεος).

τευχέων λ 554.

χαλκεῶνα Φ 273 (poscimus χαλκειῶνα).

ἀστεμφέως δ 419, 459 Hes. Theog. 748 (legatur ἀστεμφές, cf. § 319).

νημερτέως ε 98 τ 269 h. Cer. 71 (legatur νημερτές, cf. § 319).

Non valet metrica necessitas ad tutandam formulam πυρὶ κηλέῳ; quae si in exitu tantum versuum occurreret, tales loci inter versus hypermetros recenseri possent, cf. pag. 11; sed licet versus Θ 235 Σ 346 *X* 374, 512 Φ 435 ι 328 ita claudantur, in alia hexametri sede reperitur κηλέῳ Θ 217, plena autem forma κηλείῳ extat *E* 744. Quapropter videndum an fuerit olim πυρὶ κηλῷ a nominativo κηλός, quo fortasse ducit compositum περίκηλος ε 240 σ 309, non de *igne* tamen sed de *ligno* adhibitum.

Longe plurimae autem formae, quae in Homericis synizesi afficiuntur, pro indiciis textus corrupti vel interpolati sunt habendae. Qualia suis locis notabuntur; vid.:

-έω et -έων in genitivis primae declinationis § 55 et 56.

Βορέης et Ἑρμέης § 58.

χρύσεος etc. § 61.

-εως in „Attica" declinatione § 62.

-εα, -εος, -εᾶς in declinatione tertia § 71 et 73 et 83*.

-ιᾶς et -ιος ibidem § 74.

-εας -έων in declinatione pronominum § 92 et 99.

ἠνώγεα § 225.

-εω- in subiunctivo § 122.

ἕως et τέως § 328.

Praeterea in textu tradito singularia haec offendunt, quae a criticis recentioribus maximam partem probabiliter sunt correcta:

Αἰνέας *N* 541.

Ῥέα *O* 187.

ῥέα *M* 381 *N* 144 (= *T* 263) *P* 461 *T* 101 Hes. Oper. 5.

νέα ι 283. Cf. § 75.
θυρεόν ι 240, 340.
ὄγδοον η 261 (= *ξ* 287).
πλέονες σ 247.
πλέων α 183.
δενδρέῳ (l. a. *δένδρει*) *Γ* 152 Hes. Theog. 583. Cf. § 88[7].
ἑωσφόρος ΨΓ 226.
τεθνεῶτι τ 331.
μεμνέῳτο ΨΓ 361.
χρεώμενος ΨΓ 834.
χρεώ I 75, 197, 608 *K* 43, 85 *Λ* 409, 606 *Σ* 406 *Φ* 322 *ΨΓ* 308 *α* 225 *δ* 707 *ι* 136 *ο* 201. Alias in Homericis extant *χρή* et *χρειώ* (leg. *χρηώ*, cf. § 190), ex altera utra autem forma per errorem prodiisse vocem monosyllabam *χρεώ* intellegitur; *χρή* rescribit L. Meyer Kuhns Zeitschr. VII p. 208.
θεοί Α 18, *θεοῖσιν* ξ 251. — Item *θεῶν* Hes. Theog. 44.

Adde prorsus insolita *δᾱέρων Ω* (762? et) 769 [1]), *ἐπηετανόν* Hes. Oper. 607 (leg. *ἐπηετάν'*), *Ποσειδάων* (*Ποσειδέων*, *Ποσειδῶν*) Hes. Theog. 732.

Multo etiam gravius synizesis officit in duorum vocabulorum comissura, illic enim ut huic licentiae indulgerent poetae metro cogi nunquam poterant; qui igitur in carminibus epicis occurrunt loci ita comparati, ut syllaba finalis cum sequentis vocabuli initio per synizesin confluere debeat, non possunt non esse suspectissimi; sunt autem perquam rari. Nam si mittimus versus *δ* 811 et *η* 89, quos Menrad de Contr. etc. p. 176 et 179 perperam huc refert, hi soli restant in textu tradito, omnes fere sanabiles:

Πηλείδη_ἔθελ' Α 277. Hoc certe vitiosum, nam praecedit syllaba longa, sequitur brevis.
μὴ_ἄλλοι δ 165.
εἰλαπίνη_ἠὲ α 226.
ὄγχνη_οὐ ω 247.
δίσκου_οὖρα v. l. *ΨΓ* 523.
ἐπεὶ_οὐ N 777 *δ* 352 (*λ* 249) *τ* 314 *υ* 227.
ἀσβέστῳ_οὐδ' P 89.

---

[1]) A radicis *δαι*$\digamma$*ερ-δαι*$\digamma$*ρ* forma debiliore ductum esse hunc genitivum collato *θυγατρῶν* (cf. § 79) contendit Ebel, cui assentiuntur Brugmann Gr. Gramm. § 71 Monro[2] p. 89. Qui si verum viderunt, *δαι*($\digamma$)*ρῶν* aut *δαρῶν* est scribendum.

ἐμῷ⏑ὠκυμόρῳ v. l. Σ 458.

ἤ⏑οὐκ *I* 537. Ceteris locis quibus particula ἤ vel ἦ synizesin patitur, nempe ἤ⏑εἰς *E* 466, ἦ⏑(ϝ)ειπέμεναι δ 682, ἦ⏑οὐκ *E* 349 *O* 18 *P* 450 *T* 188 Φ 896 Ψ 670 α 298 β 312 ϱ 376 ω 115, delenda est coll. *H* 448 *K* 160 etc. neque mss. invitis.

δή cum vocali sequenti coalescit *A* 138, 386 *T* 220 ι 311 κ 281 μ 330, 399 ο 477 χ 165; quibus locis δ' scribere praestat, ut alibi in textu Homerico fit, vid. δ' οὕτως (= δὴ οὕτως) *A* 131 *E* 218 *K* 385 *T* 155, δ' αὖτε (= δὴ αὖτε) *A* 340 etc. — Scilicet in dictione epica δή et δέ metro tantum, non sententia, distinguuntur, cf. § 18.

§ 9. Proxime a contractione et synizesi distat *crasis*, quae obtinet ubi sonus finalis cum sequentis vocabuli initio in unam eamque longam syllabam coalescit. A contractione igitur crasis hac re discrepat quod soni, qui confluunt, non uni vocabulo inhaerent sed casu conterminae factae sunt; a synizesi vero scribentis calamo distinguitur tantum, non voce, et multis locis haud facile dixerit quispiam utra ratio scribendi sit praeferenda; vid. exempla craseos quae congessit Blaydes in editione fragmentorum Aristophanis comici pag. x sqq. (1886).

Fieri autem non potuit ut lingua Homerica, quae a contractione esset aliena, crasin appeteret. Ubi enim ne illae quidem concrescunt vocales, quae perpetuo in uno eodemque vocabulo se contingunt, non est credibile sonos, quos syntaxis per brevem temporis particulam iungat, statim in unum esse confluxuros. Sponte igitur quilibet expectaverit fore ut aut nulla in Homericis carminibus reperiantur exempla craseos, aut rarissima; et ita rem se habere inquirentibus apparet. Nam quae sola huc pertinent, haec sunt:

(articulus): τἄλλα *A* 465 (= *B* 428 γ 462 μ 365 ξ 430) et l. a. *N* 510.
οὐμός Θ 360, ὠὐτός *E* 396, ὥριστος *A* 288 *N* 154, 483 *Π* 521 *P* 689 *T* 413 Ψ 536 Ω 384 ϱ 416.

(καί): κἀὐτός Z 260 *N* 734 [1]) γ 255, κἀὐτή ζ 282, χἠμεῖς *B* 238, κἀγώ plerique Φ 108 (recte καὶ ἐγώ Syr.).

(ὦ): ὠρίγνωτε ϱ 375 (id est ὦ ἀρίγνωτε).

[1]) Certe scribendum esset καὐτός, nisi emendari posset locus (vid. infra); quod vero codices plerique h. l. habent κ' αὐτός, id est κε αὐτός, verti nequit, licet Aristarchi auctoritate nitatur.

Alia, quae eiusdem sunt farinae, non nobis corrigenda reliquerunt critici Alexandrini sed ipsi emendarunt. Sic Zenodotus perperam scripserat ὦλλοι *B* 1 *K* 1, ἐμωυτόν *A* 271, ἑωυτήν *P* 551, hodierni vero codices exhibent ἄλλοι, ἐμ' αὐτόν, ἑ αὐτήν (leg. μιν αὐτήν?). In *A* 636 olim male ᾶλλος scribebant quidam pro ἄλλος. Utrum praestaret κἀκεῖθι *Γ* 402, κἀκεῖσε *α* 260, κἀκεῖθεν *Φ* 62, κἀκεῖνος *O* 45 etc. Hes. Oper. 295, an καὶ κεῖθι, καὶ κεῖσε, καὶ κεῖθεν, καὶ κεῖνος, olim ambigebatur, hodieque in mscriptis utrumque reperitur; sed Aristarchus verum indicavit: „τῇ ἐκεῖνος οὐ χρῆται ὁ ποιητὴς εἰ μὴ ἀναγκασθῇ ὑπὸ μέτρου" [1]), quae sunt verba Didymi ad *α* 177. In codicibus non δὴ ἔπειτα *O* 163 etc. scribi solet sed δἤπειτα, quae sitne crasis vocanda an aphaeresis incertum; sed nulla intercedit causa quominus δὴ ἔπειτα (⏑⏓⏑) restituatur. Idem valet de τἠμῇ *I* 564, ubi τῇ ἐμῇ (⏑⏑⏓) est scribendum, nisi quis praeferat τῇ 'μῇ cum aphaereseos signo, cf. § 14.

Particulae ἤν et ἐπήν, quae ex εἰ + ἄν et ἐπεί + ἄν sunt natae, inter craseos exempla sintne referendae necne, dubitari potest, hoc certum est, non tolerandas esse in textu Homerico, cf. § 326.

Nulla est sive crasis sive contractio in pronomine ἅσσα *A* 554 etc., quod ex ἅ-τια prodiit, vid. § 102. Neque crasin perpessae sunt formae προύπεμψε προύτυψαν aliaeque, in quibus praepositio cum augmento syllabico consuevit; minus recte talia scribebantur olim cum coronide, craseos signo, προὔπεμψε etc., nam mera haec est contractio; in Homero autem non ferendam esse hanc contractionem sed προέπεμψε etc. esse scribendum, ostendit PKnight Proleg. p. 101. Qui solus repugnat locus *ω* 360, recentissimus est.

Particulae vero centum locis obviae οὕνεκα et τούνεκα ex Homericis eximi nequeunt; sed ex οὗ et τοῦ + ἕνεκα eas esse conflatas, ut statui solet, veri dissimillimum ducimus, cum praesertim ad earum originem indagandam ab epica forma εἵνεκα (§ 38) sit proficiscendum; quacum diphthongus ου coalescere quomodo potuit? Et quoniam ipsa particulae biformis εἵνεκα - ἕνεκα latitat origo, suspicari licet alia ratione, quae fortasse aliquando indagabitur, nata esse οὕνεκα et τούνεκα [2]); nota autem res est in inscriptionibus

---

[1]) Homero omnino abiudicandas esse formas ab ἐκει- ordientes in § 98 videbimus.

[2]) Extitisse olim particulae εἵνεκα formam alteram ϝἵϝεκα aliis rationibus ductus probare studuit Schulze Quaest. Epic. p. 494-500; quam tamen incertissimam esse coniecturam — neque enim de priore voculae parte neque de suffixi -(ϝ)εκα potestate atque origine quidquam exploratum — ultro confessus est ipse.

et in scenicorum poetarum operibus passim permutatas esse particulas *οὕνεκα* et *εἵνεκα*, quin etiamnunc dubitatur sitne Aristophani comico *εἵνεκα* forma vindicanda an *οὕνεκα* sensu *propter, causa*. Si vero quam maxime constaret, *οὕνεκα* et *τούνεκα* ex (τ)οὗ + *ἕνεκα* prodiisse, aphaeresis haec vocanda esset potius quam crasis.

Haec omnia igitur detrahe: — restant in carminibus epicis ea sola quae supra attulimus craseos exempla: *τἄλλα, οὐμός, ὠὐτός, ὥριστος, καὐτός, καὐτή, χἠμεῖς, ὠρίγνωτε*. Ex his probabili correctione removeri possunt ea quae articulum admistum habent, nempe legendum est *ἠμός, αὐτός, ὄχ' ἄριστος*; ultima autem correctio quam sit necessaria optime cernitur ϱ 416, quo loco praedicati vice fungitur adiectivum *ἄριστος* neque articulum igitur admittit. In voce *ὠρίγνωτε* sive *ὦ ἀρίγνωτε* ipsum nomen gravius etiam displicet quam crasis vel synizesis, quapropter **ὦ ἀμέγαρτε* scribendum videtur coll. ϱ 219. Quaeque iam sola supersunt *τἄλλα καὐτός καὐτή χἠμεῖς* utrum crasin an elisionem admittant incertum [1]), et *τ' ἄλλα* certe codicibus non invitis scribi potest, iusta autem causa cur articuli elisionem omnino refugerint poetae epici excogitari nequit. Voces vero *καὐτός καὐτή χἠμεῖς* erroribus debentur, qui fortasse tolli possunt. Cf. Hermann de particula *ἄν* I p. 175.

In Hesiodeis occurrunt *τὤμισυ* Oper. 559, *κἀκ* Theog. 447 (loco recenti), *κἀν* Oper. 357 codd. aliquot (*καὶ* papyrus aliique), *κεἰς* Oper. 44 (recte *καὶ εἰς* pro *σε κεἰς* Hermann), *τοὺς αὐτῆς* (**Ϝοὺς αὐτῆς*) Theog. 470, *κἀκεῖνος* Oper. 295 (vid. supra).

Apud recentiores poetas sensim increbruit crasis [2]), a Theocrito autem permagna libertate, maiore etiam ab Heroda in Mimiambis est admissa, ut qui dixerint e. g. *χὠκ* pro *καὶ ὁ ἐκ* Theocrit. I 72, *χὤγων* pro *καὶ ὁ ἄγων* Herod. IV 66.

Ionicam dialectum inde a sexto certe saeculo crasin non sprevisse testantur inscriptiones, in quibus *ΩΠΟΛΛΩ* et *ΤΩΙΠΟΛΛΩΝΟΣ* (id est *ὠπόλλω* et *τὠπόλλωνος*) et similia reperiuntur.

III. De apocope, aphaeresi, syncope.

§ 10. Particulae quatuor, *ἀνά κατά παρά ἄρα*, quarum alpha finale ante vocales *elisione*, quae dicitur, obscurari posse per se

---

[1]) Videantur quae apud Kühner-Blass I p. 226 afferuntur ex inscriptionibus: *κοἰνοπίδης, κοὐκ, κἀν*, „wo das *αι* ausgestossen scheint".

[2]) Cf. Hartel hom. Studien III p. 48.

intellegitur (cf. § 18), ante consonas quoque litteras hac vocali saepe carent, et *apocopen* tunc passae esse dicuntur a grammaticis Graecis, qui in phaenomenis linguae epicae explicandis a suo ipsorum sermone proficisci solebant. Parum aptum tamen est hoc nomen ad rem de qua loquimur designandam, nulla enim extat causa cur voculas monosyllabas ἄν κάτ πάρ ἄρ pro decurtatis habeamus potius quam integras suoque iure natas arbitremur [1]). Nulli autem licentiae metri causa indulsisse poetas epicos cum iis uterentur, ex dialectis Boeotica Laconica aliis apparet, in quibus pervulgatae sunt. Exempla apocopes ex Homericis carminibus desumta haec sunt:

πὰρ ξίφεος = παρὰ ξίφεος.
παρθέμενοι = παραθέμενοι.

Praepositionis ἀν(ά) littera consona ante gutturales fit γ, ante labiales μ, litteris ϝ et λ autem assimulatur. E. g.:

ἀγκρεμάσασα = ἀνακρεμάσασα.
ἂμ πεδίον = ἀνὰ πεδίον.
ἀμβαίνειν = ἀναβαίνειν.
ἂμ φόνον = ἀνὰ φόνον.
ἀμμίξας = ἀναμίξας.
ἀϝϝέρυσαν = ἀναϝέρυσαν (vid. § 40).
ἀλλύεσκεν = ἀναλύεσκεν.

Praepositio κατ(ά) post apocopen nonnisi ante litteram θ immutata manet [2]), aliis vero litteris perpetuo assimulatur. E. g.:

κάτθανε = κατάθανε.
κάββαλε = κατάβαλε.
κὰγ γόνυ = κατὰ γόνυ.
κὰδ δέ = κατὰ δέ.
κὰκ κεφαλῆς = κατὰ κεφαλῆς.
κάλλιπον = κατάλιπον.
κὰμ μέσσον = κατὰ μέσσον.
καννεύσας = κατανεύσας.
κὰπ πεδίον = κατὰ πεδίον.
καρρέξουσα = καταρέξουσα.

Ante duas consonantes littera τ non mutatur sed abicitur; nempe in hisce vocabulis:

---

[1]) „Dass man unter allen Umständen die vollste Form der Präposition als die ursprüng-„lichste betrachtet,... ist ein unrichtiger Standpunkt" Brugmann gr. Gramm. § 64,6

[2]) Etiam sequente littera τ immutata maneret, sed nulli vocabulo ab hac littera incipienti praemittitur.

καστορνῦσα = *καταστορνῦσα* ρ 32.
κάσχεθε = *κατάσχεθε* Λ 702.
κάκτανε = *κατάκτανε* Z 161.

Accedit *κακτείνῃ* χ 73 e nostra coniectura, in Hesiodo autem legitur *κακτάμεναι* Scut. 153.

Etiam praepositionis *ὑπό* forma monosyllaba uno loco reperitur, *ὑββάλλειν* = *ὑποβάλλειν* *T* 80, itemque *ἀπ* pro *ἀπό* occurrit uno loco ο 83, *ἀππέμψει* pro *ἀποπέμψει*.

Sed rationem constantem et probabilem in apocope significanda neque codices neque editiones Homeri sequuntur. Nam leges orthographicae, quibus obtemperari solet in edendis scriptoribus Graecis, ferunt ut aut coniunctim *ἀμφόνον ἀμβωμοῖσι καγγόνυ* etc. scribatur, aut, si dirimantur voces, *ἂν φόνον*, *ἂν βωμοῖσι* etc., ne littera *ν* in praepositione *ἀν(ά)* aliis legibus teneri videatur quam in praepositionibus *σύν* et *ἐν*. Sed si uno vocabulo [1]) scribimus *ἀμφόνον*, quidni etiam *ἐκφόνου* et *ἐμφόνῳ* aliaque id genus plurima, quemadmodum Athenienses olim exarare solebant e. g. *εγβολεσ* i. e. *ἐκ βουλῆς*, *εστελει λιθινει* i. e. *ἐν στήλῃ λιθίνῃ* [2])? Omnino vero sic obtemperandum erit Aristophani grammatico *ἐνιμμεγάροισι* scribi iubenti (vid. § 26). Divisim autem si edimus *ἂμ* (*ἀμ*) *φόνον*, *κὰγ* (*καγ*) *γόνυ*, quemadmodum hodie fieri assolet, nulla est causa quominus aliarum quoque vocum littera finalis assimulatione mutetur, itaque in textum Homericum invehenda vel potius ex monumentis publicis restituenda videntur *ἐμ φόνῳ*, *σὺμ φόνῳ*, *τὴμ πόλιν*, *τὴγ κούρην* multaque alia huiusmodi [3]). Quam libere autem assimulatio — si minus in libris, at in ore certe gentis Graecae — olim grassata fuerit, luculenter ostendit lex Gortynia, in qua legitur e. g. *ὀπόκα τιλ* (= *τις*) *λῇ* et *πατρὸδ* (= *πατρὸς*) *δῶντος*. Alia vid. apud Kühner-Blass I p. 267 infra.

Sed utraque via nimis longe discedit a ratione hodierna, et magnas molestias sine vera utilitate hic videmus paratas. Restat tertia

---

[1]) In codicibus praepositiones, etiam disyllabae, passim vocabulo sequenti sine proprio accentu praefiguntur.

[2]) Plurima quae huc pertinent congessit Meisterhans Grammatik d. att. Inschriften[3] p. 81 sqq. — Notatu est dignum, Athenienses modo *εστηλη* modo *εσστηλη* modo *εισστηλη* (cum vocalis productione suppletoria) scripsisse in monumentis publicis recentioris aetatis, vid. ibid. p. 86 n° 833. Haud aliter Zenodotus aliique *ἀδδύεται* *N* 225, *πασσυδίῃ* *B* 12, *ἀ(σ)στήσων* *K* 32, *ἀ(σ)στήτην* *Λ* 305, *ἄ(σ)στησον* *K* 176, *ἀ(σ)στήσασθαι* *B* 694 scribebant vel potius in libris suis scripta inveniebant, cf. La Roche Textkritik p. 394 sq., Ludwich Aristarch. I ad locos laudatos.

[3]) Cf. Meisterhans l. l. p. 85.

via, eaque satis tuta, quae fortasse ingredienda nobis fuerat. Nempe si praepositiones, quae apocope imminutae esse dicuntur, eadem lege adstringentur quae in ceteris observari solet, ut litterae earum finales non nisi in compositis vi syllabae sequentis mutentur, tandem aliquando regnabit aequabilitas. Itaque *ἂν φόνον, κὰτ γόνυ, κὰτ κεφαλῆς, κὰτ πεδίον* scriptum malimus, licet nihil novi moliti simus ipsi. Invitis autem grammaticis Aristarcheis ita scripserit quispiam, hi enim ex magistri sui auctoritate *ἄμ βωμοῖσι, ἄμ πεδίον, ἄμ πέλαγος, ἄμ πέτρῃσι, ἄμ φόνον* edi iubent „*διὰ τοῦ μ̄*", vid. Didymus et Herodianus ad Θ 441 ε 156 ε 329 sq.; utrum tamen coniunctim exaratum *ἀμβωμοῖσι* an divisim *ἄμ βωμοῖσι* iis melius placuerit, pro certo effici nequit [1]). At eidem Aristarcho tribuuntur lectiones *ἀνξηράνῃ* Φ 347, *ἀνλέξαι* Φ 321, *ἀνλύεσκον* τ 150, „*διὰ τοῦ ν̄*", unde melius etiam apparet quam fluitantia et incerta sint omnia quae huc pertinent.

Cum praecedenti quaestione cohaeret alia, quae aliquanto est gravior. Nempe formae *ἄν κάτ πάρ ἄρ* veteribus grammaticis truncatae videbantur, itaque talibus demum locis Homericis eas agnoscebant ubi sequitur consonans; ubi vero sequitur vocalis, elisionem perpessas dicebant. Nos vero, qui non decurtatas eas ducimus sed integras, nostro iure rogamus quidni etiam ante vocales potuerint usurpari, et quam recte igitur *παρ' ἐμοί* et similia signo elisionis ornentur? Nam si breviores praepositionum formae nisi e disyllabis nasci non potuerunt, consentaneum est ut etiam voculae *ἐν* et *πρός* ex *ἐνί* et *προτί* originem duxerint, et ratio igitur fert ut ne has quidem toleremus ante vocalem, sed addito signo elisionis *ἐν'* et *προτ'* (vel *ποτ'*) edamus ubicunque id sinat metrum. Quae tamen ratio non est probanda; nam cum reputamus in inscriptioni-

[1]) Iniuria enim cum Lallochio Textkritik p. 190 ad hanc quaestionem dirimendam attulerit quispiam Herodiani verba e schol. A ad Θ 441 (= Etym. M. 81, 15): *ἀμβωμοῖσι*] *Χρύσιππος ὑφ' ἓν προφέρεται, ὁ μέντοι Ἀρίσταρχος δύο μέρη λόγου παραλαμβάνει καὶ προπεριισπᾷ. χρὴ μέντοι γινώσκειν ὅτι διὰ τοῦ μ γράφεται κἂν παράθεσις ᾖ, ὁμοίως τῷ ἄμ φόνον ἂν νίκυας.* Hinc non discimus Aristarchum *ἄμ βωμοῖσι* legisse, Chrysippum *ἀμβωμοῖσι*, sed alia de hoc loco inter grammaticos lis agebatur, ut ostendunt Didymi ad eundem locum notulae: „*οὕτως Ἀρίσταρχος, βωμοῖσι. — ἐν τοῖς Διογένους ἀμβώνεσσι.*" Docuit igitur Aristarchus praepositionem *ἀνά* cum substantivi *βωμός* dativo hoc loco legi, obloeutus iis qui a vocabulo insolito *ἀμβωμός* (*ἄμβωμος*?) vel *ἀμβών* derivabant hunc dativum; utrum vero duas voces an unam efficerent litterae *ἀμβωμοῖσι*, ea de re eum disceptasse neque hinc apparet neque veri simile est: „war doch dazumal „scriptio continua, und *ἀμβὼμοῖσι* konnte so oder so aufgefasst werden" Kühner-Blass I p. 178.

bus formas disyllabas vix usquam reperiri ante vocalem collocatas, intellegimus sonum finalem -ᾰ -ῐ -ο parum firmum fuisse et sine detrimento potuisse abici. Et in compositis certe vocalis ista funditus interiit, ne vestigio quidem relicto ullo: nonne melius est igitur dicere, inde ab initio ne adfuisse quidem? non ex παρα-ἔχω — παρ'-ἔχω natum esse παρέχω, sed voces, quae in unam coniunctae sunt, integras adhuc superesse ambas, πάρ et ἔχω? Sic demum intellegitur cur vocalis -ῐ, quae elisionem non solet admittere, ne in posterioris quidem aevi dictione obstiterit quominus ἀντέχω ἐπέχω etc. dicerentur.

Ergo ratio eo ducit ut una voce scribamus παρεμοί, quemadmodum una voce editur παρέχω; neque lapidibus codicibusve invitis id fecerimus. Recte quoque παρ ἐμοί aut — si quis mavult addito accentu — πὰρ ἐμοί scribi posse videtur; sed non videtur credibile in ipsorum Graecorum ore vocalem aliquam, quantumvis furtivam, inter litteras ρ et ε intercessisse, minus recte igitur addi solet apostrophus, quae significat syllabam finalem non recisam esse sed obscuratam tantum et extra versus numeros positam.

Itaque res huc redit: monosyllabae praepositionum formae apud Homerum et in complurium dialectorum inscriptionibus cum ante vocales reperiuntur tum ante consonas; apud Atticos vero non nisi ante vocales admittuntur, et tunc — minus recte tamen — elisionem perpessae esse dicuntur.

§ 11. Coniunctionis ἄρα ἄρ extat tertia forma ῥα (enclitica), quae *aphaeresi* imminuta esse dicitur, abrepta nimirum vocali unde initium habet. Rectius tamen formas gemellas ἄρ · ῥα cum *metathe-seos* quae dicitur exemplis (vid. § 39) composueris et ex indole litterae rho explicueris; credibile autem est ex forma ἄρ (ϝ) ceteras prodiisse, etiam compositum γάρ (γε-ἄρ), cf. Brugmann Griech. Grammatik § 23, 2 et § 201, 1.

Occurrunt igitur in textu tradito quinque formae ἄρα, ἄρ', ἄρ, ῥα, ῥ', quarum tamen secunda fortasse delenda est propter ea quae modo in hac § et in praecedenti observavimus.

E. Hiller in Herm. 1886 p. 563 observavit vocalem ῥα exceptis paucissimis versibus (*E* 15 *Λ* 249 *N* 410 *Ξ* 511 *Π* 820 *P* 200 *X* 400 *o* 60 *χ* 408 *ψ* 501 h. Ap. 190) post monosyllaba tantum occurrere aut post ὅ(τ)τι vel ἐπεί (id est ὅ-τι et ἐπ-εί). Quam rem casui nemo tribuet, licet causam neque ille attulerit neque nos indicare possimus.

De augmento verborum aphaeresi obnoxio vid. § 130, deque aliarum vocalium aphaeresi cf. § 14.

§ 12. In quibusdam vocabulis deprehenditur *syncope* sive brevis soni suppressio; quales voces non in lingua poetarum extitisse imminutas, sed ab ipsis vatibus metro cogente vel suadente ita esse pronunciatas ut ex duabus syllabis una fieret, veri est simillimum, fortasse certum. Syncopen passa sunt haec vocabula:

τίπτε (*τίπτ'*, *τίφθ'*) = *τί ποτε*.

πρόχνυ *E* 570 *Φ* 460 *ξ* 69 = *πρὸ γόνυ*.

γνὺξ (*ἐριπών*) *E* 68, 309, 357 *Θ* 329, 355 *Υ* 417 = *γόνυξ*.

γλακτοφάγων *N* 6 = *γαλακτοφάγων*.

γλάγος *B* 471 (= *Π* 643), *περιγλαγέας* *Π* 642.

πλοχμοί *P* 52 = *πλόκαμοι*. De hac voce vid. infra.

πότνα (*θεά*) *ε* 215 *ν* 391 *υ* 61 h. Cer. 118 = *πότνια*, quam formam trisyllabam, aliis locis multis obviam, his quoque praebent codices complures, neque id absurde, si *πότνϳα* recitetur. Multi dubitant num verum hoc sit syncopes exemplum (vid. Ebelingi Lexicon Hom. s. v.), nobis tamen videtur, nam ab integra forma non afuisse litteram iota cum ratio docet, ducitur enim a stirpe *ποτι* (*πότις* i. e. *πόσις*), tum efficitur ex composito *δέσποινα* i. e. *δεσποτνϳα*.

κάμμορος *β* 351 *ε* 160, 339 *λ* 216 *υ* 33 = *κακόμορος*. Recte Hesychius et Eustathius periphraseos loco ponunt *κακόμοιρος*. Ex *κατάμορος* (vid. Ebelingi Lexic. s. v.) natum esse vix videtur credibile, licet vehementer commendet hanc explicationem substantivum *καμμονίη* i. e. *καταμονίη*. Similis est adiectivi *κρᾰταιγῠ́ᾰλος* *T* 361 condicio, quod pro *κραταιογῠ́ᾰλος* metro urgente dictum esse veri multo similius est quam locativum quendam in priore huius compositi parte latitare (cf. § 48).

Quod admodum est notabile, nonnullae harum vocum aut tantummodo (*πρόχνυ*, *γλακτοφάγων*, *πλοχμοί*) aut potissimum (*τίπτε*) versuum initio sunt adhibitae; cf. pag. 8 et 11 [1]).

Etiam vocabula quaedam, in quibus duae syllabae simillimae in unam confluxerunt euphoniae causa, huc referenda videntur; nempe

---

[1]) De Romanorum hexametris a procelensmatico incipientibus, qualis foret versus Homericus *τίπτε δεδάκρυσαι*, vid. Christ Metrik[2] § 183. E. g. *capitibus*' Ennius dixit versus initio apud Gell. XIII 20, 13; cf. praeterea Verg. Aen. VIII 599 XII 905.

epitheta *μώνυχες* (*ἵπποι*), id est *μουνώνυχες*, et *κελαινεφής*, id est *κελαινονεφής*. Quamquam utramque originationem viri docti addubitarunt. Et suspecta sane est longi soni *ου* suppressio in voce *μουνώνυχες* (nam brevior adiectivi forma *μόνος* vix est Homerica, vid. § 38), quare non displicet Doederlini coniectura, ex *ὁμώνυχες* esse ortum hoc adiectivum; de Saussure autem Wackernagel G. Meyer[1] p. 184 alii putant olim fuisse *σμῶνυξ* i. e. *σ(ε)μ-ωνυξ* (cf. § 91), „indes „zur Bezeichnung der Einheit dient in solchen Kompositionen nicht „dieser Stamm sondern *μόνος*" (Kühner-Blass I p. 285). Temere vero negavit Herodianus in voce *κελαινεφής* syncopen esse, a *φάος* repetens ipse, vid. Etym. M. 502, 2 (Ebeling Lexic. s. v.).

Etiam *τράπεζα*, id est *τετράπεζα*, huc pertinet, itemque *τρῦφάλεια*, si quidem hoc nomen idem quod *τετράφαλον* (*M* 384 *X* 315) significare viri docti iure statuerunt [1]), vid. Helbig hom. Epos p. 209, Brugmann Gr. Gramm. § 59. Nec non adiectivum *θάρσῦνος* iure huc rettulisse videtur L. Meyer, a *θαρσόσυνος* repetens.

Contra in Homericis dicitur *ἀμφιφορεύς*, qui apud posteros *ἀμφορεύς* audit, *amphora*.

Nulla est syncope in nomine obscuro *Μολίονε Λ* 709, 750, de quo hoc unum certum est, non fuisse olim *Μολιονίονε* id est *Moliones filios*, nam matris nomine in dictione epica filios non designari vere observavit Aristarchus; vid. Aristonicus ad utrumque locum. Neque vocem *αἰπόλος* ex *αἰγ(ι)πόλος* contractam esse sed a stirpe *ἀϝι- = ὀϝι-* ductam esse et idem igitur quod *οἰοπόλος* primitus significasse (*opilionem*) demonstrare studuit G. Meyer [2]).

Syncopae opposita est *anaptyxis* vel *epenthesis* quae dicitur, id est insertio brevis soni, plerumque *ε*, rarius *ᾰ*, *ῐ*, *ο*. Cautius tamen de vocabulis, quae huc pertinent, ita loquemur, ut dicamus radicis ampliorem et breviorem extare formas, utra autem natu sit maior, id in plerisque vocibus effici non posse. Exempla haec sufficient:

ἀλ(ε)γ: *ἀλέγω*, *ἀλεγίζω*, *ἀλεγύνω*, *δυσ-ηλεγής*, *ταν ηλεγής* (?). — *ἄλγος* *ἀργαλέος* (id est *ἀλγαλέος*).

ἀφ(ε)ν: *ἄφενος*. — *ἀφνειός*.

ἀν(ε)θ: *ἀνήνοθε* (vid. § 149). — *ἄνθος*.

[1]) An cognatum est *κεκρῦφαλος X* 469?

[2]) Vid. Leaf ad *B* 474. Eademne vocis *αἰγύπιος* est ratio, qua designari videtur praegrande illud vulturum genus quod agnis praesertim insidiatur (*lammergier*)? Quamquam hoc certe vocabulum etiam ex *αἰγι-γύπιος* facile potuit nasci.

ἀλ(ε)κ: ἀλέξω. / ἀλκί, ἀλκή, ἀλαλκεῖν, ἄλκιμος.

ἀρ(ε)π: ἀνηρέψαντο. / ἅρπυια, ἁρπάζω.

τ(α/ε)λα: τάλας, ταλάϝρινος, ταλασίφρων, τελάμων. / ἔτλην, τλήμων, πολύτλας, Ἄτλας.

ποιμ(α/ε)ν: ποιμαίνω, ποιμένα. / ποίμνη.

ἀν(ε/ο)ρ: ἀνέρες etc., ἀγηνορίη. / ἀνδρός, ἀνδράσι. Plura quae huc pertinent vid. § 79.

δ(ε/ο)μ: δέμω, δόμος. / μεσόδμη.

δ(α)μ: δάμνημι. / ἀδμής.

φ(ε/ο)ν: φόνος, φονεύς. / ἔπεφνον.

τ(α/ε/ο)μ: τάμνω, τέμενος, τομή. / ἔτετμον.

κ(ε)λ: κέλομαι etc. / ἐκέκλετο. Alios huiusmodi aoristos habes § 149 not. 2.

Etiam illud πλοχμός — πλόκαμος, quod supra tetigimus, huc pertinet; nam forma disyllaba licet uno tantum loco occurrat, rite tamen formari potuit a radice verbi πλέκειν cum suffixo -μος, in trisyllaba vero forma, quae multo est usitatior, abundat vocalis ᾰ, quae ex liquida μ veluti excrevit. Quapropter videndum est an pro πλοχμός potius πλογμός scribendum sit, quemadmodum πυκνός sive πυκινός dici solet; adspirationis enim quae sit causa non satis apparet [1]).

Commemorandum etiam hoc loco est participii suffixum -μενο, cuius brevior forma reperitur in vocibus Homericis βέλεμνον et κρήδεμνον, i. e. βέλε-μνον et κρη-δε-μνον, quae proxime a participiis distant. Cognatae sunt voces μέριμνα (i. e. μερι-μνα), ἀτέραμνος (i. e. ἀ-τερ-ϑ-μνος, cf. ἀτειρής), νώνυμνος (i. e. ν-ωνυ-μνος), ἀπάλαμνος (i. e. ἀ-παλαμ-μνος) [2]).

---

[1]) Post syncopen vero adspirationi suus locus est; cf. φροῦδος, φροίμιον, ϑράττειν, ἐξαίφνης, αὐϑεντής, αἰχμή (= ἀκμή), πρόχνυ, -φρίσϑαι (i. e. παρίσϑαι) etc.

[2]) Prorsus vero diversa est origo adiectivorum, quae primo adspectu similia praecedentibus videri possint:

ἐρεμνός — ἐρεβεννός, i. e. ἐρεβ-νός et ἐρεβεσ-νός.

ἠρεννός — ἠρατεινός, i. e. ἠρασ-νός et ἠρατεσ-νός.

Artissime denique *metathesis* quae nomine minus apto vocatur (vid. § 35) cum rebus quas tetigimus cohaeret. Sic in adiectivo verbali *βροτός* nulla est vocalis cuiusdam transpositio, sed *syncopen* potius passa est radix *μερ*, fit igitur *μρ* (*mr̥*), adiectivum autem *μρτός* in hominum ore factum est (*μ*)*βροτός* [1]), quae vox cum dativis *πατράσι ἀνδράσι*, i. e. *πατρσι ἀνδρσι*, est comparanda.

IV. De elisione.

§ 13. Pervulgata in Homericis est elisio, et magna cum libertate hoc adminiculo utuntur poetae ut syllabis supervacaneis exonerent suos hexametros. Nempe non solum vocales *-ᾰ -ε -ο* in nominum verborum particularum fine collocatae extrudi solent, qui mos postea permansit [2]), sed praeterea in poesi epica elisionem admittunt

1) vocalis *-ι*.

2) diphthongus *-αι* in verborum terminis *-μαι -(σ)αι -ται -ᾰται* (*-νται*, cf. § 119), *-μεναι* (cf. § 125), *-σθαι*.

3) diphthongus *-οι* in dativo singulari pronominum personalium (§ 92): *μοι, σοι* sive *τοι, ϝοι*.

Termini *-ι(ν)* et *-ε(ν)*, sive innatam habeant litteram *ν* sive ex analogia additam [3]), paragogica illa littera haud raro ante vocales carent et tunc eliduntur [4]). E. g.:

μνησατῆρσ' pro *μνησατῆρσιν*.
ἦμ' pro *ἦμιν*, vid. § 92.
τοσσάχ' pro *τοσσάκις*, vid. § 28.
κ' pro *κεν*, vid. § 326.

De singulis iam videbimus. Et primum quidem de elisione vocalis *-ι*; cf. van Leeuwen Mnemos. 1885 p. 188 sqq., Menrad de Contr. etc. (1886) p. 71 sqq. — Quae in Atticis litteris raro admodum

---

[1]) Cf. e. g. *νύ(σ)ος nŭrus*, gall. *bru* (i. e. *nru*).

[2]) Quae huc faciunt congesta habes apud Kühner-Blass I p. 233 sqq. — De elisione vocalis *-ο* infra saepius sermo erit; vid. de genitivis in *-οιο* § 59, de genitivis in *-ε(ι)ο* § 92, de secundis personis medii in *-ο* § 117. De elisione pronominis *ϝε* vid. § 92. De accusativo *Ζῆνα* in fine versuum fortasse nonnumquam eliso cf. § 80.

[3]) Vid. Brugmann Gr. Gramm. § 64 anm., Kühner-Blass I p. 292 sqq.

[4]) Non sine exceptionibus quibusdam hoc valet. Ablativi terminus *-θεν* (§ 47) litteram *ν* apud Homerum in nominibus stabilem, in adverbiis mobilem habet. In instrumentalis termino *-φιν* (§ 46) mobilis est littera *ν*, sed non eliditur *-φι* (exc. *νόσφ' ἑ* 7); pronominis vero dativus *σφιν* passim elisus reperitur, item dativi *ἄμμιν* (*ἦμιν*) et *ὔμμιν* (*ὑμιν*). Has formas et tertiam personam *ἐστί(ν)* si excipimus, syllaba *-ι(ν)* perpetuo antecedentem habet litteram *σ*.

elidi solet [1]), in Homericis vero tam frequenter expellitur ut duae tantum voculae *περί* et *τί* (*τι*, *ὅ(τ)τι*) omnino stabilem eam habeant [2]). Singula quae huc pertinent enumerare longum et inutile; prae ceteris vero notatu digni sunt loci Homeri quibus iota finale *dativi singularis* eliditur; haec enim syllaba in lingua epica est *anceps*, (cf. § 15, § 19, § 65), et minus aptam igitur eam dixerit quispiam quae in umbra syllabae sequentis delitescat. Aliter tamen iudicarunt ipsi poetae, qui syllabam finalem *-ĭ* eodem iure habuerunt atque *-αι*; ambae iis modo longae sunt, modo in hiatu corripiuntur (cf. § 14 et 15), modo eliduntur, neque rarius ante breves quam ante longas syllabas eliduntur. Et de syllaba *-αι* quidem infra agemus, syllabam *-ĭ* vero potuisse elidi testantur loci sequentes, qui tantum non omnes extra controversiam sunt positi:

ἀσπίδι: *ἀσπίδ' ἔνι κρατερῇ* (v. l. *ἀσπίδι ἐν*) *Γ* 349 *P* 45; *ἀσπίδ' ἐνιχριμφθείς* Ar. *H* 272 (*ἀσπίδι ἐγχριμφθείς* codd. plerique).

κερκίδι: *κερκίδ' ὕφαινε ε* 62.

δαιτί: *δαιτὶ δ' ὅτε Δ* 259.

Αἴαντι: *Αἴανθ' ὑψίζυγος Λ* 544; *Αἴανθ' ὃς βελέεσσι Λ* 589 (*Αἴαντος* Zenod.).

δαμέντι: *δαμέντ' Ἀχιλῆος Π* 854.

ἑλθόντι: *ἑλθόντ' ἀλλὰ β* 250.

Ϝανάσσοντι: *Ϝανάσσοντ' Ἀργείοισι υ* 240 (hic tamen fortasse *-ντα* intellegi voluit poeta).

ἧματι: *ἧματ' ὀπωρινῷ Π* 385.

ἴθματι: *ἴθμαθ' ὁμοῖαι Ε* 778 (dubitari potest an *ἴθματα* pluralem, dederit poeta; est vox *ἅπαξ εἰρημένη*).

ὄρνιθι: *τῷ ὄρνιθ' Ὀδυσεύς Κ* 277.

μάστιγι: *μάστιγ' αἰὲν ἔλαυνε Ψ* 500 (codd. *μάστῐγι δ'*, *μάστῐγα δ'*, *μάστι δ'*, male omnia, cf. *μάστῐγα* vs. 510 et vid. infra).

κήρυκι: *κήρυκ' Ἠπυτίδῃ P* 324.

αὐχένι: *ἐν αὐχέν' ὄπισθε N* 289.

θινί: *θὶν' ἔν(ι) φυκιόεντι Ψ* 693.

Ποσειδάωνι: *Ποσειδάων' οὐδὲ Ω* 26.

ἀστέρι: *ἀστέρ' ὀπωρινῷ Ε* 5.

---

[1]) Praepositiones enim (*ἐπί ἀντί ἀμφί*) minus huc pertinent, vid. quae pag. 55 de *apocope* observavimus.

[2]) De praepositione *περί* cf. § 316, de *ὅτι* vid. § 103.

θυγατέρι: *θυγατέρ' ἰφθίμῃ* κ 106 *o* 364.
Ἕκτορι: *ἅμ' Ἕκτορ' ἴσαν M* 88, *Ἕκτορ' ἐπαΐσσων* Ψ 64 [1]).
χειρί: *χείρ' ἐπιμασσάμενος* ι 302 τ 480.
Ὀδυσῆι: *Ὀδυσῆ' ἀσπαστὸν* ε 398 ν 35. — Cf. § 76.
Ἴσχυϊ: *Ἴσχυ' ἅμ' ἀντιθέῳ* h. Ap. 210.

Hactenus certa et explorata sunt omnia [2]); accedunt minus certa quaedam vel dubia:

λιπί: *λίπ' ἐλαίῳ* [*K* 577] Ξ 171 Σ 350 *γ* 466 κ 364, 450 ζ 96, *λίπ' ἄλειψε* ζ 227. Verborum dispositio docet voces *λίπ' ἐλαίῳ* non esse distrahendas, dativum igitur esse *λιπί* nominis alibi non obvii *λίψ*, neque ulla est causa cur adverbium *λίπα* hic agnoscamus, etsi apud Thucydidem I 6 § 5 et in Hippocrateis id reperitur. Verum viderunt Buttmann et Kühner, licet non assentiatur Blass in Kühner-Blass I p. 461.

μάστακι: *μάστακ' ἐπεί I* 324; sic saltem Apollonius in lex. s. v. locum accepit (i. e. *rostro*), quocum consentire Plutarchum Mor. p. 494 et 805 acute observavit Tollius in editione sua. Veterum tamen lectio erat *μάστακα*, eamque glossographi ridicule interpretabantur *locustam*, Theocritus de *esca* in universum accepit (vid. Idyll. XIV 39 *μάστακα δοῖσα*), item Aristarchus, cf. *δ* 287. Fortasse praestat accusativus, sed *rostrum*, non *escam* significat vocabulum.

ἑνί(?): *ἓν' ἥματι K* 48 ex Barnesii emendatione, ubi codices habent *ἐπ' ἥματι*, Aristarchus *ἐν ἥματι* dedisse fertur. Coll. Z 422 (*ἰῷ ἥματι*) Barnesii correctio certa videtur, ex Hesychio autem et Suida, ubi haec locutio redditur verbis *ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ*, fortasse efficere licet Aristarchi quoque lectionem fuisse *ἓν'*(*ι*), non *ἐν*. — Redit error *β* 284, bene vero habet *ἐπ' ἥματι T* 229 *μ* 105 *ξ* 105.

Praeterea catalogo, quem instituimus, addendi sunt versus, ubi codices praebent dativum a nominativo in *-ος* vel *-ης* vel *-ις* vel *-υς* vel *-ας* ductum, qui in *-ει* vel *-αι* excurrit, e. g. *ἔγχει ὑπερμενεῖ πόλει πήχει δέπαι* [3]). Nam talibus locis mos, qui hodie regnat in

---

[1]) Fortasse haud inutile fuerit observasse, in versu *γ* 469 *Νέστωρ'* esse *accusativum*.

[2]) Etiam apud recentiores iota dativi interdum elisum reperitur, e. g. Anacreont. fr. 17 *παῖδ' ἀρρῇ*, Pind. Isthm. II 12 *ἀγνῶτ'*(*ι*) *ἀείδω*, Sophocl. (?) epigramm. apud Athen. XIII 604*f* *σοὶ δὲ φιλοῦντ' ἐτέραν*, Mosch. IV 85 *ἐμῷ ὑπὸ ἧπατ' ἔχουσα*. Quales tamen rarissimi sunt loci. Ex inscriptionibus metricis afferimus CIA. 373 (VII saec.) *Παλλάδι Ἀθηναίᾳ*, CIG. 175 (= Kaibel Epigr. 26, saec. VI) *σώματι ἐκείνων*, Kaibel 53 (IVI saec.) *γυναικὶ ἀθλίᾳ*.

[3]) Ex his longe frequentissimi sunt dativi a nominativis in *-ος*; sic *ἔγχει* ante vocalem reperitur his locis: *H* 289 *ἔγχει Ἀχαιῶν*, *K* 348 *ἔγχει ἐπαΐσσων*, Ξ 38 *ἔγχει*

orthographia, fert ut apostrophi signum exaretur loco litterae iota, quae syllabam iam non efficiat; nempe illud *-ει* vel *-αι* tantum non omnibus locis [1]) in thesi et ante vocalem est collocatum brevemque efficit syllabam, itaque metrum certe non obstat quominus *-ἐ'(ι)* et *-ἀ'(ι)* scribatur. Neque ita scribendo quicquam novamus, licet textus traditus repugnare videatur; nam litterae *ΕΓΧΕΙΑΧΑΙΩΝ* (*H* 289), ut hoc exemplo utamur, utrum *ἔγχει Ἀχαιῶν* significarent an *ἔγχεϊ Ἀχαιῶν* sive *ἔγχε' Ἀχαιῶν*, id olim ne poterat quidem effici. Nempe vocales, quae elidendae essent, plene tamen perscribi solebant antiquitus; et licet magnam veterum hac in re inconstantiam testentur inscriptiones [2]), tales tamen vocales vel diphthongi, quarum difficilior rariorve esset elisio, vix unquam a lapidariis vel librariis omittebantur. Eundem igitur morem in libris Homericis ante Aristarchum obtinuisse certum est, eiusque vestigia etiamnunc agnoscimus *Υ* 259, ubi olim fuit *ΣΑΚΕΙΕΛΑΣΕΟΒΡΙΜΟΝΕΓΧΟΣ*, quas litteras Aristarchus interpretabatur *σάκεϊ ἔλασ' ὄβριμον ἔγχος*, in hodiernis vero codicibus legitur *σάκει ἤλασεν ὄβριμον ἔγχος*, id quod praeferendum esse videtur (*σάκε'* igitur). Eadem res imposuit Aristarcheis (ipsique Aristarcho??) *Σ* 458, ubi *νίεϊ ἐμῷνυμόρῳ* recitare iubemur crasi vel synizesi inaudita et intolerabili (*-ῳ ῷ-*), veram lectionem *νἱ' ἐμῷ ὠκυμόρῳ* soli Vind. et Stuttg. codices servant [3]). Item lectionis varietas *Ψ* 500, ubi pro *μάστιγ'(ι)* codices offerunt *μάστιγι δ'*, *μάστιγα δ'*, *μάστι δ'*, hinc originem cepit; erat olim *ΜΑΣΤΙΓΙΑΙΕΝΕΛΑΥΝΕ* [4]). Alium errorem huc pertinentem correxit Aristarchus *H* 272, *ἀσπίδι* (i. e. *ἀσπίδ'*) *ἐνιχριμφθείς* poetae vindicans pro vulgato *ἀσπίδι ἐγχριμφθείς*, vid. supra.

ἰρειδόμενοι, *Ξ* 403 *ἔγχει ἐπεί*, *Ξ* 483 *ἔγχει ἐμῷ*, *Γ* 465 *ἔγχει ἀφορμᾶσθαι*, *Υ* 49 *ἔγχει ἰρειδομένοι*, *Υ* 218 *ἔγχει ἐγώ*, *κ* 170 *ἔγχει ἰρειδόμενος*, *ξ* 220 *ἔγχει ἕλεσκον*. Reliqua quae supra attulimus vocabula sequentibus locis extant: *ὑπερμενεῖ Α* 727, *πάλει Κ* 686 etc. (cf. § 74), *πήχει φ* 419, *δέπαϊ Ψ* 196 *κ* 316.

[1]) Cunctos locos qui huc pertinent (sunt fere sexaginta) collegit Menrad de Contr. p. 71 sqq.; paucissima autem vocabula quaedam, quae diphthongum *-ει* (*-η -ῑ*) vel *-αι in arsi* collocatam habent, e. g. *φάει Γ* 647, suo loco tangentur, vid. § 71, 72, 73, 74, 75, 76.

[2]) E. g. in fine epigrammatis bustrophedon scripti, quod omnium fere quae in Attica hactenus reperta sunt antiquissimum est (CIA. I 463, Kaibel Epigr. 1, Roberts Epigraphy p. 76) legitur *ΝΕΣΘΕΚΕΠ | ΙΠΡΑΙΓΜΑΙΓΑΘΟΝ*, *νεῖσθε ἐπὶ πρᾶγμ' ἀγαθόν*. — Cf. Meisterhans Gramm. d. a. Inschr.[2] p. 54, S. Allen on Greek versification in inscriptions (Archaeol. Institute of America 1888) p. 126 sqq.

[3]) Lectionem *νἱ' ἐμῷ* probavit Heyne, *νἱΐ μοι* malebat Bentley, cui assensus est Nauck; Peppmüller nuper proposuit *νἱέϊ ὠκυμόρῳ*.

[4]) Recordemur oportet in litteratura Attica signum litterae gamma fuisse *Λ*, erat igitur *ΜΑΣΤΙΛΙΑΙΕΝ*.

Ab ipso autem Aristarcho multos sonos finales, qui elidendi essent, plene esse perscriptos, id omnino exploratum certisque testimoniis confirmatum habemus. Sic *P* 324 edidit *κήρυκι Ἠπυτίδῃ*, ut hodie quoque est in codicibus, Herodianum autem ea scriptura in errorem gravissimum pertraxit, ut primum vocabulum pro dactylo *κήρῠκι* haberet. Aristarchus quin *κήρῡκ'(ι)* recitari voluerit, non est cur dubitemus; apte contulerit quispiam epigramma lapidi incisum CIG. 2156 (Kaibel 772):

ΚΗΡΥΚΙΑΘΑΝΑΤΩΝΕΡΜΗΙΣΤΙΠΣΑΜΜΕΑΙΟΡΑΙΩΙ,

ubi *κήρυκι* et *με* scripsit quadratarius, *κήρυκ'(ι)* et *μ'(ε)* recitari poscit versus [1]). Etiam verba sequentia, quorum ultima vocalis elisione supprimenda est, Aristarchum plene scripsisse testantur scholia: *A* 323 *ἑλόντε*, *ξ* 195 *ἀκέοντε*, *o* 5 *εὕδοντε* (sic recte scholion emendavit Ludwich Arist. I p. 610), *Λ* 441, 452 *δειλέ* (non *δείλ'*), *Λ* 450 *Σᾶκε* (non *Σᾶχ'*), *X* 470 *τε*, *ὔ* (non *θ' ὔ*) [2]), *ε* 104 *οὔτε* (non *οὔθ'*), *N* 407 *κανόνεσσι*, *Π* 854 *δαμέντι*, *X* 336 *ἑλκήσουσι* (sic *Antimachus* sec. schol., sed *Aristarchi* nomen restituit Lehrs), *ζ* 131 *εἶσι*. Aristarchus igitur si verebatur ne apostrophi signo posito obscurior evaderet sententia, aut si syllaba elidenda accentum habebat, aut si sequebatur interpunctio, aut si post elisum sonum finalem concurrebant litterae dissociabiles (*κ* vel *τ* cum spiritu aspero), aut denique si elidenda erat littera iota, talia *ἐκ πλήρους* perscribebat *ἐπὶ τὸ γνωριμώτερον*. Neque paucis tantum his quos laudavimus locis sed aliis quoque, qui similes sunt, ita egisse censendus est [3]), licet illic taceant scholia, cf. La Roche Textkritik p. 396 sqq., Friedländer Nicanor p. 126 sqq.; sod quam latum spatium huic mori in eius editionibus patuerit, accuratius definiri nequit.

Ne in iis quidem mscriptis, quae ad nos pervenerunt, rara sunt vestigia vetustissimae huius rationis scribendi. Sic in papyro, qui anno 1891 publici iuris est factus (Mus. Britann. cxxxvi), legitur *ΔΑΙΤΙΟΤΕ* (*δαιτὶ ὅτε*) *Δ* 259; exemplar omnium fortasse quae hactenus innotuerunt antiquissimum (pap. Mus. Britann. cxxviii)

---

[1]) Kaibel cum hoc epigramma oderet videtur immemor fuisse loci Homerici; annotat enim: „non sibi sumpsissent elidendum iota dativi, nisi Hesiodi versus obversabatur Theog. 938 *Μαίῃ τίκτε κύδιμον Ἑρμῆν, κήρυκ' ἀθανάτων*."

[2]) Commode conferri potest arae Crisaeae inscriptio notissima (CIG. 1, IGA. 314, Roberts Epigraphy p. 230, etc.), in qua legitur *ΤΕΘΙΟΣ* id est *θ' ὡς*.

[3]) Neque aliena hinc est Lehrsii observatio, de qua cf. Ludwich Arist. I p. 183 sq., veteres grammaticos ubi vocabulum elisum afferrent extra contextum, id semper plene perscripsisse.

Ψ 693 praebet *ΘΕΙΝΙΕΝΙ* (*θινὶ ἔνι*); in codice Ambrosiano *E* 5 extat *ἀστέρι ὀπωρινῷ*, item apud Eustathium p. 12,25 et 514,19; in Ω 26 *Ποσειδάωνι* plene perscriptum exhibent D Lips. Eust.; in *K* 277 *ὄρνιθι* Eustathius iure tribuit veteribus p. 12,25 et 805,18. Casu autem *ἐντύνοντο ἄριστον* in omnibus codicibus servatum est Ω 124; quod qui scribebant, putabant pedem quintum huius hexametri esse dactylum *-νοντο ἀ-*, sed *-νοντ' ἄριστον* esse recitandum cum hiatus docet tum longa vocabuli *ἄριστον* syllaba initialis, neque est cur Aristarchum aliter recitasse opinemur. Eodem errore ψ 201 in plerisque codicibus servata est scriptio *ἐτάνυσσα ἵμαντα*, ubi *ἐτάνυσσ'* est recitandum. Eiusdem farinae est λ 249 *τέξεις* (*τέξεαι*) *ἀγλαὰ τέκνα, ἐπεὶ οὐκ ἀποφώλιοι εὐναὶ | ἀθανάτων*, ubi non admittendam esse synizesin admodum ingratam syllabarum *ἐπεὶ οὐκ* (cf. § 8), sed vocis *τέκνα* syllabam finalem esse elidendam, viderunt Barnes P. Knight alii, et in uno certe codice Marciano 647 (n, La Rochio N) ita legitur. Simillimus error deprehenditur γ 290, qui versus terminatur vocabulis *ἴσα ὄρεσσι*, at intercidisse litteram, olim enim fuisse *ἴσα ὀρέεσσι*, i. e. *Ϝῖσ' ὀρέεσσι*, vidit P. Knight et saeculi dimidio interlapso denuo observandum fuit Herwerdeno. Idem valet de vitio tribus locis obvio:

α 135 γ 77 *ἵνα μιν περὶ πατρὸς ἀποιχομένοιο ἔροιτο,*
α 405 *ἀλλ' ἐθέλω σε φέριστε περὶ ξείνοιο ἔρεσθαι,*

certissimum enim erroris indicium est hiatus immanis *-ο ἐ-*, certissimum autem remedium praebet versus ζ 298, qui excurrit in voces *ἠδ' ἐρέεσθαι*; his quoque locis verum restituit P. Knight scribendo *-μένοι' ἐρέοιτο* et *ξείνοι' ἐρέεσθαι*. Scriptio autem *ἐκ πλήρους* mature admodum huius corruptelae causa extitisse videtur; nam nisi lectiones vitiatas *-οιο ἔροιτο* et *-οιο ἔρεσθαι* in suis libris invenissent Alexandrini, non sine observatione hos locos dimisissent sed *-ου ἐρέοιτο* et *-ου ἐρέεσθαι* poposcissent aut rescripsissent, quoniam terminus *-οιο* in *-ου* mutandus iis videbatur potius quam elisione decurtandus (cf. § 59).

Etiam versui *T* 194 haec causa damnum intulit, nisi fallimur; ubi codices nostri exhibent *δῶρα ἐμῆς παρὰ νηὸς*, sed *ΔΩΡΑΑΜΗΣ* vel *ΔΩΡΑΜΗΣ*, i. e. *δῶρ' ἀμῆς* (*ἀμῆς*), in vetustis libris fuisse suspicamur [1]). Item χ 249 hinc labem contraxit, ubi codices plerique praebent *κενὰ εὔγματα εἰπών* invitis metro et lingua epica (cf. § 38); corrigendum esse *κενέ' εὔγματα* dudum intellexerant viri docti,

[1]) Item Peppmueller Emendationsvorschläge zu Homer 1888 p. 5.

donec vera lectio plene perscripta comparuit in codice P accuratius explorato: *κενεὰ εὔγματα*. Fortasse etiam discrepantia lectionis *μ* 297: *βιάζεσθ' οἷον* Zenod., *βιάζετε οἷον* M, *βιάζετε μοῦνον* codd. plerique, hinc originem cepit. Videantur praeterea quae in § 55 et 59 de genitivorum in *-αο* et *-οιο* elisione observata sunt. — Scenicorum locos nonnullos eadem de causa depravatos tetigit Cobet Nov. Lect. p. 192 [1]).

Sed redeamus illuc unde digressi sumus. Vidimus iota dativi finale in Homericis et frequenter elidi, et *ἐκ πλήρους* talibus locis olim scriptum esse. Utrum igitur poetarum epicorum sit *ἔγχει Ἀχαιῶν* an *ἔγχε'*, *κέραι ἀγλαέ* an *κέρα'* (*Λ* 385), *πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ* an *πλατέ'* (*H* 86), id nostrum est diudicare, neque ulla hac in re auctoritas codicum vel grammaticorum debet potestve valere. Itaque observatione Buttmanni „ei qui *γήρα'* pro *γήραι* scribat etiam *σάκε'* „et *τείχε'* pro *σάκει* et *τείχει* scribendum esse" [2]), quam La Roche Textkritik p. 297 (Bekkero Hom. Blätter p. 43 assensus) eo consilio citat ut evincat absurdum esse *γήρα'* vel *κέρα'* elisum [3]), ita potius utemur ut utrasque formas poetis epicis vindicemus. In eadem sententia olim fuerunt Barnes, Wolf, P. Knight, his temporibus Roehl [4]), Fick, Menrad; nonnullis autem locis ipsos veteres habemus praeeuntes, nam *H* 95 Didymus non *νείκει* sed *νείκε'* reperiebat in commentariis Aristarchi, *Ψ* 81 hodie *τείχε'* extat in Vind., *κ* 170 *ἔγχε'* est in k, *γ* 245 *γένε'* est in codicibus omnibus [5]), *K* 348 in Veneto A legitur *ἔγχει' ἐπαΐσσων*, i. e. *ἔγχε' ἐπαΐσσων*, etc.; cf. § 71, 72, 73. Si quis autem rem ita sibi informare mavult ut dicat vocalem iota talibus locis abiisse in consonantem *ȷ* (vid. G. Meyer[2] p. 164 sqq. Brugmann Gr. Gramm. § 12), non magnopere repugnamus, nam haec sententia ab ea, quam supra exposuimus, verbis magis quam re discrepat, vix ullum enim pronunciandi discrimen esse potuit locis plerisque inter *ἔγχε'(ι) Ἀχαιῶν* et *ἔγχεȷ Ἀχαιῶν*, inter *κέρα'(ι) ἀγλαέ* et *κέραȷαγλαέ*; attamen recte observavit Menrad de Contr. p. 74 sq.,

---

[1]) Contra elisio non animadversa elegantissimum Platonis locum obscuravit, donec Lachmanni ingenium verum vidit. Conviv. 174 *b* Socrates fertur ludens dixisse: *ἴκου τοίνυν, ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν αὐτόματοι ἀγαθοί*. Haec ut insulsa ita obscura, nisi cum Lachmanno rescribimus *Ἀγάθων'(ι)*, nam sic demum *διαφθαρμένον*, id est per iocum urbanum leviter immutatum, erit proverbium. Simili ratione *mare placidum* Hegelochi illam *mustelam* (Arist. Ran. 304) peperit.

[2]) Ad schol. *κ* 316.

[3]) Item ad *λ* 136 „absurdissimum est *γήρα'* ".

[4]) Quaest. Homer. 1869 p. 29.

[5]) Licet aptam sententiam non praebeat hic versus, dubium tamen non est quin *γένε'* sit dativus; nam nisi ita accipis, ne verti quidem potest.

hanc explicationem non valere locis ubi -ει ante caesuram vel ante diaeresin bucolicam legitur (*I* 272 *A* 484 *T* 361 *Φ* 520). Quicquid id est, certum atque exploratum manet vocales -αϊ et -εϊ dativi singularis neque alibi neque his locis confluxisse in *diphthongos*.

Haec omnia postquam perpendimus, elisio litterae iota non potest nos deterrere quominus addito augmento scribamus λαμπετάοντ'(ι) ἐϝεϝίκτην *A* 104, ἐνὶ χειρ'(ι) ἐτίθει *A* 585, θώρηκ'(ι) ἐπελάσθη *E* 282, multaque alia huiusmodi; ad qualia commendanda plus quam longae disputationes valet versus Ω 60, qui in mscriptis cum vitiosa caesura post 4um trochaeum (cf. pag. 21) ita extat exaratus: θρέψα τε καὶ <ϝ'> ἀτίτηλα καὶ ἀνδρὶ πόρον παράκοιτιν, sed poeta dixerat ἀνδρὶ ἔπορον, i. e. ἄνδρ'(ι) ἔπορον. Aliis quoque locis vitium intulit litterae iota elisio; *I* 405 pro *Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ* Bekker correxit *Πυθῶν'(ι)*, item Θ 80 Nauck *Πυθῶν' ἠγαθέῃ* pro *Πυθοῖ ἔν ἠγαθέῃ* (cf. § 77), quibus correctionibus fidem facit versus *B* 519; dativus *Ἄρῃ* vel *Ἄρει* *Φ* 112, 431 non verum est disyllabum, sed *Ἄρη'(ι)* scribi debet, ut alibi *Ὀδυσῆ'(ι)*, vid. supra et cf. § 78; dativus pronominis τις, qui aliquot locis legitur, antiquitus non τῳ fuit sed τιν'(ι), *A* 299 *M* 328 *N* 327 *κ* 32 *ν* 308 *υ* 297, vid. § 99. Praeterea conferri possunt *β* 50 et *χ* 218.

Venimus nunc ad diphthongum -αι. Cuius soni in verborum terminis -μαι -ται -ἄται -νται -σθαι elisi multa exempla afferre inutile, quoniam passim talia occurrunt, e. g. *βούλομ' ἐγώ* *A* 117, *γνώσετ' ἔπειθ'* Θ 17, *ἧστ' ἐνὶ* *B* 137, *κείσοντ' ἐν* *X* 71, *ἔρχεσθ' οὐ* Θ 400; plura praebet Kühner-Blass I p. 237 sq.

Nonnisi sex locis Homericis „infinitivos in pedum singulorum prima syllaba circumcidi", e. g. λύσασθ'(αι) ἑτάρους *κ* 385, post G.Hermannum docuit Spitzner de versu Her. p. 164; *in thesi* igitur esse solet syllaba -εσθ' vel -ασθ', ita ut diphthongum -αι hauriat *longus* sonus qui sequitur in arsi positus. Qualis facilior est elisio quam si brevis vocalis sequitur. Cum tamen terminos -μαι et -ται passim ante breves syllabas elisione obtritos esse videamus, non nimis multum huic observationi tribuendum esse patet, nullumque poetarum consilium hac in re apparere intellegimus sed casum vel potius ipsius linguae indolem ita tulisse, quoniam longae sunt syllabae penultimae infinitivorum, sed prima tertiaque personae penultimam habent brevem.

Aoristi activi terminus -σαι uno loco *Φ* 323 elisus reperitur, qui tamen suspicione non caret.

Magis etiam suspecta et vix tolerabilis est lectio *Λ* 272, ubi syllaba *-αι* nominativi pluralis elisa est, *ὀξεῖ'(αι)*, licet ad excusandam eam afferri possit posterioris aevi vox vulgata *ὀσημέραι*.

De secundae personae termino *-(σ)αι* in Homericis elidendo quae observare habemus, aptiorem in § 117 locum invenient.

De infinitivis in *-μεναι* elisione decurtatis vid. § 125.

De elisione diphthongi *-οι* aliquanto fusius est disputandum. Qui sonus quoniam neque apud posteriores elisionem admittit neque in carminibus epicis elidi solet, notabilis admodum est exceptio quae valet in dativo pronominum personalium *μοι σοι τοι Ϝοι*. Vid. Cobet Mnemosyn. 1875 p. 362, van Leeuwen Mnemosyn. 1885 p. 188-215.

Elisum *μοι* reperitur in textu tradito his locis:

ὅς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ.	*Z* 165.
Ϝείπ' ἄγε μ', ὦ πολύαιν' Ὀδυσεῦ.	*I* 673 *K* 544.
δεῦτε, φίλοι, καί μ' οἷφ ἀμύνετε.	*N* 481.
ταῦτά μ' ἀγειρόμενοι θάμ' ἐβάζετε.	*Π* 207 [1]).
τῷ μ' οὔ τις Δαναῶν νεμεσήσεται.	*P* 100.
τῷ μ' οὔ τι μετὰ φρεσὶ ταῦτα μέμηλε.	*T* 213 [2]).
καί μ' οὔ τινά φημι | ἄλλον ἐπιπλήξειν.	*Ψ* 579.
ἦ μ' οἷφ Ϝέρροντι συνήντετο.	*δ* 367.
δῶκε δέ μοι ἐκδείρας ἀσκὸν βοὸς ἐννεώροιο	*κ* 19 [3]).
εἰ γάρ τίς μ' ἄλλη γε... | ταῦτ' ἐλθοῦσ' ἤγγειλε	*ψ* 21.

Veteris huius moris vestigia apud Atticos servat interiectio *οἴμοι*, quae apud Aristophanem saepius elisa reperitur (Ach. 590 Vesp. 1449 Nub. 1288 etc.) et semel iterumque apud Sophoclem (Ai. 354, 587 Ant. 320, 1270). Etiam locutionem *οὔ μ' ἀρέσκει*,

---

[1]) Hoc loco utrum *μοι* voluerit poeta (sic schol. V: „*τὸ πλῆρες μοι*") an *με* (sic schol. A) incertum est. Accusativum qui intellegunt, provocant ad versum *I* 59, qui tamen spurius esse videtur. Aristarchum non *μοι* sed *με* supplevisse verisimile est, quamquam non pro certo id potest effici e verbis scholii A, ubi haec quaestio non tangitur sed tantummodo de litteris *TAYTAM* sermo est, quas Herodianus cum Aristarcho interpretabatur *ταῦτά μ'*, oblocutus Cratetis discipulo Hermeae, qui particulam *ἅμα* inesse contenderat (*ταῦτ' ἅμ'* vel potius *ταῦθ' ἅμ'*). Ex qua controversia hoc tamen discimus, veteres criticos non *MOI* sed unam litteram *M* in suis libris hoc loco repperisse.

[2]) In pleris|que codd. est *τό μοι*, non recte, cf. § 96.

[3]) Codices omnes *δέ μοι ἐκδ.* habent, pleno perscripto pronomine; cf. Ludwich Arist. II p. 25. Aut vocalem *δέ* aut praepositionem *ἐκ-* esse delendam olim fuere qui opinabantur, quibus LaRoche in editione critica iure est oblocutus. Apte conferis epitaphium Atticum saeculi III[1] horrido metro perscriptum Kaibel 95: *οἷας χάριτάς μοι ἀπέδωκαν.*

τοῦτί μ' ἀρέσκει (Arist. Acharn. 189 etc.) hinc originem habere suspicatus est van Leeuwen, contra quem van Herwerden et Blass observarunt verbum ἀρέσκειν antiquitus adscivisse accusativum; aliquid tamen intercedit discriminis, nam ἀρέσκειν accusativo iunctum *placare* potius significat quam *placere*. Vid. praeterea Soph. Ai. 191, Eur. Med. 57•(ibique Sakorraphus) Bacch. 820 Iph. Aul. 491, Aristoph. Av. 86.

Secundae personae dativus, σοί vel τοι, his locis occurrit elisus:

οὐδέ σ' ὀΐω

ἐνθάδ' ἄτιμος ἐὼν ἄφενος καὶ πλοῦτον ἀφύξειν.	*A* 170 [1]).
οὔς κεν ἐὺ γνοίην καί τ' οὔνομα μυθησαίμην.	*Γ* 235.
νηπύτι'· ἦ τ' ἔτι πολλὰ τετεύξεται ἄλγε' ἐπ' αὐτῇ.	*Φ* 585.
τῷ τ' οἴῳ λοίγι' ἔσεσθαι.	*Ψ* 310 [2]).
οὔ νύ τ' Ὀδυσσεὺς | ... ἐχαρίζετο ἱερὰ ῥέζων.	*α* 60.
οὔ νύ τ' ἀοιδοὶ | αἴτιοι.	*α* 347.

Accedunt versus aliquot, ubi pronomen elisione est obterendum ut vocabuli vicini forma epica possit restitui:

Θ 408 αἰεὶ γάρ μ' εἴωθεν, codd. μοι ἔωθεν. — Item vs. 422 *F'* εἴωθεν, codd. οἱ ἔωθεν, vid. infra et cf. § 218.

K 285 ἕσπεό μ' ὡς, codd. σπεῖό μοι ὡς, cf. § 247.

Ψ 107 καί μ' ἐπέτελλε *F*έκαστ'(α), codd. καί μοι ἕκαστ' ἐπέτελλ'(εν).

Ψ 770 ἀγαθή μ' ἐπιτάρροθος ἐλθὲ, codd. ἀγαθή μοι ἐπίρροθος ἐλθὲ. — Item *Δ* 390 τοίη *F'* ἐπιτάρροθος ἦεν, codd. τοίη οἱ ἐπίρροθος ἦεν, vid. infra et cf. van Leeuwen Mnemos. 1885 p. 194-196.

Ω 757 νῦν δέ μ' ἐ*F*ερσήεις, codd. νῦν δέ μοι ἐρσήεις, cf. § 41.

A 294 εἰ δὴ πᾶν *F*έργον σ' ὑπο*F*είξομαι, codd. σοὶ ἔργον ὑπείξομαι.

A 557 ἠερίη γάρ σ' ἦ γε παρέζετο, codd. γὰρ σοί γε.

ζ 60 καὶ σ' αὐτῷ δὲ *F*έ*F*οικε, codd. καὶ δ' αὐτῷ σοὶ ἔοικε.

Π 83 ὥς κέ τ' ἐγώ, codd. ὥς τοι ἐγώ.

---

[1]) Infelicitor Thiersch et Christ οὐδὲ σοὶ οἴῳ. Fuit sane aliquando in libris vetustis ΣΟΙΟΙΣΩ, sed οἴω οἶομαι non sunt formae Homericae, vid. § 295. Aristarchum autem in suis fontibus non ΣΟΙΟΙΩ sed ΣΟΙΩ repperisse docent verba Aristonici in scholio allata; interpretabatur enim σ' = σε, et hanc sententiam mire contortam extundebat: *neque ego, qui hic contemnor, puto te opes collecturum.* Poeta voluit: *mihi non in animo est tibi opes colligere cum ipse contumelia afficiar.* Verum vidit is qui ad *Z* 164 annotavit: ἢ: μ' ἀντὶ τοῦ μοι, ὡς „οὐδὲ σ' ὀΐω". — Si quis autem putat encliticas tantum pronominum formas elisionem admisisse neque σοι enclitice potuisse proferri, οὐδέ τ'(οι) ὀΐω corrigere poterit; sed nobis quidem inutile hoc videtur; cf. § 92.

[2]) Recte schol. τὸ τέλειον τῷ τοι οἴῳ. Ceterum vitii indicium hoc loco est οἴῳ pro ὀΐω, vid. § 295; edidimus ὀΐω τοι λοίγι' ἔσεσθαι.

Alii loci sunt dubii, e. g. *I* 263 *τ' ἐνὶ κλισίῃσι* (codd. *τοι ἐν κλισίῃσι*)? *ι* 159 etc. *μ' εἴποντο* (codd. *μοι ἕποντο*), item *Λ* 228 etc. *Ϝ' εἴποντο* (codd. *οἱ ἕποντο*)? *ν* 389 *αἳ γάρ μ' ὥς* (codd. *αἵ κέ μοι ὥς*, nos *αἵ μοι τῶς*)?

Quibusdam locis dativum pronominis e textu tradito intercidisse veri simile est:

Π 58 *τήν* <*μ'*> *ἄψ ἐκ χειρῶν ἕλετο*. Item *Σ* 445 *τήν* <*Ϝ'*> *ἄψ ἐκ χειρῶν ἕλετο*.

α 200 *ο* 172 *ὥς* <*μ'*> *ἐνὶ θυμῷ* | *ἀθάνατοι βάλλουσι*. — Cf. *I* 459.

Alibi res minus certa est: *Λ* 840 *ὃν Νέστωρ* <*μ'*> *ἐπέτελλε*? *Θ* 147 *Ο* 208 *Π* 52 *σ* 274 *τό μ'* (codd. *τόδ'*)? *ϱ* 568 *τό μ'* (codd. *τό γ'*)? *Β* 10 *Λ* 768 *ὡς* <*σ'*> *ἐπιτέλλω* (*ἐπέτελλε*)? *Ε* 685 *κεῖσθαι, ἀτάϱ μ'* (codd. *κεῖσθαι, ἀλλ'* vitio metrico, cf. § 14)?

Restat tertiae personae dativus *Ϝοι*. Quoniam licebat elidere dativos *μοι σοι τοι*, quidni etiam *Ϝοι* nonnunquam elisum fuerit? Quales tamen versus incolumes ad nos pervenire vix poterant, nam dativus aut plene perscriptus longe plurimis locis metrum violare videbatur, aut scribendus erat *Ϝ'*; si vero negligitur digamma, sic tota vocula evanescit [1]). Certa tamen vestigia elisi pronominis *Ϝοι* nonnullis locis deprehenduntur:

Ε 310 *Λ* 356 *ἀμφὶ δὲ ὄσσε κελαινὴ νὺξ ἐκάλυψε*, Eust. *δέ οἱ ὄσσε*, quod *δ' οἱ* recitari voluit, sed revera *δέ Ϝ' ὄσσε* significat.

ζ 280 *ἤ τίς οἱ εὐξαμένῃ*. Immo *ἤ τίς Ϝ' εὐξαμένῃ*.

ο 105 *ἔνθ' οἱ ἔσαν πέπλοι* (sic M, alii *ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι*). Immo *ἔνθα Ϝ' ἔσαν πέπλοι*, cf. *ο* 556 *ἔνθα Ϝοι ἦσαν ὗες*. — Hinc apparet etiam *Z* 289 legendum esse *ἔνθα Ϝ' ἔσαν πέπλοι* (codd. *ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι*) et *ω* 208 *ἔνθα Ϝ' ἦην Ϝοῖκος* (codd. *ἔνθα οἱ οἶκος ἦν*).

Locos *Δ* 390 *Ϝ' ἐπιτάῤῥοθος* (codd. *οἱ ἐπίῤῥοθος*) et *Θ* 422 *Ϝ' εἴωθεν* (codd. *οἱ ἔωθεν*) supra tetigimus.

Ν 643 *ἔνθα οἱ υἱὸς ἐπᾶλτο*, leg. *ἔνθ' υἱός Ϝ' ἐπιᾶλτο*.

Ψ 392 *ἵππειον δέ οἱ ἦξε θεὰ ζυγὸν*, leg. *δέ Ϝ' ἔϜαξε*.

Ψ 865 *μέγηρε γάρ οἱ τό γ' Ἀπόλλων*, leg. *τὸ γάρ Ϝ' ἐμέγηρεν Ἀπόλλων*.

---

[1]) In litteratura Attica pronomen *ἑ* vel *οἱ* etiam elisum poterat scripto indicari, restabat enim spiritus asper, *H*; sed in textu ionicis litteris perscripto si eliditur *ἑ* vel *οἱ*, totum intercidit pronomen.

Ω 53 *μὴ ἀγαθῷ περ ἐόντι νεμεσσηθέωμεν οἱ ἡμεῖς*, leg. *μή ϝ' ἀγαθῷ περ ἐόντι νεμεσσηθήομεν ἧμες*, cf. § 121.

Aliis locis intercidisse pronomen *ϝοι* efficitur e contextu. Et immani quidem hiatu relicto evanuit hisce locis:

Υ 466 *γ* 146 *νήπιος οὐδὲ τό 'ϝείδε' ὃ <ϝ'> οὐ πείσεσθαι ἔμελλε.*

Π 404 *ἡνία <ϝ'> ἠίχθησαν*, cf. § 15.

Nullum vero eius vestigium cernitur *E* 320 *ἅς <ϝ'> ἐπέτειλε*, *K* 72 *εὖ <ϝ'> ἐπιτείλας*, *Σ* 445 *τήν <ϝ'> ἄψ* (de quo loco vid. supra).

In particulam (*δ'*, *τ'*, *ἄρ'*) corruptum est locis sequentibus:

Z 25 *ποιμαίνων δ' ἐπ' ὄεσσι μίγη φιλότητι καὶ εὐνῇ*, leg. *ποιμαίνων ϝ'*.

Λ 417 *ἀμφὶ δέ τ' ἀίσσονται*, leg. *δέ ϝ'* coll. *E* 310 *Λ* 356 (quos versus supra tetigimus).

Π 509 *ὅτ' οὐ δύνατο προσαμῦναι*, leg. *ὅ ϝ'* coll. *B* 238.

ω 200 *στυγερὴ δέ τ' ἀοιδὴ | ἔσσετ'*, leg. *δέ ϝ'* coll. versu 196.

Φ 490 *δεξιτερῇ δ' ἄρ' ἀπ' ὤμων ἧννυτο τόξα*, leg. *δέ ϝ'*.

Vicinum vocabulum affectum est in locutione *ἀγχοῦ δ' ἱστάμενος* vel *-μένη*, pro qua legendum est *ἄγχι δέ ϝ' ἱστ.* (vid. § 318), et in Hesiodi versu Theog. 399 *τὴν δὲ Ζεὺς τίμησε περισσὰ δὲ δῶρα δέδωκε*, ubi leg. *δῶρά ϝ' ἔδωκε*.

Alii loci, qui fortasse huc pertinent, minus certi sunt, vid. *Λ* 33 *N* 325 *Ξ* 237 *β* 379 *ι* 360 *ο* 470 *ω* 520.

V. De hiatu.

§ 14. Hiatus est ubi vocem, quae finitur vocali, excipit altera vox a vocali incipiens [1]).

Concessus autem in dictione epica est hiatus post vocabulum in diphthongum longamve vocalem excurrens [2]). Sonus hic finalis in thesi solet collocari et tunc corripitur; cuius rei, in Homericis carmini-

---

[1]) G. Hermann Orphic. p. 720 scribit: „in epicis is tantum censetur hiatus, si „vocabuli in vocalem exeuntis ultima vocalis ante vocalem, qua sequens verbum „incipit, non est in arsi, neque, si longa est, corripitur", eos igitur hiatus, quos nos concessos vocamus, omnino hiatus esse negans. Sed praestat definitio quam supra posuimus, desumta ex initio disputationis C.A.I.Hoffmanni de hiatu, Quaest. Hom. I p. 53 sqq. (1842).

[2]) Longae vocales et diphthongi finales quomodo ante vocales se habeant in Homericis, summo studio scrutati sunt Hoffmann ll. et W. von Hartel hom. Studien II, cum pulvisculo autem exhausit hanc materiem et singulas quaestiones huc pertinentes infinita cura tractavit O. Grulich, de quodam hiatus genere in Homeri carminibus, 1876. Huius catalogis debentur computationes quas allaturi sumus.

bus pervulgatae, aptissimum exemplum attulit Dionysius Thrax § 10 (ubi vid. Uhligii nota):

ου τι μοΐ αιτιῆ εσσι· θεοι νυ μοΐ αιτιοΐ εισι Γ 164.

Longe frequentissima diphthongorum *-αι* et *-οι* est correptio (locis fere 6500). Multis etiam locis (500 + 500 + 100) in textu recepto correptae reperiuntur diphthongi *-ει -ου -ευ*, quales tamen locos cum accuratius intuemur, apparet eorum copiam longe maiorem videri quam sit. Nam primo detrahendi sunt loci sexaginta, ubi dativus in diphthongum *-ει*, ex *-εϊ* contractione natam, excurrere videtur; cf. supra § 13. Deinde diphthongus *-ευ* tantum non ubique errori debetur, corrigendum enim est *-ε'(υ)*, cf. § 92 et 117. Diphthongum *-ου* denique, ubi genitivi est (locis 400), sunt qui solvendam putant in *-ο'(ο)*, quibus nos tamen non assentimur, cf. § 59; ubi in adverbiorum fine occurrit (80 locis), mutanda videtur in *-οθ'(ι)*, cf. § 322.

Ubi autem in vocabulorum comissura corripiuntur syllabae *-αι -οι -ει* (*-ευ -ου*), diphthongi pars posterior videtur mutata esse in spirantem affinem, pronunciatum igitur esse *μοjαιτιος*, *μοjαιτιοjεισι*, cf. von Hartel hom. Stud. III p. 46.

Non possunt ita explicari loci, ubi longa vocalis *-η* vel *-ω* in vocis exitu pro brevi numeratur, ut in versu allato *αιτιῆ εσσι*, cuiusmodi 400 fere loci reperiuntur. Omnino autem reicienda est ea explicatio ubi diphthongi *-η* et *-ῳ*, quarum pars prior longa est vocalis, ante vocalem reperiuntur correptae; quales loci 500 fere extant, e. g. *καλῇ ὑπο πλατανιστῳ*, *μυθῷ Αθηναιης*. Nam si *καληjυπο*, *μυθωjΑθηναιης* pronunciatum esse sumimus, sublatus quidem est hiatus, sed longa manet syllaba quam pro brevi tamen adhibitam esse videmus. *Nongentis* igitur hisce locis licentia quaedam metrica cernitur, quae voce recitantis haud dubie sublevabatur. Probabilis est Hoffmanni (l. l. p. 59) et Grulichii (l. l. p. 60 sqq.) opinio, in quibusdam locis non correptum esse sonum finalem sed vocalem insequentem oppressam esse vel etiam suppressam, ita ut ex ore cantorum audiretur e. g. *πλάγχθη 'πεί*, *Κρήτῃ 'ν εὐρείῃ*, *ἄμφω 'μῶς*, non *πλαγχθῆ ἐπεί*, *Κρήτῃ ἐν*, *ἄμφῶ ὁμῶς*; non malum igitur, licet a more hodierno recedat, est quod codices ex Apollonii (de pronom. p. 51 *a*) praecepto exhibent *I* 654 *τῇ 'μῇ*, cf. supra pag. 51 [1]). Aliis locis, ubi *ante eae-*

[1]) Item Christ Metrik[2] § 46: „an vielen Stellen, wie *οὐη ἐν ἀθανάτοισι*, *χρειὼ „ἐμεῖο γένηται*, *σταίη ἔχων πήληκα*, scheint die ursprüngliche Aphäresis durch die „Annahme der Regel 'vocalis ante vocalem corripitur' zurückgedrängt worden „zu sein".

suram correpta reperitur syllaba longa, e. g. *Λ* 627 *ἔξελον, οὕνεκα βουλῇ* || *ἀριστεύεσκεν ἁπάντων*, *Λ* 30 *ἡμετέρῳ ἐνὶ Ϝοίκῳ* || *ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης*, recordari nos oportet, hanc versuum sedem etiam longas syllabas aliquando admisisse, vid. p. 11; et omnino in hac quaestione perpendenda non licet oblivisci, syllabas brevi longiores nec tamen longas (unius fere et dimidiae morarum) multas reperiri in arte poetarum epicorum, neque igitur duplex tantum, quod statui solet, pedis heroici fuisse schema, –⏑⏑̄, sed multos pedes rectius ♩ ♪. ♪ vel ♩ ♪ ♪. describi. Vocabulorum quae excurrunt in syllabas –⏑–, e. g. *ἡμένη ἐν βένθεσσι* *Λ* 358, ut ultimam syllabam corriperent, metrica necessitas poetas impellebat. Dativi denique terminum -ῳ, qui 340 locis correptus reperitur, poetis epicis in thesi sonuisse -οι (i. e. -οϳ) suspicatur Grulich l. l. p. 44 sq., quae tamen incerta admodum est coniectura [1]). Etiamsi autem omnes machinas admoveamus ad imminuendum numerum locorum, quibus diphthongi -ῃ et -ῳ vel vocales -η et -ω corripiendae sunt, restant tamen satis multi qui omni excusatione carent, e. g. *ποθὴ ἵξεται* *Λ* 240, *δεῦρ' ἴτω ἐκ πάντων* *Η* 75. Itaque pro certo hoc unum potest affirmari, in vocabulorum comissura passim corripi diphthongos -αι -οι -ει, multo vero rarius alias diphthongos longasve vocales. Hinc illam correptionem fuisse legitimam, hanc minus licitam, veri fit simile, et credibile igitur est id quod suspicatur Grulich, analogiam effecisse ut horum quoque sonorum correptio sensim pro concessa haberetur, cum olim solae diphthongi -αι -οι -ει placuissent correptae. An potius statuendum est, in artis epicae infantia diphthongos longasque vocales omnes sine discrimine pro brevibus syllabis esse usurpatas si sequeretur vocalis, postea vero sonum -η vel -ω correptum displicuisse, et hinc cantores a talibus sibi magis magisque temperasse, solas diphthongos -αι οι -ει corripere perpetuo concessum sibi ducentes? Ita non gliscentis cuiusdam licentiae indicia fuerint illa *ὀκτὼ ἀτάρ* et *πόθῃ οὐ* et similia, sed veteris vestigia ruris. Quae probabilior ideo videtur suspicio, quod post Homerum hic mos in arte metrica non percrebruit sensim sed artioribus etiam finibus est cohibitus, ita ut in dactylis et anapaestis soni finales -αι et -οι correpti hic illic inveniantur, reliquae vero huiusmodi correptiones vix usquam appareant.

---

[1]) Veri haud dissimilem indicant G. Meyer² p. 340 (coll. *B* 518), Vogrinz Gramm. d. hom. Dial. p. 46 et 66, Kühner-Blass I p. 193 not. 2.

Locis haud ita raris longus sonus in thesi ante vocalem collocatus non corripitur, cf. v. Hartel hom. Stud. II p. 372. Vitium hoc est metricum, quod ipsis poetis non videtur imputandum. In primo quartoque pedibus textus traditus hanc anomaliam paulo frequentius exhibet quam in secundo et tertio [1]), vix usquam tamen sine corruptelae suspicione. Locos indicabimus:

In *primo* pede reperiuntur: *ζώγρει Z* 46 *Λ* 131, *ταρβεῖ M* 46 *Φ* 575, *νωμᾷ φ* 400, *δαμνᾷ Ξ* 199, *πειρᾷ Φ* 459, *ἠρῶ σ* 176, *εἴα τ* 101, *μνᾶσθαι ξ* 91, *μνῶνται φ* 326, *μηροῦ E* 666, *ὑμοῦ K* 505, *θρήνου Ω* 721, *κείνου γ* 123, *ζῳοῦ ϱ* 115 *τ* 272, *Πάνθῳ P* 40, *Ζεὺς σφὼ O* 146, *Πηλεῖ Ω* 61, *ὦ γρηῦ τ* 383, *ἢ εὖ B* 253, *αὐτοῦ B* 332, quae omnia certo simplicique remedio possunt emendari, restituendae enim sunt formae apertae *ζώγρεε, ταρβέει, νωμάει, δάμνασαι, πειράε'(αι), ἠράε'(ο), εἴαεν, μνάεσθ', μνάοντ'* (cf. § 191 et 117), *μηροῖ', ὑμοῖ', θρήνοι', κείνοι', ζῳοῖ'* (cf. § 59), *Πανθόῳ* (cf. § 61), *σφῶ'* (ι, cf. § 92), *Πηλέι* aut *Πηλῆι* (cf. § 76), *γρῆυ* (◡◡, cf. § 75), *ἐὺ, αὐτόθι* (cf. § 322). Post *τεύξει Ξ* 240 intercidit pronomen *Ϝ'(ε)*, cf. § 92. In versu *π* 195 non *θέλγει* sed *θέλγεις* verum est. [2]). — His igitur locis semotis restant paucissimi qui sequuntur: *Θ* 209 *Ἥρη ἀπτοεπές* (adi. ignotum et suspectum), *Λ* 35 *λευκοὶ ἐν δὲ* (locus corruptus), *Σ* 193 *εἰ μὴ Αἴαντός γε* (locus spurius et corruptus), *α* 207 *εἰ δὴ ἐξ αὐτοῖο* (*εἰ σὺ δή*?), *Π* 734 *σκαιῇ ἔγχος ἔχων, P* 734 *πρόσσω ἀίξας*, denique versus aliquot, in quibus post pedem primum sententia inciditur: *Λ* 39 *Σμινθεῦ· εἰ* (epitheton alibi non obvium; Nauck *Σμίνθιε*), *B* 209 *Ϝηχῇ, ὡς ὅτε, E* 685 *κεῖσθαι, ἀλλ', P* 444 *θνητῷ· ὄμες, Ψ* 578 *ἵπποι, αὐτὸς δὲ* (spurius?), *Ω* 52 *ἕλκει· οὐ μέν, λ* 188 *ἀγρῷ, οὐδὲ* (*ἀγρόθι*?), *ξ* 41 *ἦμαι, ἄλλοισιν δέ*. — Itaque ut plurimum dicamus, in fine pedis primi poetae epici fortasse semel et iterum huiusmodi hiatum admiserunt imprudentes, si praesertim adiuvaret interpunctio; sed non legitimum neque arti limatiori probatum fuisse apparet [3]) neque

---

[1]) In quinto pede non reperitur, neque admitti potorat, sic enim floret hexameter spondiacus in disyllabum desinens, cf. § 2.

[2]) Fortasse addendus est versus *Φ* 86 *Ἄλτεω, ὅς Αὐλίγεσσι*, certe si cum synizesi, ut talibus locis assolet, syllabas *εω* pronunciari voluere grammatici; verum est *Ἄλτε̄'(ο)*, id quod codices nonnulli praebent; cf. § 55.

[3]) Christ Metrik[2] p. 166 hac de re ita disputat: „mit der besprochenen Vorliebe „für den Spondeus... hängt... zusammen... dass Homer in der Thesis des 1ten „Fusses... einige dreissig Mal einen langen Vocal nicht elidirt, wie in *ἠχῇ, ὡς ὅτε B* 209." Spondei ille amor qualis fuerit vidimus supra pag. 23; plus triginta autem locis hanc anomaliam occurrere cum dicit, in catalogum recepisse videtur versus *B* 145 *πόντου Ἰκαρίοιο, α* 320 *δ* 840 *λ* 445 *π* 435 *τ* 375 *υ* 388 *φ* 321 *κούρη Ἰκαρίοιο*.

assentiendum est Schulzio Quaest. Epic. p. 8 statuenti versum epicum in prima thesi brevem syllabam admisisse si post eam fiat diaeresis, id quod pag. 411 sqq. demonstrare studuit, praeter locos quos indicavimus huc trahens *πολλὰ* Ω 755 *E* 358 *Φ* 368 *X* 91, *πυκνὰ* *ν* 438 = *ϱ* 198 *σ* 109, *Αἶαν* Ψ 493, *ποῦ δὲ* *ω* 299, *εἴ κεν αὐσταλέος* (codd. *ἀύστ.*) *τ* 327, *νῆα μέν μοι ἔαξε* *ι* 283, *ἦεν* (codd. *ἦην*) *τ* 283 *ψ* 316 *ω* 343, *ὄφρα* (codd. *ὄφρ' ἂν*) *Λ* 187, 202 *ε* 361 *ζ* 259, *ἅττα* *ϱ* 393. Nobis dubium non videtur quin omnes hi loci aut corrupti sint aut aliter defendendi.

In pede *secundo* haec occurrunt, quae omnium fere consensu vitiosa habentur: *O* 522 *P* 9, 23, 59 *εἶα(ε) Πάνθου υἱὸν, οὐδ' ἄρα Πάνθου υἱὸς, ὅσσον Πάνθου υἷες, τοῖον Πάνθου υἱὸν*, leg. *Πανθόου*; *Φ* 362 *ὡς δὲ λέβης ξεῖ ἔνδον*, leg. *ξέει*; *Λ* 505 *τίμησόν μοι υἱόν*, *λ* 252 *αὐτὰρ ἐγὼ σοί εἰμι*, *Λ* 484 *ἀίσσων ϝῷ ἔγχε'(ι)*, *λ* 273 *γημαμένη ϝῷ υἱι*, *X* 199 *ὡς δ' ἐν ὀνείρῳ οὐ δύναται*, *υ* 109 *αἳ μὲν ἄρ' ἄλλαι εὕδον*, *Δ* 412 *τέττα σιωπῇ ἧσο*, *O* 16 *οὐ μὰν ϝοῖδ' εἰ αὖτε*, *Φ* 536 *δέδϝια γὰρ μὴ οὖλος ἀνὴρ*.

In *tertio* pede aperta quaedam occurrunt vitia, omnia fere sanatu facillima: *N* 316 *καὶ εἰ μάλα καρτερός ἐστι*, leg. *εἰ καὶ*, ut versu parallelo *E* 410 extat; *X* 286 *ὡς δή μιν σῷ ἐν χροΐ*, leg. *ἐνὶ* cum Stuttg. et Cant. (fortasse *ὡς δὴ σῷ μιν ἐνὶ*); *π* 438 *σῷ υἱέι*, immo *τεῷ*, cf. § 95; h. Ven. 238 *φωνὴ ῥεῖ ἄσπετος*, immo *ῥέει*; Hes. Theog. 148 *μεγάλοι* <*τε* Hermann> *καὶ ὄβριμοι*; ibid. 250 *Πανόπη* (*Πανόπεια* Hermann) *καὶ εὐειδὴς Γαλάτεια*; Oper. 705 *εὖει ἀτὲρ δαλοῦ καὶ ὠμῷ γήραϊ δῶκε*, corr. *δαλοῖο* ex Stobaeo. Unius loci *τ* 174 *πολλοὶ ἀπειρέσιοι καὶ ἐννήκοντα πόληες* incerta est correctio.

In *quarto* pede haec offendunt: *Λ* 554 *P* 663 *τάς τε τρεῖ καιομένας περ*, leg. *τρέει*; *μ* 75 *οὔ ποτ' ἐρωεῖ οὐδέ ποτ' αἴθρη*, leg. *ἐρωέει*, vid. § 191; *B* 262 *τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει*, leg. *αἰδόα*, vid. § 77; in genitivorum aliquot fine legendum est *-οἰ* aut *-οο* (cf. § 15 et 59) pro *-ου*, *Θ* 120 *Θηβαίου Ἠνιοπῆα*, *O* 23 *ἀπὸ βηλοῦ ἧος*, *Π* 226 *ἀπ' αὐτοῦ αἴθοπα*, Ψ 441 *ὅρκου οἵσε'*, *η* 70 *αὐτοῦ Ἀλκινόοιο*, *ο* 425 *πολυχάλκου εὔχομαι*, cf. § 59; *Φ* 111 *ἢ δείλη(ς) ἢ μέσον ἦμαρ*, leg. *δείελος*; *χ* 386 *πολυωπῷ, οἳ*, leg. *τοί*. Nonnullorum locorum remedium non est certum, *Ω* 641 *πασάμην καὶ αἴθοπα οἶνον*, *β* 280 *ε* 8 *καὶ*

ϱ 562 *σ* 159, 188, 245, 285 *φ* 2 *κούρῃ Ἰκαρίοιο*, unde rectius tamen efficitur nomen *Icarii*, cuius origo ignoratur (cf. Leskien rationem quam I. Bekker etc. p. 22), a littera digamma incepisse; *Fικαρίοιο* ediderunt Knight Bekker Fick nos. — Ceterum versus *B* 145 no tum quidem hiatu laborabit si digamma illud spernas, tum enim *πόντοι' Ἰκαρίοιο* (cf. § 59) scribendum erit.

ἤπιος ἔστω, β 232 ε 10 καὶ αἴσυλα ῥέξοι, κ 110 καὶ οἷσιν ἀνάσσοι (lectio incerta et sensu destituta), ξ 67 Ϝάναξ εἰ αὐτόθ' ἐγήρα, κ 337 με κέλῃ σοι ἤπιον εἶναι (cf. § 117). Denique acquiescendum est fortasse in lectione tradita locorum sequentium: Ε 484 οἷόν κ' ἠὲ φέροιεν Ἀχαιοὶ ἢ κεν ἄγοιεν, υ 166 ξεῖν' ἦ ἄρ τί σε μᾶλλον Ἀχαιοὶ εἰσοράουσι, Δ 410 ὁμοίῃ ἔνθεο τιμῇ, Ε 215 εἰ μὴ ἐγὼ τάδε τόξα φαεινῷ ἐν πυρὶ θείην, η 122 ἀλωὴ ἐρριζωται, φ 51 σανίδος βῆ, ἔνθα τε χηλοί. Inviti tamen haec toleramus, etiamsi ipsis poetis sint tribuenda [1]).

Legitimus est hiatus post arsin pedis tertii, in caesura igitur versuum. Septingenti fere hexametri hoc loco hiatum habent; duo sufficient exempla:

δεῦρ' ἴθι, νύμφα φίλη, || ἵνα θέσκελα Ϝέργα Ϝίδηαι. Γ 130.
σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω || οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα. Γ 218.

Rarior, sed tamen locis fere *mille* obvius [2]), est hiatus post arsin ceterorum pedum; e. g.:

ὦ || Ἀχιλεῦ, κέλεαί με, Διὶ φίλε, μυθήσασθαι. Α 74.
ἡμετέρῳ || ἐνὶ Ϝοίκῳ, ἐν Ἄργεϊ, τηλόθι πάτρης. Α 30.
αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι || ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι. Γ 40.
ἢ μὲν δὴ πρὸς τεῖχος ἐπειγομένη || ἀφικάνει. Ζ 388.

Plerique huiusmodi hiatus incidunt in locum ubi sententia sistitur (vid. Grulich l. l. p. 15 sq.). Et de levioribus quidem diphthongis *-αι -ει -οι*, quae 150 fere locis in arsi hiatum faciunt, perpetuo fere valet haec observatio, nec nisi paucissimi versus excipiendi sunt, quos collegit Grulich l. l. p. 56 sqq., e. g. Υ 222 πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀτάλῃσι [3]), Ω 289 ὠτρύνει ἐπὶ νῆας, Β 492 ὅσοι ὑπὸ Ϝίλιον ἦλθον. Ubi igitur hae diphthongi claudunt voculam quae cum verbis insequentibus arte iungenda est, hiatum in arsi omnino non admittunt; e. g. *καί* locis 2400 in thesi corripitur, *ἐπεί* locis

---

[1]) Hiatum in quarti pedis fine fortasse excusari posse diaeresi bucolica, observat Christ Metrik[2] p. 179 sq., allatis versibus quos supra excripsimus Ε 215 η 122. Quam explicationem libentius acciperemus si in illo pede desineret sententia; sed nulla vocis intermissio esse potuit in φαεινῷ ἐν πυρί, ἀλωὴ ἐρριζωται. Itaque talia fortasse ferenda sunt, non probanda. Ecquid Ἀχαιοί, ὁμοίῃ, ἀλωὴ his locis recitabatur, ut alibi legitur ὁμοίως (et fortasse ἁρπύῖαι ἠρέψαντο α 241 etc.)? Vel sic tamen restat illud φαεινῷ (*φαεντάτῳ?).

[2]) Grulich l. l. p. 25 summam confecit locorum 1062; hinc tamen *centum* fere deducendi sunt genitivi in *-ου* id est *-αϝ(ο)* desinentes, cf. § 59.

[3]) Nominativi terminus *-αι* quatuor tantum locis Υ 422 Ϙ 268 υ 123 ω 58 in arsi ante vocalem collocatus reperitur, in thesi vero locis 160.

240, sed in arsi ante vocalem non nisi his locis vitii suspectis [1]) occurrunt: *καί* O 290 (= χ 372) Ω 60, 570 λ 113 (= 161 μ 140), *ἐπεί* ε 364 Θ 585.

Post diphthongos -η et -ῳ, quae 460 locis ante vocalem in arsi sunt collocatae, revera nullum hiatum auribus esse perceptum, contendere licet, si sumimus vocalem ι tunc abiisse in spirantem *j*, pronunciatum igitur esse *ἡμετερωjενι* etc.; cf. pag. 72.

§ 15. Post *brevem* vocalem legitimus est hiatus iis locis ubi natura hexametri fert ut incidi possint numeri; nempe

1) in caesura feminina pedis tertii.
2) post pedem primum si accedit interpunctio.
3) post pedem quartum.

Ex. gratia:

1) *ὅσσα μοι ἠνείκαντο || ἀέθλια μώνυχες ἵπποι.* *I* 127.
2) *ἀλλ' ἄνα, || εἰ μέμονάς γε καὶ ὀψέ περ νῖας Ἀχαιῶν.* *I* 247.
3) *νῆα μὲν ἂρ πάμπρωτα Fερύσσατε || ἤπειρόνδε.* κ 403.

Hiatus, qui fit post tertium trochaeum, multa exempla afferri non est opus [2]). Id unum observatu dignum est, posterioribus hunc morem poetarum epicorum non satis fuisse perspectum minusve probatum, hinc multis locis in mscriptis esse oblitteratum; qua de re scripserunt Ahrens Philolog. 1851 p. 11 sqq., LaRoche Zeitschr. f. österr. Gymn. 1860 p. 749 sqq., Nauck Bulletin de St. Petersb. 26 p. 210 sqq.; vid. etiam Cauer praef. Odyss. p. XXII Iliad. p. XXVII. Nimis anxium in huiusmodi hiatibus admittendis se praebet Christ proleg. Iliad. p. 124. Errorum qui hinc in textum irrepserunt nonnulla exempla afferemus:

Γ 279 *καὶ οἳ ὑπένερθε καμόντας | ἀνθρώπους τίνυσθον, ὅτις.* — Immo *τίνυσθε*, non enim duo sed plura numina invocat Agamemnon (cf. *T* 260).

I 358 *νηήσας ἐὺ νῆας, ἐπὴν ἅλαδε προFερύσσω, | ὄψεαι.* — Correximus *νηήσας ἐὺ νῆα ἐμὴν ἅλαδε προFερύσσω. | ὄψεαι* etc.; vid. contextus.

T 229 *ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.* — Immo *ῥηγμῖνα*, ut vidit Ahrens.

η 222 *ὔμες δ' ὀτρύνεσθε ἅμ' ἠόι φαινομένηφι.* Sic recte Zen., *ὀτρύνεσθαι* Ar.

---

[1]) Vid. Hoffmann l. l. p. 72 sq.

[2]) Collegerunt Spitzner de versu heroico p. 142 sqq., Hoffmann l. l. p. 88 sq.

Ψ 367 ἐρρώοντο
β 148 ἐπέτοντο
} μετὰ πνοιῇσ' ἀνέμοιο. — Nauck ἅμα πν. ἀ.

δ 646 ἥ σε βίῃ ἀϝέκοντα ἀπέϝρα νῆα μέλαιναν. — Codd. ἀέκοντος, sed veram lectionem superscriptam habet U. — Cf. *A* 430 *T* 414.

ι 83 πόντον ἔπ' ἰχθυόεντα· ἀτάρ. — In plerisque mss. est ἰχθυόεντ' αὐτάρ, metro invito, vid. § 18 et 325. Item Ψ 694.

Aliis locis minus certa est res; sic in versu ε 456 ἄν στόμα τε ῥῖνάς θ' ὃ δ' ἄρ' ἄπνευστος καὶ ἄνανδος veri quidem est simile ingratam hanc particularum abundantiam non deberi poetae et recte igitur Clarkium dedisse ῥῖνάς τε· ὃ δ' ἄπνευστος etc., sed non potest id ita demonstrari ut dubitandi occasio maneat nulla. Idem valet de versu Θ 558 = *II* 300 οὐρανόθεν δ' ἄρ' ὑπερράγη ἄσπετος αἰθήρ, ubi cum Nauckio et Cauero praeferimus οὐρανόθεν δὲ ὑπερράγη. Sunt autem multi versus ita comparati.

Post primum dactylum ut concessus sit hiatus, accedere debet sententiae incisio, ut in exemplo supra allato ἀλλ' ἄνα. Cf. *A* 393 *B* 332 *E* 723 *N* 300 *O* 227, 365 *T* 152 γ 480 δ 543, 654 η 217 ο 327. Ubi vero inter vocabula arte cohaerentia eiusmodi hiatus intercedit, pro vitii indicio est habendus; e. g. ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃς *A* 203, θάπτε μέ ὅττι τάχιστα Ψ 71 [1]), δεινὸν ὃ οὐ *N* 100, νῶι δὲ ἔνδον *Λ* 767. Admodum notabilis est hiatus post αὐτὰρ ὃ *A* 333 *B* 105, 107 *Γ* 379 *E* 142 Θ 271, 446 Φ 33 ζ 224 η 230 ξ 1 τ 1, 51, 231 υ 1 obvius, cf. Spitzner de versu her. p. 140; hos locos Heyne Knight alii corrigebant ad exemplum versuum *N* 399 Ψ 42, ubi extat l. a. αὐτὰρ ὅ γ', sed particulam γε tot locis sine causa excidisse quis credat? Quare videndum an αὐτὰρ ὃς dederit poeta; cur enim hiatum admittere inutilemve particulam inserere maluerit quam forma pronominis uti proba et antiqua? cf. § 96.

Cetera quae huc pertinent sunt εἰς ἅλα ἅλτο(?) *A* 532, ἐν δ' ἄρα ἕρματα (?) Ξ 182 (cf. § 44 [5 et 7]), ὅρκια ἔσσονται *X* 266, τίς δὲ σύ ἐσσι *Z* 123 *O* 247 Ω 387, quae formula sive ferenda est (cf. pag. 81) sive Bentley iure addidit particulam γ', certe non potest inde effici hiatum post primum dactylum in oratione continua esse licitum, nam idem reperitur in pede *secundo* *A* 787, in pede *tertio* *T* 205.

---

[1]) Hic tamen locus videtur servari posse si aliter dividuntur verba: θάπτε μέ, ὄττι τάχιστα πύλας ἀϝίδαο περήσω.

In *Π* 404 excidit pronomen *Ϝοι*: *ἥνιά<Ϝ'> ἠίχθησαν*, cf. § 13, et similem fortasse ob causam vitium contraxit versus *σ* 323 *παῖδα δὲ ὡς*, cf. § 101.

Dativi autem in *-ι* desinentes et hac versuum sede et in ceteris pedibus ante vocalem sine ulla licentia poetica usurpari possunt, vid. infra. Legitimus hiatus est etiam post *τι*, vid. *E* 465 *Θ* 136 (*ι* 27?) *ι* 339 *κ* 246 et cf. § 100.

Nullis huiusmodi cautelis opus est in pede quarto; constat enim ex multis indubitatisque exemplis poetas epicos post quartum dactylum omne genus hiatuum admisisse; quales loci in Odyssea aliquanto frequentiores sunt quam in Iliade. Plerosque congessit Hermann Orphic. p. 727, alios attulerunt Spitzner de versu her. p. 145 sq., Christ Metrik² p. 179; vid. praeterea Ahrens LaRoche Nauck Cauer locis supra p. 77 allatis.

Occurrunt igitur in diaeresi bucolica hiatus sequentes:

(-α): *B* 3 *φρένα ὡς*, *E* 568 *ἔγχεα ὀξυόεντα*, *Υ* 170 *ἰσχία ἀμφοτέρωθε*, *δ* 141 *Ϝεϝοικότα ὦδε*, *ε* 81 *μεγαλήτορα ἔνδον*, *ζ* 102 *οὔρεα ἰοχέαιρα*, *ι* 215 *Ϝειδότα οὔτε*, *κ* 458 *ἄλγεα ἰχθυόεντι*, *μ* 252 *κατὰ εἴδατα*, *ξ* 351 *διήρεσα ἀμφοτέρῃσι*, *ξ* 352 *ἕα ἀμφὶς*, *ρ* 301 *Ὀδυσσέα ἐγγὺς*, *τ* 233 *κάτα ἰσχαλέοιο*, *ω* 466 *τεύχεα ἐσσεύοντο*, Hes. Theog. 182 *ἐτώσια ἔκφυγε*. — Adde *ἐντειχέα ἐξαλαπάξαι* vel *ἀπονέεσθαι* ex emendatione Nauckii *Λ* 129 *B* 113, 288 *E* 716 *Θ* 241.

(-ε): *E* 542 *τε Ὀρσίλοχον*, *β* 57 *ο* 500 *ρ* 536 *τε αἴθοπα*, *γ* 293 *τε εἰς*, *δ* 831 *τε ἔκλυες*, *η* 6 *τε ἔσφερον*, Hes. Op. 338 *τε ἱλάσκεσθαι*, *E* 560 *Ϝεϝοικότε ὑψηλῇσι*, *κ* 408 *Ϝερύσσατε ἤπειρόνδε*, *κ* 404 *πελάσσατε ὅπλα*, *ω* 215 *ἱερεύσατε ὅς τις*, *ω* 401 *σε ἤγαγον*, h. Cer. 241 *δὲ ἅντα*.

(-ι): *P* 368 *ἔνι ὅσσοι*, *γ* 8 *Ϝεκάστοθι ἐννέα*, *ν* 114 *ἐπὶ ἤμισυ*.

(-ο): *Θ* 66 *Λ* 84 *ι* 56 *ἀέξετο ἱερὸν*, *Φ* 234 *ἐπέσσυτο οἴδματι*, *Ψ* 195 *ὑπέσχετο ἱερὰ*, *Ψ* 224 *ὀδύρατο ὀστέα*, *α* 61 *ἐχαρίζετο ἱερὰ*, *α* 263 *'νεμεσίζετο αἰὲν*, *ε* 391 *μ* 168 *ἐπαύσατο ἠδὲ*, *ι* 438 *ἐξέσσυτο ἄρσενα*, *μ* 329 *ἐξέφθιτο ἦμα*, Hes. Op. 550 *ἄπο ἀεναόντων*.

(-υ): *τ* 194 *ω* 271 *ἐὺ ἐξεινισσα*.

Multis locis, ubi eiusmodi hiatus occurrit, cohibetur ipsa oratio, cf. pag. 15. Ita comparati sunt loci:

(-α): *K* 70 *πονεώμεθα· ὦδε*, *K* 93 *περιδέδϜια*, *οὐδὲ*, *M* 320 *μελιϜηδέα· ἀλλ'*, *O* 232 *μέγα*, *ὄφρα*, *Ψ* 465 *ἡνία*, *οὐδὲ*, *Ω* 72 *Ἕκτορα· ἦ*, *β* 46 *ἀπώλεσα*, *ὃς*, *Θ* 133 *ἐρώμεθα*, *εἰ*, *Θ* 394 *ἀϜολλέα*, *ὄφρα*, *ι* 159 *δυώδεκα*, *ἐς δὲ*, *ξ* 432 *ἀϜολλέα*. *ἂν δὲ*, *ο* 109 *δώματα*, *ἦος*, *ω* 273 *ξεινήια*, *οἷα*, h. Ap. 190 *ἄμβροτα*, *ἠδὲ*, Hes. Scut. 108 *ἀρήια*, *ὄφρα*. —

Adde *Φ* 123 *ἀκηδέα· οὐδὲ*, *Δ* 242 *Ω* 239 *ἐλέγχεα· οὐ*, quae e coniectura sunt restituta.

(-ε): *B* 218 *συνοκωχότε· αὐτὰρ*, *Ω* 207 *ὅ γε, οὐ*, *α* 60 *Ὀλύμπιε*; *οὐ*, h. Cer. 54 *ὡρηφόρε, ἀγλαόδωρε.*

(-ι): *ε* 87 *χρυσόρραπι, εἰλήλουθας.*

(-ο): *E* 221 *Θ* 105 *ἐπιβήσεο, ὄφρα*, *I* 690 *κατελέξατο· ὣς*, *K* 472 *ἐκέκλιτο, εὖ*, *Λ* 76 *καθήατο, ἦχι*, 461 *ἀνεχάζετο, αὖε*, *β* 417 *ἕζετο, ἄγχι*, *γ* 435 *Ϝεργάζετο· ἦλθε*, *ε* 255 *ποιήσατο, ὄφρα*, *τ* 403 *εὗρεο, ὅττι*, *χ* 426 *ἀέξετο, οὐδὲ.*

Praeterea dativus tertiae declinationis in fine quarti pedis hiatum facit hic illic, sed tales versus cum praecedentibus non esse confundendos intellexit Hermann (Orphic. p. 726 et 730), vid. etiam Ahrens Philolog. IV p. 593 sqq.; nempe hiatus post huiusmodi dativos qualibet hexametri sede reperiuntur, unde apparet iota dativi inter ancipites vocales referendum esse; cf. supra pag. 61. Videantur exempla quae sequuntur:

πατρὶ || *ἐμῷ Πηλῆι, ὃ δ' αὖτ' ἐμοὶ ἠγγυάλιξε.* *Ψ* 278.
Item *ἀνδρὶ ἑταιρίσσαι Ω* 335.

ἔγχεϊ || *ὀξυόεντι, διὰ πρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσε.* *Π* 309.
Plures huiusmodi versus habes *M* 117 *Π* 309, 583 *P* 583 *Ω* 61 *η* 154 *Θ* 547 *ϱ* 443.

ἀμφ' Ὀδυσῆι || *ἐμεῖο μετ' Αἰθιόπεσσιν ἐόντος.* *ε* 287.

ἐν Λακεδαίμονι || *αὖθι, φίλῃ ἐν πατρίδι γαίῃ.* *Γ* 244.

ἐν δ' ἔπεσε ζωστῆρι || *ἀρηρότι πικρὸς ὀιστός.* *Δ* 134.
Hiatus post tertium trochaeum, qui vulgatissimus est (vid. pag. 77), alia exempla reperiuntur *Θ* 283 *K* 285 *Λ* 256 *N* 821 *T* 179 *Υ* 322, 385 *Ψ* 278, 747 *ε* 125 *ν* 305 *ο* 160, 525 *φ* 195 *ω* 86.

πατρὶ φίλῳ ἐπὶ Ϝῆρα φέρειν Διί, || *ὄφρα μὴ αὖτε.* *Λ* 578.
Alia exempla vid. *B* 6 *E* 50 *Z* 422 *H* 11 *Θ* 514 *I* 238 *Λ* 791 *N* 584 *Ξ* 130 *O* 536, 742 *Υ* 22 *μ* 374 *ν* 306 *φ* 433.

πατρὶ φίλῳ ἔπορον· ὃ δ' ἄρα Ϝῷ παιδὶ || *ὄπασσε.* *P* 196.
Item *βασιλῆι Ἀκάστῳ ξ* 336, *μητρὶ ἓϝειπε π* 469. Vid. etiam v. l. *Π* 522 et *Ψ* 751.

χάλκεα, ὀκτώκνημα, σιδηρέῳ ἄξονι || *ἀμφί.* *E* 723.
Item *αἵματι ὕδωρ Φ* 21, *νηλέι ὕπνῳ μ* 372.

§ 16. Indicavimus iam locos hexametri, ubi hiatus aut legitimus est in poesi epica aut concessus. Non effrena quaedam libertas

hic grassatur sed certae leges valent eaeque minime obscurae aut intricatae. Extra hos autem, quos delineavimus, fines non iam ius poeticum regnat auriumque discrimen sed licentia, cui si semel et iterum indulserint veteres cantores, fortasse excusandi erunt, fortasse non culpandi, sed laudari nullo pacto poterunt. Sic versus *Δ* 542 *χειρὸς ἕλοῦσα, ἀτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρωήν*, etiamsi ab ipso vate ita sit profectus, vitio tamen laborat aperto. Neque criticus, cui sint aures, aequo animo tulerit hiatus quales sunt *ἀστέρα ἦκε Δ* 75, *γυναῖκα ἄγεσθαι Ψ* 263, *μή με ἔα X* 339, *ἐμὲ αὖτις φ* 211, *αἳ δέ τε ἔνθα B* 90, *κασιγνήτω τε ἕσεσθον φ* 216, *τοιόσδε ἐὼν Γ* 46, *σε ἔλειπον T* 288, *ἐπὶ ἄλλῳ Ψ* 274, *τὸ ἐμὸν Ψ* 585, *λέξο ἑταίρων κ* 320, *ποταμοῖο ἐῶσι Ψ* 73, *ἀποιχομένοιο ἔροιτο α* 135 *γ* 77, *ξείνοιο ἔρεσθαι α* 405 aliaque eiusmodi, quae facili negotio possunt sanari.

Minus officit hiatus post *ἐὺ B* 253 *Ξ* 162 (*Π* 191?) *Ω* 269, *Ϝάστυ K* 348 *Ω* 696, *πάγχυ ν* 133, *πρόχνυ ξ* 69, *σὺ Z* 123 *Λ* 787 *O* 247 *T* 205 *Ω* 387 (cf. pag. 78), quoniam vocalis *-υ*, quae elidi non poterat, pro ancipite fortasse habebatur. Etiam post praepositionem *πρό* concessum, quippe necessarium, fuisse hiatum apparet *Δ* 156, 382 *K* 286 (*K* 224?).

Restant loci nonnulli, ubi hiatus neque probabiliter defendi neque certa emendatione expleri possunt, vid. Hoffmann l. l. p. 92 sq. — Talia igitur ferimus inviti. Infinita vero copia hiatuum [1]), quibus olim torpebant numeri homerici, evanuit post restitutum digamma. Non iam credit quisquam licuisse poetis vetustis auditorum aures laedere versibus hiulcis, discissis, divulsis, immo ne versibus quidem, qualia sunt ista verbula *φίλε ἑκυρέ, ὡς ὅδε οἶνος, ἐξαπάφοιτο ἕπεσσι*, aliaque eiusmodi sexcenta; cf. § 40. Veteres vero critici cum vim litterae *Ϝ* in Homericis non agnovissent, in eam delapsi sunt opinionem ut vix ullos hiatus ab arte poetarum epicorum alienos ducerent; immo toti huic quaestioni in arte critica factitanda nullum momentum tribuisse videntur [2]).

---

[1]) Ex Hartelii hom. Stud. III p. 74 computatione duo millia et quingenti.

[2]) „Wenn ich mich recht entsinne [quod est urbane negantis], spricht Aristarch „nie vom Hiatus" Ludwich Arist. II p. 128; vid. ibid. p. 129 sq. — Et Alexandrini quidem quod non sunt usi doctrina quae iis ignota erat, id vitio iis quis verterit! Sed ridiculus est Spitzner de vers. her. p. 110 sqq. digamma omnino spernens, et postquam variorum hiatuum congeriem struxit immensam atque inutilem, tandem p. 147 relabens in vetus illud commentum: „hiatum usu vetustissimo non fuisse interdictum." Ita opinari posse criticum hodiernum, cui non praestrictum sit mentis acumen, recte negat Christ Metrik[2] p. 192. Cf. Hoffmann Quaest. hom. I p. 79.

Etiam hiatus, qui per artem metricam ferri poterant, multi e textu Homerico sunt remoti postquam in linguae epicae leges subtilius est inquisitum; videantur quae de syllabis *-αι -ει -ευ -ου -ω* etc. diducendis et deinde elisione imminuendis (*-α'*, *-ε'*, *-ει'* vel *-ε'*, *-οι'* vel *-ο'* vel *-οθ'*, *-α'*) observata sunt in § 7, 13, 59, 71, 92, 117 alibi.

Separatim hoc loco commemoranda est particula *ἤ* vel *ἦ*, quae non solum in arsi multis locis hiatum efficit — qualis hiatus nihil habet insoliti — sed etiam in thesi ante vocalem longa manet. Hinc apparet longiorem huius particulae formam *ἠέ* vel *ἦε* ante vocales elisione versui adaptatam esse et *ἠ'* vel *ἦ'* igitur potius scribendum esse in thesi [1]). E. g.:

ἦ νῦν δηθύνοντ' ἠ' ὕστερον αὖτις ἰόντα. *A* 27.
ἦ Αἴας ἠ' Ἰδομενεὺς ἦ δῖος Ὀδυσσεύς. *Λ* 145.

Item *B* 231 *Γ* 24 (= *O* 271) *Θ* 514 *K* 505 *O* 82, 161, 177 *Σ* 511 *X* 135, 152 *Ψ* 382 *Ω* 769 *α* 296 *κ* 574 *ω* 405, et *ἦ'* *I* 339 *T* 56 *σ* 357. Ad hanc normam levi mutatione redigi possunt loci complures, ubi correpta in textu tradito extat particula *ἤ*: *K* 451 *ἠὲ διοπτεύσων ἤ ἐναντίβιον πολεμίξων*, v. l. *ἀντίβιον*; *Π* 515 *ἔσσ' ἤ ἐνὶ*, v. l. *ἐν*; *Φ* 576 *μιν ἤ οὐτάσῃ ἠὲ βάλῃσι*, l. a. *τις ἤ οὐτάσῃ*, legatur *Ϝ'(ε) ἠ' οὐτάσῃ*; *γ* 94 *δ* 324 *τεοῖσιν ἤ ἄλλου* leg. *τεοῖσ'*; *ρ* 472 *βουσὶν ἤ ἀργεννῇσ'*, leg. *βούσ'* [2]). Etiam *ι* 497 huc trahendus videtur: *φθεγξαμένου τευ ἤ ἄλλου*, ubi delendum ducimus pronomen *τευ* (*τε'*).

Sed quoniam monosyllabum *ἤ* etiam ante consonantes usurpari solet, ut in exemplis modo allatis *ἤ νῦν*, *ἤ δῖος*, non est causa cur correptum *ἤ* omnino damnemus; tolerandum igitur videtur *Φ* 113 *Ψ* 724 *δ* 714 *π* 217 *ρ* 252 *ω* 430; suspecta est lectio *υ* 68.

Neque in arsi opus est ut *ἠ'* pro *ἤ* scribatur, ut in exemplo laudato *A* 145 *ἤ Αἴας*, quamquam fieri potest ut ipsi tamen poetae elisam formam huiusmodi locis adhibuerint.

Simillima est genitivorum in *-ου* desinentium conditio; in thesi enim sonum finalem multis locis longum servant ante vocalem, sed ibi restituenda est forma plena *-οι'(ο)*, vid. § 59. Plerosque

---

[1]) Hoffmann Quaest. Hom. I p. 63 negat „his locis contra codicum auctoritatem legendum esse *ἠ'*, elisa littera *ε* (*ἠέ*)", non tamen causas huius opinionis addens. Immo verum repperisse et deinde abiecisse eum arbitramur, item Fick; cf. praeterea Mommsen ad Pind. Ol. XIII 34, Kühner-Blass I p. 194 annot.

[2]) Si syllabam, quae sequitur caesuram tertii trochaei, olim ancipitem fuisse concedimus Usenero (cf. pag. 11), servari potest *τεοῖσιν*, *βουσὶν*. Cf. *X* 135.

locos, qui huc pertinent, supra attulimus pag. 74 sq.; alios habes *B* 198 *Ψ* 431 *Ω* 122, 578 *δ* 718 (in pede secundo), *γ* 140 (in pede tertio).

VI. De correptione quae fit in thesi.

§ 17. Diphthongus vel longa vocalis, quae vocalem vel diphthongum antecedit, in thesi potest corripi.

In syllabis finalibus id perpetuo fit, cf. § 14. Exceptiones, quae textus vitium arguunt, in § 14 percensuimus [1]).

In mediis autem vocabulis haec correptio non constans est sed tamen frequens. Corripitur e. g. prima syllaba sequentium vocum:

δήιος *B* 415, 544 *Π* 301 etc. [2]).
Θρήικες *Ω* 234 etc. [3]).
ἠίων *ε* 368.
οἶος *N* 275 *Σ* 105 *η* 312 *υ* 89.
υἱός *Λ* 489 etc. [4]).

---

[1]) Nullum esse hiatum si vocalem sequatur syllaba elisa, neque igitur corripi posse talem vocalem, e. g. *Ἄλτᾱ' ὅς Λελέγεσσι* *Φ* 86, vix opus est observari.

[2]) Locos collegerunt Knös de digammo p. 153, Nauck Mél. IV p. 127. Certa est forma trisyllaba *δήιος* *H* 119 alibi; certa etiam est correpta syllaba *δη-* *B* 544, ubi nisi admittitur correptio, dodecasyllabus fit versus, *θώρηκας ῥήξειν δῆίων ἀμφὶ στήθεσσι*, cf. § 2. Antiquitus litteram *Ϝ* intercessisse docet Alcmanis fr. 75 *χεῖμα πῦρ τε δάϜιον*. Quam tamen consonam ex Homericis vocibus *δήιος δηιόω* evanuisse docet syllabae *δη-* correptio et verbi *δῃόω* frequens contractio, e. g. *Λ* 416 sq. *ι* 66. — Notatu dignum est, anapaestum voce *δηίων* effici in Dioscoridis epigrammate 34 (Anthol. Iacobs I p. 253), legitur autem *ΔΗΪΟΙΟ* (sic) in papyro Petrie *B* 415, *ΔΗΪΟΙCΙΝ* (sic) in papyro Bank. *Ω* 684.

Recte de voce *δήιος* iudicarunt Nauck l. l. et Christ proleg. Iliad. p. 112 sq.; hunc tamen minus probamus *δέϊον δεΐων* etc. scribentem; nam si quis mutare vult lectionem traditam, id quod nobis necessarium non videtur, melius *δάιον* etc. scripserit coll. *θεσπιδαὲς πῦρ*. Vocem *δᾱ́Ϝιον* *flagrantem* ab adiectivo *δᾱ́Ϝιος δήιος* *hostilis* distinguendam esse putat Schulze Quaest. Ep. p. 86 (cf. ib. p. 66).

Idem quod de voce *δήιος* dictum esto de voce sequenti *Θρήικες* etc., quam *Θρέικες* scribunt Nauck et Christ (cuius vid. proleg. p. 178) sicubi correpta est syllaba initialis, freti auctoritate Stephani Byz. „*τὸ ἐθνικόν φασι καὶ Θρέικες καὶ θηλυκῶς Θρέισσαι*"; nobis aut servandum videtur *Θρῆ-*, aut corrigendum *Θρα-*, recentiori vero Iadi relinquenda *δε-* et *θρε-*, ut *δρέω* et similia.

[3]) Vid. nota praecedens. Reperitur *Θρήϊκες Θρηϊκίῃ Θρηΐκηθεν Θρηΐκηνδε* prima brevi *Δ* 537 *Z* 7 *I* 5, 72 *K* 464, 470, 506, 518 *Λ* 222 *N* 4, 301 *Ξ* 227 *Υ* 485 *Ω* 234 *θ* 361. Alibi radicis prima syllaba longa est: *K* 559 etc.; contracta vero forma *Θρῃκῶν* *E* 462 vix est Homerica, cf. § 25.

[4]) Vid. praeterea *B* 566 *Δ* 327 (?), 473 *E* 612 *Z* 130 *H* 47 *I* 84 *Λ* 200 *M* 129, 182 (?), 331 *N* 690 (?), 792 (?), *O* 239 (?), 244 *Π* 21 *P* 575, 590 *T* 216 *Ψ* 391 (?), 472 (?), 678 *δ* 630 *λ* 270, 273 (?), 478 *ρ* 212.

Kirchhoff Odysseae locis laudatis in sua editione scripsit *ὑός*, expuncta littera iota;

ναῖε (? — sic Zen.) Z 34 *N* 172.
αἰεί M 211 Ψ 648 *o* 379.
γαιήοχος Hes. Theog. 15, Pind. Ol. XIII 114.
Τρώιος Γ 384 etc. [1]).

Etiam primam syllabam radicis *κτεατ* (*κτεάτεσσι Κτεατός φιλοκτεανώτατε* '*κτεάτισσα κτεατίσσας*) huc pertinere intellegimus, si conferimus vocabula *κτάομαι κτῆσις κτῆμα κτητός Κτήσιππος*. Analogia igitur scribi iubet *κτᾱάτεσσι* (vel *κταάτεσσι*) etc. — Talia tamen mutare noluimus, licet veri sit simile *ΚΤΗΑΤΕΣΙ* fuisse in libris antiquissimis, quemadmodum *ΑΛΗΟΝ* = *ἀλλᾱ́ων* extat in inscriptione Naxia quam supra pag. 84 sq. tractavimus.

Secundam syllabam correptam habent voces:

ἶλαος I 639.
ἀκραέα β 421 (codd. *ἀκρᾱῆ*, cf. § 73).
ἔμπαιον υ 379.
χαμαιευνάδες, χαμαιεῦναι Π 235 *κ* 243 *ξ* 15.
ἥρωι H 453 *Θ* 483, *ἥρωος ζ* 303 [2]).

In verborum porro flexione frequentissima est haec correptio; nempe vocales *ι* et *υ* saepe corripiuntur (cf. § 162), e. g. *ὀΐω A* 558, *ἴδρῦε B* 191, vocales *α ε ο* paene semper: *τιμάω φιλέω σαόω*. Etiam formae duplices *χείω-χέω, ἀκείομαι-ἀκέομαι*, aliaeque huiusmodi, de quibus vid. § 141 et 286, hinc originem habent; videantur praeterea quae observavimus de substantivis in *-ίη* § 54, de comparativis in *-ίων* § 85, de flexione nominum in *-ῦς* gen. *-ῦος* desinentium § 75.

Sed haec, quae postremo loco posuimus, verba (*φιλέω σαόω χέω ἀκέομαι*) ducunt nos ad alterum agmen, quod priore longe est fre-

---

quem seguti sunt Fick et Cauer. Ratio tamen huius mutationis nos fugit, nisi illis quoque Ἰοϊς, ubi syllaba initialis producitur, deleatur iota. Nempe Kirchhoffium movit mos Atticorum, perpetuo in hoc vocabulo litteram iota omittentium, de qua re vid. Schanz Platon. XII praef. p. VIII, Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 47 et 113; at *longa* tamen apud Atticos scriptores est vocis ὑός syllaba prior. Itaque haec via eo tendit ut etiam *Ἰλείθυια, πάω, ἀεί* similiaque vocabula, quae *-θυια πάω αἰεί* scribi solent in carminibus epicis, littera iota spolianda sint, si quidem Atticae dialecto assimulanda videantur vocabula Homerica.

[1]) Item *Γ* 411, 420 *Π* 393 *Ρ* 127, 255 *Σ* 179, 339 *Χ* 57, 434, 476 *Ψ* 291. — Solvi nequit syllaba initialis vocum *Τρῶος Τρωάδες Ζ* 380 (= 385), 442 (= *Π* 297 *Χ* 105) *Ρ* 273 *Χ* 430 *Ω* 704. Scribi autem et his et ceteris locis solet *Τρωός*.

De regionis nomine *Τρωίη* ex *Τρωΐη* nato et fortasse ita potius scribendo vid. supra pag. 41 sq.

[2]) Apud Pindarum vocum *ἥρωες ἥρωας ἥρωα ἡρώιος* syllaba secunda corripitur Pyth. I 58 III 7 IV 58 Nem. VII 46 fr. 110,5; item in epigrammate CIG. 2907 (Kaibel 774) *ἥρωα τόνδε σέβειν*.

quentius; dicimus nominum verborumque formas, in quibus correpta est syllaba quae praecedit flexionis terminum; huiusmodi autem syllabae non designantur longa vocali vel diphthongo quam propriam habent, sed vocali brevi (*α ε ο υ*), neque igitur aurium tantum discrimine sed oculis quoque agnoscitur earum correptio. Omnes fere in linguam recentioris aevi transierunt aut contractione magis etiam sunt mutatae. E. gr.:

ἑστᾰότος	pro *ἑστηότος*	§ 160.	*χρύσεος*	pro *χρύσειος*	§	61.
νέας	„ *νῆας*	§ 75.	*βαθέης*	„ *βαθείης*	§	75.
Ἄρεος	„ *Ἄρηος*	§ 73.	*ἐμέο*	„ *ἐμεῖο*	§	92.
ἐύς	„ *ἠύς*	§ 75.	*νεός*	„ *νειός*	§	88.
Πηλέος	„ *Πηλῆος*	§ 76.	*δο*	„ *οἷο*	§	59.
ἕαται	„ *ἧαται*	§ 220.	*φυσίζοος*	„ *φυσίζωος*	§	194.
κέαται	„ *κείαται*	§ 169.	*ἀμφίγῠος*	„ *ἀμφίγυιος*, a subst. *γυῖον* [1]).		

Haec omnia qui composuit et secum perpendit, intellegit vocales longas et diphthongos leviores *αι ει οι* binas moras non explevisse integras nisi aut accederet ictus aut una pluresve subsequerentur consonantes. Non tamen intra unam moram cogi poterant, neque semper in arsi poterant collocari aut nisi clauderent vocem in thesi corripi; hinc poetae sibi sumserunt ut in thesi eas modo pro longis, modo pro brevibus syllabis haberent, prouti ferret versuum ratio. Negari autem nequit aequabilitatem desiderari in textu tradito, qui syllabas ita correptas modo, nempe in vocabulorum initio, immutatas exhibere soleat, modo, in fine potissimum vocum, brevi vocali designet. Si quis autem a tradita lectione deflectere ausit, — id quod nobis ne tentandum quidem videbatur, — haec unice probari possit ratio ut de singulis vocibus vocumve generibus quaestione instituta distinguantur eae syllabae, quas libertas poetica in thesi [2]) nonnunquam corripuit, ab iis quas ipsa lingua Homerica correptas praebebat. Sic reputantibus apparebit, adiectivo *χρύσειος* et cognatis ibi quoque, ubi syllabam penultimam brevem habent, tribuendum esse iota [3]); restituendae erunt ubique

---

[1]) Item *ἀμφιγῦήεις*, *τετράγῠος*.

[2]) In arsi non potuisse corripi, inutilis et paene ridicula videtur observatio; attamen in textu tradito hic illic extat hoc vitium; *νέα ι* 283 (cf. § 8 et 75), *ῥέα* Hes. Theog. 5.

[3]) Et haec quidem haud temeraria fuerit correctio, quoniam in Pindari codicibus perpetuo reperitur *χρύσειος χρυσείᾳ*, etiamsi corripienda sit media syllaba; vid. T.Mommsen ad Ol. XIII 78, Christ Metrik[3] p. 27.

formae ἧαται κείαται etc., etiam ubi anapaestum efficiunt, nec dubium erit quin recte scribatur οἷο (οἵο?) vel Ἀσκληπιοῖο (-οίο?) penultima correpta, aliaque multa probabiliter ita poterunt constitui. Vel sic tamen nimis multa incerta manebunt, quoniam linguam Homeri nisi ex carminibus Homericis cognoscere non licet. Semper quidem, ut hoc exemplo utamur, in radice κτεατ (κτεάτεσσι etc.) brevis est syllaba initialis, sed cognata tamen vocabula κτῆσις etc. ostendunt longam vocalem η: — estne haec poetica igitur libertas, an in ipsa lingua epica vocabulum κτήατα dactylum non iam implebat? Quis dixerit! Sic in patronymico Πηλεΐδης aliisque id genus plurimis semper quidem corripitur syllaba secunda, nec tamen iure inde effeceris non metricam hanc esse correptionem; nam fieri per hexametri numeros non poterat quin semper et ubique a vetustis vatibus corriperetur, longam autem fuisse in lingua Homerica affatim docent vocabula cognata Πηλῆος Πηληιάδης etc., cf. § 76; quapropter aut omnino ab huiusmodi syllabis abstinendae sunt manus aut patronymica omnium prima recuperare debebunt vocalem suam longam, Πηλῆΐδης etc. — At quam multa ita in nominum et verborum flexione fuerint novanda! nec de omnibus certum ferri poterit iudicium. Itaque qui sapit novas has res non molietur [1]).

Apud *Atticos* poetas saepe corripi syllabas αι et οι in mediis vocabulis, e. g. in δείλαιος vel οἴει, nota res est; pro ποιεῖν saepe ποεῖν legitur in lapidibus, unde ipsum igitur populum ita locutum esse iure effecerunt viri docti; cf. Christ Metrik² p. 27, Kühner-Blass I p. 313, Meisterhans Gramm. d. att. Inschr. p. 44; de ει in ε mutato videatur idem p. 31 sqq. — Eadem est origo voculae ἐάν i. e. εἰάν. Cf. praeterea Φωκαεύς Εὐβοεύς etc.

In *Ionica* dialecto perpetua fere est huiusmodi correptio: ὡρμέατο, ἔωθα, -εος [2]) et -έᾰ [3]) in adiectivorum terminis, -έων in termino genitivi pluralis, sunt luculenta exempla.

Ex *Aeolica* dialecto plurima exempla correptarum in mediis vocabulis diphthongorum αι ει οι praebet R. Meister Dialect. I p. 90 sq.

Cf. von Hartel hom. Studien III p. 19 sqq.

---

[1]) Sine nimia tamen audacia scribi potest λῄστή I 408 pro λεϊστή, quoniam vs. 406 praecedit pluralis λῃστοί molossum efficiens.

[2]) βόεος Herod. II 168, χήνεος II 37, 68, ἐπιτήδεος II 174 VII 59, ἐπέτεος III 95 V 49, τέλεος VI 57.

[3]) βαθέα τε καὶ εὐρέα Herod. I 178, δασέα III 32, βραχέα V 49, τρηχέα VII 33.

§ 18. Quaedam vocabula vocalem *α* vel *ι* vel *υ* in arsi longam habent sed in thesi brevem, licet non vocalis eam sequatur sed littera consonans. E. gr.:

Ἀπόλλων:	*ᾱ*	*A* 14, 21	etc.	*ἀνήρ* (§ 79):	*ᾱ*	*B* 553	etc.
	ᾰ	*A* 43, 75	etc.		*ᾰ*	*A* 287	etc.
πρίν:	*ι*	*B* 348	etc.	*Fίσασι*:	*ι*	*I* 86	etc.
	ῑ	*B* 844	etc.		*ῑ*	*Z* 151	etc.
χρύσεος:	*υ*	*A* 15	etc.	*ὕδωρ*:	*υ*	*B* 755	etc.
	ῠ	*Z* 320	etc. (cf. § 61).		*ῠ*	*H* 425	etc.

Quales syllabae non id notabile habent quod in arsi longae sunt, sed quod in thesi breves. Nam eiusmodi vocales natura longas fuisse certum est; non crescunt linguae humanae soni sed decrescunt volventibus annis, licet novis elementis aliunde ascitis possint amplificari. Itaque statuamus necesse est, talium vocabulorum sonos olim longos fuisse, *ᾱ*, *ῑ*, *ῡ*, aevo vero Homerico in ore hominum ita fuisse imminutos, ut dubium videretur longane audiretur vocalis an brevis; hinc adiuvante quidem ictu longam syllabam etiamtunc explere potuisse, in thesi vero ad legitimam syllabae productae mensuram vix pervenisse et pro brevibus igitur esse numeratas. Non uno autem eodemque puncto temporis hanc tabem omnia eiusmodi vocabula invasisse parive impetu in singulis esse grassatam, quivis intellegit; nec mirum igitur quaedam, quae huc in censum veniunt, verba in lingua Homerica usque adeo extenuatam exhibere vocalem [1]), ut sine arseos fulcro sustentare omnino se nequeat; alia sonum servare aliquanto firmiorem, ita ut in thesi quoque nonnunquam stare possit; in aliis denique paene illibatam permansisse vim vocalis nec nisi uno et altero loco deprehendi ingruentis morbi indicia.

Luculentissimum huius rei exemplum praebet dativi terminus *-ι*. Qui in arsi reperitur passim (cf. § 19) et in thesi ante vocales collocari solet (cf. § 15), ita ut satis appareat longam in lingua Homerica esse hanc syllabam; eadem tamen multis locis ante consonantem extat correpta, unde brevem quoque esse discimus. Recte igitur in carmine epico habet *ὕδατῐ(ῠ)* *A* 830 *κ* 520, recte quoque *ὕδατῐ̆* *χ* 439.

Simile quid observari potest in tertia persona plur. *Fίσασι*, quae et in arsi productam et in thesi correptam habet syllabam initia-

[1]) Exemplo sit iota vocum *πάλιν*, *ἵππουν*, *χάριν*, *Χλῶριν* (*K* 281 *T* 396 *E* 874 *λ* 281), de quibus cf. § 19 et 74.

lem multis locis, sed praeterea in thesi habet productam Θ 559 sq. λ 122 etc.

Fortasse idem valet de particula *πρίν* [1]), quae multis locis legitur in arsi, multis in thesi brevis est, sed locis nonnullis etiam in thesi (tertia) longa est, nisi falsa docet textus traditus; vid. Z 81 *I* 403 *N* 172 *Π* 322, 840 *X* 156 *δ* 668. Cum tamen alibi *πρίν γ'* reperiatur in codicibus (*Π* 840 *ξ* 288 etc.), dubitari potest an vocula *γ'* ubique subiecta fuerit olim ad syllabam in thesi firmandam, quae est opinio Hermanni (Orphic. p. 700) Knightii La Rochii (Hom. Unters. p. 257) Nauckii aliorum; certe non potest non suspectus esse versus, qualis legitur *I* 403: *τὸ πρίν ἐπ' εἰρήνης, πρὶν ἐλθεῖν (ἐλθέμεν') υἷας Ἀχαιῶν.*

Etiam adiectivum *χρύσεος* hoc loco est commemorandum; quod licet in thesi vocalem *υ* numquam producat neque per numeros metri dactylici producere possit, plenior tamen huius adiectivi forma *χρύσειος* syllabam *χρυ-* etiam in thesi perpetuo habet longam, e. g. *ε* 45 *ἀμβρόσι | α χρύ | σεια*; correpta est Hes. Scut. 199 *χρῦ | σείην*, sed tales formae hexametro inseri non possunt nisi in syllaba, quae praecedit, admittitur correptio Attica (cf. § 25), quapropter in Homeri carminibus non reperiuntur [2]).

In plerisque tamen vocabulis valet lex quam supra posuimus: ancipites vocales in thesi corripiuntur.

Oculis ostenditur correptio in particula *αὐτάρ-ἀτάρ*, de qua cf. § 325.

---

[1]) Longum olim fuisse sonum ad oculos demonstrat inscriptio Gortynia, in qua *πρεῖν* exaratum extat. Vid. Hoffmann Quaest. Hom. I p. 99, Christ Metrik[2] p. 175, van Herwerden Mnemosyn. 1889 p. 134, et conf. Homericum *Ϝἴκελος-Ϝείκελος* § 41[47].

[2]) Aliter, quam nos supra fecimus, de hoc adiectivo exponi solet. Sic Rzach (praeeunte Spitznero de versu hor. p. 96) ad Hesiodi l. l. annotat: „vulgata ob inauditam apud poetas epicos vocalis *υ* correptionem recipi nullo modo potest". Nempe non *χρῦσος* sed *χρῡ́σειος* Homerum dixisse multi contenderunt, sine causa tamen idonea. Nam si ex linguae Homericae legibus haec res est diudicanda, — ab hac lingua correptio soni longi multo minus aliena est quam inutilis synizesis (cf. § 8 et 61); sin secundum opinionem posteriorum Graecorum sententia est ferenda, — scimus apud Pindarum et in tragicorum canticis saepe corroptam esse syllabam *χρυ-*, vid. Pind. Pyth. IV 4 IX 56 X 40 Nem. VII 78; Soph. Antig. 103 Oed. R. 157, 188; Eur. Hercul. 350, 396. Ipsi igitur Graeci quin in suo Homero recitaverint *χρῦσος* haudquaquam dubium videtur, neque est cur corruptum censeamus Hesiodi locum modo allatum, qui tamen versus manifesto spurius est. — Verum perspexit Lehrs, quem vide apud Menradum de Contr. p. 49 annot.; quamquam ipse Menrad reiecit Lehrsii sententiam, item Christ proleg. Iliad. p. 180, Schulze Quaest. Ep. p. 117.

Multo rarior est vocalium *η* et *ω* in thesi correptio, attamen huius quoque rei certa quaedam extant exempla:

ἀργῆτα Θ 133, *ἀργῆτι Γ* 419 *ε* 128, 131 *η* 249 *μ* 387. — *ἀργέτα Φ* 127, *ἀργέτι Λ* 818 et l. a. *ρ* 241.

-ξηραίνω Φ 347. — *ξερόν ε* 402.

Κύθηρα O 432 *ι* 82 (*Κυθήριος, Κυθηρόθεν*). — *Κυθέρεια Θ* 288 *σ* 193 et in hymnis.

ἀσκηθής Π 247 etc. — *ἀσκεθέες* (?) *ξ* 255, cf. § 73.

γῆρας — γεραιός γέρων etc.

μήδομαι — μέδομαι. Vid. § 215.

μήν — μέν
δή — δέ } Longior forma etiam in thesi extat [1]).

χῶρος cum compositis *εὐρύχορος* et *καλλίχορος* (cf. *φυσίζοος* § 17).

δύω — δύο, e. g. *ε* 388 *δύω νύκτας δύο τ' ἤματα*. — Cf. § 91.

Διώνῡσος — Διόνῡσος [*λ* 325] et in hymnis.

λωτός — λοτόεντα (?) *M* 283.

Praeterea cf. § 38.

Non infirmitate soni sed metrica necessitate excusatur syllaba secunda adiectivi *ἀλγίνόεσσαν* et *-εντα* correpta apud Hesiod. Theog. 214, 226 pro *ἀλγεινόεσσαν -εντα*, nisi quis collato adiectivo simillimae conformationis *ἀργίνόεντα* cum viro docto Solmsen (vid. Schulze Quaest. Epic. p. 10) statuere mavult a radice *ἀλγ* (cf. *ἄλγιστος*) linea recta ductum esse adiectivum *ἀλγ-ίνό-εις*.

Item Homerica vocabula *φοινίκόεις, φοινίκόεσσα, Ποσίδήιον B* 506 *ζ* 266, urgente metro adhibita sunt pro *φοινῑκόεις -εσσα Ποσειδήιον*, quas formas poscit etymologia.

---

[1]) Metro potius quam sententia distinguuntur in dictione epica *μᾶν-μήν* et *μέν, δή* et *δέ*, nec dubium nobis quidem videtur quin pro eiusdem particulae forma duplici sint habendae; cf. quae pag. 50 sunt observata. Ut *μᾶν* sive *μήν* in *μέν* abiit et *δᾶ* (*δαι*) vel *δή* in *δέ*, sic vocula Homerica *θήν* (§ 328) in Atticorum particulis *δῆθεν δήπουθεν* superest correpta.

De particula *δή-δέ* vid. Nitzsch ad *ε* 278, Thiemann Zeitschr. f. Gymn.wesen 35 p. 350 sqq. — F. Stolz Wiener Studien 1890 p. 7 contendit particulam *δή* esse instrumentalem a radice *δο* (*ἔνδον, dum*) ductum et cum *δπη* etc. comparandum; affert autem libellum nobis ignotum viri docti Defant uso omerico della particula *δή* Trient 1886 progr. — Qualiscumque autem particulae *δή* origo fuerit — nam lubrica admodum res est, — potuisse eam et debuisse fere decrescere in brevem syllabam *δέ* negari nequit.

VII. De productione quae fit in arsi.

§ 19. Syllaba finalis, quae brevis est, in arsi pro longa haberi potest [1]); non tamen ita usurpari solet, nisi sequitur incisio

1) sive hexametri
2) sive ipsius sententiae.

Exempli gratia:

1) ἦατ' ἀκούοντες. || ὃ δ' Ἀχαιῶν νόστον ἄειδε. α 326.
ἐκ γὰρ Ὀρέσταο || τίσις ἔσσεται Ἀτρεΐδαο. α 40.
Κίρκη ἐπήμυξε || ὡς τε κτάμεναι μενεαίνων. κ 322.
εὗρὸν ἢ ἔλαφον κεραὸν || ἢ ἄγριον αἶγα. Γ 24.
ἢ ζῳός κ' ἀμένηνος ἔα || χαλκοῖο τυπῆσι. Ε 887.
2) πῶς ἦλθες, ||Ὀδυσεῦ; τίς τοι κακὸς ἔχραε δαίμων; κ 64.
σταθμούς τε κλισίας τε κατηρεφέας, || ἰδὲ σηκούς. Σ 589.

Plures loci huc pertinentes reperiuntur locis sequentibus [2]):

1) *In arsi pedis tertii* producuntur
syllabae -ἄν *B* 841 *γ* 490 *δ* 301 *θ* 54 *κ* 47 *ο* 188, -ον *Δ* 226, 527 *B* 24 etc., -ὄν *ε* 481, -ἄς *Δ* 76, -ος *Δ* 153 *B* 71 *O* 741 etc., γάρ *Δ* 342.
vocalis -ἄ *Δ* 321 *E* 576, 827 *Ξ* 320 *ζ* 269, 300 (?) *ι* 109 *κ* 42, 141.
vocalis -ε *φ* 219.
vocalis -ί *ψ* 110 (?).
vocalis -ο *X* 303 *ο* 249.
Ante hiatum in arsi pedis tertii producitur
-ἄ *Θ* 556 *ι* 366 (?), -ο *ν* 213 (?).
In arsi pedis quarti ante sententiae incisionem producitur
-μεν *ι* 62 (= 105, 565 *κ* 77, 133), -ος *K* 540 *κ* 172 *π* 11 *χ* 267 *ψ* 342, -ἄρ *δ* 126, ἔπί *μ* 209.
2) *In arsi pedis secundi sequente interpunctione* producitur
-ἄν *H* 206 *σ* 75.
-μεν *κ* 269.
-ον *K* 7 *Σ* 591.
-ἄς *T* 45.
-ες *H* 232 *Π* 269.

---

[1]) Solae arses *secunda tertia quarta quinta* huc in censum veniunt; nam in *sexti* pedis arsi quod compluribus locis ante ὥς vel ante *Ϝήν* et *Ϝῷ* producitur syllaba finalis, id huc non pertinet, cf. § 23, 26, 101. De *prima* autem arsi cf. § 22.

[2]) Cf. Hoffmann Quaest. Hom. I p. 102 sq., v. Hartel hom. Studien I p. 447 sqq.

-ος A 244 *B* 745, 822 *H* 416 *Σ* 168 *Ψ* 137, 603 *Ω* 786 *τ* 507. *-ᾰ σ* 77.

Cognata est productio quae fit ante liquidam, de qua cf. § 26; praeterea videantur syllabae initiales in arsi productae § 21 et 22.

In secundi vel quarti vel quinti pedis arsi huiusmodi productio raro fit nisi sequento sententiae incisione. Non tamen desunt certa exempla; cf. Hoffmann Quaest. Hom. I p. 102 sq. — Videantur:

ὃ ξεῖνος ἐμέθεν· ἐθέλω δέ μιν ἐξερέεσθαι. *τ* 99 [1]).
νεβρὸν ἔχοντ᾽ ὀνύχεσσι, τέκος ἐλάφοιο ταχείης. *Θ* 248.
πρὶν μὲν γὰρ Πριάμοιο πόλιν μέροπες ἄνθρωποι. *Σ* 288.

Item in pede *secundo -αν ι* 413, *-ον λ* 576 (sed *ρ* 35 = *φ* 224 *χ* 499 post *-ον* intercidit *ϝ*), *-αρ Ξ* 503 *ε* 108, *-ας Z* 366, *-ες Γ* 40 *ο* 248, *-ος B* 233 *E* 499 *Σ* 168 *X* 22 *Ω* 313. — Suspectae hoc loco sunt voculae productae *κεν H* 77 *T* 243, *μέν X* 482, *μιν Z* 176, 501, *γάρ B* 39, neque sanum videtur *ἵμεν Φ* 283. Vix huc pertinent *πάλιν K* 281, *Χλῶριν λ* 281, in quibus vocalis *ι* pristinam mensuram servasse putanda est, cf. § 18; idem valet de voce *ὥμοιιν E* 622 *N* 511, nisi pronomen *ϝ*(*ε*) ibi intercidit. De particulis *ὅτι ἔτι τε* ante *σ-* productis cf. § 26.

In *quarto* pede producuntur *-αν κ* 471 *π* 358 *χ* 449 *ω* 311, *-ον T* 43, *ἀτάρ τ* 273, *γάρ T* 49 (?), *-ες K* 264 (?), *-ις X* 412 (?), *-ος Θ* 248, 359 *Υ* 72 *X* 282 *Ω* 544 (?) *δ* 62 *ι* 209. — Syllaba *-ιν E* 874 (?) huc non facit, cf. § 18. De particularum *ὅτε* et *κατά* sono finali ante *σ-* producto cf. § 26.

In pede *quinto* producta sunt *-ον N* 495 *ν* 78 (cf. § 44[1 et 3]), *-ας E* 752 = *Θ* 396 (? cf. § 44) *β* 65, *-ες Ψ* 74 (= *λ* 571) *λ* 190, *-ος M* 280 (?) *Ξ* 139 *Φ* 23 *τ* 449 *ω* 285. — Correcta sunt *-ον A* 85 et *-ας K* 281, minus autem huc pertinet *-ιν T* 396, cf. § 18. De locutione *μῆτιν ἀτάλαντος* cf. § 44[2].

Ergo quae in *consonam* exeunt syllabae breves *-ᾰν -εν -ον* (*-ἴν*) *-ᾰς -ες -ος* hic illic ita productae reperiuntur, non vero syllabae quae in brevem *vocalem -ᾰ -ε -ο* desinunt. Quapropter incerta admodum est coniectura *Ἀσκληπιόᾱ δύο παῖδε* (codd. *-πιοῦ*) *B* 731, de quo loco cf. § 59; neque recipienda est lectio *δὲ τόξον O* 478 (l. a. *δ᾽ αὖ τόξον*); videatur etiam § 30.

Inter exempla supra allata non recepimus locos ubi dativi iota

---

[1]) Hoc uno loco Homerico bis deinceps vi ictus produci syllabam brevem, observavit v. Hartel.

finale in arsi producitur, quoniam aliunde constat hanc vocalem in lingua Homerica ancipitem esse; cf. § 15 et § 18. Rei passim obviae exempla haec sufficient:

Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε. Ξ 459.
δῶρα δ' Ἀχιλλῆϊ φερέμεν, τά κε θυμὸν ἰήνῃ. Ω 119, 147, 196.
κάρτεΐ τε σθενεί τε διακριδὸν ἔμμεν' ἄριστος. *O* 108.
ὦ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με, Διὶ φίλε, μυθήσασθαι. *A* 74.
ἦλθον ἐϝεικοστῷ ϝέτεῖ ἐς πατρίδα γαῖαν. *π* 206.
δενδίλλων ἐς ἕκαστον, Ὀδυσσῆϊ δὲ μάλιστα. *I* 180.
τὸν Λυκόϝοργος ἔπεφνε δόλῳ, οὔ τι κράτεί γε. *H* 142.

Alia extant *A* 86 etc. *B* 116, 781 *E* 156 *Θ* 267 *I* 23 Ξ 69 *P* 123, 152 *X* 314 *Ψ* 244 *ε* 415 *ζ* 151 *ι* 194 *π* 92 *ψ* 102, 170. *Ante caesuram* syllaba *-ι* producitur *A* 283 *O* 104 *T* 58 *Φ* 241 Ω 119 (= 147, 176, 196), 285 *ζ* 248 *Θ* 224 *κ* 520 *λ* 28 *ο* 149 *ω* 309, *ante liquidam* (cf. § 26) *B* 169 etc. Ω 707 *ξ* 485, *ante digamma E* 71 Ω 36 *γ* 39, quibus tamen locis vocalem *-ι* vi caesurae vel litterae insequentis produci non est cur dicamus, quoniam vel sic in arsi longam esse vidimus.

In nominum flexione finalis syllaba *-ᾰ* pro longa habetur ubi media est quinque syllabarum brevium deinceps positarum. E. g.:

πορφύρεᾰ καθύπερθ', ὑπένερθε δὲ λῖθ' ὑπέβαλλε. *κ* 353.
τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέᾰ τε φαρέτρην. *A* 45.

Item in pede *secundo ἠδ' ὀπόσᾰ 'τολύπευσε* Ω 7, *ὀπταλέᾰ τε καὶ ὠμά* *μ* 396, *πόλλ' ἐτεᾰ́ τε καὶ οὐκί* v. l. *T* 255, et post interpunctionem *ᾠωγαλέᾰ, τὰ καὶ αὐτός* *ξ* 343, in pede *quarto ϝέτεᾰ παρὰ μητέρι* Hes. Oper. 130, in pede *quinto ἀριφραδέᾰ δὲ τέτυκται* *Ψ* 240, *κυλινδόμενᾰ π(ρ)οτὶ χέρσον ι* 147, *ἀριφραδέᾰ κατέλεξας ψ* 225.

Ante caesuram syllaba finalis *-ᾰ* producitur *E* 576, 745 (= *Θ* 389) *H* 462 (= *M* 31) *Θ* 556 *O* 463 *Π* 774 *κ* 42, qualis tamen productio nihil insoliti habet, vid. pag. 90. Loci autem, ubi *ante liquidam* producitur *-ᾰ*, e. g. *E* 547 *Π* 143 (= *T* 390 *Φ* 162 *X* 133) *Φ* 243 *X* 393 h. Ap. 302, ad § 26 referendi sunt.

§ 20. Metro cogente syllaba *-o-* pro longa usurpatur in *ἀνῑηρό-τερος β* 190, *κακοξεινότερος ν* 376, *ὀιζῡρότερος P* 446, *ὀιζῡρότατος ε* 105.

Quam excusationem cum non habeat superlativus *λᾱρώτατος β* 350, vitio natum esse apparet, poetam enim aut *λιαρώτατος* dedisse, quae est coniectura viri d. Sittl, aut *λᾰερώτατος*, quod nobis verum

videtur [1]); positivum quoque λᾱρός diducendum esse, Homericam enim adiectivi formam esse λᾰερός, a radice λαυ (ἀπολαύω), hinc efficitur, neque metrum obstat quominus perpetuo ita scribatur (*P* 572 *T* 316 *μ* 283 *ξ* 408). Cf. § 139.

§ 21. Metri causa pro longa habetur syllaba initialis vocabulorum, quae incipiunt a tribus syllabis brevibus sequente syllaba quae sive natura sive positione longa est [2]).

Metricam hanc licentiam, cuius permulta in dictione epica reperiuntur exempla, textus traditus in quibusdam vocabulis oculis ostendit, in aliis ita oblitteravit ut lectorem facile possit latere. Verborum ἀπονέεσθαι et ἐπίτονος quae sit ratio nemo non videt, sed minus aperta est metri necessitas in vocibus ἠνεμόεις, εἰλάτινος, πουλυβότειρα, nam harum quoque syllabas initiales revera breves esse accuratius demum rem perpendenti apparet. Una tamen eademque lege et haec et alia permulta tenentur. Quapropter unice recte scribitur ἀνεμόεις, ἐλάτινος, πōλυβότειρα. Nos quae huc pertinent cum corrigere vellemus cuncta, a littera *η-* tamen manus abstinuimus quantumvis inviti, vid. pag. 39; sed pro *ει-* perpetuo *ε-* restituimus, et *ο-* pro *ου-* vel *ω-*.

Vocalis ᾰ- productae exempla sunt:

1) ἀθᾰ́νᾰτος, ἀκᾰ́μᾰτος, ἀπᾰ́λᾰμος Hes. Oper. 20, ἀφᾰσ́τη *P* 695 *δ* 704, ἀλᾰ́ος (?) *κ* 493, ἀνέφελος *ζ* 45 [3]), ἀϝϝᾰχοι *N* 41 (codd. *αὐϊαχοι*),

---

[1]) Item aliis, quos vide apud Schulze Quaest. Ep. p. 26.

[2]) Inter voces, quae hoc loco tractantur, nonnullae sunt quas non producere syllabam brevem, sed intactam servare syllabam quae alias in lingua Homerica corripi soleat, suspicetur quispiam. Exemplo sint Πρῐ́αμος et Πριαμίδης: longane erat primitus syllaba Πρι- an brevis? Quod qui rogat si scire cupit quaenam huius syllabae quantitas fuerit aevo antehomerico, respondemus nos id nescire; si longam olim fuisse collata Aeolica huius nominis forma Πίρραμος contendit, non obloquemur; de ipsius vero Homeri lingua interrogantibus videmur affirmare posse *brevem* tunc temporis fuisse. Nam si longa fuisset vel anceps, nihil obstabat quominus in arsi hic illic collocaretur prima syllaba nominis Priami, cuius nominativus et accusativus ita vel facilius metro dactylico inseri potuissent; at nonnisi in thesi comparet, unde intellegimus poetam in arsi collocare noluisse syllabam Πρι- nisi metro coactum; cogebat autem metrum in patronymico, non cogebat in nomine proprio.

Tali argumentatione singula vocabula quae huc pertinent sunt diudicanda; et in longe plurimis certum exitum habet haec quaestio, de quibusdam tamen suam sibi quisque opinionem servabit; vid. quae de epitheto ἐνοσίγαιος observavimus in § 38.

[3]) Etiam duplicatum *ν* defendi potest: ἀννέφελος (ita codd.), ita ut ad § 27 hoc adiectivum pertineat.

Reliquorum vero nominum ab alpha privativo ordientium, quae modo attulimus, syllabam initialem non libertate poetica sed positione productam esse, orta

ἀσῖνέας λ 110 μ 137 (e correctione, cf. § 73). — Item Aesch. Prom. 185 *ἀπαράμυθος*.

ἀποδίωμαι *E* 763, *ἀπονέεσθαι* et *-νέοντο*, *ἀποπέσῃσι* ω 7.

ἀγορᾶεσθε *B* 337.

πᾰνᾰπᾰλῳ ν 223, cf. § 27 et vid. Harder de *α* vocali p. 96, Schulze Quaest. Ep. p. 173.

πλᾱνοδίας h. Merc. 75.

Δᾱνᾰΐδης Hes. Scut. 229.

2) *ἠγερέθονται*, *ἠερέθονται*.

ἠνεμόεις, *ἠμᾰθόεις*, *ἠγᾰθεος*.

ἠλῑτόμηνος *T* 118 [1]), *ἠνῦσῑϝεργός* (e correctione) Ω 277.

Vocalis *ε-* producitur in hisce vocabulis:

ἐπῑτονος μ 423, *ζεφῡρῐη* η 119.

ϝεᾰρῐνός, *ἐλᾰτῐνος*, *ἐνόδιος*, *ἐρεσίη*, *ἐνεσίῃσι* *E* 894, *ἐνοσίγαιος*, *ἐνοσίφυλλος*, quae in codicibus scribuntur *εἰαρινός*, *εἰλάτινος*, *εἰνόδιος*, *εἰρεσίη*, *ἐννεσίῃσι*, *ἐννοσίγαιος*, *εἰνοσίφυλλος*. De ultimis cf. § 38.

Nominis *Τειρεσίης* quin eadem sit origo (vid. *τέρας* § 72) dubium non videtur; servavimus tamen diphthongum, ne notissimi nominis sonus mutaretur. Etiam vocem *εἰνατέρες -ρων* Z 383 etc., quam coll. lat. *ianitrices* *ἐνατέρες -ρων* esse statuerunt L.Meyer alii, mutare ausi non sumus. — In adiectivo *εἰνᾰ́λιος* (δ 443 ε 67 ο 479 hymn. 5, 8) diphthongus fortasse melius servatur, pristina enim forma fuit *ἐνσάλιος*, cf. § 44.

Etiam praepositio *ἐν* hac ratione producitur, quippe quae proclisi cum nomine suo artissime iuncta unum vocabulum efficiat, e. g. *ἓν ἄγορῇ* (codd. *εἰν ἀγορῇ*). Cf. § 315.

Vocalis *ῑ-* producta extat in *διογενής*, *Πρῑᾰμίδης* (cf. pag. 93, 2), *Σιδονίων*, *Φιλῦρίδης* Hes. Theog. 1002, quibus addendum videtur **δῑθανέες* (codd. *δισθανέες*) μ 22.

Vocalis *ο-* autem ictu extenditur in vocibus *βοτῐᾰ́νειρα* *A* 155, v.

---

enim esse ex *ἀν-ϑάνατος* etc., probam igitur esse lectionem *ἀμφασίη* (quam secutus Isyllus Epidaurius *ἄμπορος* dicere sustinuit pro *ἄπορος*, inscr. Coll. 3342[66]), praefixi autem formam antiquissimam fuisse *ανα-*, id est praepositionem notissimam, non recte, nisi fallimur, Wackernagel Bezzenb. Beitr. IV p. 299 sqq. aliique statuerunt collatis vocibus vitiose traditis et facili correctione sanandis *ἀνίεδνος* *I* 146, *ἀνάπνυστος* Hes. Theog. 797, *ἀνάελπτα* Theog. 660, quibus e coniectura Wackernageli accedit nova vox *ἀνάσχετον* *E* 892. Cf. § 41[3] et § 90.

[1]) Si revocatur *α*, melius etiam perspicitur ratio qua *ἀλιτόμηνος* corruptum est in *ἀλιτήμενος* Hes. Scut. 91, quem locum emendavit Bentley.

l. τ 408, h. Ap. 185 Ven. 265, *ὀλεσίκαρπος* κ 510, *ὀλόμενος*, *πολυβότειρα*, *πολύποδος*, *Πολύδαμας*, *δολιχόδειρος*, *ὀϝέτεας* B 765. Codices habent *βωτιάνειρα*, *ὠλεσίκαρπος*, *οὐλόμενος* [1]), *δουλιχόδειρος*, *οἰέτεας*, in vocibus autem quae a *πολυ-* incipiunt inter *o* et *ου* variant.

Addendum est fortasse *πρῡφανέεσθαι* (sic van Herwerden pro *πρῶτα φανεῖσθαι*) *μ* 230. Etiam nomina *Ὠρεῖθυια* Σ 48, *Δουλίχιον*, *Ὠάρῐων*, huc pertinere videntur, quae *Ὄρειθυια* (*ὄρος*), *Δολίχιον* (*δόλιχος*), *Ὄαρίων* (*ὄαρες*, *ὀαρίζω*) olim fuisse verisimile est; de ultimo cf. Menrad de Contr. p. 13.

Vocalem *υ-* denique producunt voces *δῡναμένοιο*, *Θῡγᾰτέρες*, *Θῡσᾰνόεσσα*, *κῡᾰνέος*, *Κῡᾰνοχαίτης*, *κῡᾰνόπεζα*, *ὑλακόμωρος*, *Φῡλακίδης*.

In propriis quibusdam nominibus haec productio postea permansit; sic *Τειρεσίης* et *Δουλίχιον* et *Ὠρείθυια* etiam recentiores dicebant, et *Εἰνοδίαν* vocabant deam Lunam in dictione poetica (cf. Eur. fr. 310, Valcken. Diatrib. p. 167), *Πουλυτίων* autem hominis ex Hermocopidarum causa famosissimi erat nomen et *πουλύπους* Athenis dicebatur *loligo*, si fides Athenaeo VII p. 316.

Recentiores vero poetae cum rei rationem parum perspexissent, non solum *ἐαρινός* (*εἰαρινός*) dicere sustinuerunt, quod necessarium licitumque, sed etiam *εἶαρος* h. Cer. 174 Theocr. VII 97 XII 30 XIII 26 Bion. VI 1, *εἶαρι* Theocr. XXIII 29 Bion. VI 17, *εἶαρ* Bion. VI 15, quae inutiles sunt productiones et Homero iudice soloecae.

Etiam voces nonnullas trium brevium syllabarum in dictione epica producere syllabam initialem, ita ut dactylum efficiant, demonstrare studuit Schulze Quaest. Epic. p. 203 sqq., formas *οὔνομα*, *φάεα*, *ἄορι*, *ἄορα*, *μέλλανι* Ω 79, *τείρεα* Σ 485, *πείκετε* σ 316 ita explicandas esse autumans. Cui minime adstipulamur.

Radices disyllabae, quae incipiunt a vocali brevi neque positione producta, in longam vocalem hanc mutant cum vocabuli compositi efficiunt partem posteriorem. E. g.:

(*ᾰ*): *ᾰ̓γερ* — *ὁμηγερέες*, *ὁμηγυρίσασθαι*, *θυμηγερέων*, *νεφεληγερέτα*.
ᾰ̓ερ — *μετήορος*.
ᾰ̓κεσ — *ἀνήκεστος*.

---

[1]) Ad praesens ignotum *οὔλομαι* referre conati sunt Curtius et alii, quos docte et copiose refutavit Schulze Quaest. Ep. p. 192 sqq., Classenium secutus; sufficit fortasse indicasse tragicorum locos ubi *ὀλόμενος* idem significat quod epicum *οὐλόμενος*, Eur. Hel. 231 Phoeniss. 1029 Orest. 1364 etc.

ἄμελγ — ἀνήμελκτος, Ἱππημολγοί.
ἄμειβ — ἐξημοιβός.
ἄνεμος — ποδήνεμος.
ἄνυσ — ἀνήνυστος.
ἄρο — ἀνήροτος.
(ε): ἐλα — ἐξήλατος, βοηλασίη, ἱππήλατα.
ἐνεκ — διηνεκής, ποδηνεκής, δουρηνεκής.
ἐρα — ἐπήρατος, πολυήρατος.
ἐρετ — δολιχήρετμος, φιλήρετμος.
ἐρεφ — ἀμφηρεφής, ἐπηρεφής, κατηρεφής, ὑπωρόφιοι, ὑψηρεφής *I* 582.
ἐριδ — ἀμφήριστος.
(ο): ὀβελός — πεμπώβολα.
ὀισ — ἀνώιστος, ἀνωιστί.
ὄνομα — ἐπώνυμος etc.
ὄνυξ — κρατερώνυχες, γαμψώνυχες.
ὄρος — ὑπωρέια.
ὀρυχ — κατωρυχέεσσι.

Raro et cogente plerumque metro breves manent eiusmodi syllabae, e. g. ἀλεξᾰ́νεμον ζ 529, ὑψερεφές *E* 213 etc.

In posteriore lingua eadem ratio valet, ut docent voces ἔπηλυς, κατήγορος, τριώβολον, ἀνώνυμος aliae sexcentae. Vid. etiam § 90.

§ 22. Versus aliquot ordiuntur a syllaba brevi, quam ictus vi longam fieri, certe pro longa usurpatam esse, apparet. Sunt hi:

ἐπεὶ *X* 379 *Ψ* 2 *δ* 13 *ϑ* 452 *φ* 25 *ω* 482.
δῑὰ *Γ* 357 *Δ* 135 *H* 251 *Λ* 435 [1]).
φῑ́λε *Δ* 155 *E* 359 *Φ* 308.
ϝε̄ανοῦ *Π* 9 (codd. εἱανοῦ).
'λῡ́το *Ω* 1.

Ex Hesiodo addendum est δρῡὸς Oper. 436 (cf. § 75).

Monosyllaba vero τά τόν in versuum fronte vix recte producuntur *Φ* 352 τᾰ̀ περὶ καλὰ ῥέεθρα et ε 266 τὸν ἕτερον. Tertio loco qui huc pertinere videtur, *Ω* 154 ὃς ἄξει, pronomen ϝ'(ε) intercidisse docet versus vicinus 183 ὅς σ' ἄξει, cf. § 92 not. 2. Et in versu *X* 236 ὃς ἔτλης ἐμεῦ εἵνεκ' probabiliter correctum est ὃς τλῆς εἵνεκ' ἐμεῖο.

---

[1]) Hos locos corruptos esse, olim enim non δῑὰ μὲν ἀσπίδος ἦλθε (*Γ* 357 *H* 251 *Λ* 435) et δῑὰ μὲν ἄρ ζωστῆρος (*Δ* 135) fuisse sed ζὰ (i. e. δjὰ) μὲν ἄρ' ἀσπίδος ἦλθε et ζὰ μὲν ἄρα ζωστῆρος, non de nihilo coniecerit quispiam collatis quae in § 90 sunt observata.

Neque integrum esse initium versuum *I* 5 *Ψ* 195 *Βορέης καὶ Ζέφυρος, Βορέῃ καὶ Ζεφύρῳ* docet synizesis (cf. § 8 et § 58); si tamen substituitur contracta forma *Βορρῆς Βορρῇ*, vitium tollitur vitio. Sed in catalogum recipiendi sunt fortasse:

Ρ 647 *φάεϊ δ' ἓν καὶ ὅλεσσον*, codd. *ἐν δὲ φαεῖ κ. ὅ.*, cf. § 71.

Ω 79 *μέλανι ἔνθορε πόντῳ*, codd. *ἔνθορε μέλανι πόντῳ.*

ι 425 *ὅιες ἄρσενες ἦσαν*, codd. *ἄρσενες ὅιες* (vel *οἷιες*) *ἦσαν*, cf. § 74.

Huiusmodi versus grammatici olim *ἀκεφάλους* vocabant. Remansisse autem videtur haec licentia ex antiquiore tempore, quo hexameter inciperet a basi liberioris conformationis, hac in re igitur similis Aeolico versuum generi, cuius exemplum ex Alcaeo affert Hephaestion de Metr. c. 7 (fr. Alc. 46):

κέλομαί τινα τὸν χαρίεντα Μένωνα κάλεσσαι,
αἴ χρὴ συμποσίας ἐπ' ὄνασιν ἔμοι γεγένησθαι [1]).

Latius igitur usum versuum *ἀκεφάλων* in epica arte patuisse tempore antehomerico credibile; in ipso quoque corpore carminum Homericorum multo plura eius vestigia deprehendi ingeniosa disputatione demonstratum ivit Schulze Quaestion. Epic. p. 374 sqq., qui huc traxit verba *ἴομεν Β* 440 etc., *δᾱΐζων Λ* 497, *ἰανθῇ χ* 59, *ἀείδῃ ϱ* 519, *κλῦτε Β* 56 etc., *σᾶος Χ* 332, *Ὀλυμπόνδ' Θ* 439 *ζ* 42, *ὄρεος Γ* 34 etc., *στρῳφάετ' Ν* 557 (item Hes. Op. 528 h. Cer. 48), quae tamen maximam partem admodum incerta nobis videntur.

Eandem quam primae, etiam sextae arsi concessam fuisse licentiam et veteres grammatici putarunt, *μειούρους* vocantes eiusmodi hexametros, et Schulze l. l. p. 430 sqq. probare conatus est congestis hisce vocibus: *ὄφιν Μ* 208, *ἔῃ ἕω Η* 340 *Ι* 245 Hes. Op. 577 etc., *κάνεα κ* 355, *συφεοῦ κ* 389, *φατέος* Hes. Theog. 310 Scut. 144, 161, *κέων ξ* 425, *νεμέσι Ζ* 335, *θόᾱκος -κοι* (codd. *θόωκος -κοι*) *β* 26 *μ* 318, *ὁδόν ϱ* 196, *ἐᾱγη Λ* 559, *κέᾱται* (codd. *κέονται*) *Χ* 510 *λ* 341 *π* 232, *ἐφιεἰς Λ* 51, *ὕδωϱ Ξ* 435 etc. — Specie deceptus quin hoc certe loco a recta via vir doctus aberraverit nobis dubium non videtur [1]).

§ 23. Multis locis textus traditi syllaba brevis in arsi pro longa adhibita esse videtur, cum revera longa sit positione, cf. § 24. Aptis-

[1]) Cui exemplo ne nimis multum tribuamus, observemus oportet non primi tantum sed etiam quarti pedis conformatione (cf. § 3 p. 18 sqq.) Alcaei hos hexametros a versibus heroicis discrepare.

simum exemplum in § 22 vidimus: ὃς <Ϝ'> ἄξει Ω 154. Alia sunt οὔ τι μάλα δήν leg. δϜήν A 416 etc., θυγατέρᾱ ἣν leg. (σ)ϜήνE 371 etc., ὄρνιθες ὣς leg. Ϝώς (?) Γ 2 etc. (cf. § 101).

VIII. De syllabis positione productis.

§ 24. Syllaba, cuius brevis est vocalis, positione sua longa fit, si hanc vocalem duae tresve consonantes sequuntur. Litterae ζ ξ ψ quoniam sunt duplices, his quoque syllabam praecedentem produci per se intellegitur [1]). E. g.:

Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος 'τέκετο Ζεύς. Ξ 434.

Ut docet hoc exemplum, tribus modis distributae esse possunt consonantes quae syllabam praecedentem producunt:

1) Ad idem vocabulum pertinent consonantes ambae atque syllaba quae positione producitur: δινήεντος.
2) Syllaba finalis exit in brevem vocalem cum una consona, sequens autem vocabulum a consonante incipit: ἀθάνατος 'τέκετο.
3) Vocabulum clauditur vocali brevi, sequentem autem vocem aperiunt duae (vel tres) consonae: 'τέκετο Ζεύς.

Primum igitur harum productionum genus ipsa lingua efficit et firmum hoc est in singulis vocabulis; secundum tertiumque nascuntur dum vocabula inter loquendum coniunguntur.

Singulari diligentia Is. Hilberg, das Princip der Silbenwägung und die daraus entspringenden Gesetze der Endsilben in der griechischen Poesie (1879), demonstravit: syllabas finales in arsi potissimum positione produci, vocalem autem brevem, in fine vocabuli collocatam, non nisi primi secundive pedis thesin efficere posse, inde a Nonno vero ne in horum quidem pedum thesi positione produci.

Leges XIV, quas Hilbergius constituit, videantur apud ipsum. Quod autem ad Homerum adtinet, pleraque huiusmodi praecepta sine damno possunt negligi, et res eo fere redit ut vetustissimi vates syllabas breves in fine vocabulorum obvias produxerint omnibus hexametri sedibus ubi fieri id poterat. Nempe *tertii spondei thesis* syllabam finalem, quae longa aut positione producta est, omnino non

[1]) De littera ζ tamen videatur § 28.

admittit, sic enim versui deesset caesura; neque *thesis quinti spondei*, sic enim nasceretur versus spondiacus in disyllabum excurrens (§ 2); *quarti* autem *spondei thesin* raro explet syllaba finalis, quoniam dactylus esse solet pes quartus si cum illo vocabulum finitur. Ergo ipsi numeri versus epici id ferunt ut non nisi primi vel secundi pedis thesin apte explere possit syllaba finalis, neque de ipso pede secundo sine exceptione hoc valet, periculum enim est ne durius minusve concinnum sic fiat metrum, e. g. *ἠπείλησεν μῦθον, ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα* etc.; cf. pag. 16.

Duae tamen Hilbergii observationes (p. 18 et 20) quam maxime huc faciunt:

1) cum spondeus est pes quartus, eius thesin nunquam explet vocalis brevis quae vocabulum claudit (et positione producitur) [1]).
2) cum spondeus est pes secundus, eius thesin nunquam explet vocalis brevis quae substantivum vel adiectivum vel verbum claudit (et positione producitur) [2]).

§ 25. Apud Atticos vocalis brevis, quam sive in eodem vocabulo sive sequentis initio [3]) excipiunt muta cum liquida, non producitur

---

[1]) Damnanda est igitur *β* 66 Knightii aliorum coniectura (quam imprudentes recepimus) *θεῶν δὲ δϝείσατε μῆνιν*, ubi tradita lectio est *θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν*, verum esse videtur *δ' ὑποδίδϝιτε*, quod post nos commendavit Schulze Quaest. Ep. p. 88.

Ante diaeresin bucolicam ne eam quidem positionem, quae consonis vocabulorum continuo se excipientium terminali et initiali efficitur, legitimam esse, vidit Wernicke ad Tryphiodor. 173 sqq.; cf. supra p. 15,1. Itaque recipi nequit quantumvis speciosa coniectura, qua Naberus plaudente Herwerdeno versui *N* 738 subvenit: *οἱ μὲν ἀφεστᾶσιν σὺν ὄχεσφιν, τοὶ δὲ μάχονται* pro vulgato *τεύχεσιν, οἵ*. Cavendum tamen est ne quis hac observatione ita abutatur ut omnino in pede quarto vitiosos ducat spondeos ita conformatos, id quod fecit Schulze Quaest. Epic. p. 423 sq., calidius ideo damnans coniecturas quales nos aliique in textum recepimus *παρέσταν ϝοῖτον ἄγουσαι Π* 467, *πτολίπορθον ϝοίκαδ' ἰκέσθαι ι* 530, *ἕτιον ϝῖσα θεοῖσι λ* 484, *ἐφ' ἥμιν ϝῆρα φέρουσι π* 375, *ὔμ' ἦμεν ϝοίκαδ' ἵποιο ο* 431, talibus enim locis continuatur sententia nullamque igitur offensionem habet syllaba finalis quae positione producta est; exempla ex Homero Hilberg Silbenwägung p. 112 sqq. dedit *Α* 551 *Β* 522 *Δ* 83 *Σ* 400 *Φ* 126 *Ψ* 259 *ζ* 93 *π* 435 *τ* 576 *ω* 364 etc.

[2]) Ergo *Χ* 101 claudicat metrum: *ὅς μ' ἐκέλευε Τρωσὶ* etc., ubi *-ν* subiungit Hilberg, probabilius vero Nauck *ὅς Τρωσίν μ' ἐκέλευε* rescripsit. — Etiam *Α* 686 *τοὺς ἴμεν' οἷσι χρῆς;* huc pertinet; Hilberg *οἷσιν* poscit, sed ipsa productio, quae ope litterae adventiciae *-ν* fit in thesi, vix Homericum sonat; vid. § 30.

[3]) Si muta claudit vocem et liquida sequentem vocem aperit, e. g. *ἐκ ῥεύματος*, syllaba semper producitur, etiam in litteris Atticis.

nisi muta sit *media* (*β γ δ*) quam sequatur *λ* vel *μ* vel *ν* [1]). Debetur hoc praeceptum acumini Dawesii Miscellan. Critic. (1745) sect. V.

In carminibus Homericis huiusmodi syllabae arsin occupare solent et pro longis igitur numerari [2]); in thesi vero prouti fert metri ratio modo longae habentur modo breves. E. g.:

ἀρνύμενος πᾱτρός τε	*Z* 446.	*φοινήεντᾰ δράκοντα*	*M* 220.
τὰ πρῶτα	*Α* 6.	*Ἀφροδίτη(ᾰ)*	passim.
πῑπρωμένον	*Γ* 309.	*ἀλλŏθρόους*	*α* 183 *γ* 302.
		τειχεσῐπλῆτα	*E* 31.

Breves tamen non fiunt nisi littera posterior est *λ* aut *ρ* [3]).

Correptio igitur Attica, quae dicitur, in Homericis potest fieri ante litteras *πλ κλ χλ βρ δρ πρ κρ τρ φρ χρ θρ*; ceterae huiusmodi correptiones aut a Graecis omnino vitantur (ante *βλ γλ δλ*) aut in epicis certe carminibus non occurrunt (ante *θλ φλ γρ*). Notabilis est syllaba brevis ante *τλ* uno loco (sano?) obvia: *Γ* 414 *σχĕτλίη*.

Infirmior igitur inde ab aetate Homerica — neque ultra recedere possumus quo propius ad linguae Graecae incunabula perveniamus — infirmior in ore Graecorum fuit potestas elementorum *κλ πρ* similiumque sonorum, quam quae ad producendam syllabam praegressam sufficere videretur. Huiusmodi syllabae in arte epica medium veluti genus constituunt inter syllabas vere longas, quae sive arsin sive thesin quamlibet explere valent totam, et syllabas quae sine controversia breves sunt nec nisi in thesi locum habent.

Hanc ob causam in arsi potissimum collocantur a poetis epicis; sic enim syllaba debilior sustentatur impetu rhythmi. In thesi raro ponuntur sine necessitate, multo etiam rarius sine necessitate corripiuntur [4]); „ubi vitari poterat correptio, ibi eam tanta cura

---

[1]) Loci in Aristophanis comoediis, qui repugnant, aut ad imitationem dictionis epicae vel tragicae sunt conformati (Eq. 1178 *Ὀβριμοπάτρα*, Lys. 742, 833 Eccl. 369 *πότνια*, Pac. 140 *ὑγρόν*, Thesm. 859 *πᾱτρίς*), aut corrigendi sunt (Pac. 1201 Plut. 1019 *δρᾱχμῶν*, Vesp. 151 *Κᾱπνίου*, Eq. 207 *μᾱκρόν*, Nub. 1468 *πᾱτρῴων*, Thesm. 1184 *τυγάτριον*, Nub. 869 *κρεμᾱθρῶν*).

[2]) Quae ad positionem debilem pertinent post Hermannum Orphic. p. 755 sqq. summa cura et sollertia tractarunt Spitzner de versu her. p. 88-105, La Roche hom. Untersuchungen p. 1-43, von Hartel hom. Studien I, Buth Philolog. 39 p. 551 sqq., Usener altgr. Versbau p. 22 sqq. — Vid. etiam Ludwich Arist. II p. 360, Monro homeric grammar § 370, Vogrinz Gramm. d. hom. Dial. p. 25 sq., Kühner-Blass I p. 302 sqq.

[3]) Ab Hesiodo etiam ante *κν* et *πν* corripitur syllaba his locis: *ἀκρŏκνέφαιος* Oper. 567, *ἔτικτĕ πνέουσαν* Theog. 319.

[4]) Cum corripiuntur, tantum non semper *priorem in thesi locum obtinent*, et plerumque quidem *pedis tertii* vel *quinti*. „Die Positionsvernachlässigung ist an zwei Thesen „geknüpft, an die erste Kürze des dritten und die erste Kürze des fünften Fusses;

„veteres declinaverunt, ut vix pauca ex hoc genere exempla, quae „quidem certa sint, proferri queant" Hermann l. l.

Quid velimus docent exempla supra allata. Participium *πεπρωμένον* aut metro dactylico adaptari nequit aut syllabam *πε-* in thesi habere debet, quamquam ad longae syllabae mensuram non ex asse pervenientem; produci autem eam sinit metrum, ergo non corripitur. Sed voce *δρᾰκων* abstinendum est poetis epicis, nisi corripiant syllabam praegressam [1]); dea *Ἀφροδίτη* abesse debet ab ipso quod excitavit bello Troiano, si pro brevi haberi nequit syllaba initialis eius nominis; adiectivum *ἀλλοθρόους* aut non poni debet in versu dactylico aut secunda brevi poni; item epitheton perantiquum *τειχεσιπλῆτα* nisi tertia brevi admitti non potest.

Sic e septem locis allatis quinque facilem habent excusationem; restant tamen duo, in quibus syllaba, quae positione debili producitur, citra necessitatem in thesi collocata est, *πᾰτρός* et *τᾰ̀ πρῶτα*. Tales loci apud Homerum rari sunt [2]); sed rariora etiam sunt

---

„z. b. *ὣς οἳ μὲν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον* und *καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα „προσηύδα*. Die erste Form findet sich in den beiden Gedichten 202-, die andere 278 „mal. In anderen Regionen des Verses begegnet das vereinzelt" v. Hartel hom. Stud. I p. 443. — Cum correptione quae fit post tertium trochaeum componenda sunt quae Usener de prisca hexametri forma disputavit, cf. supra pag. 11.

[1]) Alia vocabula permulta, quae ita sunt conformata ut syllabae praecedentis correptionem Atticam imperiose flagitent, collegit Spitzner l. l.: *Κλεώνας, Κλῠταιμνήστρη, κλῐθῆναι, Πλᾰ̆ταιαν, τρᾰ̆πεζα, τρᾰπέσθαι, τρᾰ̆παινα, βρᾰχίων, βρῐήπυος, βροτῶν -ούς -οῖσι -οῖο, Δρῦᾱς, ἀμφῐδρῠφής, Θρᾱσιάων, Θρόνους -οισι, κρᾰδαίνω, κρᾰ̆ναια, κρᾰ̆ταιός, Κρόνιο, κρῠφηδόν, προθῠμίῃσι, προκείμενα* etc.

Apta exempla sunt *κ* 354 *προπάροιθε θρόνων ἰτέιναι τραπέζας* et *χ* 438 (= 452) *αὐτὴρ ἔπειτα θρόνους περικαλλέας ἠδὲ τραπέζας*, quibus locis — nec alibi usquam — bis intra unius versus spatium admissa est correptio Attica.

Hinc non refellitur quidem — immo placet — sed incertior tamen quam ut in adornanda Homeri recensione ea uti possimus fit Useneri suspicio altgr. Versbau p. 25, non *προσηύδα* sed *ποτηύδα* dedisse poetam in versu formulari *Ϝέπεα πτερόεντᾰ προσηύδα*. Etiam locutionis *τοιαῦτᾰ πρὸς ἀλλήλους ἀγόρευον* numeri ita possunt defendi, unam enim vocem efficit praepositio cum suo nomine, *προσαλλήλους*.

[2]) Necessitatis metricae nulla ratione habita v. d. Buth l. l. docuit apud Homerum breves vocales ante mutam cum liquida

in *arsi*	esse	locis	Il. 1613	+ Od. 1060	= 2673.	
in *thesi*	*corripi*	„	„ 267	+ „ 289	= 556.	
	produci	„	„ 58	+ „ 32	= 90.	

Qui numeri aliquanto minores sunt veris, certe apud Hartelium legimus in thesi syllabam finalem positione debili non produci locis 280 + 294 = 574, locis 105 produci. Attamen satis apparet syllabas positione debili productas vix *tricesimo* quoque loco *in thesi* reperiri. In Odyssea frequentiorem quam in Iliade videmus esse correptionem Atticam.

vocabula in quibus sine iusta causa admittitur correptio Attica, e. g. *σχέτλίη Γ* 414, *Πάτροκλε Τ* 287 (spur.) [1]), *πρωτόπλοον Θ* 35, *φαρέτρης Θ* 323, *δἄκρῡπλώειν τ* 122, *προσέκλινε φ* 188 et 165 (l. a. *προσέθηκε*), *καὶ νᾶϊ κέκρυμμένα ψ* 110 (del. *καὶ*), *Ὀτρυντεΐδην -δη Ὀτρυντῆι* (ŏ) *Τ* 383 sq. et 389 [2]), „quae tantopere ab Homerica consuetudine abhorrent „ut dubitari non possit quin correptio criticis debeatur" (Hermann l. l.). Paulo minus incommodi habet res in verborum exitu, neque omnes locos, qui ita conformati sunt, aut corruptos aut recentes esse crediderit quisquam, e. g. *μ* 215 *τύπτετε̆ κληίδεσσιν*, *ξ* 529 *δε̆ χλαῖναν*, *κ* 234 *μέλἰ χλωρόν*, *Θ* 479 *τε̆ Κρόνος τε*, *Φ* 353 *οἴχοιτŏ χρέος*, *ν* 363 *ἄγε χρήματα*, *Ψ* 186 *δέ̆ Ἰχῖεν*, *Ω* 795 *γε̆ χρυσείην*, *Α* 97 *ῦ γε̆ πρίν*, *ξ* 334 *ἐμε̆ πρίν*, *ρ* 597 *ἐξυλέυειε̆ πρίν*, *Γ* 250 *καὶ Ἀλέ̆ Ἰριαμίδαο*, *Μ* 95 *Ἰριάμοιŏ τρίτος*, *Ν* 799 *φαληριάοντă πρό*, *Λ* 572 *ὄρμενă πρόσσω*, *Σ* 122 *καί τινă Τρωιάδων*. Alibi Attica correptio vitii est indicium, e. g. *πλήθεἴ πρόσθε Ψ* 689 (verba obscura), *δε̆ δράγματα Λ* 69 (*δάργματα*? [3]), *ἡγήτορἴ Θρῃκῶν Ε* 462 (male pro *Θρηΐκων*, cf. § 17), *οὔδεἴ πλῆντ' Ξ* 468, *δε̆ πλέον ν* 355 (male, certe insolite, pro *δὲ πλεῖον*), *ἔειπε̆ πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν Λ* 403 etc. (scripsimus *ἔϝειπε ποτὶ μ. Θ.*); aut occurrit loco suspecto, e. g. *ὅθἴ πλεῖστα* (v. l. *ᾗ*) *Ι* 382, *μεμνῇτŏ δρόμους Ψ* 361, *Δωριέες τε̆ τρἴχάϊκες τ* 177, *ὀπτῆσαί τε̆ κρεῶν ο* 98. Tres tamen loci, quos ultimos posuimus, necessitate metrica excusantur.

§ 26. Vocalis brevis, in vocabuli exitu posita, longa habetur in arsi ante liquidam vel digamma (cf. § 19). E. g.:

(*λ*) *εἶλκ' ἐπὶ ϝοὶ μεμαὼς ὣς τε̄ λὶς, ἐκ δ' ἄρα χειρός. Λ* 239.
(*μ*) *αἰεὶ δὲ̄ μαλακοῖσι καὶ αἰμυλίοισι ϝέπεσσι. α* 56.
(*ν*) *αἶψα δ' ἐπὶ νευρῇ κατεκόσμεε πικρὸν ὀιστόν. Δ* 118.
(*ρ*) *ϝάστυ δέ μοι δεῖξον, δὸς δὲ̄ ῥάκος ἀμφιβαλέσθαι. ξ* 178.
(*ϝ*) *πατρὶ φίλῳ ἔπορον· ὔ δ' ἄρα ϝῷ παιδὶ ὄπασσε. Ρ* 196.

Etiam ante litteram *σ* uno et altero loco producitur vocalis, nempe *ὕτἴ σὺ Τ* 434, *ἔγκατά τε̄ σάρκας τε ι* 293 (qui locus ad § 19 referri potest si post *τε̄* sistimus orationem), *οὐ γὰρ ἔτἴ σάρκας λ* 219,

---

[1]) In versu *Z* 479 non *εἶπῃσι πᾰ̄τρός* sed *εἶποι πᾰ̄τρός* esse legendum evincit verborum contextus, neque veteres id fugit.

[2]) Versus 384 syllabam *Ὀτρ-* post caesuram habet et minus igitur fortasse huc pertinet, vid. pag. 11; in vs. 389 pro *κεῖσαι Ὀτρυντεΐδη* (ŏ) licet *κεῖσ' Ὀτρυντεΐδη* (ŭ) recitare.

[3]) Ita v. Hartel, cf. forma Attica *δαρχμαί* (Arist. Plut. 1019), item in dialecto Elea IGA. 113[b] = Coll. 1154[3], 1155[5,6], 1158[4], in Arcadica Coll. 1222[22,30], et in Gortynia *δαρχναί*.

ὅτε σεύαιτο διώκειν *P* 463 (lectio incerta), κατὰ συφεοῖσιν ἐϝέργνυ κ 238. Non pertinent huc *T* 303 σ 77 φ 219, cf. § 19.

In *thesi* brevis vocalis ante liquidam non producitur, ne ante litteram ϱ quidem; e. g.:

ὣς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι. α 47.
πλάζων· οὐδέ τί μιν σθένει ῥηγνῦσι ῥέοντες. *P* 751.

Duae tantum offendunt exceptiones: πολλὰ λισσομένη -νος -νω *E* 358 *Φ* 368 (v. l. *Φ* 492?) *X* 91 (cf. § 27) et πυκνὰ ῥωγαλέην ν 438 (= ϱ 198 σ 109). In versu *Ω* 755 pro πολλὰ ῥυστάζεσκεν scribendum est potius πόλλ' ἐρρυστάζεσκεν addito augmento, et in κ 324 non est causa cur lectioni vulgatae καί μ' ὀλοφυρομένη substituamus Aristophaneam καί μ̄ λισσομένη.

Locis haud paucis ante liquidam producta reperitur vocalis brevis, quae etiamsi non liquida sed muta sequeretur pro longa tamen aliam ob causam haberi posset. Sic in versu *A* 454 'τίμησας μὲν ἐμὲ, μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν non vi liquidae, certe non hac sola producitur syllaba μ̄ε, sed magis etiam vi caesurae et interpunctionis, item *Δ* 321 etc.; videantur etiam exempla productae vocalis -α, quae in fine § 19 attulimus (Διοκλέεᾱ μεγάθυμον *E* 547 etc.).

§ 27. Elementum ϱ ubi radicis initio collocatum reperitur, olim praemissam habuit spirantem, ϝ aut σ; cf. G. Meyer[3] p. 178. Duarum igitur litterarum vice fungitur; quapropter eam habet vim atque indolem, ut in vocabulorum compositione et in formis verborum augmento praeditis syllabam antecedentem producat; id quod gominatione litterae ϱ oculis indicari solet, perinde atque in litteris Atticis.

In *arsi* etiam litterae λ μ ν ϝ σ nonnumquam iterantur.

Littera ϱ etsi in thesi quoque geminari solet, e. g. οὐδ' ἔρρηξε *I'* 348, οἵη δ' οὐκ ἔρρεξε *I* 536, excipienda tamen sunt verba ἐρύετο, ἔρῦτο, ἐρύσατο *Z* 403 *Δ* 138 *Λ* 363 etc. (alibi ἐρρ-, e. g. α 6), ἐράπτομεν π 379, ἀνᾰροιβδεῖ μ 105 (alibi ἀναρρ.), κυνοραίστης ϱ 300 (sed θυμορραίστης *N* 544 etc.), et composita aliquot radicis ῥεϝ-ῥυ: προρέω *E* 598 etc., ἀμφῐρυτος, καλλῐροος, χειμᾰρροος (cf. § 61, alibi χειμάρροος), ὠκυρροος, καλλῐρρέεθρος [1]), εὐρῠρρέεθρος. — Pro ἔρεξε ἔρεξα *B* 400 *Λ* 361 *I* 453 etc., ἄρεκτον *T* 150, fortasse legendum est ἔϝερξε ἔϝερξα ἄϝερκτον. Cf. § 132.

[1]) Apud Eur. Heracl. 784 legitur καλλιῤῥέεθρος (_ ⏑ ⏑ _).

Vocabula, quae litteram λ vel μ vel ν vel ϝ vel σ duplicant, haec sunt:

ἔλλαβε Γ 34 etc., ἐλλάβετ'(ο) ε 325. — Sed ἔλαβε Δ 463 etc. Cf. § 243.

ἐλλῐσάμην λ 35 ν 273, cum adiectivis πολύλλιστος ε 445 et τριλλιστος Θ 488; item ἐλλῐτάνευε Χ 414 et ἐλλῐτάνευσα κ 481. Notabilis admodum est forma ἐλλίσσετο Ζ 45 Φ 71 κ 264 [1]), quae primam syllabam in *thesi* habet productam. Cf. § 26.

ἀπολλῆξαι Ο 31 etc., μεταλλήξας Ι 157 etc., ἄλληκτος Ι 636 etc. — Sed ἀπολήγειν Ν 230 etc.

ἐπιλλίγδην Ρ 599. — Simplex λίγδην χ 278; cf. λικριφίς Ξ 463 τ 451.

ἄλλοφος Κ 258, καταλλοφάδεια κ 169.

ἔμμαθες σ 362, ἔμμαθεν ϱ 226. — Utriusque loci lectio dubia; aut enim κακὰ 'μάθες(ν) legi potest, qualis productio multo minus est insolita (cf. § 26), aut μάθες(ν) κακὰ, quod proposuit Nauck.

ἔμμορε Α 278 etc., cum derivatis ἄμμορος Ζ 408 etc., δυσάμμορος Τ 315 etc., ἀμμορίη υ 76, διεμμοιρᾶτο ξ 434. — Sed brevis est syllaba in αἰνόμορος et ϝισόμορος.

φιλομμειδής (Ἀφροδίτη) Γ 424 etc.

ἐυμμελίης Δ 47 etc. [2]).

ἀννέφελος ζ 45. Sed ad § 21 potius referendum est hoc adiectivum, cf. ἀθάνατος etc., et scribendum igitur ἀνέφελος.

κατανεύων ι 490, si vera sit haec lectio. Alibi κατᾰνεύσομαι -σαι -σον (Α 514, 524, 527, 558 Β 350).

ἀπεννίζοντο Κ 572. Sed ἀπονίζουσα ψ 75. Fortasse praeferendum est ἀπὸ 'νίζοντο.

ἀγάννιφος Α 420 Σ 186.

ἐύννητος Σ 596 Ω 580 η 97. Sed rectius scribitur ἐὺ νητός. Cf. ὅθι νητός β 338. Alienum hinc est ἔννεον Φ 11, quod non verbi simplicis νέω sed compositi ἐν-νέω est imperfectum.

---

[1]) Non huc pertinet *M* 49, ubi non ἰλλίσσεϑ' legendum est sed εἰλίσσεϑ' (id est ἐϝειλίσσεϑ'), quod ex Aeliano et Nicanoris observatione coll. *M* 467 restituerunt Turnebus Spitzner PKnight Cobet; frustra obloquitur Hoffmann Quaest. Hom. I p. 145 not.

In *A* 15 et 374 καὶ λίσσετο est lectio Aristarchea, neque recipienda videtur l. a. καὶ ἰλίσσετο.

[2]) Apud Mimnermum audacior multo extat productio φερεμμελίης fr. 14,4; quod tamen epitheton fortasse non ad instar adiectivi Homerici ἐυμμελίης est fictum sed vocis φερέσβιος, quae legitur h. Ap. 341 Hes. Theog. 693, analogiam sequitur. Quamquam ipsum φερέσβιος analogice formatum esse videtur adiectivum, vid. p. 105,1.

ἙϜϜαδε (codd. εὕαδε) Ξ 340 etc. — Cf. § 40.

[ἐϜϜειδησθα (codd. ἠείδεις τὸν) X 280, ἐϜϜείδει (codd. ἠείδει) ι 206. — Cf. § 160.]

[ἘϜϜιδ' (codd. εἶδεν) Λ 112, ἘϜϜιδε (codd. εἴσιδε) Ξ 13 etc. — Cf. § 309.]

ἀποϜϜειπών T 35, item vs. 75 e coniectura.

ἀποϜϜέρσῃ Φ 283, ἀποϜϜέρσειε Φ 329. Cf. § 254.

In adiectivo ἀϜϜαχοι (codd. αὐϊαχοι) N 41 ad syllabam initialem producendam non requiritur vis digammi, comparari enim possunt ἀθάνατος et similia, de quibus vid. § 21.

περισσαίνω κ 215 π 4, 10. — Sed ἔσηνε ϱ 302.

ἐσσείοντο T 59, ἐπισσείω Λ 167 O 230, περισσείω T 382, ὑποσσείω ι 385. Cf. § 188.

ἐσσεύοντο B 808 etc., ἔσσευα E 208 etc., ἔσσῠμαι κ 484 etc., ἐπισσεύω O 347 ξ 399, cum compositis λαοσσόος N 128 etc. et ἐπίσσωτρον E 725 etc.

ἐύσσελμος B 170 etc.

Ex Hesiodo accedit φερεσσακής Scut. 13 [1]).

A vocabulis praecedentibus non sunt separanda nomina propria duo Ἀχι(λ)λεύς et Ὀδυ(σ)σεύς (cf. § 294), quorum syllaba secunda producitur in arsi, in thesi corripitur. Comparentur quae de littera σ duplicata in § 36 observata sunt. Proxime autem a duobus his nominibus propriis distant vocabula, quorum vocalis est anceps, e. g. ϜΙσασι(ῐ) et Ϝὕδωϱ(ῠ̆), cf. § 18.

Postquam vocabula, quae huc pertinent, adtulimus, nunc videndum est quomodo productiones, de quibus in hac § et in praecedenti agitur, sint interpretandae. Non omnium eandem rationem esse apparebit. Post aliorum incompositam audaciam, qui ad metrum sustentandum usque quaque digammata inferciebant, primus in causas rei data opera et caute inquisivit Hoffmann Quaest. Hom. I p. 110 sqq., qui acutissima disputatione demonstratum ivit „multis in vocibus, quae in scriptis Homeri carminibus nunc „a singulis litteris consonis incipientes feruntur, eo tempore quo „facta sunt haec carmina binas fuisse consonas initiales" (p. 156 sq.). Et dubium non est quin viam, qua verum reperiri posset, indi-

[1]) Ad huius adiectivi analogiam formatum esse videtur φερίσβιος, cf. pag. 104,2. Alii ex φερεσισακής et φερισίβιος nata esse putant, vid. Monro[2] p. 118 et 120; sed cf. infra p. 106,1.

caverit. Evicit enim in geminato sigma verborum *σαίνω σείω σεύω* superesse vestigia vetustissimae formae *σϝαίνω σϝείω* [1]); fortasse igitur — quamquam minime certa est haec originatio — etiam *ἐύσσελμος* prodierit ex *ἐύσϝελμος*. Item lucide exposuit, qua de re nemo iam dubitat, verba quae in lingua Graeca a littera *ϱ* ordiuntur primitus duas consonas (*ϝϱ* vel *σϱ*) habuisse praefixas, formam igitur *ἔρρηξε* similesque ex *ἔϝρηξε* etc. ortas esse, nec non adiectivorum *φιλομμειδής* et *ἀγάννιφος* liquidam duplicatam ex harum vocum origine esse repetendam, fuisse enim antiquitus *φιλο-σμειδής*, *ἀγά-σνιφος*. Etiam verbum *λίσσομαι*, quod ne in thesi quidem brevem manere sinit vocalem praecedentem, revera a duabus consonis antiquitus coepisse iure suo contendit, licet ignoretur quaenam interciderit consona [2]). Denique *ἀπολλῆξαι* etc. e forma antiquiore *ἀποσλῆξαι* prodiisse credibile est [3]), et *εὗαδε* (sive *ἔϝϝαδε*) olim fuisse *ἑ-σϝαδε* omnino constat. Sed alia vocabula dum eadem ratione interpretari conamur, micamus in tenebris; non iam antiquior radicis forma, linguarum cognatarum ope indagata, ostendi potest ad explicandam syllabae productionem, sed e productione epica fieri debet coniectura de radicis forma primitiva. Hinc ex adiectivo Homerico *ἄλλοφος* alii *ἄγλοφος* extuderunt, alii *ἄσλοφος*, alii fortasse aliud, et complures huiusmodi lites inter viros doctos sunt agitatae. At ne sic quidem omnes productiones, quae fiunt ante litteram liquidam, explicari potuerunt; nam in *ἔμμαθε*, *ἐνὶ μεγάροισι*, *μάλᾱ μεγάλη* quae tandem littera ante liquidam perierit nemo dicere potuit; et tamen *ducentis* fere locis ante *μέγαρον* et *μέγας* brevis vocalis producitur, ut egregie exposuit von Hartel in studiorum Homericorum initio.

Sed fac de omnibus vocabulis, quorum littera liquida vocalem praegressam producit, constare id quod de compluribus summa sollertia demonstravit Hoffmannus, radicis initio olim duas fuisse consonas, fac fuisse *σμέγαρον* v. c. et *κμέγας*: — quid iam pro-

---

[1]) Tertii verbi formam pristinam non *σϝεύω* fuisse, quod putabat Hoffmann, sed *τσεύω* (*ϛεύω* — *ϰεύω*), hodie statuunt viri docti, vid. Brugmann gr. Gramm. § 38, Kühner-Blass I § 19 Anm. 3. Vogrinz tamen hom. Gramm. p. 97 Hoffmannum sequitur. — Adiectivum *φερεσσακής* primitus *φερε-τϝακής* sonuisse coll. Sanscr. *tvac cutis* docuit L. Meyer; cf. Schulze Quaest. Ep. p. 20.

[2]) *γλίσσομαι* fuisse putat Hoffmann, *ϝλίσσομαι* Dawes Miscell. crit. p. 160, qui primus hanc rem tetigit; hunc sequitur Fick, sed *σλίσσομαι* pristinam esse verbi formam post alios statuit Schulze Quaest. Ep. p. 418.

[3]) L. Meyer Bezzenb. Beitr. VI 305 confert Angl. *slack*.

fecimus ad artem metricam cantorum epicorum rectius diudicandam? Meliusne nunc perspicimus qua ratione producantur particulae *ἐνί* et *μάλα* in locutionibus modo allatis? Minime. Ut etiam talibus locis prosit Hoffmanni inventum, necesse est sumamus: aut culpa posteritatis initiales illas litteras e carminibus epicis evanuisse, et nobis igitur, ut verba numerique restituantur in integrum, rescribendum esse *ἐπὶ σνευρῇ, δὲ σμαλακοῖσι* etc.; aut veteres cantores vocalem brevem, quae ex artis metricae praeceptis ipsorum aetate produci sine vitio non posset, nonnumquam tamen pro longa ideo habuisse quod vocabulum subsequens olim a fronte non unam consonantem habuisset positam sed duas. Posterior opinio satisne est absurda? Quis non intellegit eam eo tendere ut credamus serviles imitatores sine auribus fuisse viros quibus Iliadem et Odysseam debemus, non veros poetas, qui versus pangere et longas syllabas a brevibus discernere scirent? Prior vero illa coniectura, secundum quam *σνιφόεις σλαπάρῃ γλίσσομαι σνευρή σρόος Ϝράκος σϜῷ* aliaque huiusmodi plurima — nam quis erit finis? — in textu Homerico scribenda forent, et ratione caret idonea et defensoribus; neque ipse profecto Hoffmannus istiusmodi temeritati indulsit, dicit enim „imaginem tantum sive umbram litterae superfuisse tempore Homerico" (p. 157). At eleganter magis quam perspicue hoc dictum est, et imaginem potius sive umbram opinionis hanc esse dixeris quam claram evidentemque sententiam. Extat elementum aut non extat, auditur sonus aut non auditur: tertium non datur. Aut igitur auribus percipiebantur consonae illae initiales in sermone quotidiano aevi Homerici, certe in dictione epica percipiebantur, aut ante illud tempus interierant; ut exemplo utamur, Homerus aut *σνιφόεις* dicebat domi cum suis confabulans, certe in carminibus suis dicebat, aut *νιφόεις*. Illud si sumimus, *scribamus* igitur illud sigma *Υ* 385 *Τμώλῳ ὕπο σνιφόεντι* et alibi, quemadmodum *δϜήν* scribimus et *δϜέος* et *δϜεινός*, quoniam ipsos cantores ita locutos esse persuasum habemus, licet textus traditus litteram *Ϝ* non exhibeat. Sin Homerica adiectivi forma videtur *νιφόεις*, ad carmina pangenda poetis epicis nihil proderat antiquior forma *σνιφόεις*, qua non iam uterentur homines.

Id unum concedi potest debetque, *in mediis vocabulis* ad rationes etymologicas referendas esse litteras duplicatas *λλ μμ νν ρρ σσ*. Fortasse etiam vocales in fine praepositionum productae ita possunt explicari, si dicamus praepositionem cum suo nomine in unam vocem coaluisse, v. c. *κατὰ λαπάρην* revera *καταλλαπάρην* sonuisse,

tales autem locutiones superesse ex tempore antehomerico, quo *κατὰ σλαπάρην* dicebatur; quod si conceditur, multi versus expeditam habent explicationem, nam locorum huc pertinentium duas partes $\left(\frac{409}{671}\right)$ praepositionis vocalem finalem producere docuit v. Hartel. Sed nemo cum aliqua probabilitatis specie contendere potest, etiam in verbis *αἰεὶ δὲ μαλακοῖσι καὶ αἰμυλίοισι ϝέπεσσι α* 56 productionem particulae *δέ* indicio esse consonam a fronte adiectivi *μαλακός* esse abiectam; non enim unam notionem constituunt particula *δέ* et adiectivum insequens *(σ)μαλακοῖσι*, neque igitur aevo antehomerico poterant concrescere in unam vocem *δεσμαλακοῖσι*, quae potuisset abire in *δεμμαλακοῖσι*, quemadmodum *ἔμμεναι* ex *ἔσμεναι* natum est. Producitur autem *δέ* locis 75, *τε* locis 60, sexto quoque loco igitur $\left(\frac{135}{671}\right)$ altera utra particula extat producta, ita ut haudquaquam raros esse huiusmodi locos appareat neque ad ceterorum analogiam factos esse credibile sit.

Restat igitur ut statuamus, ea quae in textu nostro leguntur ita ab ipsis poetis profecta esse; in Homeri igitur arte metrica litterarum *λ μ ν ρ ϝ* eam esse vim ut brevem vocalem quae claudit vocabulum praecedens ictu iuvante producant [1]). Quae explicatio eo minus habet incommodi quod in thesi huiusmodi productio non deprehenditur [2]), in arsi autem syllabas finales, quae breves sunt, etiam talibus locis quibus liquidam non habent sequentem produci videmus, cf. § 19 [3]).

Ita si nobis informamus rem, dubium esse nequit utrum geminata an simplex littera liquida magis sit probanda in *ὄθι νητός*, *ἐνὶ μεγάροισι*, similibus. Traditio, quae ad vetustissima tempora pertineat, hac de re est nulla, antiquitus enim litterae non duplicabantur; grammatici autem Alexandrini quam rationem secuti

---

[1]) „Eine so volle Articulation der Liquiden *λ μ ν ρ* dass diese dem Worthe von „Consonantengruppen *πλῆκτα* gleichkamen und wie diese Position bilden konnten" v. Hartel l. l. I p. 407. Cf. G. Meyer[2] p. 177 et 279 sq.

[2]) Uno verbo *λίσσομαι* Z 45 Φ 71 *κ* 264 excepto. Huic igitur verbo prae ceteris restitutam velis consonantem quae evanuit: at quaenam evanuerit consona ignoratur, et *Π* 46 sq. certe ab ipso poeta est omissa.

[3]) Litterae *ῥ-* potestas syllabam praecedentem producendi permansit etiam in Attica poesi. Cui non statim veniat in mentem versuum Aristophaneorum *οὐκ ἴσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει* Plut. 51, *μήτε ῥιγῶν ἄχθει λίαν* Nub. 416, Sophocleorum *τοῦτ' ἐστὶν ἤδη τυὖργον εἰς ἐμὲ ῥέπον* Oed. R. 847, *τί δὲ ῥυθμίζεις* Antig. 318 etc., quin adeo in thesi *αὗται δὲ ῥῖνας ἴσχουσιν* Ar. Nub. 343, *ἴσα καὶ τὰ ῥήματα τίκτειν* Ran. 1059 etc.; Athenienses tamen non *σρέπει* aut *ϝριγῶν* dicebant, licet *ϝρλῖνας* et similia iis tribuerit Dawes Miscell. crit. p. 161.

fuerint cum rogamus, respondetur Aristophanem scripsisse ὀθιννητός et ἐνιμμεγάροισιν, vid. Didymus ad β 94 et β 338; in papyro Bankesiano autem — ut recentiores mittamus codices — etiamnunc legitur ἐνιμμεγάροισι Ω 219, 236, 427, 497, 603, 664, 768 (cf. La Roche Textkritik p. 391, 443, 479, Merkel proleg. ad Apoll. Rhod. p. CIV), quin ita exaratum est in lapide CIA. 1326 (Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 75, n° 709). Aristarchus vero non iterabat litteram *M*, quae longe praestat ratio; nam sic demum duas voces habemus, non unam, finales autem syllabae in arsi productae per Homerica carmina sexcentae occurrunt, in mediis vero vocabulis non producuntur syllabae sine causa etymologica.

In compositione vero et post augmenti syllabam iteranda est liquida, haec enim non metrica est productio sed e vocum origine explicanda [1]). Scribamus igitur ἀπολλῆξαι, φιλομμειδής, ἀγάννιφος, ἀγάρροος, ἔρρηξε, ἐλλισάμην, ἔμμορε, ἄμμορος, quemadmodum hodie fieri solet [2]). Omnino autem certa res est in vocibus ubi *sigma* iterandum est; ratione careret ἔσενε vel περισαίνω [3]). In κατᾱλοφάδεια ἐπῑλίγδην ἐῡμελίης liquida fortasse melius non iteratur, ignoramus enim quae interciderit consona et credibile est poetam vocales α ι υ horum vocabulorum pro syllabis finalibus habuisse; idem de verbis ἀπōϝέρσῃ -σειε ἀπōϝειπών valet. Restant quae neque etymologiae ope explicari neque ex metri necessitate ictusve impetu satis defendi possunt: ἔλλαβε ἔμμαθε(ς). Suspicamur autem illud e forma longiore ἐλέλαβε urgente metro esse natum ut latina *retluli reppuli rec-*

---

[1]) Dissentimus igitur a viro d. Monro, qui lucide admodum et succincte hanc quaestionem exposuit Homeric Grammar § 371 et 372. Cum Hoffmanno putat ille omnium locorum, ubi vocalis brevis ante liquidam sive eiusdem vocabuli sive sequentis producitur, eandem esse rationem, initio nominis μίγαρον igitur similiumque vocum periisse consonam aliquam. In eadem vero nobiscum sententia est Blass in Kühner-Blass I p. 311.

[2]) Quamquam liquidam ne in talibus quidem vocabulis iterabat Aristarchus, cui Didymus diserte tribuit lectiones μετᾱλήξαντι *I* 299, ἄλοφον *K* 258, ἀπῡλήξῃς *O* 31, vid. La Roche Textkritik p. 389 sqq., Ludwich Aristarch. I p. 301. Nempe Aristarchus etiam litteram ρ iterare nolebat, scribebat enim διᾱραίσει *I* 78, πολύρηνες *I* 154 et similia (hinc *B* 752 papyrus Petrie habet καλλίροον). Etiam verbum μιστύλλω sine altero labda scribebat: μίστυλε *I* 210.

[3]) Fieri potest ut formae, quae antiquitus fuerunt, ἴσϝεις, περισϝαίνω, in lingua Homerica immutatae permanserint; neque est cur in σϝείω vel σϝαίνω digamma magis abhorreamus quam in δϝήν vel δέδϝοικα. Sed quoniam certa non est haec res, melius servantur formae traditae, in quibus iteratur sigma; alioquin etiam voces ξίνϝος et ϝίσϝος, quas bene Graecas aliquando fuisse certius etiam constat, in carmina Homerica invehendae essent. Cf. § 38 et 40.

cidi [1]), hoc aut ex *ἐμέμαθε(ς)* eadem ratione prodiisse aut textus corruptelae deberi [2]). De adiectivo *ἄλλοφος*, uno loco obvio, quid statuamus ambigimus [3]). Verbi *ἠείδει(ς)* syllabam initialem non *ἐϝϝ-* scribendam esse sed longiorem quandam augmenti formam *ἠ-* hic apparere, demonstrare conatus est Wackernagel, cui tamen adstipulari veremur, licet Schulze Quaest. Epic. p. 264 ei assentiatur. Perquam suspecta est denique aoristi forma dactylica *ἐϝϝιδον*, quam critici e coniectura in textum invexerunt freti Aeolica huius verbi forma *εὔιδον*; nam in lingua Homeri digamma ad vocalem quae praegreditur in eodem verbo producendam non sufficit, ut bene demonstravit Schulze in Quaestionibus Homericis 1887 et Quaest. Epic. (1892) pag. 52 sqq.

§ 28. In quibusdam vocabulis, quae alia ratione hexametri vinculo adstringi non poterant, negligitur positio, ne brevis syllaba inter duas longas locum obtineat; cf. § 54.

1) Non producitur vocalis brevis ante vocabula sequentia:
Ζᾰ̓κυνθος B 634 *α* 246 *ι* 24 *π* 123, 250 *τ* 131 h. Ap. 429.
Ζέλεια B 824 *Δ* 103, 121.
Σκᾰ̓μανδρος E 36, 77, 774 *H* 329 *Λ* 499 *M* 21 *Υ* 74 *Φ* 124, 223, 305, 603 *X* 148.
Σκᾰμάνδριος B 465, 467 *E* 49 *Z* 402.
σκέπαρνον ε 237 *ι* 391.
στέᾱτος φ 178, 183.
σκῐ̆ή Hes. Oper. 589 (*τε σκῐ̆ή*, Nauck ingeniosissime *συκέη*).

2) Non producitur syllaba initialis vocum:
ἀμβρότη Ξ 78.
ἀνδροτῆτα (?) *Π* 857 *X* 363 *Ω* 6.
ἀνδροφόντη B 651 *H* 166 *Θ* 264 *P* 259.
Ἰστῐαιαν B 537.

3) Non producitur secunda syllaba nominum:
Αἰγυπτίη -τίας -τίῃσ᾽ -τίους -τίων I 382 *δ* 83, 127, 229 *ξ* 263, 286 *ϱ* 432.
Ἠλεκτρύωνος -νης Hes. Scut. 3, 16, 35.
αἰενᾰ̓όντα (i. e. *αἰεν-νᾰ̓όντα*) *ν* 109. Cf. § 324.

---

[1]) Aliter opinatur Schulze Quaest. Ep. p. 465 collatis titulorum vocibus *λάβών*, *λᾰ̓βετος*.
[2]) Formam *ἰμμαθ(ε)ς* etiam Curtius vitio natam esse iudicat, sed vitio ipsorum poetarum falsam analogiam secutorum.
[3]) Cum ipsa re nomen *ἄλλοφος* ab exteris nationibus importatum esse suspicatur Schulze Quaest. Epic. p. 257.

Omnium harum syllabarum correptio satis excusatur necessitate metrica, cuius imperium in propriis praesertim viget nominibus; conferantur quae de correptione, quae fit ante mutam cum liquida, in § 25 observavimus. In plerisque autem aliae accedunt causae, propter quas correptio, quantumvis insolita, minus offendit.

Nempe nominum *Ζάκυνθος* et *Ζέλεια* littera initialis fortasse ita pronunciabatur ut vix discreparet a littera *δ* (i. e. *đ*, Britannorum sono *th molli*), quacum in aliis dialectis confunditur [1]). Quae observatio maioris esset momenti si ante alia quoque vocabula, quae a littera *ζ* ordiuntur, e g. *Ζεύς*, breves syllabae nonnunquam non producerentur; comparari tamen possunt adiectiva *δάσκιος* et *δαφοινός*, e. g. *δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός*, si recte statuitur praefixum intensivum *δα-* ex *δια- δϳα- ζα-* prodiisse; cf. § 90.

Nomen proprium *Σκᾰ́μανδρος* et adiectivum inde derivatum *Σκᾰμάνδριος*, quae e vetustissimis mythis desumta videntur [2]), aptissime comparantur cum verbo *σκίδνημι-κίδνημι*, quod vacillantem habet litteram *σ*, cf. § 45; si quis igitur poetas Homericos *Κάμανδρος* et *Καμάνδριος*, quemadmodum in codd. hic illic legitur [3]), dixisse contendit, habet quo utatur argumento [4]).

In voce *στέᾱτος* si quis synizesin (§ 8) potius adhibitam esse putat quam praecedentis syllabae correptionem insolitam, refelli nequit; et *Ἰστίαιαν Αἰγυπτίη* utrum *Ἰστἴαιαν Αἰγῠπτἴη* pronunciata fuerint an potius *Ἰστϳαιαν Αἰγυπτϳη*, dubitari potest.

Pro *Ἠλεκτρύωνος Ἠλεκτρυώνης* v. Wilamowitz proposuit *Ἠλέκτρωνος Ἠλεκτρώνης*, collato heroinae nomine *Ἀλεκτρώνα* in titulo Rhodio (Cauer Delect.[2] n° 177); quam coniecturam, ab inventore postea reiectam, defendit Fleckeisen, impugnavit Rzach.

Pro *νὺξ ἀμβρότη* in codicibus est *ἀβρότη*, quae tamen non est probanda scribendi ratio si adiectivi vis est *immortalis, divinus* h. l. ut alibi; sin a substantivo *βροτοί mortales, homines* ductum est et

---

[1]) Cf. *ζί ζίκαια* = *δί δίκαια* aliaque huiusmodi multa in inscriptionibus Eleis, Blass Aussprache des Griechischen[3] p. 110 et 116.

[2]) Vid. van Leeuwen Mnemos. 1892 p. 138.

[3]) Cf. LaRoche Untersuch. p. 43, Knös de digammo p. 150 sq., Ludwich Aristarch. II p. 295.

[4]) Alia ratione rem expedire conatus est Usener altgriech. Versbau p. 27 not. 30: „ich glaube nicht dass *B* 465, 467 *E* 49 *Z* 402 *Λ* 499 *X* 148 vor *σκ* eine kürze „gedacht war," ex antiquissima arte hos hexametros superesse censens, revera autem ex binis versiculis compositos esse singulos; cf. supra pag. 11. Ergo versum *K* 36 *ποιήεντι Σκαμάνδρῳ* et coteros quos indicavimus falsae analogiae deberi sumat necesse est.

noctis *solitudinem* igitur, *ἐρημίαν ἄνευ βροτῶν*, designat, melius omittitur littera *μ*. Hoc sensu adiectivum *ἄβροτος* usurpavit Aeschylus Prom. 2, sed Doloneae poetam id voluisse veri est dissimile. Optimo vero iure omittitur *μ* in adiectivo *ἀμφίβροτος* (*B* 389 *M* 402 *T* 281 *ἀσπίδος ἀμφίβρότης*, *Λ* 32 *ἀμφίβρότην πολυδαίδαλον ἀσπίδα*); nam qui hoc epitheton finxit poeta, non curabat originem vocis *βροτός* in aliis compositis (*τερψί-μβροτος* etc.) perspicuam. Contra littera *μ* parum recte abest a futuro verbi aliunde ignoti *ἀβροτάξομεν* *K* 65, i. e. *ἀμροτάξομεν*, *ἀμ̯τάξομεν*; vid. § 149, 7.

Restant *ἀνδροτῆτα* et *ἀνδροφόντῃ*. Pro *ἀνδροφόντῃ* (nam sic scripsimus, item v. Wilamowitz hom. Untersuch. p. 299) in codicibus est *ἀνδριφόντῃ* aut *ἀνδρειφόντῃ* [1]). Quam lectionem sunt qui defendunt, *Ἐνῡάλίῳ ἀνδρειφόντῃ* aut *Ἐνῡαλ̯ῷ ἀνδρειφόντῃ* poetas recitasse rati [2]), parum tamen probabiliter, nam synaloepha *-ῳ ἀ-* tam difficilis est quam inutilis, in nomine autem *Ἐνναλίῳ* neque vocalem *-ι-* oblitterandi neque syllabam *-αλ̯-* = *-αλι-* corripiendi ulla erat necessitas, neque alibi in poesi epica simile quid reperitur. Correptio vero syllabae *ἀνδρ-* (i. e. *ἀν̯ρ-*) non est durior quam *ἄμβρ-* (i. e. *ἀμ̯ρ-*) vel *ἄμπλ-* (i. e. *ἀμ̯λ-*); „eodem modo syllaba, quae constat e muta cum liquida „praeeunte nasali, corripitur apud poetas tragicos, velut in Aeschyl. „Eum. 934 *ἀμπλακήματα* et Sophocl. Oed. R. 472 *ἀνάμπλάκητοι* prae„stantissimus cod. Laur. A exhibet, in quibus formis critici nasalem „expellendam esse perperam censuerunt; sic etiam in *ἄμπλακών* „Eurip. Alcest. 242", Rzach ad *Π* 857; addit idem „facilius excusari „posse correptionem illam, si nasalem in pronunciando evanuisse „statuimus, id quod in dialectis nonnumquam factum esse notum „est, veluti in titulis Cypriis et Pamphyliis nasales ante consonas „non scribuntur: *ἀδριάταν* tit. Cypr. Coll. n° 59[1], *ἀδριᾶνα* tit. „Sillyi apud Roehl IGA. 505[8] = Coll. 1267[8], cf. Hesych. *ἀδρί· ἀνδρί.*" Simillima Peppmueller observaverat ad *Ω* 6, vid. idem in Philol. Wochenschr. 1889 p. 238; quadamtenus autem comparari potest dictionis vulgaris vocabulum *μάκρα* pro *μάκτρα* in inscriptione de mysteriis Andaniana (Dittenb. Syll. 388[109], Cauer Delect.[2] 47) et apud Philodemum in vol. Hercul. — Quae cum ita sint, non est cur aegre feramus voces Homericas *ἄνδροφόντῃ* et *ἀνδροτῆτα*. Pro priore Nauckii elegans sane est coniectura *βροτοφόντῃ*, sed cur ea lectio

[1]) Lectionem *ἀνδρειφόντῃ* in lucem vocasse videtur nomen subsimile *ἀργειφόντης*. Omnino consulendus est Eustathius p. 183 init.; vid. etiam Menrad de Contr. p. 175.

[2]) Posteriorem rationem commendarunt Fick ad *H* 166, Vogrinz Gramm. p. 26.

quatuor locis corrupta fuerit? Alterius speciosa extat l. a. *ἀδροτῆτα* vel *ἀδροτῆτα*, quod nomen ab adiectivo *ἀδρός floridus* derivandum esset, cf. *ἀδροσύνη* vel *ἀδροσύνη* Hesiod. Op. 473 et vid. Lehrs Arist.[2] p. 260 sq.; cum tamen in Homericis haec stirps non reperiatur, acquiescendum videtur in lectione difficiliore *ἀνδροτῆτα* [1]).

Commemoranda denique h. l., sed ut reiciatur, est lectio mendosa *τὲ δρῦφθη ε* 426. Sine causa contra metrum ita peccare non potuit poeta; minus etiam ferenda est lectio duobus vitiis laborans *δὲ στἄθμοί η* 89.

Non vitiose sunt tradita *πᾰ̄νῆμαρ ν* 31 et *πᾰ̄νημέριος*, neque per licentiam metricam ex *παντῆμαρ* et *παντημέριος* prodierunt, licet linguae ratio videatur ferre ut ultima radicis littera *τ* non neglegatur, sed duo nomina iuxta posita, *πᾶν* et *ἦμαρ*, in unam vocem confluxere, vocalis autem stirpis *παν(τ)-* tum demum produci solet cum integrum per se efficit adiectivum, *πᾶν*; in compositis vero *ἅπᾰ̄ν, σύμπᾰ̄ν, πρόπᾰ̄ν, τὸ παράπᾰ̄ν*, brevis manet [2]), item in composito nostro *πᾰ̄νῆμαρ* et adiectivo quod inde ducitur *πᾰ̄νημέριος*. Hinc intellegitur adiectivi *πᾰ̄νάπαλος* primam syllabam *ν* 223 non ex *πανθάπαλος* prodiisse sed propter causam quae § 21 indicata est produci.

CAPUT II.

DE CONSONIS.

I. De consonis mobilibus.

A. De consonis finalibus.

§ 29. Consonae mobiles in vocum exitu prouti fert metrum adduntur aut omittuntur, modo sequente consona modo vocali. Ubi ante vocalem absunt, elisione cavetur ne fiat hiatus [3]); vid. § 13.

---

[1]) De infelicissimo Clemmii commento *λιποῦσα δροτῆτα Π* 857 *X* 363 vid. Ludwich Arist. II p. 359 not.; vix melior, licet metro certe non invito sit excogitata, est Bekkeri coniectura *ἀρετῆτα* (pro *ἀρετήν*).

[2]) Similis est ratio quae inter simplex *πούς* et composita *ἀελλόπο; Θ* 409 *Ω* 77, 159, *ἀρτίπος I* 505 *Φ* 310, *τρίπος X* 164 intercedit.

[3]) Corripitur autem adverbii *οὕτω* syllaba finalis *γ* 315 *οὕτω ὑπερφιάλους*, item *Γ* 169 *ο* 12.

§ 30. Paragogicum -ν in Homericis non solum illi termini habent qui e dialecto Attica noti sunt [1]), sed etiam

adverbia quae in -θεν desinunt (cf. § 47).
suffixum -φίν (cf. § 46).
adverbium νῦν νύ (enclitice).
particula κεν (cf. § 326).

Quoniam mobilis littera -ν, cuius dominium sonsim in lingua Graeca crevit [2]), apud Homerum elisionem non impedit, satis apparet in carminibus epicis modicum eius fuisse usum, neque igitur scribendam esse locis ubi ad metrum confirmandum non est necessaria. Recte Aristarchus eam omittebat in fine syllabarum quae vel sic positione longae sunt: σφι Κρονίδης *I* 236, σφι σταδίῃ *N* 713, ἄγε τρεῖς *B* 671, ἦρχε Πρότοος *B* 756, ἐπέγραψε χρόα *Δ* 139, κόμισε χροΐ *Ξ* 456, κε τλαίη *Ω* 565, τί κε ῥέξαιμι *T* 90, cf. La Roche Textkritik p. 392, Ludwich Arist. I ad locos laudatos. Etiam οὐρανόθε προύφαινε Aristarchus scripsisse fertur *ι* 145, quae tamen minus probanda est scribendi ratio, quoniam substantivorum formae in -θεν litteram ν non habent mobilem; quod cum veteres grammaticos minime fugisset (vid. Apoll. Adverb. p. 190), Ludwich Arist. I p. 574 suspicatur Aristarchi lectionem non οὐρανόθε sed οὐρανόθι fuisse.

Neque in versuum fine paragogicam litteram -ν cur addamus iusta est causa; omnino autem reicienda est ratio quae in codicibus obtinet, ut scribatur -ν si sequens versus a littera vocali incipiat, sin minus omittatur; nam hiatum inter duos versus a poetis non vitari sexcentis locis constat.

Fortasse etiam ante caesuram et ante diaeresin bucolicam et ante interpunctionem, quibus locis legitimus est hiatus (vid. § 14 et 15), melius omittitur littera paragogica, id quod Fickius in sua editione fecit. Notatu autem dignum est raro syllabam in thesi collocatam ope litterae -ν produci; quales loci, Fickio suspecti [3]), quamquam nimis sunt frequentes quam ut removeri vel corrigi possint omnes, hactenus tamen Fickio obtemperandum videtur, ut

---

[1]) De usu litterae paragogicae -ν post alios accuratissime egit Kühner-Blass I p. 292-296, vid. etiam G.Meyer[2] p. 297-299. De ratione qua Athonienses hanc litteram adhibuerunt consuli potest Hedde I. I. Massen Leipziger Studien IV (Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 88).

[2]) In Aeolica dialecto nullus eius usus est, vid. Meister Dial. I p. 125.

[3]) „Verse wie εἶξεν δ' εἰς Πριάμοιο *Ω* 160 sind bei Homer nicht zu dulden", Odyss. p. 32 sq.

molliamus duritiem metri sicubi sine remedio violentiore id fieri possit, e. g. *εἶσε δ' ἐνὶ Σχερίῃ ζ* 8, ubi codices *εἶσεν δ' ἐν Σχερίῃ* habent, Aristarchus *εἶσεν δὲ Σχερίῃ* scribebat; *τῇσιν δώδεκα πᾶσαι ν* 107, ubi aut recipiendum est id quod praebet codex n *τῇσι δὲ δώδεκα* aut e coniectura rescribendum est **τῇσι δυώδεκα*. Vid. etiam *ν* 233 etc.

Sed omnino reicimus sententiam Fickii, paragogicum *-ν* ante consonas ne in arsi quidem esse ferendum, scribendum igitur esse *παρ' ὄχθαισι ποτάμοιο, ϝέπεσι καὶ χέρσιν ἀρήξειν, ὦτρυνε δ' Ὀδύσηα, μάστιξε δ' ἐλάην* et similia; nam in § 19 vidimus syllabas, quae in brevem vocalem exeunt, vix unquam vi ictus produci nisi aut hexameter post eas incidatur aut ipsa sententia. Melius igitur profecto *ϝέπεσιν καὶ χερσίν, ὦτρυνεν δ' Ὀδυσῆα* etc. etiam posthac scribetur, cum praesertim nemo neget aliquem certe litterae paragogicae in carminibus Homericis esse usum, et ipse Fickius adhibendam eam censeat ad explendos hiatus intolerabiles; in thesi autem si probae sunt formae *ϝέπε(σ)σιν* et *ὦτρυνεν*, e. g. *ὦτρυνεν Ἀπόλλων P* 582, quidni sint etiam in arsi? Immo epicae linguae hac in re aliam esse rationem atque Aeolicae quam novimus dialecti, liquido apparet.

Ante liquidam vel *ϝ* meliusne addatur *-ν* an omittatur, e. g. *ϝέπεσι μὲν ὀνείδισον, ἵμασε μάστιγι φαεινῇ*, et vocabula *ἧμιν* (*ἄμμιν*) *ὔμιν* (*ὔμμιν*) *πρόσθεν* alia, quibus littera *-ν* ab origine propria est, meliusne eam servent an abiciant ubi non est necessaria, e. g. *δύνασις γὰρ ἐν ὔμι(ν) κ* 69, *διαμπερὲς ἀμφοτέρωθε(ν) κ* 88, — hae quaestiunculae ad eventum perduci posse non videntur. Nos *ἧμιν* et *ὔμιν* scripsimus ubicunque sinebat metrum, sed *σφι, ἀμφοτέρωθε* etc.; si quis autem contendat scribendum igitur fuisse potius *ἧμι* et *ὔμι*, non oblocuturi sumus; maluimus tamen horum pronominum formam intactam servare ubi fieri id poterat.

§ 31. Litteram *-ς* in fine mobilem habent adverbia:

1) *πολλάκις Θ* 362 etc., *πολλάκι A* 396 etc.

2) *ὁσσάκι — τοσσάκι Φ* 265 sq. *X* 194 sq. *λ* 585 sq.; formae in *-κις* nusquam reperiuntur, id quod casui tamen nemo non tribuet. In *λ* 586 eliditur syllaba finalis, *τοσσάχ' ὕδωρ*. Alias post abiectam litteram *sigma* non admittitur elisio, quae perfrequens est ubi intercidit *-ν*.

3) *ἀτρέμᾰς B* 200 etc., *ἀτρέμᾰ O* 318. Cf. § 320.

4) *ἄντικρυς Γ* 359 etc. — In textu tradito non *ἄντικρυς* legitur sed *ἀντικρύ*, Herodianus autem in schol. ad *E* 100 docet duas huius

adverbii formas extare, *ἀντικρῠ̀* et *ἄντικρῠ̆ς*, vid. La Roche Textkritik p. 192 sq.; cum tamen *ἀντικρύ* brevem habeat syllabam finalem *E* 130 = 819 *ἀντικρῠ̀ μάχεσθαι*, Bentley inde effecit eandem esse rationem adverbiorum *ἀντικρύ* atque *με(σ)σηγύ*, brevem enim utriusque esse syllabam finalem nisi positione producatur. Bentleio adstipulati sunt Bothe Bekker alii, nec tamen omnino certa est haec opinio, nam ignoratur particulae *ἄντικρυ(ς)* origo, et fieri potest ut in lingua epica anceps fuerit vocalis *υ*, quae nonnisi *E* 130 = 819 in thesi reperitur, ceteris locis in arsi est (cf. § 18).

5) *μεσσηγῠ̀ς E* 41 etc., *μεσηγῠ̀ Θ* 560 etc.

6) *ἰθῠ̀ς E* 506 etc., *ἰθύ Τ* 99 (cf. *Ξ* 403).

7) *μέχρῐ̄ς Ω* 128, *μέχρῐ̄ N* 143.

De duplici voce *ἀμφί* — *ἀμφῑ́(ς)*, quae formae non promiscue usurpantur, vid. § 316; de adverbio *ἄχρῐ̄(ς)* cf. § 318.

In penultima syllaba sigma mobile habent adverbia *ἔκτοσθεν H* 341 etc. — *ἔκτοθεν α* 132 etc., *ὄπισθεν N* 884 etc. — *ὄπιθεν A* 197 etc.; item ex Rumpfii emendatione *ἔντοθεν ι* 239, 338.

§ 32. Negatio *οὐκ* ubi sententiam claudit, non amittit litteram *κ*, ut in dialecto Attica, sed litteram iota adsciscit: *οὐκί* [1]), e. g. *B* 238 *προσαμύνομεν ἠὲ καὶ οὐκί*. Excepto autem versu spurio *Τ* 255, *πολλά τ' ἐόντα καὶ οὐκὶ χόλος δέ τε καὶ τὰ κελεύει*, in fine tantum hexametri reperitur forma disyllaba *οὐκί* [2]). In mediis sententiis non legitur, itaque *O* 716 *Π* 762 non *οὐκὶ* (vel *οὐχὶ*) *μεθίει* verum esse sed aut lectionem alteram *οὔ τι μεθίει* praestare aut clausulam gravius corruptam esse intellegimus.

B. De consonis initialibus.

§ 33. Sequentium vocum consona initialis modo adest modo omittitur:

1) *ἴα-μία*, a masculino *εἷς*, cf. § 91.

2) *αἶα-γαῖα*. Brevior forma in fine tantum versus locum obtinet [3]).

3) *εἴβω-λείβω*. Nonnisi in exitu hexametri reperitur forma brevior, antecedente obiecto *δάκρυον* [4]).

---

[1]) Sic, non *οὐχί*, scribendum esse compluribus locis ex Aristarchi sententia praecipiunt grammatici, cf. La Roche Textkritik p. 328 sq., Ludwich Arist. I p. 210.

[2]) Legitur *B* 238, 300, 349 *K* 445 *O* 137 *Υ* 255 *α* 268 *δ* 80, 632 *λ* 493 [h. Ven. 137].

[3]) Praesertim in locutione *πατρίδος αἴης*. Sed *πατρίδα γαῖαν*.

[4]) *δάκρυον εἴβεις εἴβει* etc. *Π* 11 *Τ* 323 *Ω* 9 *δ* 153 *ϑ* 531 *λ* 391 *π* 219, 332 *ω* 234, 280, sed *δάκρυα λείβων N* 658 etc.

4) *αἰψηρός-λαιψηρός* (?). Brevior forma, quae nonnisi *T* 276 (= *β* 257) *δ* 103 (et *K* 358?) reperitur, fortasse non cohaeret cum *λαιψηρός* sed ab *αἶψα* ducta est; significat enim *αἰψηρός subitus, citus, λαιψηρός* vero *pernix, rapidus*. Ipsum tamen *αἶψα* quam habeat originem ignoratur.

5) *δοῦπος, δουπέω* (§ 158) cum aoristo *ἐγδούπησαν Λ* 45 [1]).
ἐριδουπος - ἐριγδουπος [2]).
Cognata sunt *κτῦπος κτῦπέω*.

6) *νέφος, νεφέλη* — *κνέφας* et *ὁ ζόφος, ὀνοφερός, Fιοδνεφής*.

7) *σύν-ξύν*. Utraque forma etiam in compositione usurpatur. In textu autem tradito *ξύν* nonnisi iis locis reperitur quibus *σύν* per metrum stare nequit (*Z* 372 *O* 26 etc.); in compositis tamen littera *ξ* etiam non flagitante metro hic illic scripta est. Multis autem locis, ubi nunc legitur forma vulgata *σύν*, antiquitus fuisse *ξύν* (*ξυν-*), quivis suspicetur; cum tamen non satis constet quae ratio etymologica intercedat inter utramque formam atque adiectivum *ξυνός* (cognata esse *κοινός* et latinum *cum* multi contenderunt, sed negat Brugmann Gramm. § 200), et forma *ξύν* Athenis potissimum in usu fuerit (cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 181 not. 1502), praestat, ut in re dubia [3]), codicum sequi fidem.

De litteris *F* et *σ* in vocabulorum initio evanidis cf. § 41 et 44.

Non consonam sed vocalem mobilem habent:

1) *ἀστεροπή-στεροπή*. Longior tamen forma ubique potest restitui, Aristarcho non invito, cf. *Λ* 184: *δὲ στεροπήν, Ἀρίσταρχος μετὰ τοῦ ᾱ, ἀστεροπήν*. Cf. *ἀστεροπητής* et *ἀστράπτω*. — Suspectum est epitheton *στεροπηγερέτα Ζεύς Π* 298.

2) *ἄσταχυς B* 148 h. Cer. 455, 457 — *στάχυς Ψ* 598, *ὑποσταχύοιτο υ* 212.

3) *ἄγαυρος* Hes. Theog. 832 Herod. VII 57 — *γαῦρος* apud posteriores (cf. § 175).

---

[1]) Metrum non obstat quominus pro *δούπησε* et *δουπῆσαι* scribatur *γδούπησε* et *γδουπῆσαι* omnibus locis quibus hae formae occurrunt. Non tamen addendam esse litteram *γ* docet substantivum *δοῦπος*, a quo manifesto abest *Δ* 455 *Π* 635 *π* 10, quibus locis antecedit syllaba brevis, itemque compositum *ἐριδουπος*. In versu *o* 479 pro *ἐνδούπησε* Nauck proposuit *ἐγδούπησε*, sed servanda videtur praepositio.

[2]) Brevior forma semper claudit versum, excepto uno loco *Υ* 50, ubi fortasse legendum est *ἄλλοτε μακρὸν ἀύτε' ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων*. Cf. p. 16 et § 191.

[3]) Ne id quidem omnibus certum videtur, eiusdem vocalae formas binas esse *σύν* et *ξύν*, vid. G. Meyer[2] p. 248; his tamen obloquitur Kühner-Blass I § 58, 8.

Duas litteras consonantes in fronte mobiles habet *ψάμαθος*, *ψάμμος* (*ψαμαθώδης* h. Merc. 75, 347, 350) — *ἄμαθος* *E* 587 (?) h. Ap. 439 (?), *ἀμαθύνω*, *ἠμαθόεις* (§ 21), *Ἀμάθεια* (una e Nereidibus) *Σ* 48. — Discrimen quod grammatici statuerunt inter *ψάμαθον arenam littoralem* et *ἄμαθον pulverem* (cf. Lehrs Arist. p. 128, Hoffmann Quaest. Hom. II p. 31), ab ipsis fictum videtur.

C. De consona τ vel θ in mediis vocibus mobili.

§ 34. Quaedam voces mobilem habent litteram *τ* vel *θ*, non in fronte tamen positam; nempe:

1) *πόλις* — *πτόλις* (§ 74), *πτολίεθρον*, *πτολίπορθος*.

Non propria huic radici est littera *τ* sed adscita; cohaerent autem substantiva *πόλις* et *pŏpulus* cum adiectivo *πολύς* (*πλεῖος plus πλείων πλήθω* etc.) et fortasse cum verbo *πέλομαι*, cf. V. Hehn Culturpflanzen[4] p. 445, O. Schrader Sprachvergleichung und Urgeschichte p. 197 sq., I. Müller Privatalterthümer p. 341.

Quin et *πολ-* et *πτολ-* sint formae Homericae dubitari nequit; auctior autem stirpis forma inventa est in inscriptionibus Cypriis (*po-to-li-se* = *πτόλις*, cf. Coll. 60[1,2,4,6,7,15,16,27]), unde egregie confirmatur observatio quae in schol. *Ψ* 1 legitur: *πτόλιν*] *πόλιν*, *Κυπρίων τῶν ἐν Σαλαμῖνι ἡ λέξις*. Hinc quoque apparet quam multa linguae, qua in Cypro homines utebantur, cum vetusta poetarum epicorum dialecto communia fuerint. Etiam Arcadibus propriam fuisse formam *πτόλιν* docet Pausanias VIII 8, si locum lacunosum recte supplerunt Clavier et van Herwerden (Mnemos. 1887 p. 66): *τὴν πόλιν, ἣν <πτόλιν> ὀνομάζουσι καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι οἱ Ἀρκάδες*.

2) *πόλεμος* — *πτόλεμος*, *φιλοπτόλεμος*, *μενεπτόλεμος*, *Πτολεμαῖος*.
πολεμίζω — *πτολεμίζω*, *πολεμιστής* — *πτολεμιστής*.

Pro *πτόλεμος* et *πτολεμίζω* semel et iterum in textum irrepsisse formas littera *τ* carentes certum est; sic *ὁμοίου πολέμοιο* *I* 440 etc. et *ὄρσευ πόλεμόνδε* *Δ* 264 *T* 139 est in codicibus, sed poeta dederat *ὁμοίοο πτολέμοιο* (cf. § 59) et *ὄρσο πτόλεμόνδε* (cf. § 117); ex *N* 864 *πτολέμοιο* citatur apud Strabonem, *πολέμοιο* vero codices nostri ibi praebent; *Ω* 667 *πτολεμίξομεν* habet papyrus Bankesianus, sed abest littera *τ* ab omnibus codicibus. Multis locis idem accidisse, e. g. *λ* 537 non *γίγνεται ἐν πολέμῳ* verum esse sed *γίγνετ' ἐνὶ πτολέμῳ*, credibile videtur; si quis autem persuasum habet eas solas formas, quibus littera *τ* addita est, Homericas esse, — in quam opinionem nos proni sumus, — metrum non obstat quominus

perpetuo ita scribatur. Sed abstinendae sunt manus quamdiu origo harum vocum non est indagata.

3) *μᾰλᾰκός — μαλθᾰκός.*

4) *χᾰμᾰ́δις, χᾰμᾶξε, χᾰμαί — χθᾰμᾰλός, χθών* (= *χθώμ*), *-χθόνιος.*

5) *δίχᾰ — διχθᾰ́, τρίχα — τριχθᾰ́* (cf. § 91).

6) *μογέω, μόγος, μόγις — μοχθέω.*

Cf. praeterea § 142.

II. De consonarum conflictu.

§ 35. Mutae dentales (*δ τ θ*), quas sequitur sigma, huic elemento assimulantur, non intercidunt. Neque sigma perit ante alterum sigma.

Sensim tamen sonus sibilans imminutus est et in simplex sigma abiit; in Homerica autem lingua hae formae, quae recentioris sunt aetatis, comites eunt priscis illis quae utrumque sigma servant.

Haec observatio spectat praesertim conformationem dativi numeri pluralis in 3ª declinatione et flexionem verborum quorum thema clauditur littera dentali vel sigma. E. g.:

πούς (*ποδ*)	dat. plur.	*πο(σ)σί.*
ϝέπος (*ϝεπες*)	„ „	*ϝέπε(σ)σι.*
μάχομαι (*μαχες*),	futurum	*μαχέσσομαι.*
φράζω (*φραδ*),	aoristus	*ἐφρα(σ)σάμην.*

Eadem est ratio formarum *κέκασσαι τ* 82 et *πέπυσσαι λ* 494, 2. sing. perf. a verbis *καίνῠμαι* (*καδ*) et *πυνθάνομαι* (*πυθ*), cf. § 221.

§ 36. Praeterea reperitur duplex sigma in vocibus sequentibus:

ποσσῆμαρ Ω 657.
τό(σ)σος, το(σ)σόσδε, το(σ)σοῦτος, τοσσᾰ́κι.
ὅ(σ)σος, ὁπό(σ)σος, ὁσσᾰ́κι, ὁσσᾰ́τιον.
μέ(σ)σος, με(σ)σηγύ(ς).
πρό(σ)σω, πρόσσοθεν.
ὀπί(σ)σω.
νεμε(σ)σάω, νεμε(σ)σητός, νέμε(σ)σις.

Verbum *νεμεσσάω* ex *νεμεσϳάω* ortum est, i. e. *νεμεσιάω*. Sed in substantivo *νέμεσσις* sigmatis geminati causa idonea indicari nequit, nonnisi Z 335 autem legitur: *νέμεσσι*, qui dativus etiam propter contractionem suspectus est, cf. § 74. Ceterarum vocum supra allatarum forma primitiva fuit *ποτϳ-, τοτϳ-, ὁτϳ-, μεθϳ-, προτϳ-, ὀπιθϳ-* [1]).

[1]) Notabile est decretum Mitylenaeum Coll. 214 (saec. IV), in quo leguntur *δσσα*

Haec autem si excipimus vocabula, in quibus lingua Graeca inde ab aevo Homerico *simplex sigma* admisit, ex *τϳ* inter duas vocales perpetuo fit *-σσ-*: *μέλισσα ἄσσα* (ex *μέλιτϳα ἄτϳα*) etc., cui sono in dialectis Attica Boeotica Thessalica respondet geminata littera *ττ*.

Item in *-σσ-*, Attice *-ττ-*, abierunt *κϳ* et *χϳ* (*γχϳ*): *κηρύσσω, θάσσων, ἄσσον*, ex *κηρύκϳω θάχϳων ἄγχϳον*, etc.

Cf. Brugmann Gramm. § 38, Kühner-Blass I p. 273.

§ 37. In relativis, quae a syllaba *ὁπ-* ordiuntur, geminatur littera *π*: *ὁπποῖος, ὁππόσος* et *ὁπό(σ)σος, ὁππότερος, ὅ(π)πως, ὁ(π)πότε, ὅ(π)πῃ, ὁππόθι* et *ὅπου, ὁππόθεν, ὁπποτέρωθεν*.

Et pro *ὅτι* multis locis legitur *ὅττι*, quae forma est antiquior, ex *ὁδ-τι* nata, cf. § 102.

Idem *ὁδ-* superesse in *ὅππως* etc., dividenda igitur haec esse *ὅπ-πως* etc., censent G. Meyer[2] p. 192, Brugmann Gr. Gramm. § 98; plerique tamen *ὁππ-* ex *ὁ-κϝως* etc. prodiisse statuunt collata latina horum pronominalium forma *quo- qua-*, cf. Kühner-Blass I § 66, 6; quae si vera est explicatio, duplex hoc *π* e *κϝ* natum comparari potest cum geminata littera *δ* verborum Doricorum *γυμνάδδομαι ποτόδδει* etc. (Ar. Lysistr. 83, 206 etc., qualia etiam in inscriptionibus reperiuntur), in quibus *δδ* e *δϳ* (*γϳ*) prodiit, iota consonans igitur mutae assimulatum est; nec non conferenda sunt Lesbiorum verbalia in *-ππα* pro *-μμα*: *ὄππατα, γρόππατα*, ubi muta cum liquida *-πμ-* in duplicem mutam *-ππ-* abierunt; cf. Kühner-Blass I p. 155 et 157.

Undecunque autem originem duxerunt geminata *π* et *τ*, id certe constat, non poeticam hanc esse syllabae initialis productionem, sed etymologica ratione esse explicandam; in inscriptionibus enim Aeolicis, quae oratione soluta sunt conceptae, vulgatae sunt formae *ὅττι ὅππως* etc.; cf. Kühner-Blass I p. 273, Coll. 213[16] 215[55] 293[5] 312[14] 318[17,22] *ὅττι*, 238[4] *ὅππως*, 304 A[47,49] *ὅππα*.

Geminatum *κ*, ex *κϝ* ortum, reperitur in *ἐπελέκκησεν ε* 244, *πελέκκῳ N* 612, *ἡμιπέλεκκα Ψ* 851, 858, 883, quae formae a voce *πέλεκυς*

---

et *ἴσσεται* nec non multi dativi in *-ισσι* desinentes, *ἰόντεσσι* etc. — Alibi in inscriptionibus Aeolicis extant *ὄσσα* Coll. 281 B[48], *μέσσω* 319[5].

Adde Thessal. *ὄσσα* 345[19], *ὄσσουν* (= *ὄσσων*) 345[41], El. *ὄσσα* 1172[21], Cret. *ὄζοο πεῤ* (= *ὄσσου πεῤ*) Roberts Epigraphy 9[e] (p. 40 et 327), cf. § 59, Thessal. *ἴσσισθειν* (i. e. *ἴσεσθαι*) Coll. 345[16], *ἰσσομέναν* 1332[39], etc.

ita ductae sunt: *πελεκυάω πελέκυον ἡμιπελέκυα*: *-κϝάω -κϝον -κϝα*: *-κκάω -κκον -κκα*.

In *M* 208 pro binis litteris habendum esset *φ*, si sana esset vulgata *αἰόλον ὄφιν* (*ὄπφιν* sunt qui scribunt), sed vitium aliquod ibi latet, cuius incerta est correctio [1]). Hesiodus simili licentia *σκῦφον* (*σκύπφον*) dixisse fertur fr. 193 sq. Aperto autem errore in Hes. Scut. 364 = 461 *σάκκος* pro *σάκος* legitur; recipienda est illic l. a. *σαρκός*.

In verborum flexione, praesertim in conformatione nominum verbalium, ante litteram *μ* mutae *δ τ θ κ χ* haud raro immutatae manserunt; vid.:

Κάδμος ἀρδμός πότμος γναθμός ἑλκηθμός κευθμός κλαυθμός κνυζηθμός μηνιθμός ὀρχηθμός πορθμός σταθμός ἐύσκαρθμος πολύσκαρθμος βρεχμός δοχμός (δόχμιος) ἰωχμός μυχμός πλοχμός ῥωχμός συνεοχμός.

ἄκμηνος ἀκμηνός.

πυθμήν.

φράδμων (συμφράδμων) κευθμών ἄκμων (ἀκμόθετος).

ἐρετμόν.

ἰκμάς.

ὀδμή ἀυτμή ἐφετμή εἰσίθμη στάθμη ἀκμή αἰχμή λοχμή.

ἀποσκυδμαίνω ἐριδμαίνω ἀρθμέω (ἄρθμιος) ἀσθμαίνω λικμάω (λικμητήρ) ἀπολιχμάω.

οἶδμα λαῖτμα ἄσθμα ἶθμα ἔχμα.

τέκμωρ.

κεκορυθμένος ἴκμενος ἀκαχμένος.

ϝίδμεν ϝίδμεναι ἔδμεναι εἰλήλυθμεν ἐπέπιθμεν.

Nonnullae ex hisce vocibus etiam in Attica dialecto reperiuntur, e. g. *ἀκμή* et *αἰχμή*.

Separatim commemoranda sunt verba, e quibus extrusa est vocalis: *δέδμημαι μεσόδμη τμήγω κέκμηκα* etc.; cf. § 12.

§ 38. Littera spirans *ϝ*, quam praecedit liquida, huic assimulari sive ab ea hauriri solet. Duae autem consonae postquam ita in unam confluxerunt, non amiserunt potestatem, qua antea fruebantur, brevem quae praecedit syllabam producendi. Sed antiquissima ratione scribendi huiusmodi productio oculis ostendi non poterat. Nempe in lingua Graeca ut indicetur brevem vocalem in longam syllabam excrevisse, aut geminatur sequens consona aut

[1]) Vid. van Leeuwen Mnemos. 1890 p. 296 sq.

ipsa vocalis ᾰ ᾰ̔ ῐ ῠ ῡ in longum sonum ᾱ ει ι ου υ mutatur; antiquitus autem, cum consonae scripto non geminarentur [1]) neque soni producti aliis signis redderentur quam breves vocales *AEIOY*, sciri non poterat utrum litterae *ΞENOΣ* — ut hoc exemplo utamur — significarent ξε̃νος an ξέννος an ξεῖνος. Sciri id non poterat, inquimus, nisi aliunde constaret; constabat autem cuilibet de sua ipsius lingua. Cum igitur homines legebant verba ea dialecto expressa qua ipsi utebantur, haerere non poterant; Atheniensis ξένος, Lesbius vel Thessalus ξέννος, Milesius ξεῖνος recitabat litteras *ΞENOΣ* in publicis suae civitatis titulis exaratas. Sed eandem vocem cum inveniebat in sententia quae dialecto aliena esset concepta, fieri non poterat quin dubitaret; errandi autem triplex ut vidimus erat occasio, quoniam Aeolum erat brevem vocalem maiore vocis acumine proferre, id quod geminando consonam postmodo indicari solebat, Ionum extendere et veluti protrahere sonum [2]), Athenienses vero syllabam brevem omnino non producebant, ita ut ex illorum sermone littera spirans nullo vestigio relicto evanuerit [3]).

In carminibus autem metrum docebat quae longae essent syllabae, quae breves, neque igitur periculum erat ne *xĕnos* pro *xēnos* recitaretur nisi forte ab indoctissimis hominibus; attamen manebat optio inter ξέννος et ξεῖνος. Illud in Aeolica poesi dicendum esse, hoc in Ionica, sciebant grammatici qui his rebus studium suum impendebant; sed priusquam in grammaticorum manus pervenerunt opera poetarum vetustissimorum, quam multi inde errores gigni potuerint, immo debuerint, nemo non videt. Cuius rei certa testimonia praebet textus carminum epicorum, ubi modo more Aeolico geminata reperitur littera liquida, modo e brevi vocali longus sonus per productionem compensatoriam quae dicitur prodiit, cum tamen ratio ferat ut aut illud aut hoc linguae epicae proprium fuisse statuamus. Attamen parum tutum fuerit mutare quaecunque huc pertinent, quoniam nescimus neque ullo pacto scire possumus utrum ξεῖνος an ξέννος magis sit simile sono quem ipsi cantores edebant; quin fieri potest ut neque hoc neque illud satis

---

[1]) Vid. e. g. loci quos indicavit G.Meyer[2] p. 278.

[2]) Illud „vocalschärfung" hoc „vocaldehnung" a Fickio vocatur.

[3]) Quo saeculo huiusmodi syllabae in Attica dialecto breves factae sint effici nequit; id tamen certum videtur, ex quo poetae et scriptores pedestres Attico sermone usi sunt, breves fuisse, citius igitur in Attica quam in Aeolia et Ionia decrevisse spirantis litterae potestatem, aut — si quis ita loqui mavult — prius in Attica quam alibi geminatam liquidam in simplicem abiisse.

accurate respondeat indoli linguae epicae, sed *ξέν*ϝ*ος* pronunciatum fuerit a poetis eorumque aequalibus [1]); quae antiquissima vocis forma in Peloponneso diu post aevum Homericum vixit [2]). Ergo, ut in re incertissima, non est sollicitanda forma, quam textus traditus praebet, *ξεῖνος*. Similia observari possunt de vocibus *ἐννῆμαρ*, *ἐννήκοντα*, *εἰνάϝετες*, *εἰνάνυχες*, *εἰνάκις*, *εἴνατος-ἔνατος* § 91, quarum initium primitus esso dobuit *ἐν*ϝ*(α)* ex *ἐννέϝα novem* docurtatum. Non concinunt inter se, id certum est; sed non minus certum est nos ignorare Homericumne, id est ipsorum vatum dialecto proprium, fuerit *ἐν*ϝ- an *ἐνν-* an *εἰν-*.

Minus etiam constat quomodo scribenda et recitanda sint vocabula *ἐννοσίγαιος* et *εἰνοσίφυλλος*. Iisdem hominibus *ἐννοσι-* et *εἰνοσι-* in ore fuisse, id vix quisquam serio contendere potest, licet codices utrumque praebeant neque alterum antiquioribus alterum recentioribus carminum Homericorum partibus sit proprium. Numquid igitur *ἐννοσίφυλλον* rescribimus *B* 632, 757 *ι* 22 *λ* 316 ad alterius vocis frequentius obviae exemplum? Sunt qui id suadent; atqui tertii epitheti ab eadem radice deducti et per totum Homerum frequentissimi *ἐνοσίχθων* brevis est syllaba initialis, et substantivum *ἔνοσις* (*terrae motus*), quo Homerus non utitur, in Hesiodi carminibus primam syllabam habet brevem (Theog. 681, 706, 849). Nos hinc efficimus, neque Aeolico more *ἐνν-* neque Ionico *εἰν-* scribendum esse, sed veras formas esse *ἐνοσίγαιος* et *ἐνοσίφυλλος*, non enim inde ab origine longam esse horum epithetorum syllabam primam, sed metri causa produci ut in *ζεφυρίη* et *ἐπίτονος* aliisque (⏑‿‿–), cf. § 21. — „Minime rerum", sic alii, „nam radicis forma antiquis„sima fuit *ἐν*ϝ*οσι-*; quod autem vocis *ἐνοσίχθων* prima syllaba cor„ripitur, hoc demum fit metro cogente (‿‿)." — Nos contra: „unde „igitur constat *ἐν*ϝ*οσι-* fuisse antiquitus? incerta est huius the„matis origo; ne id quidem constat utrum insit praepositio *ἐν* „necne: nos non credimus, alii tamen autumant. Et quis cogebat

---

[1]) Vid. tamen quae de littera ϝ in mediis vocabulis collocata observavimus § 40.

[2]) Vid. quae in lapidibus extant:

*πρόξεν*ϝ*ος* Corcyr. IGA. 342 (= Coll. 3188, Cauer² 83, Kaibel 179, Roberts Epigraphy p. 128).

*Ξεν*ϝ*άρεος* Corcyr. IGA. 344 (= Coll. 3190, Cauer² 85, Kaibel 181, Roberts p. 130).

*Ξεν*ϝ*άρε*[*ος*] El. IGA. 112 *a*, add. (= Coll. 1165, Cauer² 262, Roberts p. 287).

*Ξεν*ϝ*οκλῆς* Corinth. Coll. 3119 *d* (= Cauer² 81).

*Ξέν*ϝ*ων* Corinth. Coll. 3121.

et cf. Meister Dial. I p. 142.

„veteres poetas fingere epitheton *ἐν(ϝ)οσίχθων*, si metro id repug„nabat? habebant enim synonymum *ἐν(ϝ)οσίγαιος* hexametro aptis„simum." — Haec omnia qui secum perpendit, aut manus abstinendas esse iudicabit aut *ἐνοσίγαιος* et *ἐνοσίφυλλος* nobiscum scribet [1]). Et olim certe *ΕΝΟΣΙΓΑΙΟΣ* et *ΕΝΟΣΙΦΤΛΟΣ* in libris fuisse constat.

In textu tradito productio suppletoria ibi quoque cum liquidae geminatione alternat ubi ante liquidam sigma intercidit. Sic reperimus:

(ασμ) *ἄμμες* — *ἀμός*, *ἧμιν* etc.
(υσμ) *ὔμμες* — *ὑμός* etc.
(εσμ) *ἔμμεναι* (*ἔμεναι*) — *εἰμί*, *εἰμέν*, *εἶμα*, *εἶμαι*, *καταειμένος*.
(ασν) *ἐραννός*.
(εσν) *ἀργεννός*, *ἐρεβεννός*, *ἔννυμι* — *αἰπεινός*, *ἀλεγεινός*, *ἐρατεινός*, *κελαδεινός*, *πετεεινός* sive *πετεηνός*, *ποθεινός*, *φαεινός*, *καταείνυσαν* vel *-νυον* Ψ 135 (sed praestat ibi l. a. *καταείλυον*).

Satisne concinne haec omnia? Nemo contendet; immo in libris olim fuisse *ΑΜΕΣ ΑΜΟΣ ΤΜΕΣ ΤΜΟΣ ΕΜΕΝ ΑΡΓΕΝΟΣ ΦΑΕΝΟΣ* etc. certum est, neque est cur credamus transcriptoribus vel grammaticis Alexandrinis ad huiusmodi quaestiones orthographicas dirimendas alia et certiora argumenta praesto fuisse quam nobis qui nunc vivimus.

Cum hisce, de quibus modo sermo fuit, vocabulis confundenda non sunt, licet similia videantur, praesentia verborum liquidatorum *κτείνω φθείρω κρίνω* etc.; pro his qui *φθέρρω κρίννω* in Homericis rescribi mavult errare nobis videtur. Nam licet Lesbi et in Thessalia homines aliquando ita locutos esse doceant lapides, non tamen necessario inde sequitur antiquas esse has formas, sed analogiae, cuius quanta hac in re sit vis ostendit Brugmann Gramm. § 45 et 134, eas deberi suspicamur; diphthongus *ει* in verbis *κτείνω* et *φθείρω* vel longum iota verbi *κρίνω* non productioni suppletoriae debetur sed ex *κτενϳω* et *φθερϳω* facta sunt *κτε-ινω* et *φθε-ιρω*, item *κρι-ινω* e *κριϳω*, quemadmodum *μανϳομαι* fit *μαίνομαι* et *μελανϳα μακαρϳα τερενϳα -βοτερϳα μορϳα* abierunt in *μέλαινα μάκαιρα τέρεινα -βότειρα μοῖρα*.

Aliter tamen hac de re multi nunc iudicant, vid. Brugmann Gramm. § 30, § 54, § 56, Kühner-Blass I p. 106: „in *φθείρω* wird „*ει* vielmehr Dehnung sein (unechtes *ει*)." Fick in carminum Ho-

[1]) Eandem Schulzii Quaest. Ep. p. 160 opinionem esse video.

mericorum editione scribit *φθέρρω κρίννω ἀμύννω*, item *χέρρων* et *πολλυβότερρα*, sed comparativi *ἀμείνων* diphthongum, quam tamen e productione suppletoria prodiisse diserte dicit e. g. Brugmann l. l. § 54, intactam sinit quoniam vetustis inscriptionibus defenditur [1]). Talia si placeant, instare videtur periculum ne grammatica obruatur lapidibus, non fulciatur. Adde quod ipsi viri docti, quorum opinionem modo attulimus, in diversa abeunt dum explicant quae intercesserit ratio inter veram diphthongum *ει* (= *ε* + *ι*) et spuriam (= *ε* + *ε* aut = *ε* productum); hanc illi Athenis sensim similiorem factam esse putat Blass Aussprache[3] p. 30 (cf. Meisterhans Gramm. d. a. Inschr.[2] p. 28), Brugmann contra Gramm. § 15 censet utramque saeculo quinto in ore Atheniensium sonuisse *ē*. Ut exemplo utamur, et *εἶμι* et *εἰμί* tempore belli Peloponnesiaci *eimi* pronunciata esse putat Blass, *ēmi* Brugmann.

Disputationis nostrae summa eo redit, ut textus traditi inconstantiam ferendam putemus, non quod verum sit traditum sed quod ignoretur verum.

Spirans *σ* praecedenti liquidae *λ* vel *ρ* solet assimulari. In quibusdam tamen vocabulis litterae *λσ* et *ρσ* immutatae manserunt: *ἅλσος τέλσον χέρσος ἐϝέρση ἄρσην πυρσός ταρσός κόρση θαρσέω* etc.; adde nonnullos aoristos verborum liquidatorum, de quibus cf. § 254, et dativos *ἁλσί χερσί* etc. a radicibus quas claudit littera *ρ*.

Etiam verbalia *παράγγελσις ἄγερσις ἄρσις κάθαρσις κάταρσις τέκμαρσις ἔνερσις ὀλόφυρσις* etc. litteras *λσ* et *ρσ* iunctas ostendunt, sed neque reperiuntur haec in Homero neque revera huc pertinent, prodiit enim *-σις* ex *-τις*. Idem valet de adiectivis Homericis *μόρσιμος ἐπικάρσιος μετάρσιος*.

A syllaba longa in dictione epica ordiuntur haec vocabula, quae brevem eam habent in dialecto Attica:

1) *κᾱλός*. Breve tamen est alpha h. Ven. 29, 262 Hes. Oper. 63 Theog. 585. In compositis *καλλι-* invenitur perpetuo, unde *καλλός* scribendum esse sunt qui autumant. Forma primitiva fueritne *καλϳός* an *καλϝός* incertum; hanc opinionem commendat analogia.

2) *οὖλος lotus*, e *σόλϝος* natum, lat. *sollus*. Legitur *ρ* 843 *ω* 118.

3) *φθᾶνω*, cf. § 207. E *φθάνϝω* videtur prodiisse, item *ἰκᾶνω* et *ικχᾶνω* (vid. infra) ex *ἰκάνϝω* et *ικχάνϝω*; cf. Brugmann Gramm. § 57

[1]) Cf. Kühner-Blass I p. 565 not. 2; *ΑΜΕΙΝΟΚΛΕΣ* aliaque huiusmodi sunt in titulis; opponi tamen potest Aeolicum *Ἀμεννάμενος*.

et 130, Schulze Quaest. Ep. p. 122 sqq. — Comparari possunt *Ϝεᾱνός -κέφᾱλος -πέτηλος τετραφάληρος* e *Ϝεανϳός -κέφαλϳος -πέταλϳος -φάλαρϳος*, vid. pag. 28.

4) *ξεῖνος* (*ξείνιος, ξεινήιον, ξεινίζω*, at *ξένιος*). Primitus fuit *ξένϜος*, vid. p. 128.

5) *τίνω*, cf. § 165. Olim fuit *τίνϜω*, cf. *τίνυ-μαι*.

6) *γουνός* etc., cf. § 68. Suppletoria haec est productio pro *γονϜός* etc.

7) *μοῦνος* e *μόνϜος*. Corruptum est *μονωθείς Λ* 470.

8) *εἰρωτάω*, cf. § 264. Fuit *ἐρϜωτάω*, quod quomodo natum sit optime explicat Schulze Quaest. Ep. p. 97, Buggium secutus: *ἐρέϜω* (Aeol. *ἐρεύω*, cf. Hom. *ἐρευ-νάω*), *ἔρϜω*, [*ἔρϜως*], *ἐρϜωτ-άω*.

9) *δουρός* etc., cf. § 68. Productione suppletoria ex *δορϜός* etc. haec sunt nata.

10) *κοῦρος κούρη*. Antiquissima forma erat *κόρϜος κόρϜα*. Extat *τᾶι ΚόρϜαι* IGA. 324 (= Coll. 373), cf. *Κορβείδας* Coll. 710 (= Kaibel 492 *b*).

11) *οὐρεύς*. Incertae originis est vox.

12) *οὖρος terminus*. Fuit *ὄρϜος*, quemadmodum legitur in inscr. Corcyr. IGA. 346 et CIG. 1909 (Coll. 3192 et 3194).

Ante litteram *σ* productam habent syllabam:

1) *Ϝῖσος ἔϜῖσος* cum multis compositis [1]). Antiquissima adiectivi forma *ϜίσϜος* extat in inscr. Gortyn.: *ϜισϜόμοιρος*. — Corripitur syllaba initialis Hes. Oper. 752 et fragm. 189.

2) *νοῦσος* originis ignotae.

Praeterea longa est syllaba *-αν-* verborum *ἰκᾰ́νω* et *κιχᾰ́νω* (cf. § 143), quibus Attici non utuntur.

Inter haec, quae recensuimus, vocabula nonnulla sunt quae syllabam, qua de agitur, modo in arsi modo in thesi collocatam habent, prouti versuum fert ratio (*ξεῖνος, κοῦρος* et *κούρη, οὐρεύς, οὖρος*); alia in thesi rarius sed tamen satis frequenter ponunt (*καλός* in thesi 1/5, *δουρός* etc. 1/7, *γουνός* etc. 1/9); alia saepe in arsi habent, in thesi rarissime (*μοῦνος μουνάξ μουνόω*, in thesi *I* 340 *K* 225 *Ξ* 492 *π* 117; *νοῦσος*, in thesi *ε* 395 *λ* 172; *ἰκᾰ́νω*, in thesi *Θ* 47 *O* 151 *X* 147 *τ* 432); alia denique in arsi tantum

[1]) G. Meyer[2] p. 223 et 260 sq. *ἴσσος* scribi mavult, quemadmodum in inscriptione Cymaea Coll. 311[15] *ἰσσοϑέοισι* legitur; cui assentitur Schulze Quaest. Hom. p. 89.

habent (*οὖλος, κιχάνω, τίνω, εἰρωτάω, Ϝῖσος* [1])). In thesi tantum collocatam habet verbum *φθάνω* *I* 506 *Φ* 262 (Zenod. *φθᾰ́νέει*).

Nonnullae voces in arsi syllabam initialem productam habent, *ει* vel *ου*, in thesi vero brevem, *ε* vel *ο*. Simillima harum est ratio atque vocabulorum de quibus in § 18 sermo fuit; cf. etiam § 25. Transitum autem quodammodo parant nomina *Ἄρης* (*ᾰ*) § 73 et *ἀνήρ* — *ἄνήρ* § 79. Quae volumus vocabula haec sunt:

εἰλήλουθα — *ἐλήλουθα* *O* 81. Cf. § 160.
μείλινος — *μέλινος* *ρ* 339, *μελίη*, *ἐυμμελίης*.
κουλεόν — *κολεόν*.
Οὔλυμπος — *Ὄλυμπος*.
εἶνᾰτος — *ἔνατος* § 91, et cf. supra pag. 123.
εἵνεκα — *ἕνεκα*.
κεινός — *κενεός, κενεών* § 63. Corruptus est versus *χ* 249.
στείνομαι — *στένω, στεῖνος* — *στένος* (?) *χ* 460.
οὔνομα — *ὄνομα*. Nonnisi *Γ* 235 *P* 260 *ζ* 194 *ι* 355 in arsi est syllaba initialis.
οὖρος — *ὄρος*.

Non omnium harum vocum explicari potest productio; *εἶνατος* olim *ἔνϜατος* fuit, *κεινός* est adiectivi *κενεϜός* forma brevior *κενϜός*, *στείνομαι* et *στεῖνος* olim *στένϳομαι* et *στένϳος* erant, coniunctio *εἵνεκα* primitus fortasse fuit *ἔν-Ϝεκα*. Sed *εἰλήλουθα μείλινος κουλεόν Οὔλυμπος οὔνομα οὖρος* cur in arsi syllabam initialem producant nescimus. Non tamen verisimilem ducimus opinionem eorum, qui ad has syllabas producendas ipsius liquidae vim adiuvante ictu sufficisse existimant; id quod docte et summa cura evincere nuper studuit Schulze Quaest. Epic. p. 202 sqq. Quod si certum esset, *ἐλήλουθα Ὄλυμπος ὄνομα ὄρεα* etc. scribendum foret, et sic edidit olim P. Knight; sed huiusmodi productionis metricae, quae non sit necessaria, frustra nisi fallimur in carminibus Homericis quaeruntur exempla certa (vid. § 27). Itaque has syllabas revera ancipites olim fuisse ipse textus Homericus docere videtur, licet ignoremus cur ancipites fuerint. Verbi *εἰλήλουθα* primam syllabam sequi analogiam perfectorum *εἴληφα εἴληχα -εἴλοχα*, quibus exemplo fuerunt *εἴωθα* (i. e. *σέσϜωθα*) et *εἴρηκα* (i. e. *ϜέϜρηκα*), credibile est; cum voce autem *Οὔλυμπος* ceterisque comparanda sunt vocabula *οὐρανός*

[1]) In thesi legitur iota verbi ab hac stirpe ducti *Ϝισάσκετο* *Ω* 607, sed hic versus spurius et alias ob causas suspectus est.

et *βούλομαι*, quae diphthongum *ου* per totam linguam servarunt intactam.

Haud inepte contuleris praeterea vocem biformem *ἕτᾰρος* — *ἑταῖρος* (i. e. *ἑταρϳος*).

Vitii indicium est vocis *ὁδός via* prior syllaba *ϱ* 196 producta: *ἀρισφαλέ' ἔμμεναι οὐδόν*, ubi l. a. *ἀρισφαλὲς ἔμμεναι οὖδας* praestat, nisi rescribendum est *ἀρισφαλέ' ἔμμεν' ἀταρπόν*.

Quae de productione metrica syllabarum brevium in § 19-38 observavimus, eorum summa huc redit, ut breves syllabae ab Homero nequeant in arsi pro longis usurpari nisi aut aperiant vocabulum aut claudant.

Et frequentissima quidem est syllabarum finalium in consonam desinentium productio ante caesuram vel interpunctionem. Rarius vocalis brevis in fine vocis producitur ante caesuram, rarius etiam ante interpunctionem. Multo rarius syllaba brevis in consonam desinens producitur in medio hexametri sententiaeque decursu. Vocalis vero finalis in media sententia non producitur nisi aut quinque brevium deinceps collocatarum est tertia (-ᾰ) aut ante liquidam vel digamma locum habet.

Frequens praeterea est productio brevis syllabae initio vocabuli collocatae, quam duae breves et deinde longa sequuntur (⏑⏑–). Rarissime vero nec nisi hexametri initio producta reperitur syllaba brevis quam excipit longa.

Quae praeterea in poesi epica occurrunt brevium syllabarum productiones, etymologiae ope explicatae sunt aut explicandae; ancipites vero quae dicuntur syllabae non in arsi producuntur sed corripiuntur in thesi.

Ergo reicienda est opinio Fickii, apud Homerum quaslibet syllabas breves sub ictu pro longis haberi potuisse statuentis, neque Vogrinz Gramm. p. 7 infra, 22, 34 etc. huic legi, tanquam utilissimo invento, aliquid tribuere debebat. Nam ex altera parte non est nova, ex altera non vera. Non est verum medias vocabulorum syllabas sola ictus vi potuisse produci, e. g. *πόλιος*, „mit *ī* unter dem ictus" Fick Odyss. p. 93 infr., *λ* 403 „*μαχεόμμενον* (*o* unter dem ictus, vgl. *δυνναμένοιο* 414)" ibid. p. 96 infra [1]); ad initiales autem syllabas quod attinet, nihil

[1]) Etiam lectionem *οὐδὲ βάῖον*, quam e traditis litteris *ουδηβαιον B* 380 alibi effinxit, ita ni fallor defendi voluit ut brevis syllaba *-ι-* in arsi pro longa usurpata sit.

prodest cum Fickio *Ὀλλύμποιο* scribere pro *Οὐλύμποιο* aliaque eiusmodi, causa enim productionis ita nihilo magis perspicua fit. Quod scire cupimus hoc est, syllaba longa talium vocum debeaturne productioni suppletoriae necne. Si ita est, nihil quicquam interest utrum Aeolice *ὀλλ-* scribamus an Ionice *οὐλ-* quod traditum accepimus; sin natura brevis est, neutra scribendi ratio probari debet sed *Ὀλύμποιο* erit scribendum, et concedendum igitur erit hoc vocabulum paucaque alia, quae eius sunt similia, repugnare legibus metricis quas in arte epica alias regnare videmus.

In Aeolica poesi cuiuslibet syllabae brevis productionem sub ictu licitam fuisse e Theocrito demonstratum ivit Fick. Quae res nisi fallor minus feliciter ei cessit [1]); sed fac de Theocriti poesi eum evicisse quod voluit: quid sequitur? hoc unum opinor, Theocritum non bene perspectas habuisse rationes metricas, quas sive epici vates sive cantores Lesbii recentioris aevi in suis carminibus adhibuissent; etiam vitiis autem textus traditi, qualia sunt *ὄφιν M* 208, *ὐδόν ϱ* 196, *μέλανι Ω* 79, posteros deceptos esse credibile est.

§ 39. In compluribus stirpibus litteram *ϱ* vocalis brevis (*ă* plerumque) modo sequitur modo praecedit; quae loquendi varietas *metathesis* vocari solet, sed rectius ex indole liquidae explicatur, cf. § 12. Vocabula, quae huc pertinent, sunt:

ἀϱδμός, *νεοαϱδής*, a verbo *ϱαίνω* (*ϱαδ*) § 221.
βϱᾰδύς cum superlativo *βάϱδιστος* § 87.
ἔδϱᾰθον cum praesenti (non Homerico) *δαϱθᾰ́νω* § 149.
δϱᾰτός, adi. verbale verbi *δέϱω*.
ἔδϱᾰκον, a verbo *δέϱκομαι* § 226.
ϱέζω (= *Ϝϱέγϳω*) — *Ϝέϱδω*, *Ϝέϱγον* § 224.
πολυϜϱήν — *πολύϜαϱνι*, *Ϝαϱνός* etc. § 79.
Θϱάσος, *Θϱασύς* — *Θάϱσος*, *Θαϱσέω*, *Θεϱσίτης*, *Ἱλιθέϱσης*, *πολυθαϱσής*, *Πολυθεϱσεΐδης*.
κϱᾰδίη — *καϱδίη* § 70.
κϱάτος, *κϱᾰτεϱός* — *κάϱτος*, *κάϱτεϱος*, cum superlativo *κάϱτιστος* § 87.
κϱίκος (*anulus*) — *κίϱκος* (*accipiter*).
κϱέκω, *κϱοκή* (Hesiod.) — *κεϱκίς*.
ἔπϱᾰθον, a verbo *πέϱθω* § 211.

[1]) Cf. Schulze Quaest. Epic. p. 5 sqq.

ἐτρᾰπην, a verbo *τέρπω* § 250.
τρέπω — *τερπικέραυνος* § 251.
ἀτρᾰπῐτός — *ἀταρπός*, *ἀταρπῐτός*.
τρέφω, *τρόφι* — *ταρφύς* § 252.
τέτρᾰτος — *τέταρτος* § 91.
ἦμβροτον — *ἦμαρτον*, a verbo *ἁμαρτᾰ́νω* § 149.
βροτός (= *μροτός*) — *μόρος* etc. § 271.

Adiectivi *βροτός* sunt composita *ᾰ̓-μβροτος* (*ἀ-μβρόσιος*), *φᾰεσί-μβροτος* § 280, *τερψί-μβροτος* § 250, *φθισί-μβροτος* § 166. Apud posteros accedunt *στησί-μβροτος*, *πλειστό-μβροτος*, *δαμασί-μβροτος*, *ἐναρί-μβροτος* etc. [1]).

θρώ̩σκω, aor. *ἔθορον* § 285.
πέπρωται, aor. *ἔπορον* § 276.

Praeterea huc pertinent dativi *πατρᾰ́σι* (i. e. *πατῤσι*) etc.; vid. § 79 et quae de *syncope* in § 12 sunt observata. Etiam particula multiformis *ᾰ̓ρ-ῥα* hic commemoranda; cf. § 11.

Litterae *λ* eadem est conditio in voce

βλώ̩σκω, *μέ-μβλωκα* — aor. *ἔμολον* § 285.

Vera litterarum transpositio (*rb-br*), cuius tamen causa fortasse non sonorum fuit indoles sed originatio ingeniosior quam rectior, e voce *ὄρφνη* effecit vocabulum recentius *εὐφρόνη*. Homerus substantivo non utitur [2]), quod casui tamen tribuendum est, nam adiectivum *ὀρφναῖος* legitur in locutione *νύκτα δι' ὀρφναίην* *K* 83, 276, 386 *ι* 343; cohaerent autem *ἔρεβος* et *μόρφνος* *Ω* 316. Ionibus vero (Herod. Hippocrat.) in usu fuit *εὐφρόνη*, quae vox cum *εὐφραίνειν*

---

[1]) Horum compositorum littera *μ* etsi ipsius radicis pars est, posterioribus tamen insiticia videri debuit, si comparabant simplex *βροτός*; fiori igitur potorat ut aliis vocabulis litteram *μ* (vel *ν*) de suo inseroront. Hinc originem habere videntur pravae formae *ἀμπνύνθη* *ἀμφασίη* pro *ἀμπνύθη*, *ἀφασίη*. Etiam adiectivum *ὄμβριμος* (l. a. pro *ὄβριμος*) hinc litteram *μ* accepisse credibile est, quamquam ipsi radici eam vindicant Fick et alii; qua de re videatur Lexicon Hom. Ebeling. s. v. — Praeterea comparari potest nomen *Κλυταιμνήστρη* pro *Κλυταιμήστρη*, quae forma Homero fortasse est reddenda coll. *μήστωρ* etc.; vid. G. Meyer[2] p. 259.

Contra electa sive neglecta est littera *μ* vel *ν* sequentium vocum:

ἀβρότη *ἀβροτάζομεν* § 28.
ἀάσχετος leg. *ἀνάσχετος* *E* 892 *Ω* 708.
ἄᾶτος leg. *ἀνάᾶτος* *φ* 91 *χ* 5 et *ἀνάαστος* *Ξ* 271.

[2]) Hes. Oper. 560 legitur *μακραὶ γὰρ ἐπίρροθοι εὐφρόναι εἰσί*. Hic tentari posset *ὄρφναι ἔασι*, nisi praeterea vitiosum esset *ἐπίρροθοι* pro *ἐπιτάρροθοι*, vid. van Leeuwen Mnemos. 1885 p. 194-196 et supra pag. 69.

(εὖ φρονεῖν) cohaerere credebatur, quoniam „πάντα τὰ σπουδαῖα νυκτὸς μᾶλλον ἐξευρίσκεται" (Epicharmus apud Cornutum de nat. deor. 14, Epich. Lorentz p. 259). Hac Sophocles quoque utitur, apud Pindarum autem et Aeschylum et Euripidem cum ὄρφνη tum εὐφρόνη reperitur, hoc tamen frequentius.

III. De littera digamma [1]).

§ 40. Qui hodie sive puer breviarium aliquod dictionis epicae ediscit sive in doctrina aliquanto provectior accingit se ad carmina antiqua et ipsius linguae Graecae primordia investiganda, fingere sibi vix potest fuisse tempus quo homines Graece scirent Homerumque ut digitos suos nossent, nec tamen suspicarentur aliquam vim in eius lingua esse litterae vau. Scilicet non cernebatur illa littera in textu Homerico, et segnius irritant animos demissa per aures quam quae sunt oculis subiecta. Per duo millia annorum ad minimum lecta sunt carmina epica, recitata sunt, memoriae infixa, infinita cura et doctrina explicata — et tamen nemo erat Alexandriae vel Romae inter tot grammaticorum prudentium ferventissima studia [2]), nemo post renatas litteras erat in turba virorum sagacium per totam Europam exemplaribus Graecis incumbentium, qui intellegeret carmina illa Homerica, quae pio amore colebant et demirabantur, horti illius Tarquinii referre speciem: non integros et illibatos superesse flores vetustae poeseos, sed praecisa esse multorum capita, fractis caulibus prostratos iacere alios, quosdam radicitus esse extirpatos. Credebant aliquando homines poetam, non summum dicimus sed qualemcunque poetam,

---

[1]) Quae in hac § leguntur ex Mnemosyn. 1891 p. 1 sqq. repetita sunt, paucis additis observatiunculis.

[2]) Quamquam a vero proxime aberat Dionysius Halic. I 20, cuius verba haec sunt: .... τὰ πολλὰ ἐλώδη, ἃ νῦν κατὰ τὸν ἀρχαῖον τῆς διαλέκτου τρόπον Οὐελία ὀνομάζεται. σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν ὡς τὰ πολλὰ προτιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν οὖ συλλαβὴν ἐπὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δὲ ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίοις, ὡς Ϝελένη καὶ Ϝάνακ καὶ Ϝοῖκος καὶ Ϝανὴρ (l. a. Ϝανῆρ) καὶ πολλὰ τοιαῦτα. — In hac sententia pro priscis Graecis scribe Homerum, et ex Dionysio fit Bentleius!

Ceterum voci Ϝανὴρ vel Ϝανῆρ digamma non recte tribuitur; nisi egregie fallor Dionysius scripserat *FAPHN*, cuius vocabuli nominativus, a grammaticis commemoratus, nunc totidem litteris exaratus in antiquissima inscriptione Gortyne est repertus (vid. Roberts Epigraphy p. 40 et 327), et sine Ϝ in inscriptione Attica saeculi VI [Ἑρμ]ῆ ἀρὴν κριτό[ς] CIA. I 4,22 (Meisterhans Gr. d. att. Inschr.[2] not. 1023).

pangere potuisse huiusmodi versiculos hiulcos et claudicantes: *Ἀτρείδης τε ἄναξ ἀνδρῶν, δαιμόνι' οὔ σε ἔοικε, χαμάδις ῥέοι ὡς ὅδε οἶνος, ὥς ἔφατ' ἔδεισεν δὲ* etc. etc. — Adeo a teneris adsuescere multum est! Stultus autem aut iniquus sit qui Graecis grammaticis ideo irascatur; nam „in hac etiam arte nihil difficilius quam id quod se dicturos fuisse omnes putant postquam audierunt" [1]).

Scilicet Columbum suum haec America expectabat; divinum requirebatur ingenium ut id detegeretur, quod unquam homines potuisse latere nunc pueruli in gymnasiorum nostrorum subselliis mirantur. Unus homo divinando rem restituit; non unum pluresve locos Homericos restituit, sed ipsam poesin poetae reddidit, artem summo artifici; lucem offudit tenebris, utque certis legibus adstringi posset quae rudis et indigesta antea videbatur moles effecit. Quem virum nominasse est eum admirari: Bentleius est is qui detexit quod ante eum nemo viderat, post eum neminem nisi caecos aut ultro caecutientes fugere potuit. Fuere qui in crisi Homerica Bentlei acumen frustra quaeri contenderent, vix ullum enim versum epicum certa emendatione ab eo esse persanatum [2]): — esto! at ipsam sanavit artem metricam: hoc ad eius gloriam sufficit. Etiamsi per totam vitam nihil egisset praeterea, neque unquam verum vidisset nisi illo temporis puncto quo detexit digamma Homericum, vel sic tamen de litteris classicis deque summo vate immortaliter esset meritus. Lapillos ut nullos e via submoverit, at ipsam viam criseos Homericae aperuit; monstravit iter, sternendum reliquit aliis.

Bentleius igitur anno 1713 legebat librum Anthonii Collins Discourse of Free-thinking. Observationes inter legendum sibi natas scripto mandavit et mox edidit [3]). Inter alia breviter sed acute admodum demonstravit non ad docendos mortales conditam esse Iliadem vel Odysseam, neque quaerendos esse multiplicis eruditionis thesauros in vetustis illis carminibus, quae ad delectandos viros feminasque nobiles olim essent composita a vate qui ingenio magis quam opibus affluerat [4]). Superest autem exemplar libri Colliniani

---

[1]) Ut est apud Valckenaerium ad Phoeniss. vs. 1637.

[2]) Videantur quae scripsit Eichstädt, Wolfii sectator, in recensione Homeri Heiniani (Jenaer Litteraturzeitung 1803 p. 263), allata apud Ludwichium Aristarch. II p. 285.

[3]) Remarks upon a late Discourse of Free-thinking by Phileleutherus Lipsiensis, 1713. Septima editio (anni 1737) citatur a Wolfio in Prolegomenis p. 116.

[4]) „Take my word for it, poor Homer, in those circumstances and early times, „had never such aspiring thoughts. He wrote a sequel of songs and rhapsodies, to

illud quo Bentleius usus est, et ibi in pagina vacua haec leguntur eius manu (anno 1713 igitur) allita: „Homer's *διγαμμα* Aeolicum „to be added. *οἶνος ϝοῖνος*, vinum: a Demonstration of this, because „*ϝοῖνος* has always preceding it a vowel: so *οἰνοποτάζων*" [1]).

En verum repertum. At multum abest ut vivax hoc semen statim radices egerit. Annis tredecim post Bentleius consilium cepit Homerum edendi; aliis tamen laboribus vitaeque aerumnis distractus dum cum theologis digladiatur, etiam atque etiam distulit opus, quod anno 1732 demum, aetatis septuagesimo, adortus est. Exemplum editionis poetarum Graecorum ab Henrico Stephano curatae notis marginalibus instruere coepit, uberiores aliquanto commentarios [2]) aliis chartis credere, separatim quoque observationes de digammo in schedis suis consignare, — sed vitae finem invenit citius quam laboris suscepti; decimo anno post obiit, quaeque de Homero conscripserat in scriniis Collegii Trinitatis delituerunt. Insere, Daphni, piros: carpent tua poma nepotes.

Aliqua tamen inventi Bentleiani notitia sensim ad viros doctos pervenit. In primo volumine Iliadis recognitae a Samuele Clarkio, qui Bentleio familiariter utebatur, ad *A* 51 res tangitur (anno 1729), ita tamen ut ab ipso scriptore haud ita clare intellectam esse pateat [3]). Apertius Bentleio favet Clarkius triennio post in annotatione ad *Π* 172 [4]), meliora fortasse interim ab amico edoctus. Eodem autem anno (1732) Bentleius ipse novam editionem Paradisi amissi Miltonis curavit; in qua recensione, tanto ingenio indigna — nam iterum amissus esse, immo disperiisse paradisus

„be sung by himself for small earnings and good cheer, at festivals and other days „of merriment; the Ilias he made for the men, and the Odysseïs for the other sex."

[1]) Cantabrigiae hic liber cum ceteris Bentlei manuscriptis asservatur in Bibliotheca Collegii Trinitatis, cuius Rector fuit usque ad mortem. — Videatur R. C. Jebb in vita Bentlei p. 149-154 et brevius in libro de Homeri arte p. 140, 2.

[2]) Quos usque ad *Π* 54 deduxit.

[3]) „Spiritus asper saepe tanquam consonans pronunciabatur, vel tanquam Aeolicum „digamma. Ut — *φιλὶ ἰκυρὶ δεινός τε*. Legebatur fere tanquam si scriptum fuisset „*φιλίϝῳ ἰκυρὶδ δεινός τε*."

[4]) Hoc volumen post mortem Clarkii prodiit anno 1732. Locus hic est: „*ἦνασσε*] „Observavit Vir summae eruditionis, Richardus Bentlejus, vocabula *ἄναξ* et *ἀνάσσειν*, „quamquam *frequenter* apud Homerum occurrunt, tamen *haud fere ullis* in locis ita „posita reperiri, quin antecedat aut vocalis, aut istud *ν* paragogicum in Nominum „verborumque fine supervacaneum, quod ubique sine dispendio dempseris. Unde „merito colligit, vocabula ista, in sermone Aeolico, praefixo Digamma, pronuntiata „fuisse *ϝάναξ* et *ϝανάσσειν*. Quod si verum est, consequens erit, ut vox *ἦνασσε* pro„nuntiata fuerit *ἰϝάνασσε*· idcoque, (quod notatu dignissimum est,) versiculum a voce „*ἦνασσεν* vel *ἦνασσον* inchoatum, apud Homerum nusquam reperias."

videbatur post Bentlei curas criticas — cum citandus esset locus Homericus, appinxit litteram digamma [1]). At vide quantillo momento impellantur mentes hominum inter errores et vera vacillantes: non admirabantur acumen ingenii Bentleiani neque cupide arripiebant eius inventum, sed ridebant formam iusto maiorem litterae insolitae (*Ϝέοικας*), quam „veluti *ἄμουσον* quendam Saulum super cetera elementa eminere" dicax poeta acerbius quam facetius iocabatur [2]).

Margaritam, cuius pretium vix unus et alter inter Bentlei amicos et discipulos agnoverat, e coeno quo abiecta iacebat primus sustulit is qui „Bentleium nihil in Graecis cognovisse nisi ex indicibus petitum" affirmare non erubuit. Tertio anno post Bentlei mortem lucem adspexerunt Ricardi Dawes Miscellanea critica (1745), cuius libri sectione IV^a agitur *de consonantis vau virtute*. Haec commentatio etsi singularibus ingenii dotibus nitet, plus tamen nocuit bonis litteris quam profuit. Insunt sane observationes acutissimae, egregiae emendationes [3]) complures insunt, at alia risum movent vel nauseam incutiunt; displicet praeterea malignus animus, quo Bentlei laudibus obtrectat Dawesius dum eius invento utitur; neque fieri poterat quin deterreret homines ipsum signum, quo *ionicum* suum *vau* — nam Bentlei *digamma aeolicum* ab Homero procul habendum esse dicit — repraesentaverat; scribebat scilicet „*αἰάχοι* i. e. *αwιwαχοι*" et similia, contendens *spiritum lenem* ad id ipsum inventum esse ut sonum w indicaret. — Talem linguae Graecae *παλιγγενεσίαν* aspernatus in antiquo luto haerere se malle anno 1750 scribebat Dorvillius [4]), nec dubium quin multi ita iudicaverint; in eadem mente fuisse Ernestium apparet ex editione Homeri Clarkiani, quam anno 1759 curavit; vide autem quam superciliose et truculenter nova placita abnuat vir mitis alioquin et modestus [5]): „Noluimus ante attingere disputationem de „digammate Aeolico, cum ea, quae de eo per hos annos dicta sunt „a Britannis doctis, pluribus locis occasionem darent, ut in *προιάπ-*

---

[1]) Cf. Heyne Iliad. VII p. 721.

[2]) Pope Dunciad. IV 217 sq.:

„tow'ring o'er your Alphabet, like Saul,
„Stands our Digamma, and o'ertops them all".

[3]) Ex. gr. *θυμὸν δ' ἴαινε Ϝάνακτος* ξ 438, *στῆτε Ϝελιχθέντες* Λ 587, quaeque praeterea de radice *Ϝελιχ* disputavit.

[4]) Ad Chariton. p. 202.

[5]) In verbis quae subiunxit annotationi Clarkii ad *Π* 172 supra a nobis excriptae.

„τειν *A* 3, *σιγαλόεντα E* 226 etc. Cui libet ista cognoscere, adeat „Taylorum v. c. ad Lysiam, p. 703. Dawesium Miscell. Crit. c. 4, „qui quamquam fautor digammatis, tamen Bentleio adversatur. „Nobis ista nova sapientia grammatica non magis placet, quam „Dorvillio ad Charit. p. 202, cuius iudicium probamus". — Non mirum est igitur, virum doctum qui libri Dawesiani novam editionem curavit anno 1781, Th. Burgess, laudasse inventum Bentlei, laudasse Dawesii acumen, nova attulisse argumenta ad doctrinam digammaticam confirmandam — in his perabsurda, nam *Ϝούπω* scribit et *τετύφαϜσι* et *τίϜσωσι* aliaque eiusdem farinae — sed neque ionicum vau neque digamma aeolicum in textum Homeri invehendum censuisse. Et melius erat profecto nusquam scribi illam litteram quam usque quaque inculcari, dum vocabulorum natales et conformatio ignorabantur et ars grammatica inani originationis studio aegrotabat.

At dum Orbilii „in antiquo luto haerere se malle" profitebantur, quam vere dicerent ipsi non intellegentes, in Britannia sensim perspexerunt viri docti, Taylor Foster Upton Salter alii, non ita spernendum esse id quod Bentlei ingenium detexisset; quibus mox accessit Ricardus Payne Knight: Analytical essay on the greek alphabet 1791.

Extra Britanniae fines interim in alia omnia inclinabant hominum mentes. Non possunt nunc sine risu legi quae anno 1745 Alberti ad Hesych. s. v. *γοῖδα* (id est *Ϝοῖδα*) observavit de Homeri versu *Θ* 215 *εὖ μὲν τόξον οἶδα*. Ernestius quid censuerit vidimus; amicus eius Ruhnkenius, is tamen non doctor umbraticus, quam nihil tribuerit litterae *Ϝ* clare docet editio hymni Cereris recens reperti anni 1782 [1]); tota haec quaestio eum fugisse videtur. Valckenaerius autem licet inventi Bentleiani mentionem faciat in epistola ad Röverum p. 72, non tamen sensisse se quid intersit inter versuum *X* 236 et *A* 70 initia (ὃς ἔτλης et ὃς ἤδη) ostendit in observationibus suis ad Iliadis librum XXII (p. 54), quae simul cum illa epistola prodierunt (anno 1747); videantur etiam quae anno 1773 ad Adoniazus. p. 356 annotavit. Ipse Wolfius, quo nemo vividius Bentleium admirabatur, initio huius quo vivimus saeculi digamma vocabat „senile ludibrium ingenii Bentleiani". Quo maiore laude dignus est is, qui primus in Germania sapere ausus est et pro parte virili operam dedit ut novam doctrinam excoleret;

[1]) Ex. gr. vs. 333 pro *πρὶν ἴδοι* poscit *πρίν γ' ἴδοι*.

Heynium dicimus, Ernestii discipulum. Qui si in multis misere lapsus est, temporis magis hi erant errores quam viri in paucis docti et sollertis; „praestat autem utilibus admiscuisse aliquid „falsi, quam vacua errore sed inutilia attulisse" [1]). — Anno 1802 Heyne septuagenarius in lucem emisit editionem Iliadis maiorem (VIII voluminibus); quam dum exornabat, anno 1790 aliquantisper usus erat exemplari Homeri Bentleiano, quod ut ex Bibliotheca Collegii Trinitatis ei commodaretur amicus eius Burgesius effecerat. Hac demum editione, quae magnas movit hominum contentiones et seni venerabili plus taedii peperit quam honoris, in philologorum notitiam pervenerunt Bentlei placita de litterae digamma usu Homerico; ipse autem Heynius (Vol. VII p. 708—772) de illa consona fuse disputavit et catalogum fecit vocum quas initiale digamma in Homeri lingua habuisse existimabat.

Uni certe viro, πολλῶν ἀνταξίῳ ἄλλων, de summa rei persuasit, Godofredo Hermanno, qui Bentleium a pueris suspicere in Reizii schola didicerat [2]). Argumenta contra digamma Homericum prolata refutare eiusque in carminibus Homericis usum iustis finibus circumscribere studuit in iudicio quod de Heynii Iliade tulit anno 1803, multoque fusius biennio post in admirabili illa dissertatione de aetate scriptoris Argonauticorum (p. 688, 775 sqq.), „qua nihil tulit „recentior aetas quod Bentleiano ingenio similius sit" [3]); videantur etiam quae ad hymn. Ven. 86 annotavit (1806). Magnus autem eius adversarius Boeckhius hac certe in re ei assensus est.

Sed quantum ad novam doctrinam promovendam utilitatis attulit Heynii Ilias copiis Bentleianis exornata, tantum mox ei nocuit editio viri neque indocti neque obtusi ingenii, sed qui maiore erat audacia quam doctrina: Ricardi Payne Knight. Qui cum anno 1791 de littera vau disputasset in opere supra commemorato, anno 1813 autem prolegomena ad Homerum evulgasset [4]), tandem septuagenarius anno 1820 in lucem misit carmina Homerica, „repurgata" scilicet „et in pristinam formam redacta". Quae editio quantas habeat virtutes, quam multa insint prudenter observata vel egregio mentis acumine correcta, is demum agnoscit qui interiorem aliquam eius familiaritatem contraxit; at quae insunt

---

[1]) Sunt verba G. Hermanni de Seidlero in praef. Elementorum doctrinae metricae.

[2]) Vid. praef. Med. p. VI, Elem. doctr. metr. praef. p. XII, Opusc. II p. 263 sqq.

[3]) Lehrs Quaestion. epic. p. 255 (anno 1837).

[4]) Ex quo opere multa excripsit is qui notis suis quartam libri Dawesiani editionem — illustravit dicam an obruit? Thomas Kidd 1817.

absurda atque ludicra, — et plurima profecto insunt! — ea uniuscuiusque oculos statim feriunt, ad homines sobrii iudicii repellendos aptissima. Ipse titulus *Ϝιλϝιας και Ϝοδυσσεια* risum movet. Wilwias illa „ebria veratro" in contemtum adduxit haec studia. Sordebat iam digamma „Britannicum", et verendum videbatur ne ludus iocusque fieret nova ista sapientia, quae vocabulorum pareret portenta qualia sunt *ἰφθῖμοϝς πσυϝχας, αχαιϝοϝς, εφιϝενς, δσεϝς, Ϝιλϝιοϝο*, aliaque id genus sexcenta. Aceto non captantur muscae; hoc demum senile erat ludibrium viri acuti sed huic operi prorsus imparis.

Sic lumini, quod Bentleius accenderat, fumus commentorum de nihilo fictorum denuo praetendebatur; is autem, qui librum spissum de versu heroico anno 1816 operose conscripsit, Franciscus Spitzner, vera a falsis discernere non potuit, sed „digamma litteram Homero „incognitam, hiatum vero usu vetustissimo non interdictum fuisse" profiteri non dubitavit [1]), — omnes nimirum ubique ferendos iudicans hiatus quod certis hexametri sedibus eos a poetis admissos esse intellegeret et temere a criticis expletos. Hic profecto *οἶνον παρόντος ὄξος ἠράσθη πιεῖν*.

At magna est vis veritatis; semina frigore hiberno torpentia non pereunt, sed veris et favonii gratam vicem expectant. Editionem Homericam littera *Ϝ* instructam, quam senex Bentleius inchoaverat, senex Knightius tumultuaria opera nec sine bonarum litterarum detrimento confecerat, senex suscepit Immanuel Bekker, Wolfii discipulus. Qui cum anno 1858 Iliadem, ante annos quindecim a se editam, una cum Odyssea denuo recognosceret, „digamma reduxit quantum poterat et licebat", vestigia igitur Heynii, cui iuvenis oblocutus fuerat, sub vitae finem ipse legens. Non ab omni parte satis probabilem esse rationem, quam in restituendo digammo Bekkerus secutus fuerat, nihili enim formas esse *ἐφήνδανε ἔϝοργα* et similia, quae hic illic excudenda curaverat, demonstrarunt A. Leskien 1866, Cobet 1874 in Mnemosyne p. 201 sqq. Attamen in suas sedes tandem aliquando reducta erat Aeolica quae dicitur littera, non in annotationes relegata; reducta autem e longo exilio erat non a temerario aliquo homine novarum rerum studioso, sed ab illo viro quo nemo plures scriptores Graecos ediderat.

Interim comparatio linguarum cognatarum et emendata omnino artis grammaticae ratio novam lucem huic quoque loco attulerunt;

[1]) Pag. 147; conf. ibid. p. 110.

dialecti Graecae accuratius cognosci, inscriptiones colligi coeptae sunt; Buttmann, Ahrens, postea Curtius aliique suos libros scripserunt; de digammo autem Homerico prudenter et summa diligentia primus egit C. I. F. Hoffmann in Quaestionum Homericarum volumine II, quod prodiit anno 1848, eodem igitur anno quo mortuus est Hermannus. Hunc multi sunt secuti, ex quibus prae ceteris commemorandi videntur Savelsberg de digammo eiusque immutationibus (progr. Aquisgrani 1854, iterum Berolini 1868), O. V. Knös de digammo Homerico quaestiones Upsalae 1872 sqq., W. von Hartel homerische Studien III, O. L. Tudeer de dialectorum Graecarum digammo testimonia inscriptionum 1879, G. Meyer[2] p. 229 sqq., Kühner-Blass p. 77 sqq., Monro[2] p. 361 sqq.

Ex illo tempore non est verendum ne reviviscant errores Spitzneriani. Potuit adhuc poteritque disputari de optima Homerum edendi ratione, dum digamma litteram signo typographico in textu indicandam esse hi contendunt illi negant, alii parcius alii largiore manu allitam volunt; loci quibus violatur digamma sintne emendandi omnes, quod putabat Bentleius amore sui inventi pellectus, an quidam, an nulli, hac de re in diversa etiamnunc discedunt philologorum sententiae; sed neque quisquam, nisi forte delirus homo, hodie in animum inducere sibi potest nullum huius consonae vestigium in carminibus Homericis superesse, neque possunt adhuc existere qui litterae Aeolicae, tanquam multiformi alicui Proteo, attribuant quicquid insoliti habet poetarum epicorum dictio vel ars metrica. Ex subitaneis commentis et imperitorum tentaminibus evasit nova scientia, quae coli augeri corrigi posthac poterit, non poterit convelli. Tandem surculus excrevit in arborem.

Bekkeri consilium claris verbis laudavit Cobet, secutus primus est Christ in recensione Iliadis 1884. Fick (Odyss. 1883, Iliad. 1886) digamma in iis tantum Iliadis et Odysseae partibus scripsit, quas a poetis Aeolicis compositas esse censet, Ionicae dialecto illam consonam abiudicans; qua de re quae sit nostra opinio, infra exponemus. Alii editores, e quibus nominatim indicati sunto La Roche et Nauck, variis argumentis deterreri se passi sunt quominus in textum inveherent signum insolitum, licet vim digammi probe perspectam haberent et in epicis quoque carminibus agnoscerent. „Nimirum" — ut Christ non sine causa expostulat et queritur [1]) — „qua sunt homines perversa timiditate et obstina-

[1]) Christ Prolegom. Iliad. p. 150.

„tione, prolixissimos libros de digammo orthographicisque rebus „perlegere non recusant, sed si quis, ut fructus aliquis subtilium „quaestionum ad nitorem carminum restituendum vel impedimenta „scribendi removenda redundet, tradita verba mutare ausus est, „omnem antiquitatis reverentiam exui clamitant."

Sed ad ipsam rem iam veniamus. In lingua, qua utebantur poetae Iliadis et Odysseae, multa vocabula servabant initialem consonam *ϝ* ab origine iis propriam.

Fuere qui putarent illum sonum in poetica tantum dictione illius aevi vixisse, cum ex lingua vulgari evanuisset; cantores igitur in hexametris suis dixisse *Ϝάναξ* et *Ϝοῖκος* et similia, sed *ἄναξ* et *οἶκος* quoties domi cum suis confabularentur. Sed veri est dissimillima haec opinio, quae neque aliunde potest confirmari — nam ignoramus quos sonos sermo quotidianus aevi Homerici sive in Ionia sive in aliis Graeciae regionibus habuerit — neque ipsis carminibus epicis commendatur. Non enim tali genere dicendi utuntur veteres poetae, quod vocibus vel vocabulorum formis intermortuis operose sit exornatum, non difficilis et fucata est eorum dictio, sed simplex et recta et cuivis perspicua. Adhibent sane nonnulla epitheta rariora, quae ipsorum auditoribus vix minus obscura fuisse quam hodiernis lectoribus suspicetur quispiam; attamen multum abest ut quovis versu portenta et aenigmata loquantur; lingua suorum popularium utuntur dum doctis indoctisque sua carmina canunt. Ergo, si ante pauca tantum vocabula, a vulgari dictione aliena, e. g. *Ϝεκηβόλος* et *Ϝελίκωπες*, vestigia spirantis *Ϝ* deprehenderentur, aut in certis tantum formulis nominibusve propriis apparerent, quae mythi praebebant antiquissimi (*Ϝῖρις*, *Ϝεκάβη*, *Ϝίλιος*), defendi posset opinio eorum qui putant poetas sonum *Ϝ* in versibus tantum usurpasse, non audivisse in civium suorum sermone familiari; cum vero alia omnia doceant carmina epica et reperiatur digamma in multis vocibus quibus nemo non quotidie utitur, *Ϝάστυ Ϝοῖκος Ϝοῖνος Ϝείκοσι Ϝε Ϝέργον Ϝιδεῖν* centumque aliis, propellimur et cogimur in eam sententiam, quam supra expressimus, ut consonam digamma in ipsa lingua, qua utebantur poetae epici eorumque populares, vixisse statuamus. Contrarium autem si nobis fingimus, poetas locutos esse linguam consona *Ϝ* carentem, quid tandem permovere eos poterat ut in carminibus suis intermortuum

illud vau resuscitarent et *ϝοινος* vel *ϝε* dicerent potius quam *οινος* et *(h)e*? Minusne haec venusta? an metro minus apta? — Plus dicimus: poetae epici, qui non, ut grammatici hodierni, scrutabantur linguae graecae initia vicinorumve populorum linguas comparabant, ne scire quidem poterant voci *οινος* aliquando praemissum fuisse sonum *ϝ*, si spirans illa initialis ex usu quotidiano evanuisset. Itaque facetius quam verius dictum est „digamma in Homeri „lingua non verum esse sonum sed soni umbram, circa sedes „quas olim tenebat post mortem oberrantem" [1]). Immo vegetus et florentissimus Homeri tempore erat hic sonus, nec dubitandum est quin in eius patria pueruli per plateas ludentes *Ϝάναχτα* suum sibi elegerint, sitientes homines *Ϝοῖνον* poposcerint, tardi ut *Ϝοίκαδε* redirent compellati fuerint.

Multo graviorem ducimus errorem eorum qui putant spirantem *Ϝ* neque in lingua poetarum epicorum vixisse neque in carmina ab iis receptam esse, sed vocabula, quae digammi vestigia ostendunt, ita a poetis esse habita quasi consonam illam, quae olim adhaesisset, adhuc servarent intactam. Haec opinio quomodo tandem nasci possit in mente viri, qui Homerum suum amet et magnis poetis vetusta illa carmina deberi arbitretur, nos quidem fugit. Attamen sunt etiamnunc, sunt inter recentissimos Homeri editores, viri docti profecto et acuti, qui ita censent, ideoque vituperant conamina eorum qui digamma „quantum licet" in carminibus Homericis restitutum eunt. Verbis apertis hanc sententiam expressit Paulus Cauer anno 1889 [2]): „die epischen Gesänge, deren abschlies„sende Redaktion in unserer Ilias und Odyssee vorliegt, sind in „einer Mundart gedichtet, die den Laut des *Ϝ* nicht mehr besass. „Die Sänger selbst wussten nicht mehr, warum sie *ἀπὸ ξο, μέγα „ἰάχων, τόξον οἶδα* sagten, warum sie den Hiatus vor gewissen Wor„ten sich gefällen liessen, sondern sie gebrauchten diese Freihei„ten, weil sie in zahlreichen formelhaften Wendungen, in Versen „und Versgruppen, die man aus einer früheren Periode der Dich„tung übernommen hatte, von Alters her vorkamen. Wer also

[1]) Ita locutus est Jebb in vita Bentlei.

[2]) In recensione nostrae Iliadis, Berliner philologische Wochenschrift 30 Nov. 1889 p. 1521. — In eadem ephemeride vir doctus Peppmueller de ipso Cauero hoc tulit iudicium (11 Oct. 1890): „die Unsicherheit von Cauers Kritik zeigt sich gleich bei Behandlung des Digamma".

Sententiam suam de digammo Homerico et de toto illo Homeri aeolismo qui dicitur fusius exposuit Cauer in proleg. Iliad. 1890, § 1 (pag. XI-XVII).

„heute einen Homertext druckt, der handelt falsch, wenn er das *F* „mit aufnimmt". — Difficile est aequo animo haec perlegere. Eumne igitur eventum habeant tot virorum sagacium disquisitiones subtilissimae, ut Ilias et Odyssea iam credantur conditae esse ab hominibus artis et iudicii expertibus, qui ne versus quidem pangere scirent? Nae praeferimus lutum illud antiquum, in quo haerebant Dorvillii et Spitzneri; hi enim metri vitia in vetustis illis operibus extare negabant, recentissimi vero critici in animum sibi inducunt vitia metrica passim ab ipso vate admissa esse dormitanti, cum *ὥσπερ γραῦς κάχρυς ἀλοῦσα* cantillaret verbula ex obsoletis quibusdam carminibus excerpta, quae ipsius memoriae inhaererent. At

non dormit vates: critici sua somnia narrant.

Si quis credit eos poetas qui Hectoris cum uxore colloquium, Achillis iram, Priami luctum, Ulixis reditum cecinerunt, ideo dixisse *ἀπὸ ἕο, τόξων οἶδα* etc. quod ab aliis vatibus in aliis versiculis aliquando producta esset syllaba *-ο* vel *-ον*, is etiam opus musivum picturae Rembrantianae simile iudicet vel centones Homericos anteponat ipsi Homero.

Sed cavendum ne indignatione abrepti verba pro argumentis dare videamur aut erga alios philologos, eos quoque veri studiosos, iniqui flamus. Sedata igitur monte reputemus satisne valeat Caueri haec observatio de loco Iliadis Ω 152. Iuppiter cum mandata dat Iridi ad Priamum perferenda, haec addit:

μηδέ τί οἱ Θάνατος μελέτω φρεσὶ μηδέ τι τάρβος·
τοῖον γάρ οἱ πομπὸν ὀπάσσομεν ἀργειφόντην,
ὃς ἄξει εἶος κεν ἄγων Ἀχιλῆι πελάσσῃ.

Venit Iris ad regem, et his verbis eum compellat (vs. 181 sqq.):

μηδέ τί τοι Θάνατος μελέτω φρεσὶ μηδέ τι τάρβος·
τοῖος γάρ τοι πομπὸς ἅμ' ἕψεται ἀργειφόντης,
ὅς σ' ἄξει εἶος κεν ἄγων Ἀχιλῆι πελάσσῃ.

Gemini hi loci quantam habeant vim ad confirmandam doctrinam quae est de Homerico digammo, demonstrarunt Bekker et Cobet. Ipsa poetae verba versu 183 luce clarius ostendunt, in versu 154 pronomen *Ϝ'(ε)*, quod cum metrum flagitat tum sententia, post ὅς intercidisse. Quid igitur? Numne poeta huius loci putandus tamen est ὅς ἄξει cecinisse „ad exemplum antiquiorum aliquorum carminum?" Credimusne cum „nesciisse cur produceret syllabam ὅς", sed audivisse aliquando ab aliis hexametri initio productam? Bona verba! absurda enim iam evadit sententia, quam a Cauero, quo

est mentis acumine, defensum iri credibile non ducimus. Nonne melius est concedere Bekkero et Cobeto, poetam qui hanc fecit rhapsodiam in hoc certe versu consonam ϝ pronuntiasse et ϝ' ἄξει dixisse ut mox ὅ' ἄξει? Atqui si uno loco, qui in recenti satis Iliadis parte occurrit, certis argumentis stabilitum est digamma [1]), non est cur sexcentis aliis aliter iudicemus; non est cur negemus potuisse audiri *dicam*ne (ϝερέω) vellet poeta an *rogo* (ἐρέω), distincta fuisse in eius ore pronomina *qui* (ὅς) et *suus* (ϝός).

Sed fortasse dixerit quispiam: „o bone, verberas aëra; non haec „est mens Caueri et eorum qui cum eo consentiunt. Dicere voluit „ille, Iliadem et Odysseam, licet natae sint e carminibus breviori„bus in quibus digamma vivebat, ipsas tamen compositas esse „dialecto quae ea consona carebat, dialecto nimirum Ionica" [2]). — Esto, quamquam minime obscure locutus est Cauer l. l.; sed fingamus hanc esse sive eius sive aliorum criticorum sententiam: duas igitur vias patentes sibi habet qui ita iudicat. Aut contendere potest carmina, quae ipsi poetae fecerant, in parva fragmenta esse comminuta et tantum non periisse, mutata enim decurtata amplificata esse omnia et vix unum et alterum hexametrum superesse talem qualis ex poetae ore prodierit; aut cum Fickio potest censere, antiqua carmina etiamnunc satis integra superesse nec praeter spem sanandi corrupta, sed in Ionicam dialectum ex Aeolica (quatenus id sine violentia fieri poterat) conversa esse et multis recentiorum additamentis onusta; haec resecanda esse, in genuinis vero versibus et alia quae Aeolica dialectus propria habuit restituenda esse (psilosin, ᾱ, ἕστελλα etc.) et digamma [3]). At duarum harum opinionum prior eo redit ut carmina Homerica — e. g. Agamemnonis cum Achille rixam vel preces Priami vel Ulixis errores — non vera carmina esse credamus sed carminum umbras versuumque rudera; ex lapidibus templi antiqui tuguria et stabula rudi arte structa esse; ipsos quidem poetas dixisse φίλε ϝεκυρὲ δϝεινός τε vel ϝάλις δέ ϝοι· ἀλλὰ ϝέκηλος | ϝερρέτω vel οἷά τε ϝῷ ϝοικῆι ϝάναξ ἐύθυμος ἔδωκε, sed in illa hexametrorum congerie, quae

[1]) Eratne haec emendatio ignota Fickio? Edidit certe ὃς ἄξει δώς κεν ἄγων Ἀχιλῆι πελάσσῃ.

[2]) Revera hanc Caueri esse sententiam efficio ex iis quae scripsit in Iliadis praefat. p. XIII sq. et XVI. Etiam Ludwichii (Aristarch. II p. 287) ea videtur esse opinio.

[3]) „Das digamma, welches uns verbietet Homer als Ionier, und uns nöthigt ihn als Aeoler zu denken". Fick Odyss. p. 7 et saepius.

ad nos pervenit, immodulate inde ab initio fuisse φίλε ἑκυρὲ et δέ οἱ et τε ᾧ, quandoquidem carmina, quae Iliadis vel Odysseae nomine grandisono designari soleant, ex membris ossibusque verorum poematum fuerint consarcinata ab hominibus qui nescirent quid esset hiatus quidve interesset inter syllabam longam et brevem. Ita igitur si quis opinatur, proferat suam sententiam, ut explodi possit; sed quoniam nemo hactenus tale iudicium de reliquiis poeseos epicae musis invitis tulit, diutius in ridicula ista hypothesi commorari nos non oportet. Restat igitur ut illi, qui arbitrantur in hodiernam carminum Homericorum formam consonam digamma [1]) non quadrare, addicant se partibus Fickii, cuius sententiam supra indicavimus. Quae tamen hoc praesertim premitur incommodo quod nulla est iusta causa cur contendamus ab Ionica dialecto alienum fuisse digamma quo tempore natae sunt Ilias et Odyssea [2]). Nam multum abest ut haec spirans aut in vetustissimis horum carminum partibus religiose sit servata aut in recentioribus passim neglecta; Fickius autem, qui modo sic iudicat: „en digamma neglectum, deleatur igitur versus spurius ab Ionico homine insertus", modo sic: „genuinus hic est versus, at neglectum in eo est digamma, ergo corrigendus est locus", in circulo vitioso circumagi videtur et sic fere argumentari, quod pace viri eximii dictum esto: „Ionica dialectus eo tempore, quo Ilias et Odyssea ex minoribus carminibus concreverunt, carebat consona ϝ". — Unde hoc scimus? — „Ex carminibus Homericis". — Quomodo igitur id inde efficitur? — „In additamentis, quae a poetis Ionicis sunt composita, saepe neglegitur digamma". — Sed additamenta ista quomodo agnosci possunt? — „Ex neglecto praesertim digammo". — At genuinis quoque carminum locis multis digamma hodie sine mutatione verborum vicinorum restitui nequit. — „Hi igitur corrigendi sunt". —

Sed probanda sunt haec, ne cavillari videamur. Totum Fickii

---

[1]) Non de *signo typographico* nunc loquimur sed de ipso *sono* vau.

[2]) „Die annahme, dass zur zeit Homers die Ias das digamma noch intact besessen „hätte, lässt sich zwar aus mangel an uralten quellen des ionischen dialects nicht „wiederlegen, wird aber schon dadurch äusserst unwahrscheinlich, dass auch den „Attikern das digamma völlig mangelt, dieser laut also dem ionischen stamme schon „vor der wanderung der Ionier nach Kleinasien gefehlt zu haben scheint". Fick Odyssee p. 11. — At Atticae dialecti fontes illi antiquissimi, unde appareat digamma ne Homeri quidem tempore in illa regione vixisse, ubi sunt? Si quis contendat puellas Atticas olim inter saltandum cantasse ποῦ μοι τὰ ϝία, quomodo refellendus erit?

Homerum excerpere longum est: sufficiet pars modicis finibus circumscripta. Videamus igitur quomodo de digammo iudicaverit in iis Odysseae rhapsodiis, quas *'Οδυσσέως νόστον* olim effecisse cum Kirchhoffio censet (*α, ε, ζ, η, ι, λ, ν*).

Sequentes locos, ubi in textu tradito digamma neglectum est, Fick correxit: *α* 10 *εἰπὲ*] *ἔσπε*, 37 *εἴπομεν*] *ἔσπομεν*, *ε* 61 *ἀοιδιάουσ' ὀπὶ*] *ἀείδοισα Ϝοπὶ*, 96 *μιν ἕπεσσιν*] *Ϝε Ϝέπεσσι*, 100 *δ' ἂν* (vel *γὰρ*) *ἐκὼν*] *κε Ϝέκων*, 206 *εἴ γε μὲν εἰδείης*] *εἰ μὲν Ϝειδείης*, 234 *δῶκε μέν οἱ*] *δῶκ' ἄρα Ϝοι*, 342 *ὣδ' ἔρξαι*] *ὡς Ϝέρξαι*, *ζ* 60 *δὲ σοὶ αὐτῷ ἔοικε*] *δ' αὖτόν σε ϜέϜοικε*, 258 *ὣδ' ἔρδειν*] *ὡς Ϝέρδην*, *η* 234 *εἵματ' ἰδοῖσα | καλὰ*] *Ϝέμματα καλλὰ | τοῖα*, *ι* 60 *δ' ἀφ' ἑκάστης*] *δὲ Ϝεκάστας*, 182 *σπέος εἴσομεν*] *Ϝίδομεν σπέος*, 226 *ἐρίφους τε καὶ ἄρνας*] *Ϝάρνας τ' ἐρίφοις τε*, 419 *που μ' ἤλπετ'*] *Ϝμ' ἐϜέλπετ'*, 454 *φρένας οἴνῳ*] *φρένα Ϝοίνῳ*, 469 *νεῦον ἑκάστῳ*] *νεῦσα Ϝεκάστῳ*, 530 *πολιπόρθιον οἶκαδ'*] *-θον Ϝοίκαδ'*, *λ* 218 *ἦ τί μοι εἶδωλον*] *ἦ μοι Ϝείδωλον*, 545 *εἴροντο δὲ κήδε' ἑκάστη*] *Ϝέρρον τ' ὅ Ϝε κᾶδε Ϝεκάστα*, 561 *ἀλλ' ἄγε δεῦρο ἄναξ, ἵν' ἔπος*] *ἀλλὰ Ϝάναξ ἄγε δεῦρο, Ϝέπος*, *ν* 121 *ὤπασαν οἶκαδ'*] *δῶκαν Ϝοίκαδ'*. — Sed in versibus, quos Ionico diasceuastae (Cynaetho Chio) tribuit, digamma neglectum Fickio est indicium ionismi (p. 302 sq.): *α* 91 *ἀπειπέμεν*, 110 *ἄρ' οἶνον*, 259 *παρ' Ἴλου*, 293 (ot *λ* 90) *τε καὶ ἔρξῃς* (*ἔρξω*), 441 *ἐπέρυσσε*, *δ* 649 *αὐτὸς ἐκὼν*, 682 *ἦ εἰπέμεναι*, *η* 187 *ὄφρ' εἴπω*, 196 *πρίν γε τὸν ἦς*, 202 *εὖτ' ἔρδωμεν*, 248 *ἐφέστιον*, 321 *πολλὸν ἑκαστέρω*, 322 *οἵ μιν ἴδοντο*, 326 *ἀπήνυσαν οἶκαδ'*, *λ* 61 *ἀθέσφατος οἶνος*; — item in emblematis quae ipsi videntur sero insertis (pag. 306 sqq.): *ε* 34 *κ' εἰκοστῷ*, *ζ* 280 *ἦ τίς οἱ εὐξαμένῃ*, *η* 110 *ἐπετήσιος*, *ι* 65 *τρὶς ἕκαστον*, 127 *τελέοιεν ἕκαστα*, 148 *προυφαίνετ' ἰδέσθαι*, *λ* 297 *πάντ' εἰπόντα*, 522 *κάλλιστον ἴδον*, 550 *δ' ἔρῳ'*, *ν* 80 *νήγρετος ἥδιστος*.

At loci, quos corrigendos censet Fick, simillimi sunt iis quos spernit. Cur *α* 10 *εἰπὲ* mutatur, non mutatur *ἀπειπέμεν α* 91 vel *εἴπω η* 187? Cur *ε* 96 *μιν ἕπεσσι* fit *Ϝε Ϝέπεσσι*, non sanantur eodem remedio verba *οἵ μιν ἴδοντο η* 322? Cur *ε* 234 pro *δῶκε μέν οἱ* tentatur *δῶκ' ἄρα Ϝοι*, spernitur *η* 196 correctiuncula *πρὶν τὸν ἐϜῆς* pro *πρίν γε τὸν ἦς*? Cur *ε* 100 pro *δ' ἂν* (vel *γὰρ*) *ἐκὼν* corrigitur *κε Ϝεκὼν*, sed *δ* 649 ionismi indicium dicitur *αὐτὸς ἐκὼν*, cum in promptu sit Bekkeri coniectura *αὐτὸς ἐγὼ*? Cur *ν* 121 pro *ὤπασαν οἶκαδ'* rescribitur *δῶκαν Ϝοίκαδ'*, *η* 326 ne tentatur quidem correctio multo lenior *ἄνυσσαν Ϝοίκαδ'* pro *ἀπήνυσαν οἶκαδ'*? Apparet criticum, studio ut fit abreptum, duabus mensuris usum esse, neque secundum digammi sive amorem sive contemtum vetustas carmi-

num epicorum partes a recentioribus secerni posse [1]). Itaque si οἶκαδε vel ὅς pro Ϝοἶκαδε et Ϝός legitur in hexametro quem Cynaethus fecit — ut nos quoque hoc nomine utamur brevitatis causa — illum locum post Cynaethi aevum vitium contraxisse non minore iure concludimus quam si digamma deest in versu aliquo τῆς *Μήνιδος* vel τοῦ *Νόστου*.

Quin firmiore etiam argumento hanc rem, quae haud exigui est momenti, demonstrare conabimur. Hymnum Apollinis Delii idem ille Cynaethus, quem Odysseam ex carminibus Aeolicis, in Ionicam dialectum ab ipso conversis, consuisse arbitratur Fickius, circa annum 500 a. C. n. composuisse fertur. Hanc famam, a Barnesio et Ruhnkenio (epist. crit. I p. 7) olim impugnatam, veram ducit Fick et sic de hoc hymno scribit Odyss. p. 290 (cf. Iliad. p. XXXII): „die sprach„lichen beweise für den ionischen ursprung des hymnos sind: vs. 15 „Ἀπόλλωνά τ' ἄνακτα, ... 46 εἴ τίς οἱ γαιέων νἶεῖ θέλοι οἶκία θέσθαι „enthält vier verstösse gegen die altäolische sprache. 64 δυσηχής: „Ϝᾶχος. 71 πρῶτον ἴδῃ. 102 αἳ δ' Ἴριν προύπεμψαν ... 163 μιμεῖσθ' „ἴσασιν, φαίη δέ κεν αὐτὸς ἕκαστος. 177 λήξω ἑκηβόλον. 181 μέγ' „ἀνάσσεις". — At negamus et pernegamus his argumentis rem confici; nam vs. 15 sine ullo sententiae detrimento deleri potest vocula τε, vs. 46 rescribimus εἴ τίς Ϝοι γαῖα aut εἴ τις γαιάων (sic var.) θέλοι νἶέι Ϝοικία θέσθαι, vs. 64 adiectivum δυσηχής etiam ob usum insolitum suspicionem movet, vs. 71 legendum est τὰ πρῶτα Ϝἰδῃ (quemadmodum e. g. hymn. Ven. 186 extat τὰ πρῶτα ἴδον), vs. 102 fortasse fuit Ϝῖριν (Ϝίριδα?) δ' αἵ, vs. 163 tentari potest μιμεῖσθαι (sic codd. omnes!) Ϝίσασι· φαίη δ' αὐτός κε Ϝέκαστος; vs. 177, qui tamen vix cohaeret cum praecedentibus, coniecerit aliquis λήξω Ἀπόλλωνα ϜεκάϜεργον (cf. *A* 438); versus 181 denique, qui cum vicinis nullo vinculo iunctus est et ab ipso Fickio secernitur, neglegi hic potest.

Non certa omnibus locis quos Fick notavit remedia adtulimus: optime scimus; at nihilo audaciora minusve probabilia haec esse contendimus quam ea quae in antiquioribus Odysseae Iliadisque partibus molitus est ipse Fick ut digamma posset revocari, e. g. Ϝέμματα κάλλα | τοῖα pro εἵματ' ἰδοῦσα | καλά. Adde quod in multis versibus huius hymni restitui *potest* digamma: vs. 7 Ϝοι, 27 Ϝεκά-

[1]) „Aeolicam litteram nihil conferre ad solvendam quaestionem quae est de Home„ricorum carminum origine" diu ante nos statuerunt aptisque argumentis demonstrarunt Naber Quaest. Hom. p. 79, Christ die Interpolationen bei Homer 1879 et in Iliadis Prolegomenis p. 151.

τερθε, 29 *Ϝανάσσεις*, 45 *Ϝεκηβόλον*, 50 et 111 *Ϝέπεα*, 66 *Ϝέπος*, 75 *Ϝάδῃ Ϝοι*, (78 *Ϝοικία* et 84 *Ϝίστω* initio versus), 90 *Ϝεκάτοιο*, (106 *ἔπειτα Ϝέπεσσιν* pro *-τ' ἐπέεσσιν*), 133 *Ϝειπὼν*, 134 *Ϝεκατηβόλος*, 153 *Ϝίδοιτο*, 169 *Ϝήδιστος*, 172 *Ϝοικεῖ*, — adde quod *utilis* est haec consona vs. 56 *Ἀπόλλωνος* || *ϜεκαϜέργου*, 140 *ἀργυρότοξε* || *Ϝάναξ Ϝεκατηβόλ'*, 157 *Δηλιάδες* || *Ϝεκατηβελέταο Θεράπναι*, — adde quod *necessaria* est vs. 1 *Ἀπόλλωνος Ϝεκάτοιο*, 68 et 90 *ἑκάτοιο Ϝάνακτος*, 47 et 70 *ἐδέδϜισαν* et *δέδϜοικα*, 74 *κατὰ κρατὸς Ϝάλις*, 107 *ὠκέα Ϝῖρις* — et agnoscamus tandem id quod ferit oculos: in hymno illo Apollinis Delii, quem ab Ionico homine compositum esse et veteres testes narrant et ipsum carminis argumentum docet, vestigia digammi nihilo rariora aut obscuriora superesse quam in rhapsodia ζ vel ι aliave parte qualibet carminum vetustissimorum. In ore caeci huius viri, qui *Χίῳ ἔνι παιπαλοέσσῃ* se habitare ipse professus est [1]), digamma vivebat [2]).

Hoc est cur ad Fickii sententiam accedere nolimus. Reiciendam praeterea ducimus opinionem, quam a Prisciano olim prolatam [3]) postea multi viri docti suaserunt [4]), nemo maiore sollertia comprobare studuit quam W. von Hartel: eam fuisse digammi indolem ut in eodem vocabulo modo consonae vice fungeretur modo vocalis fieret vel etiam pro nihilo haberetur. At Prisciani, qui fortasse decipiebatur librorum suorum vitiis [5]), vix ulla est auctoritas [6]), ipsam autem rem si consideramus, vero dissimillimum videtur, sonum, cuius tanta in carminibus epicis sit vis ut ad syllabam

---

[1]) De tempore quo vixit compertum nihil habemus, sed diu ante annum 500 putamus hymnum hunc esse compositum. — Saeculo VI° consonam *Ϝ* in Chio insula intermortuam fuisse, ostendit titulus vetustissimus anno 1880 Deli repertus (IGA. 380*a*, Roberts Epigraphy p. 63 sq.), in quo licet nonnulla sint dubia (cf. van Herwerden studia critica in epigrammata graeca p. 117), haec tamen certa sunt vocabula: ... *σιν Ἐκηβό[λῳ?]* et *[τ]ῷ Χίῳ.... πατρώιον ἄσ[τυ]*.

[2]) Sic etiam Flach iudicavit Bezzenb. Beiträge II p. 1-72; obloquitur Gemoll in Hymnorum editione p. 120, nullis tamen allatis argumentis.

[3]) Priscian. I p. 22: „digamma Aeoles est quando in metris pro nihilo accipie„bant, ut *ἄμμες δ' Ϝειρήναν, τὸ δὲ τὰϱ(?) ϑέτο μῶσα λιγεῖα*. Est enim hexametrum „heroicum." — Prisciani locus hic admodum memorabilis a Bentleio Dawesio Knightio aliis allatus est.

[4]) Inter alios Bentleius ipse (*A* 19 „*Dwoikad*, ut anglice *Dwell*"), Hoyne, Knight (e. g. *Ω* 449 *ποίησαν Ϝάνακτι*), Kidd in Dawes. Miscell.[4] p. 199; vid. etiam Hermann ad h. Ven. 86, Hoffmann Quaest. Hom. II p. 69 et 182, v. Hartel hom. Stud. III p. 51.

[5]) Vid. Giese Aeol. Dial. p. 184.

[6]) Defendere conatur v. Hartel hom. Stud. III p. 56 sqq.

producendam multis locis solus sufficiat, alibi frequenter esse neglectum sine ulla necessitate metrica. Nam toto coelo distat correpta syllaba quae vocem Ζάκυνθος praecedit, vel syllaba prima nominis Ἀφροδίτη, a versibus quales forent ἐὺ δ' Ϝοἰκαδ' ἱκέσθαι et ὅστις σέθεν ἀντίον Ϝείπῃ. In Hartelii sententiam libenter iremus si huiusmodi licentia metrica raro deprehenderetur nec nisi in paucis quibusdam vocabulis et propter certas aliquas causas; duplices talium vocabulorum formas extitisse tunc crederemus, quarum altera veram consonam in fronte habuerit, altera aut nullam aut umbram aliquam consonae, quae vix perciperetur neque afficeret versuum numeros. Ita si se haberet res, id unum maneret incertum utrum omittenda esset illa consona locis ubi nulla eius vis apparet, an oculis ibi quoque esset ostendenda. At non haec est quaestionis condicio; nam modo ab hoc, modo ab illo vocabulo Homerico digamma abest, neque in recentioribus tantum locis sed in antiquissima quaque Iliadis vel Odysseae parte hic illic neglegitur. Quae cum reputamus, intellegimus, locos Homericos, ubi initialis consona rariorum quarundam vocum metro cogente neglegitur, non posse satis apte componi cum versibus ubi intercidit aut — si quis ita loqui mavult — pro nihilo habetur digamma vocabuli Ϝάναξ vel pronominis Ϝός similiumque vocum, centum aliis locis Homericis digamma habentium.

Si verum vidisset von Hartel, nihil obstaret quominus digamma per totum Homerum summa constantia restitueretur. Si certum esset id quod Ludwich Aristarch. II p. 274 sqq. magna cura demonstratum ivit, *mobilem* fuisse litteram Ϝ, perinde atque sigma vel labda vocum σκίδναμαι-κίδναμαι, λείβω-εἴβω, et sine vitio igitur a poetis modo servari potuisse modo omitti, digamma appingi liceret in editione hodierna ubicunque eius vis ex versuum numeris agnoscitur, ceteri loci non essent sollicitandi. Sed neutram rationem, quantumvis simplicitate et facilitate se commendantem, satis tuto secutus fuerit aliquis. Ex parte fortasse Ludwichio assentiri debemus, satis enim est credibile, nonnullas voces aevo Homerico vacillantem habuisse consonam Ϝ, et harum igitur duplicem formam tunc temporis cum in ore hominum circumferri tum a poetis usurpari coeptam esse, e. g. Ϝέρκος-ἕρκος, Ϝελεῖν-ἑλεῖν aliaque pauca huiusmodi [1]). At ubi οἶδα pro Ϝοῖδα reperitur vel ὅς pro Ϝός, ἄναξ

[1]) Prudenter hac de re disputavit Monro Hom. Grammar § 400; vid. etiam Christ Proleg. Iliad. p. 158 sqq.

pro *Ϝάναξ*, *ἔπος* pro *Ϝέπος*, ea certissima ducimus textus vitiati indicia; et quamquam ab eiusmodi locis abstinendae sunt manus nisi certa emendatio proferri queat, non tamen prudentis critici esse censemus sine suspicione eos dimittere.

Compluribus autem vocabulis digamma potest reddi sine ulla textus traditi mutatione [1]): *Ϝέαρ*, *Ϝαραιός*, *Ϝῆρα*, *Ϝέτης*, *Ϝεκυρός*, *Ϝέρρω*, *Ϝέσπερος*, *Ϝήνοπι*, *Ϝίον*, *Ϝουλαμός*; alia post leves satisque certas paucorum locorum correctiunculas per totum Homerum digamma suum recuperant: *Ϝάγνυμι Ϝάναξ Ϝάνασσα Ϝανάσσω Ϝάλις Ϝάστυ Ϝοι Ϝέθνος Ϝῆθος*.

Cur igitur consona illa, quam poetarum aevo in illorum patria viguisse ipsa carmina Homerica luculenter docent, non cernitur in textu quem traditum accepimus? Ad hanc quaestionem responsum simplex et apertum cum velles dari posse, hactenus dari non potuit neque a nobis est expectandum. Quae tamen verba non ita accipienda sunt quasi rem admodum miram ducamus nullamque eius causam idoneam excogitare possimus, sed hoc dicimus: inter duas causas, quarum utravis ad rem explicandam sufficiat, nimis incertam videri optionem. Nempe credibile est carmina epica olim in cantorum tantum ore vixisse, litteris autem in Ionia alibive mandari eo demum tempore coepta esse quo consona vau ex lingua quotidiana illic evanuisset neque suum igitur haberet signum inter elementa quibus homines in ea regione uti solebant [2]). At non minus est credibile in antiquissimis carminum epicorum exemplaribus litteram digamma passim suum locum obtinuisse, sed omissam esse

---

[1]) Mutationem non dicimus cum omittitur a critico hodierno littera mobilis in fine vocabuli praecedentis. Contendit quidem Ludwich Aristarch. II p. 278-283 ne paragogicum quidem *-ν* sine temeritate posse deleri ut digamma sequenti voci praefigatur: „meine Meinung gründet sich zunächst auf die unleugbare Thatsache, dass das „paragogische *ν* der griechischen Sprache noch verblieb, als das Digamma längst „untergegangen war: folglich muss dieses von vorn herein kräftigerer Natur gewesen „sein als jenes" (p. 278), sed nemo non videt non posse ita inter se comparari duos sonos dissimillimos, quorum alter dominium habet quod sensim analogiae et euphoniae studio extensum et sero demum certis legibus adstrictum est, alter ipsis radicibus verborum inde ab origine inhaerens paulatim evanuit, cum Graecorum ori minus addiceret. Robur utriusvis litterae — si de robore, non de iure, inquirendum est aut cum Thrasymacho credimus ius esse *τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον* — hinc non cognoscitur; in Homero autem quam exiguum sit robur paragogicae litterae *-ν*, docent loci ubi *σφ'* vel *χείρισσ'* pro *σφιν* vel *χείρισσιν* reperitur.

[2]) Sic iudicat e. g. Christ Proleg. Iliad. p. 151.

in iis quae recentiore aetate exarabantur [1]). Nos illam opinionem non reicimus, in hanc tamen magis inclinamus.

Non per totam autem Graeciam digamma eodem tempore obmutuisse cum aliunde constat tum ex lapidum testimoniis uberrimis; ex Ionia et Attica citius evanuisse quam ex aliis regionibus, id quoque constat; sed neque est cur negemus antiquitus ibi quoque illum sonum auditum esse, neque accurate definiri potest quo tempore illic interierit. In tanta autem raritate inscriptionum, quae sextum saeculum attingunt vel superant, minime sunt spernenda indicia quaedam, ex quibus dudum collegerunt viri docti etiam Atticos Ionicosque homines olim signo Ϝ usos esse.

Athenienses hanc litteram aliquando adhibuisse cum antea non potuisset demonstrari [2]), tandem reperta est in epigrammate saeculi VI[1], quod anno 1890 evulgatum (*Δελτ. ἀρχαιολ.* 1890 p. 103) affertur apud van Herwerden studia critica in epigrammata Graeca p. 130, commemoratur apud Kühner-Blass I Vorwort p. xv sq. et p. 638. Legitur ibi *ΑΥΤΑΡ* [3]), id est *αὐτὰρ*, supervacanea igitur est littera Ϝ, unde efficitur quadratario notum quidem fuisse signum sed sonum in ore eius civium tunc temporis non amplius vixisse.

Idem valet de inscriptione Naxia, Ionica igitur, quae ante duo saecula innotuit (CIG. 10, IGA. 409, Kaibel Epigr. 1097, Cauer Delect.[2] 518, Kirchhoff Alphabet[4] p. 86, Christ proleg. Iliad. p. 153, Fick Odyss. p. 9, Roberts Epigraphy p. 67, etc.): *ΟΑΓΥΤΟΑΙΘΟΕ-ΜΙΑΝΔΡΙΑΣΚΑΙΤΟΣΦΕΛΑΣ.* Hanc inscriptionem, Deli repertam in basi marmorea statuae Apollinis a Naxiis dedicatae (vid. Plut. Nic. 3), Bentleius primus recte est interpretatus *τοῦ αὐτοῦ* (*ταὐτοῦ*) *λίθου εἶμ' ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας.* A cuius sententia postea viri docti complures discesserunt, *θαεῦ* (Roehl) vel *θαϜυτοῦ* (i. e. *θαητοῦ*, *θαυμαστοῦ*, Bergk Wilamowitz) conicientes, quoniam nulla littera intercidisse dicebatur; postquam tamen ex apographo Purgoldii, qui

[1]) Haec explicatio profertur e. g. apud Kühner-Blass I p. 85 sq.

[2]) Attica inscriptio anno 1880 detecta, quae ceteras omnes antiquitate longe superat (nam quin genuina sit nulla inter viros harum rerum peritos videtur esse dubitatio) nullum habet vocabulum in quo expectari poterat digamma. Litteris pervetustis sinistrorsum ductis ibi legitur *ὃς τῶν ὀρχηστῶν πάντων ἀτταλώτατα παίζει | τοῦ το...*; cetera quae testae postquam cocta est insculpta sunt dispici non possunt. Vid. Roehl Imag. p. 68, Roberts Epigraphy p. 74.

[3]) Tota inscriptio haec est: .... *ε φιλες παιδος | κατεθηκεν ⋮ καλον ιδεν | αϜυταρ ⋮ φαιδιμος ⋮ εργασα | το.* Quae fortasse ita sunt supplenda: [*σῆμα* nomen proprium *μ*]*ε φίλης παιδὸς κατέθηκεν | καλὸν ἰδεῖν, αὐτὰρ Φαίδιμος εἰργάσατο.*

lapidem denuo inspectum accurate repraesentavit, apparuit a fronte aliquid deesse, redeundum est ad Bentlei explicationem, quae egregie nunc confirmatur Attico illo lapide, in quo *ἀϝυτὰϱ* legitur.

Suum locum obtinet digamma in abcdario Amorgi reperto (IGA. 390*b*), et ter est usurpatum in fragmentis inscriptionum duarum Olympiae effossarum quae Rhegino homini, ex Chalcidensi igitur colonia oriundo, admodum probabiliter tribuuntur (IGA. 532 sq., Roberts Epigraphy p. 203 sq.). Legitur ibi *ΓΟΙΚΕΟΝΕΝΤΕΓΕΕΙ* (*ϝοικέων ἐν Τεγέῃ*) bis et *ΗΟΣΣΑΓΟΙ* (*ὅσσα ϝοι*) [1]), digammi autem eadem est forma atque in abcdario modo nominato et in tabulis Heracleensibus. Non est cur assentiamur Fickio, Odyss. p. 10 neganti huic titulo quidquam tribuendum esse, sequi enim verba *θεαῖς πάσαις* nec pura igitur Iade usum esse eum qui haec perscripsit; immo anfracti hi lapides docent extitisse aliquando versus, in quibus ionicum *eta* comitem haberet sonum *vau*, — versus igitur quales Homericos fuisse contendimus.

Praeterea litteram digamma exhibent nomina quaedam propria litteris Chalcidicis picta in vasis tribus antiquissimis [2]): *Ϝατίης*, *Ϝιώ*, *ΓαρυϜόνης*, inter alia vocabula quae Ionicam dialectum aperte produnt (*Ἀντίης Φοίβη Ἀθηναίη* etc.).

Donec igitur certiora edoceamur — quod quamquam vix potest expectari, nemo tamen *ἐν ἀδυνάτοις* posuerit post *πολύχρυσον Μυκήνην* erutam effossasque, quas *Διὸς* ille *δαριστὴς* fecisse olim credebatur, leges Gortynias — hoc teneamus, Iones et Atticos consonam vau antiquitus et pronunciasse et in scriptis suo signo indicasse [3]), sed saeculo septimo vel sexti initio amisisse. Ad Homeri autem textum ut redeamus, constat grammaticos Alexandrinos, quibus bene nota tamen erat littera *Ϝ* ex poesi Aeolica [4]), digammi Homerici nullam habuisse notitiam, nunquam igitur vidisse libros Homericos illo signo instructos; itaque necesse est sumamus aut

---

[1]) Roehlio *ὡς σαϜοῖ* legenti iure obloquitur G. Meyer[2] p. 233.

[2]) CIG. 7459 sq. et 7582, Roberts Epigraphy p. 207 sq., Tudeer de digammo p. 9. — Ex urbe Himera provenisse haec vasa suspicatur Fick Odyss. p. 11 coll. Thuc. V 5, quo teste Himeraea dialectus erat *μεταξὺ τῆς τε Χαλκιδέων καὶ Λωκίδος κεκραμένη*.

[3]) In multis vocabulis Atticis vocalium concursus testatur spirantem *Ϝ* olim fuisse interiectam (*ἑοικος*, *ἰάγην*, *ἀμφιέννυμι* etc.), unde confirmatur opinio grammaticorum (Tryphonis *παθ. λεξ.* 11, Prisciani I 20) Ionibus digamma tribuentium. De verbo *προυσελεῖν* quid statuamus nescimus; consulatur Blaydes ad Ran. vs. 730.

[4]) Poetas Lesbios imitata Hadriani aequalis Balbilla *Ϝε* et *Ϝοι* scripsit in suis carminibus Aeolica dialecto conceptis; unde pro certo effici licet, etiamtunc in Alcaei Sapphusque editionibus passim exaratum extitisse digamma.

nulla unquam extitisse eiusmodi volumina aut ante illorum aetatem nullo vestigio relicto interiisse. Uno igitur duobusve saeculis ante aevum Ptolemaeorum digamma in Homero exaratum non esse, id quidem satis certum est, sed multum abest ut inde concludere nobis liceat nunquam in Iliade vel Odyssea aliisve carminibus epicis exaratum esse.

Permagni momenti in his rebus perpendendis est textus Pindarici comparatio. Pindarum ipsum sua carmina chartis mandasse nemo negat; habebat autem eius lingua sonum vau, signo Ϝ homines in Boeotia utebantur eius aetate diuque postea, ipsum non neglexisse hanc consonam numeri eius carminum demonstrant [1] — et tamen nullum in Pindari codicibus digamma extat [2]. Apparet igitur a librariis serius ocius esse omissum [3].

Pauciora sed non minus certa argumenta praebent comoediae Aristophanis, qui nonnumquam homines Peloponnesios suam ipsorum linguam loquentes in scenam induxit. Lysistr. vs. 155:

ὁ γῶν Μενέλαος τᾶς Ἑλένας τὰ μᾶλά πᾳ
γυμνᾶς παραϊδὼν ἐξέβαλ', οἰῶ, τὸ ξίφος.

Ibid. vs. 1095:

ναὶ τὼ σιὼ
παντᾷ γα· φέρε τὸ ἔσθος ἀμβαλώμεθα.

Dubitamusne quin *παραϜιδὼν* et *Ϝέσθος* in suis pugillaribus exaraverit Aristophanes, in prima fabulae editione scripserint librarii, in scena dixerit ipsa Lysistrata? Attamen *παραϊδὼν* et *τὸ ἔσθος* est in nostris codicibus.

Alcmanis fragmentum in papyro vetustissimo repertum uno loco exhibet digamma (*Ϝάνακτα*), pluribus omittit: quis non intellegit magni naufragii hunc unicum testem casu superesse?

Epicharmo digamma bis ereptum est in codice Athenaei (p. 338 *d*): *Ἰλίοπι ἔρανον ἐστιῶν* et *ἀλλὰ ἔρανόν τοι λέγω*, reddidit ei Meineke, sic metrum ipsumque poetae iocum restituens.

Simillima sunt observata de Theognid. vs. 548, 574, 413, cf. v. Hartel l. l. p. 83. Et alia possunt cumulari, sed unum locum praeterea addidisse satis habemus. Pausanias V 24 § 3 narrat Olympiae extare Iovis statuam a Lacedaemoniis dedicatam et hoc titulo inscriptam:

---

[1]) Cf. v. Hartel l. l. p. 83 sqq.

[2]) In vocalem tamen mutatum superest in voce *αὐάτα* Pyth. II 28.

[3]) Vid. Bergk Poet. Lyr. I[4] p. 32, Kühner-Blass I p. 32 et 79, 1.

δέξο ἄναξ Κρονίδα, Ζεῦ Ὀλύμπιε, καλὸν ἄγαλμα
Ἰλάῳ θυμῷ τοῖς Λακεδαιμονίοις.

Haeccine scripserint Lacedaemonii suae ipsorum linguae obliti? hiatum *δέξο ἄναξ* admiserint „in formula e vetustiore poesi desumta, cur ita dicerent ipsi non intellegentes"? Si Homeri hi versus essent, ita credere nos iuberent viri docti, quorum opinionem verbis Caueri supra expressimus: nunc non est verendum ne quis ita sibi persuadeat, nam ad socordiam sive Pausaniae sive librariorum confutandam ipsi iam lapides consurrexerunt. Olympiae anno 1876 inventa est haec statua, superest titulus saeculi VI[i] paene integer: quid legitur?

...OFAN..KPONIΔA. ETOΔTMΠIEKAΔONAΓAΔMAHIΔEFO...
MOITOIΔAKEΔAIMONIO.,

id est:

[δέξ]ο Ϝάν[αξ] *Κρονίδα*, [Ζ]εῦ Ὀλύμπιε, *καλὸν ἄγαλμα*,
ἸληϜῶ[ς?] [δά]μῳ *τῷ Λακεδαιμονίω*[ν].

Vid. Roehl IGA. 75 et add., Kaibel Epigr. 743, Roberts Epigraphy p. 262.

Constat igitur ex his quos attulimus erroribus multisque aliis eiusdem generis, digamma a librariis vix usquam intactum esse servatum. Itaque non id mirum est quod etiam ex Homerico textu evanuit, sed quod citius ex illis carminibus quam ex aliis veterum operibus evanuisse videtur.

Quidquid id est — nam parum prodest immorari quaestioni quae ad exitum perduci nequeat — Alexandrini grammatici litteram digamma in Homero non reperiebant, neque igitur in exemplari Antimachi Colophonii, qui Platonis erat aequalis, aliisve libris vetustis, quos ad textum constituendum illi adhibebant, erat exarata.

Sed aliud est sonum littera non indicare, aliud non proferre voce. Nihil obstat quominus censeamus vixisse Ionicum vau in carminibus Homericis diu postquam ex Ionum Atticorumve sermone quotidiano evanuisset; vixisse quamdiu in rhapsodorum ore ipsa carmina epica viverent. Nulla est causa cur negemus illos viros recitasse *Ἀτρεΐδης τε Ϝάναξ ἀνδρῶν* et *ἔδϜεισεν δ' ὁ γέρων*, etiamsi in omnibus Iliadis exemplaribus tunc ut hodie *ἄναξ* et *ἔδεισεν* fuerint exarata. Nam tale pronunciandi artificium et veluti arcanum ex alio cantorum genere ad aliud cum ipsa recitandi arte propagari poterat. Ionem exempli gratia, ne de antiquioribus loqua-

mur, qui dum Ulixem vel Priamum agit a Platone vividis coloribus depictus est, reticuisse consonam *F* locis illis ubi proferri eam poscebat metrum, non est cur putemus. Immo diutius in ore hominum vixisse digamma Homericum quam in libris manuscriptis, certissimo — ut nobis quidem videtur — argumento demonstrant loci quibus ante pronomen ἕθεν ἑ οἱ invenitur hiatus qui expleri potuisset ope litterae paragogicae, e. g. *A* 114 οὐ ἕθεν, Ω 214 οὔ ἑ, *I* 155 κέ ἑ, *E* 4 δαΐέ οἱ [1]).

Sed derideri coepta est rhapsodorum ars, minus placebat novae aetati cessitque genti tragoedorum. Iamque non publice cantatur Homerus neque veluti in scena agitur, sed legitur domi a viris, a pueris in schola coram magistro. Viva vox cantorum obticuerat, littera scripta manebat, interibat autem littera non scripta. Non illo die quo primum Iliadis Odysseaeve exemplar digammi signo carens in manus hominum pervenit, sed tunc demum, cum ultimus rhapsodus fato functus est, mortuum est digamma Homericum.

Non verendum est igitur ne obtrudamus poetis sonos invisos ipsis vel ignotos, cum rescribimus:

αἰδοῖός τέ μοί ἐσσι, φίλε Ϝεκυρὲ, δϜεινός τε.	Γ 172.
ἐξαπάφοιτο Ϝέπεσσι· Ϝάλις δέ Ϝοι. ἀλλὰ Ϝέκηλος | Ϝερρέτω.	*I* 376.
ἕψεαι ἔνθα κε Ϝέργα ἀϜεικέα Ϝεργάζοιο.	Ω 733.
οἷά τε Ϝῷ Ϝοικῆι Ϝάναξ ἐύθυμος ἔδωκε.	ξ 63.
Ϝεσπέριος δ' ἐς Ϝάστυ Ϝιδὼν ἐμὰ Ϝέργα κάτειμι.	*o* 505.
οὐ γάρ Ϝ' ἔϜϜαδε Ϝέργα πολυχρύσοι' Ἀφροδίτης,	h. Ven. 9 sq. [2]).
ἀλλ' ἄρα Ϝοι πόλεμοί τ' ἔϜαδον καὶ Ϝέργον Ἄρηος.	
ἀλλά Ϝε Ϝὶς ἐδάμασσε βίης Ἡρακλεείης.	Hes. Th. 332.

Immo sic scribendo quin in integrum huiusmodi hexametros restituamus nulli dubitamus. Ipse autem textus, quem traditum accepimus, digamma leviter mutatum servat in verbis αὐέρυσαν = ἀϜϜέρυσαν (ἀνϜέρυσαν) *A* 459 etc., καναέξαις = καϜϜάξαις (κατϜάξαις) Hes. Oper. 666, 693, αὐίαχοι = ἀϜίαχοι *N* 41, ταλαύρινος = ταλά-

---

[1]) Vid. G. Hermann Orphic. p. 773 sqq., Hoffmann Quaest. Hom. II p. 17 sqq., Rumpf Fleckeis. Jahrb. 81 p. 671, von Hartel hom. Studien III p. 79, Christ Proleg. Iliad. p. 154, Ludwich Aristarch. II p. 284, Cauer praefat. Iliad. p. XIV.

Hoc genus hiatuum, quod admodum est notabile, in Herodoti textu redit: οὔ οἱ I 109, 132 II 110 IV 43, cum alias ante vocalos οὐκ reperiatur.

[2]) Sic corroximus vulgatam οὐ γάρ οἱ εὔαδεν.

-ϝρινος (i. e. φέρασπις, hymn. VII 2) *E* 289 etc., εὔαδε = ἔϝϝαδε (ἔσϝαδε) *Ξ* 340 etc., ἀπούρας = ἀποϝράς *A* 356 etc., ubi semivocalis ϝ in vocalem υ abiit et a multis non est agnita, putabant enim εὖ ἅδε et αὖ ἔρυσαν poetam dixisse. Non magnum autem fuisse discrimen inter sonos αϝ εϝ οϝ et αυ ευ ου facile intellegimus, neque igitur est cur admodum gravemur si quis formas αὐέρυσαν etc. mutari vetet, cum praesertim alia vocabula, quae ratione subsimili formata sunt, εὔκηλος εὔληρα Εὔρυτος καλαύροπα ταναύποδα, firmiter inhaereant linguae vetustorum poetarum. Attamen iusta causa esse non videtur cur in illis vocibus digamma in vocalem abire et a sua syllaba abreptum cum praecedenti coalescere sinamus, cum alibi in carminibus Homericis ipsum digamma revocemus.

Maioris momenti alia est quaestio. Digamma initiale quae voces Homericae habuerint docet metrum; in mediis vero vocabulis utrum carmina Homerica illum sonum servaverint necne, id pro certo effici nequit, sed quid vero simile sit, quid dissimile, rogare debemus. Nobis autem Homeri lingua litteram ϝ initio tantum verborum servasse videtur; nam in aliis dialectis (Aeolica Boeotica Cretensi) digamma initiale diutius remansisse quam internum, probe norunt qui inscriptiones consuluerunt; in Homeri autem lingua vivit quidem vigetque digamma, sed tamen dominio utitur imminuto neque ita late patenti, carent enim ea consona radices complures, e. g. ὁρᾶν et ἱστίη [1]).

Audaciae igitur quam inutilis tam vituperandae foret rescribere ἄλϝος ϝίσϝος ξένϝος ex auctoritate titulorum Cypriorum [2]) Cretensium Corinthiorum, vel τίνϝω (coll. τίνυμαι), vel κόρϝος κόρϝη propter Thessalicum illud κόρϝᾳ [3]), vel ὅρϝος pro οὖρος ad exemplum lapidum Corcyraeorum [4]). Neve εἴνατος mutetur in ἔνϝατος, quae tamen fuit forma primitiva, dehortatur gemella forma ἔνατος. Inter duas autem vocales ne inseramus digamma dissuadent formae qualis

---

[1]) Quominus ϝεστίη et ἐπιϝέστιος cum Fickio rescribamus, dehortatur Naupactia inscriptio saeculi VI quae anno 1869 reperta est (IGA. 321, Coll. 1478, Roberts Epigraphy p. 234), in qua passim occurrit digamma cum internum tum initiale (αἰϝεὶ ϝέκαστος etc.) et tamen ἱστία extat.

Apte conferri possunt praeterea tabulae Heracleenses (Cauer Del.² n° 40 sq.) saeculi IVI exeuntis, in quibus nonnulla vocabula (ϝέτος ϝίκατι ϝέξ ϝίδιος) constanter servant digamma initiale, ab aliis (ἕκαστος ἐργάζομαι ἴσος οἰκία) non minus constanter abest. — Cf. Monro Hom. Grammar § 404.

[2]) Cypr. 60. Cf. § 38.

[3]) Thessal. 373.

[4]) Corcyr. 3192 et 3194.

an ϝινός, itemque in aliis vocibus quarum thema a litteris ϝρ incipit (cf. Christ ibid. p. 165 sq.). Nos cum videamus ad commendandum digamma nihil valere locos quales sunt δὸς δὲ ῥάκος ἀμφιβαλέσθαι vel ἄλλοι δὲ ϝινοῖσι — ex asse enim respondet Aristophaneum illud οὐκ ἔσθ' ὅπως ὁ χρησμὸς εἰς τοῦτο ῥέπει, — in thesi autem syllabam brevem, quae eiusmodi vocabulum antecedat, non produci, e. g. in noto versiculo ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι [1]), certum ducimus Homerum ante litteram ῥ- non servasse digamma initiale, sed ῥέζω et ϝ(ρ)ρεξον dixisse. Si quis autem in carmina epica invehendam censeat formam ϝρέζω, quidni etiam ἐύσροος scribat et σρέπεν ἦμαρ Ἀχαιῶν? quidni praeterea σϝεκυρός et σϝός? sic vero a trita via longius longiusque recedens vix cavere poterit quominus incidat in cascorum verbulorum istam paludem, unde tandem aliquando ars grammatica emersit, — πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θίς.

Una tangenda superest quaestio, quam a viris sagacibus moveri potuisse miramur. Docuit Hoffmann Quaest. Hom. II p. 51 raros in textu tradito esse locos ubi syllaba finalis brevis, quae in consonam litteram desinit (-ον -ες etc.), in thesi producitur ante digamma initiale; ante pronomen οἱ id nonnumquam fieri (ex sola Iliade viginti locos affert ibid. p. 183 sq.), e. g. Ε 695 Πελάγων, ὅς οἱ φίλος ἦεν ἑταῖρος, sed praeterea nonnisi his versibus: Ι 377 ἐκ γὰρ εὐ (var. οἱ) φρένας, Ρ 142 Ἕκτορ (-ωρ?) εἶδος ἄριστε, Φ 215 τόξων οἶδα. — Subtilissima profecto observatio neque inutilis ad melius intellegendum quae fata habuerit digamma Homericum; utinam tamen viros doctos fugisset hoc! Nunc enim, post Hartelii praesertim sollertiam, in enchiridiis haec lex afferri solet tanquam accuratissimis disquisitionibus firmiter stabilita: „in Ho„mericis carminibus digamma sufficit ad hiatus tollendos, item ad „syllabas finales in arsi producendas, non sufficit ad producendas „syllabas finales in thesi; excipitur tantum οἱ (ϝοι), quod olim fuit „σϝοί. Homericum igitur est πάντῃς ἑ si ictus cadit in syllabam „-ες, sin minus, dactylum efficiunt hae syllabae, non palimbac„chium" [2]). — At aliud est ostendere quid sit in textu tradito, aliud inde concludere quid ipsorum poetarum ars metrica tulerit aut non tulerit; specie autem quin decipi se patiantur qui ita iudicant, minime dubium ducimus, quinque argumentis freti:

---

[1]) Apud Homerum igitur ῥ- initiale ne tantum quidem valet quantum apud Aristophanem. Cf. supra § 27, pag. 108,3.

[2]) Vid. von Hartel hom. Studien III p. 76 sqq., Ludwich Aristarch. II p. 283, G. Meyer[2] p. 236, Kühner-Blass I p. 100 etc.

1) vero est dissimile, consonam *F*, quae in arsi sufficeret sola ad vocalem brevem producendam (*ἀπὸ ξο* etc.), in thesi ne adiuvante quidem altera consona eo pervenire potuisse ut longam syllabam redderet.

2) pauci quidem loci, sed tamen loci aliquot ab Hoffmanno aliisque indicati contrarium docent: *τόξ̄ον Fοῖδα* etc., item *Fοῖνον Fοινοχοεῦντες γ* 472, *αὐτὰρ Fιφικλῆα* Hesiod. Scut. 54 [1]).

3) in dativo *Fοι* singularem aliquam vim fuisse litterae vau, qua in ceteris huius pronominis casibus *Fε*, *Fε(ι)ο*, *Fέθεν* caruerit, id omnem fidem superat [2]).

4) in lingua Homerica voces *ξεῖνος κούρη κοῦρος* aliae syllabam *ει* vel *ου*, ex *ενF* vel *ορF* natam, nihilo rarius in thesi habent collocatam quam in arsi [3]). Credimusne consonam vau ad brevem quae praecedit vocalem producendam plus valuisse in his vocibus, ubi ante aevum Homericum absorpta est sono vicino, quam in vocabulorum initio, ubi suo iure etiamtunc utebatur? Et de verbo *δείδοικα*, quod nusquam non in thesi habet syllabam initialem, quid igitur statuimus?

5) postquam evanuit digamma e textu Homerico, non poterant non displicere versus qui syllabam in thesi sine causa productam habere videbantur; tales igitur locos variis modis tentatos esse ab editoribus facile credimus. In arsi vero syllaba brevis, quam olim produxerat initiale sequentis vocabuli digamma, ne post amissam quidem hanc litteram aures offendebat — saepe enim syllabae breves ab Homero in arsi producuntur — neque igitur sollicitabantur huiusmodi hexametri. Exempli gratia initium versus *A* 70, *ὃς Fείδει*, satis tolerabile videbatur etiam post amissum digamma, ot *ὃς ἴδει* (*ἴδῃ*) igitur scribebatur, nullo addito fulcro ad metrum sustentandum; sed *A* 548 si olim fuit *τὸν Fείσεται*, posteriores inde fecisse *τόν γ' εἴσεται* non est quod miremur, sive merum

---

[1]) Accusativum *-ῆα* vetustae artis non esse videmus, sed non infirmatur hinc, roboratur potius argumentum nostrum, prius enim confluxisse syllabas *-ε-* quam abiectum est digamma initiale inde efficitur.

[2]) Etiam contrarium demonstrari poterit ope artis statisticae, si quis putet satis valere hanc artem ad demonstranda ea quae non sint in rerum natura. Nempe in textu tradito genitivus *εἷο ἕο ἕθεν* et accusativus *ἑ* litteram digamma nusquam non poscunt vel admittunt, contra dativus *οἱ* septemdecim locis Homericis eam amisit, si fides est habenda lectioni vulgatae. Numne igitur digamma in accusativo et genitivo huius pronominis *plus* valuisse quam in dativo hinc efficimus? Immo vide quam absurdas res statistica duce possimus demonstrare!

[3]) Vid. § 38, pag. 126.

librariorum errorem hunc esse suspicamur, litteram *F* in *I'* mutantium [1]), sive statuere malumus voculam *γε* insertam esse metri causa cum e textu evanuisset digamma. At metricam legem aliquam obstitisse quominus poeta ipse diceret *τὸν Ϝείσεται*, neque igitur sine vitio ita posse scribi in editione hodierna, id neque textus traditus docet neque per se credibile ducimus; multum igitur abest ut assentiamur Ludwichio Aristarch. II p. 283 ita iudicanti: „wie Hartel nachgewiesen hat, kann das Digamma höch„stens noch eine Arsislänge, keine Thesislänge mehr bewirken. „Bentley und Bekker begingen also einen offenbaren metrischen „Verstoss, als sie *A* 548 *οὔτε θεῶν πρότερος τὸν Ϝείσεται οὔτ' ἀνθρώ„πων* schrieben".

Alii loci, de quibus idem valet, sunt:

B 22, 795 *Γ* 389 *Π* 720 *P* 326, 585 *Υ* 82 *ζ* 24 *τῷ μιν ἐεισάμενος(-η)* leg. *Ϝεισάμενος(-η)* [2]).

E 467 *κεῖται ἀνὴρ ὃν τ' ἴσον ἐτίομεν* leg. *ὃν Ϝῖσον*.

Z 367 *οὐ γάρ τ' οἶδ'* leg. *οὐ γὰρ Ϝοῖδ'*.

H 467 *παρέστασαν οἶνον ἄγουσαι* leg. *παρέσταν Ϝοῖνον* [3]).

Θ 32 *ἡμεῖς ἴδμεν* leg. *ἦμες Ϝίδμεν*. Item 463 *Σ* 19, et *η* 211 *ὑμεῖς ἴστε* leg. *ὕμες Ϝίστε*.

α 110 *οἳ μὲν ἄρ' οἶνον ἔμισγον* leg. *οἳ μὲν Ϝοῖνον*.

Φ 169 *ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος* (om. *τ'* U[1]) leg. *γὰρ Ϝεῖδος*.

ι 530 *δὸς μὴ 'Οδυσσῆα πτολιπόρθιον οἶκαδ' ἱκέσθαι* leg. *-πορθον* (sic codd. multi) *Ϝοίκαδ'*.

κ 190 *ρ* 78 *ὦ φίλοι οὐ γάρ τ' ἴδμεν* leg. *οὐ γὰρ Ϝίδμεν*.

λ 484 *πρὶν μὲν γάρ σε ζῳὸν ἐτίομεν ἶσα θεοῖσι* leg. *ἔτιον Ϝῖσα*.

μ 203 *τῶν δ' ἄρα δεισάντων* leg. *δὲ δϜεισάντων*.

---

[1]) Quod ex Hesychio multi huiusmodi errores afferri possunt (quos post Ahrensium collegit G. Meyer[2] p. 234), id parum valet ad hanc suspicionem confirmandam; magis ad rem facit error lapidarii, qui Hadriani tempore cum Balbillae nugas Aeolicas insculperet cruri statuae Memnonis, pro *Ϝε* et *Ϝοι* posuit *γε* et *γοι* (Collitz 320).

Digammi signum, quo Cretenses utebantur Axi et Eleuthernae, facile cum litteris *A* et *N*, quibus simillimum est, poterat confundi; quod dum reputamus, in montem veniunt Homerica *νήδυμος* et *στῆτ' ἰλιχθέντες*. Sed inutile est de hac re plura addere, quoniam neque constat litteram vau in carminibus epicis primitus scriptam esse, neque si quam maxime id constaret, quali signo expressa fuerit sciremus, nam quinque ad minimum formae digammi ex inscriptionibus innotuerunt.

[2]) In praeclaro papyro quem Flinders Petrie repperit *B* 795 legitur *ΤΩΙΜΙΝΕΙΣΑΜΕΝΗ*.

[3]) De alio argumento ex arte metrica desumto, quo hanc similesque coniecturas impugnarunt viri docti, vide § 24, pag. 99, 1.

π 375 *ἐφ' ἡμῖν ἦρα φέρουσι* leg. *ἐφ' ἧμιν Ϝῆρα*. Item *ἧμιν Ϝοἰκαδ'* *o* 431.
π 385 *ἐφ' ἡμέας οἰκία δ' αὖτε* leg. *ἐφ' ἧμας Ϝοικία*.

His igitur locis digamma restituere neque imperitiae est neque audaciae iusto maioris [1]), nam et quid dederit poeta agnoscitur et cur non intacta ad nos pervenerint eius verba intellegitur. Non magis obscurum est quid olim fuerit locis sequentibus:

Z 474	*αὐτὰρ ὅ γ' ὃν φίλον υἱὸν*	leg.	*ὃ Ϝὸν.*
M 389	*ἦ ῥ' ἴδε γυμνωθέντα*	„	*ἦ Ϝίδε.*
X 302	*Διὸς υἱεῖ ἑκηβόλῳ*	„	*υἱι Ϝεκηβόλῳ.*
Λ 582	*τόν γ' ἐπέεσσι*	„	*τόν γε Ϝέπεσσι.*
Λ 223	*ἀταρτήροισ' ἐπέεσσι*	„	*-ροισι Ϝέπεσσι.*
P 260	*οὐνόματ' εἶποι*	„	*οὔνομα Ϝείποι* (coll. *Γ* 235).
Ψ 309	*περὶ τέρμαθ' ἑλισσέμεν*	„	*περὶ τέρμα Ϝελισσέμεν.*
γ 40	*ἐν δ' οἶνον ἔχευε*	„	*ἐνέχευε δὲ Ϝοῖνον.*
Θ 526	*ἀσπαίροντ' ἐσιδοῦσα* (l. a. *-οντα ἰδοῦσα*)	„	*ἀσπαίροντα Ϝιδοῦσα.*

Sed plura huiusmodi cumulare nihil adtinet. Minus certae sunt correctiones, quibus genitivo in *-οιο* desinenti substituitur forma brevior in *-ου*, ut sequentis vocabuli digamma possit revocari: *Z* 134 *ἀνδροφόνοιο Λυκούργου*, *Λ* 25 *χρυσοῖο καὶ εἴκοσι*, *Λ* 261 *τοῖο δ' ἐπ' Ἰφιδάμαντι*, *B* 672 *Χαρόποιο τ' ἄνακτος*, *B* 686 *H* 376, 395 *Λ* 524, 590 *N* 535 *Π* 442 *Σ* 307, 464 *X* 180 *πολέμοιο* vel *θανάτοιο δυσηχέος*, *Γ* 140 *προτέροιο καὶ ἄστεος* (*I* 224 *δ' οἴνοιο δέπας*), *Σ* 93 *Πατρόκλοιο δ' ἕλωρα*. Attamen ne has quidem spernet qui reputaverit probe Homericos tamen esse genitivos in *-ου* exeuntes, genitivi autem terminum pleniorem *-οιο* adeo vulgatum esse in epica poesi [2]) ut nulli non lectori hoc remedium in mentem venire debuerit ad resarcienda quae videbantur metri detrimenta (*τε ἄνακτος*, *δυσηχέος*, *καὶ ἄστεος*, *δὲ ἕλωρα* etc.). Etiam *ἐθέλησ' εἰπόντος* *Z* 281, *ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα* *X* 450, *ἦλυθ' ἰωή* *K* 139, *ἦλυθον εἰκοστῷ* *π* 206 *τ* 484 *φ* 208 *ω* 322 sine temeritate mutari posse videntur in *ἐθέλῃ Ϝεπόντος*, *Ϝίδω τίνα Ϝέργα*, *ἦλθε Ϝιωή*, *ἦλθον ἐϜεικοστῷ* [3]). Sed prudentis critici

---

[1]) Eadem est Caueri sententia in proleg. Odyss. p. IX sq.

[2]) In codicibus minime rari sunt loci, ubi culpa librariorum *-οιο* legitur pro *-ου*, etiamsi versuum numeri excludant disyllabam hanc genitivi terminationem. Vid. etiam *O* 214.

[3]) Ultima correctio quammaxime defenditur versu *ψ* 102 = 170 *ἦλθοι ἐϜεικοστῷ Ϝέτεϊ ἐς πατρίδα γαῖαν*. Quatuor syllabarum hoc numerale est etiam *Ω* 765 *β* 175 *ζ* 170 *ϱ* 327 *τ* 222, trium nonnisi in hac locutione et *ε* 34 *ἥματί γ'* (vel *κ'*) *εἰκοστῷ*, ubi omnino delenda est vocula, scribendum autem videtur *ἥματ' ἐϜεικοστῷ*. Nimis severum

non est, digamma ut reviviscere possit, iugulare syllabam vicinam, e. g. *ἀπὸ Ϝεῦ δϜεῖσε N* 163, *Ϝειδόσιν ὔμμι Ϝερέω Ψ* 787, *ἀλλὰ Ϝερέω μ* 156, *φωνήσασα Ϝέπεα O* 35 etc., *δάκρυ χέουσα Ϝέπεα X* 81, *τοσσαῦτα Ϝέτεα B* 328, *νοῦ Ϝέργα Ω* 354, *οὔτε Ϝέπει E* 879; vulgata *(Ϝ)έο δεῖσε, ὔμμ' ἐρέω, ἀλλ' ἐρέω, φωνήσασ' ἔπεα, χέουσ' ἔπεα, τοσσαῦτ' ἔτεα, νόου ἔργα, οὔτ' ἔπεϊ* aut servanda sunt aut alia ratione sananda [1]).

Non ab uno autem viro neque una aetate insertas esse voculas supervacaneas, quibus digamma passim oblitteratum est, neque importuno studio male sedulorum hominum deberi sed casu irrepsisse plerasque, id a nobis demonstrari opus non est [2]); sed minime sunt neglegenda indicia quae docent libros, quo sunt antiquiores, eo puriores esse ab eiusmodi additamentis, et nonnullis certe locis vestigia digammi sero admodum e textu tradito evanuisse. Sic *Ω* 320 unus papyrus Bankesianus habet id quod dederat poeta, *διὰ ἄστεος*, in codicibus vero aut *ὑπὲρ ἄστευς* est aut — versu claudicante — *δι' ἄστεος*. Papyrus ex Harrisii hereditate publici iuris nuper factus (Mus. Brit. cxxvi) recte habet *οἵυετε ἄρν' I'* 103 sine *δ'*, et *B* 213 *οσσεπεα* i. e. *ὅς ἔπεα*, ubi vulgo edi solet *ὅς ῥ' ἔπεα*; et quod multo maioris est momenti, in illo libro (qui tamen neque optimae notae est neque venerandae vetustatis) *B* 316 extat *τηνδελιξαμενος* (i. e. *τὴν δὲ ἑλιξάμενος*) pro vulgata, quae omnium consensu vitiosa est, *τὴν δ' ἐλελιξάμενος* (vid. Kenyon Classical texts from papyri in the British museum, 1891). De *τῷ μιν εἰσαμένη B* 795 vid. p. 158,2. *Φ* 399 veram lectionem *ὅσσα ἔοργας* praebet testis antiquissimus, Ambrosianus pictus: in recentiores codices irrepsit pronomen, *ὅσσα μ' ἔοργας*. Ex Hesiodi codicibus idem docuit Flach ältesten Hesiod-Handschriften p. 17, 1: in codice

---

censorem agit Cauer, qui in recensione Iliadis nostrae in Berl. Wochenschrift 30 Nov. 1889 et in Iliadis suae praefatione 1890 p. VII sq. ex huiusmodi locis concludit, „iustam esse non posse eam rationem, quam qui strenue sequatur non paucis locis „sibi ipse officere cogatur."

[1]) De versiculis *δάκρυ χέουσ'* et *φωνήσασ' ἵπεα πτερόεντα προσηύδα* fortasse contenderit quispiam, digamma non ideo esse violatum, quod postea mutati aut inserti sint hi hexametri, sed quod ex poesi antiquissima, quae aliis legibus metricis utebatur, supersint; fuisse enim antiquitus

καί μιν δάκρυ χέουσα ‖ *Ϝίπεα πτερόεντα προσηύδα* (*ποτηύδα*).
καί μιν φωνήσασα ‖ *Ϝίπεα πτερόεντα προσηύδα* („).

Nisi fallimur, haec est opinio Useneri; vid. supra p. 11.

[2]) Prudenter observata hac de re quaedam habes apud Monro Hom. Grammar § 389.

Operum et Dierum qui ceteros aetate superat, Mediceo saeculi XI vel XII, multo rarius quam in recentioribus apographis vocula τ' inserta est ante vocabula quae in lingua epica a littera vau incipiunt.

§ 41. Vocabula, quae a consonante ϝ in lingua homerica incipiunt, haec sunt:

1. *ϝάγνῡμι*. Vestigia digammi supersunt in verbo *καυάξαις* Hes. Oper. 666, 693 (cf. pag. 153), et in Hesychii glossis *βάγος βᾶξον γακτός* [1]). Praeterea huc pertinet Cretae civitas *Ϝάξος Axus*, si recte a radice *ϝᾱγ* derivatur hoc nomen apud Steph. Byz. s. v.

In Homericis restitui potest ϝ omnibus locis, duo tantum (*Ψ* 392 *τ* 539) levem requirunt correctionem [2]).

Compositum *ἀϝᾱγές* legitur *λ* 575.

Vox *ἀκτή littus* in Hom. digamma non habet praemissum, neque igitur ab hac stirpe repetenda videtur sed cum adi. *ἄκ-ρος* etc. componenda.

Neque *ἀκτή farina* (*Λ* 631 *N* 322 *Φ* 76 *β* 355 *ξ* 429) a consona ϝ incipit, licet hoc certe vocabulum libenter ad *frangendi* radicem rettuleris.

2. *ἐϝᾱ́δησα α* 134, *ϝεϝᾰδηκώς K* 98, 312, 399, 471 *μ* 281 h. Ap. 460 (cf. § 157), codd. *ἀδηκ.* vel *ἀδηκ.*

— *ϝάδος* (*τὸ*) *Λ* 88.

De radice non satis constat; consonam poscit unus versus *α* 134 *δείπνῳ ἀδήσειεν*, quo tamen loco extat lectio altera *δείπνου* (i. e. *δείπνοι'*, cf. § 59) *ἀδήσειεν*; ceteri litteram ϝ admittunt, non requirunt, adverbium autem *ᾱ́δην* (*ᾱ E* 203, *ᾰ N* 315 *T* 423 *ε* 290) aperte eam respuit; praeterea sunt qui vocem *τὸ ἦδος* (vid. n° 3) huc referant. Collatis igitur vocabulis *satis satur satias* etc. veri fit simile radicem Graecam non *ϝαδ* fuisse sed *σαδ*, certum autem est eam non cohaerere cum stirpe sequenti (*σϝαδ*, *suavis* etc.).

3. *ϝανδᾰ́νω* (§ 221). Digammi vestigia servant voces *εὔαδον* (cf. pag. 154), *ἔεδνα*, et glossae Hesychianae *βάδομαι*, *βαδύ*, *γάδεται*,

---

[1]) Ubi in litteram *beta* digamma mutatum reperitur in lapidibus (e. g. *Βορθαγόρας* Arg. 3260, *ὄρβος* Corc. 3194, *Βοικίαρ* El. 1172[24]) vel apud lexicographos, ipsius linguae hanc fuisse mutationem intellegimus, nempe ex sono *w* prodiisse sonum *v*, hoc enim valet illud beta apud recentiores; sed in consonam *gamma* digamma abiisse non est credibile, itaque quadratariorum vel librariorum errores videntur *ἄγεθλα* Pamphyl. 1267[24], *γε γοι* Aeol. (Balbillae) 320[7,15], *γακτός γάδεται* etc. pro *ἄϝεθλα ϝε ϝοι ϝακτός ϝάδεται* etc.

[2]) Negleximus locos ubi paragogicum *-ν* delendum est; vid. pag. 148 not. 1.

γάδεσθαι, *γανδάνειν*, *γαδεῖν*. Praeterea in inscriptionibus legitur *Ϝεϝαδηϙότα* Locr. 1478, *Ϝάδων* Boeot. 553, *Ϝαδιούλογος* 557, *Ϝασίας* 418, *Ϝάσανδρος* 476, *Ϝασίδαμος* (?) Thessal. 371 (Cauer[2] 419). Adde Latina *suadere sua(d)vis*.

— *Ϝήδομαι* (§ 221).

— *Ϝηδύς*, forma producta *Ϝήδῦμος* [1]). — Composita *Ϝηδυϝεπής*, *Ϝηδύποτος*, *μελιϝηδής*. Etiam adiectivum *(Ϝ)ἐδᾰνός* Ξ 172 huc pertinere videtur et nomina propria *Εὐρυϝάδης* *Λαοϝάδης* (*Λειώδης* ms., vid. ad φ 144).

A substantivo τὸ *ἦδος* (ad n° 2 referendo?) abest *Ϝ* (*Α* 576 *Λ* 318 σ 404, non liquet *Σ* 80 ω 95).

— *Ϝέδνα* (τὰ) sive *ἜϜεδνα* [2]). — *ἀνέϜεδνος* *I* 146, 288 *N* 366 [3]), *ἐϜεδνόομαι* β 53, *ἐϜεδνωτής* *N* 382.

In Homero cunctis vocabulis, quae enumeravimus, addi potest digamma, exceptis locis *H* 45 (qui facillimam admittit correctionem) π 387 *Γ* 173 (corrupto).

4. *Ϝᾶλις* adverbium, fortasse ad radicem *Ϝελ* (n° 24) referendum (*confertim*). Correctionem requirit *P* 54, e var. lect. emendari potest *Φ* 236 (= 344).

---

[1]) Vera forma *ἥδυμος* superest h. Merc. (241? et) 449, ceteris locis Homericis *νήδυμος* reperitur, quam formam vitio natam esse primus intellexit Buttmann in Lexilogo, item PKnight; aptissime Leaf in nota ad *B* 2 comparavit Anglicum *a nickname* pro *an ekename*. Correctionem multi addubitarunt: vHerwerden Quaest. Ep. p. 61 (coll. *ν* 79 sq.), Gittlbauer (*νήδυμος* = *πανδαμάτωρ*), Baunack (*qui robur adimit*, a voce *δυμη robur*, quam aliquando extitisse ex nomine *Δυμᾶνες* nimis audacter efficit). Similia praebent scholia ad B 2 et 872. — Nobis dubium non videtur quin mero errori debeatur mirificum illud *νήδυμος*; forma autem *(Ϝ)ήδυμος* neque ab analogiae parte destituta est, conferri enim possunt *καλός* — *κάλλιμος*, *ἄνθος* — *ἄνθεμα* *ἄνθιμος*, *φαιδρός* — *φαίδιμος*, *εὐρύς* — (*Εὔρυμος*) *Εὐρυμίδης*, neque fide caret, nam Epicharmus dixit *καὶ λόγων ἀκούσας ἡδύμων*, Alcman *ἡδυμέστατον* (?), vid. Etym. M. 420, 47 sq., Simonides *οὗτος δέ τοι ἥδυμον ὕπνον ἔχων* fr. 79, Apoll. Rhod. II 407 *οὐ κνέφας ἥδυμος ὕπνος*, egregie autem confirmatur lapide Thessalico Coll. 1470: *Ἄδυμος* *Ἀδύμου* *Εὐοπλία* *Ἀδύμου*.

In recentissimis titulis legitur *νήδυμος ὕπνος* CIG. 863*b* (Kaibel 101), *Νήδυμος* (nom. propr., quod insulse cum voce *νηδύς* componitur) CIG. 1656 (Kaibel 502).

[2]) Cobet Mnemos. 1881 p. 365 solam formam *ἜϜεδνα* Homericam ducit; quae quominus perpetuo restituatur, non obstat metrum; idem *ἐϜείκοσι* ubique corrigendum putat pro *εἴκοσι*. Cf. infra *ἐϜέρση* n° 31.

[3]) In codicibus est *ἀνάεδνος*, quod emendarunt Bentley Hermann Cobet. Alii viri docti vulgatam ita defendere conati sunt ut vocalem *α* euphoniae causa insertam esse (Curtius), aut negationis formam primitivam fuisse *ἀνα-* (Deffner Wackernagel etc.), aut duplicatam esse negationem (Flach dialect. Digamma p. 7) contenderent. Cf. § 21 (pag. 93,3) et § 90.

5. *ἐϝᾰ̔λων*. Digamma extat in inscr. Stymphalica (Meister Dial. II p. 103) *ϝαλόντοις* = *ἁλοῦσι*, praeterea eius vestigia servat Aeolicum *εὐάλωκεν*. Loci Homerici omnes admittunt digamma (NB. vid. *E* 487). Pro *ἥλω* χ 230 legatur *ἐϝάλω*.

6. *ϝᾰ̔ναξ*, *ϝᾰ̔νασσα*, *ϝανάσσω*, *ϝᾰνακτόριος* (?) *ο* 397, *Γαστῦϝᾰ̔ναξ*, *Γιφῖϝᾰ̔νασσα*, *Γῖϝᾰ̔νασσα*.

Huius stirpis digamma frequentissimum est in inscriptionibus, quas singulas h. l. afferre inutile videtur; legitur *ϝάναξ ϝάνασσα ϝανάκειον* etc. in inscr. Lacon. Argiv. Cret. Corinth. Phoc. Boeot. Arcad. Cypr. Metapont., item *Εὐρυβάνασσα* Lacon., *Βαναξιβούλου* Cret. (Traiani temporis). Praeterea Dionysius Hal. I 20 et Trypho *πάθ. λέξ.* § 11 veteribus (Trypho etiam Ionibus!) tribuunt formam *ϝάναξ*. Videantur etiam Alcmanis fragmenta 42 et 82.

Homerici loci longe plurimi consonam *ϝ* aut poscunt aut admittunt, nonnulli tamen repugnant. Ex his quatuor emendationem habent paratam: Ψ 517 *ι* 452 *ϱ* 189 (del. *τ'* vel *γ'*) *ω* 80, facile corrigi possunt etiam *Α* 288 *Β* 672 *Η* 162 *Ι* 73 *Ο* 453 *Π* 371, 464, 507, 523 *Τ* 124 Ψ 49, 288 *φ* 56, 83; sed *Υ* 67 *Ω* 449, 452 *ξ* 40, 395, 438 in integrum restitui vix possunt; adde l. a. *Ο* 639. — Pro *ἤνασσε* (*Κ* 33 *Π* 172, 572 *γ* 305 *λ* 275) scribendum est *ἐϝάνασσε*.

7. *ϝᾰ̔ραιός*. Incertae originis vox consonam *ϝ* cunctis locis requirit aut admittit.

8. *ϝάρνα* (*τὸν*) etc., § 79. Traditum extat digamma in Hesychii glossis *βάριον*, *βάριχοι*, *βρίννια*, in nomine proprio *Fάρνων* Boeot. 489, nominativus autem *ϝαρήν* legitur in inscriptione antiquissima, quae Gortyne reperta est anno 1885, vid. § 40 p. 131,2.

In Homero ut digamma restitui possit, unus versus *ι* 226 mutandus est; praeterea *Γ* 103 [1]), 119 *Χ* 263 *δ* 85 levissimas requirunt correctiones.

Composita sunt *πολύϝαρνι Β* 106, *πολύρρην* (*πολύϝρην*), *ὑπόρρην* (*ὑπόϝρην*).

Sed *ἀρνειός aries* sonum *ϝ* amisit (vid. *Β* 550 *α* 25 *ι* 444, 463 *κ* 527).

9. *ϝάστυ*, *ϝαστοί*, cum compositis *Γαστῦϝᾰ̔ναξ*, *Γαστῦ̔ϝᾰλος*, *Γαστῦ̔νοος*, *Γαστῦ̔πῦλος*, *Γαστῦόχη* (*-χεια*), *ϝαστῦβοήτης*.

[1]) Ibi verum praebet pap. 126.

In inscriptionibus legitur *Fαστός* Lacon. et Locr. 1479, *Fαστυόχω* Arcad. 1218, *Fάστιος Fαστίας* etc. Boeot., *Fαστικᾷ* Laris. apud Roberts Epigraphy p. 380.

Homerici loci 73 digamma poscunt, 44 admittunt; leviter mutandi sunt *Γ* 140 *Ω* 320 [1]) *O* 455 (del. *γ'*), gravior correctio requiritur *Λ* 733 *Σ* 274, vid. etiam l. a. *γ* 260.

Cohaerent cum hac stirpe vocabula *Vesta* et *Fεστίη*. Apud Homerum tamen non *Fεστίη* et *ἐπιFέστιος* reperiuntur sed *ἱστίη* et *ἐφέστιος*. Quae formae quamquam cunctis locis possunt corrigi auctore Fickio (vid. quae ad *γ* 234 adnotavimus), non tamen sollicitandae videntur; nam in inscriptione Naupactia IGA. 321 Coll. 1478, quae in multis vocabulis (*αἰFεί*, *Fέκαστος* etc.) digamma exhibet, legitur tamen *ἱστία* (cf. pag. 154,1). In Arcadica dialecto extat *Fιστίαν* Coll. 1203.

10. *FιFᾰ́χω* § 229, *FιFᾰχή*, *Fηχή*, *Fηχήεις*, *πολυFηχής*.

Consonam *F* testantur forma *αὐίαχοι* *N* 41 (vid. pag. 153) et nomen proprium *Fᾰ̃χος* Arcad. 1181 A (Dittenberg. Syll. 167, anni fere 250 a. C.).

In Homericis *F* leni manu restitui nequit *B* 333, 394 *Δ* 125 *μέγ' ἴαχεν -χον*, *Ψ* 216 *μέγα δ' ἴαχε*, *Υ* 62 *καὶ ἴαχε*; locutiones *μεγάλ' ἴαχον -χεν*, *ἐπὶ δ' ἴαχε*, *περὶ δ' ἴαχε*, *ἐπίαχον* facilius corrigi possunt (*μέγ' ἐFιF.*, *ἐπὶ 'FιFαχε*, *περὶ 'FιFαχε*, *ἐFιFαχον*).

Adiectivum *δῦσηχής* ut *δυσFηχής* scribi possit, praecedens vocabulum est refingendum (*-οιο* leg. *-ου*, vid. pag. 159). Pro *ὑψηχέες* *E* 772 *Ψ* 27 v. Herwerden correxit *ὑψαύχενες*.

11. *Fε* etc., pronomen personale, § 92. — Formae pleniores sunt *ἑFέ ἑFοί*, § 44 et 93.

— *Fός* etc., pronomen possessivum, § 95. — Forma plenior est *ἑFός*, § 44.

In titulis extant *Fhε* Pamphyl., *Fε* Argiv. Cypr., *Foι* Arcad. 1200, Cypr. Locr. Boeot., prae ceteris autem notabile distichon legitur in stela quae Metaponti reperta est anno 1880, ubi *F'* i. e. *Fε* scriptum est; vid. infra § 92.

In *gamma* corrupta est littera initialis huius stirpis apud Hesychium *γοι*, *γίο* (= *αὐτοῦ*), *γῷ* (= *ἰδίῳ*), item in inscriptionibus Balbillae Aeol. 320[7 et 15], vid. etiam Boeot. 719[7]. Poetis Aeolicis et

---

[1]) Verum hic habet pap. Bankesianus.

Boeotiis digamma disertis verbis tribuit Apoll. Pronom. 136 *c* (Sapph. fr. 117 Alcm. 96 Corinn. 19).

Pronomina haec permultis locis Homericis poscunt consonam *Ϝ* vel admittunt. Quae sine ulla textus traditi mutatione ubique restitui potest accusativo *Ϝε* et genitivo *Ϝεῖο Ϝέο Ϝέθεν*. Necessarium autem est digamma in voce *Ϝε* locis 60, in voce *Ϝοι* locis 640, in voce *Ϝός* locis 45; praeterea admittit hanc litteram dativus *Ϝοι* locis 200, accusativus *Ϝε* locis 15, Ξ 162 autem legendum est ξϜ'(ε). Leviter mutandi sunt, ut voci *Ϝοι* vel *Ϝός* praemitti possit digamma, *B* 281, 665 *Z* 289, 474 *Λ* 339, 517 *M* 162 *Π* 522, 785 *T* 282 *Ψ* 748, 865 *Ω* 72 *α* 41 *ε* 234 *η* 196 *ι* 360 *λ* 273, 412 *ν* 430 *ο* 93, 101, 105 *φ* 41 *ψ* 247 *ω* 56. In *E* 4 *ζ* 280 vulgata vix corrupta dicenda est; *α* 300 *γ* 198 vera lectio Aristarchi auctoritate est munita, et ad horum locorum analogiam corrigendi sunt *Z* 90 *N* 561 *γ* 308 *φ* 416. Graviores correctiones his tantum locis requiruntur: *Λ* 609 *E* 165, 338 *Θ* 535 *Λ* 403 etc. (undecies) *T* 4 *Ω* 53 *δ* 4 *ν* 198.

Adiectivum *ἴδιος*, quod ad hanc stirpem pertinere videtur, in Hom. nonnisi *γ* 82 (*ἦδ' ἰδίῃ*) et *δ* 314 (*ἦ ἴδιον*) reperitur; non liquet autem sitne *ἠ Ϝιδίῃ* et *ἦ Ϝίδιον* scribendum necne. Consonam *Ϝ* hoc adiectivum servavit in titulis Locr. 1479, El. 1151, Heracleens., Boeot. (passim).

12. *Ϝέαρ* (§ 70), *Ϝεᾰρῐνός* (§ 21). Umbram digammi ostendunt glossae Hesychianae *γέαρ*, *γίαρ*, *βηράνθεμον*, et Varr. L. L. VI 192: „*ver*, quod Iones (NB.) *βῆρ* dicunt." Ipsam litteram exhibet lapis Boeot. 771 *Ϝειαρινώ*.

In Homero *Ϝέαρ* scribi ubique sinit metrum, nusquam poscit, sed necessarium est digamma Hes. Oper. 477; etiam *Ϝεαρινός* constanter potest scribi, postquam deleta est praepositio *ἐν* locutionis *ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ* (*B* 471 *Π* 643 *σ* 367 *χ* 301) collato versiculo simillimo *ε* 485 *ὥρῃ χειμερίῃ*.

13. *Ϝέθειραι*. Substantivo ignotae originis in lingua Homerica praefixam fuisse consonam, multis locis docet metrum, repugnat unus tantum versus *T* 382, qui spurius est. Etiam in Hesiodo haec vox litteram *Ϝ* perpetuo poscit aut admittit.

14. *Ϝέθνος*. Huius vocis, quae cum *Ϝέτης* (*civis*) cohaerere videtur, nusquam ostendi potest digamma, sed multis locis Homericis poscitur metro, ceteri loci omnes admittunt exc. l. a. *Λ* 724.

15. *Ϝείκοσι, Ϝεικοστός.* — Pleniores sunt formae *ἐϜείκοσι* et *ἐϜεικοστός*, quas ubique Homero restituendas esse demonstrare studuit Cobet.

Digamma superest in dialectis Lacon. Arg. Cret. Boeot. Arcad. Heracleens. *Ϝίκᾰτι*, Pamphyl. *φίκατι*. Adde glossam *βείκατι* apud Hesychium obviam et Latinum *viginti*.

Homeri loci aliquot levem correctiunculam requirunt: *I* 379 *Λ* 25 *X* 349 *ε* 34 *π* 206, 249 *τ* 484 *φ* 208 *ω* 322.

16. *Ϝείκω cedo.* Consonae indicium deprehenditur in glossa Hesychii *γῖξαι*. Apud Homerum revocari potest *Ϝ* postquam *Δ* 509 *M* 48 *μ* 117 leni manu sunt mutati; etiam versus *Λ* 294 in integrum restitui posse videtur.

17. *Ϝεκάβη*. Nominis huius proprii, quod ad stirpem *Ϝεκα-* (n° 18) referendum videtur, consonam *Ϝ* ostendit amphora litteris Corinthiis inscripta, quae prope Caere reperta est: *Ϝεκάβα* Coll. 3130 (Cauer² 78).

In Homericis versus *X* 430 *Ω* 283, 747, qui soli repugnant quominus restituatur digamma, facile possunt corrigi.

18. *Ϝεκᾶς* (§ 89), *Ϝἑκᾰθεν*, cum compositis *ϜεκᾶϜεργος, Ϝεκηβόλος* (*Ϝἑκᾰτος, Ϝεκᾰτηβόλος, Ϝεκᾰτηβελέτης*), *Ϝεκηβολίη, Ϝεκᾰμήδη*, vid. etiam *Ϝεκάβη* n° 17.

Huius stirpis origo non est certa [1]), sed certissimum est digamma, quod pellucet in Hesychii glossa *βεικάς* sive *βεκάς*, claro cernitur in voce *Ϝεκηβόλος* apud Marium Victorinum, nec non in lapidibus extat *Fhεκαδάμοε* Boeot. 876 (Cauer² 358), *Ϝεκέδαμος* Thessal. 344 (Cauer² 404).

In Homero perexigua impedimenta obstant *Λ* 21 *P* 333 *Υ* 422 *X* 15, 302, graviora *Λ* 438 *η* 321.

19. *Ϝέκαστος, Ϝεκάστοθι, Ϝεκᾰτερθεν*. Extat digamma in titulis Locr. 1478, El. 1152, 1154, Boeot. 488; sed abest a tabulis Heracleensibus, item ab inscriptione Boeot. 489, quae tamen in vocabulis *Ϝίκατι* et *Ϝέτια* praebet digamma.

Homeri loci multi consonam *Ϝ* flagitant, sed magnus quoque est numerus versuum qui eam non admittunt. Ex his probabiliter corrigere licet *B* 719 *E* 470 (= 792 *Z* 72 *Λ* 291 *N* 155 *O* 500,

---

[1]) Ad pronomen *Fe* refert Brugmann, *privatim*, separatim, *seorsum* primitus significasse ratus. Cui tamen opinioni non favet usus Homericus.

514, 667 *Π* 210, 275 *Θ* 15) *I* 103 *Υ* 158 *Ψ* 107 *Ω* 1 (= *β* 258 *σ* 428 *ω* 188) *ι* 468 *μ* 130 *π* 313 *ϱ* 70 (= *τ* 463) *τ* 592 *χ* 57 *ω* 339, 417, vid. etiam v. l. *Ψ* 55; sed sine audacia refingi nequeunt versus *I* 180, 383 *K* 215 (recentes), 388 (= *P* 252), *Λ* 11 (= *Ξ* 151), *O* 189, 288, 505 *T* 302 (recens), 332 *Ψ* 370 *Ω* 273 *γ* 7 (recens) *η* 91 *Θ* 259, 324, 392 *ι* 60, 65, 127 *λ* 542 *ξ* 128 *o* 24, 377 *τ* 501. Videtur igitur hoc pronomen aut per totam linguam epicam vacillantem habuisse consonam *Ϝ* aut in recentiorum cantorum lingua amisisse.

20. *Ϝεκϋρός*, *Ϝεκϋρή*. Necessarium est digamma *Γ* 172, ceteri loci *X* 451 *Ω* 770 admittunt hanc consonam, non poscunt.

21. *Ϝεκών*, *ἀϜέκων*, *Ϝέκητι*, *ἀϜέκητι*, *ἀϜεκαζόμενος*.

— *Ϝέκηλος*. Forma plenior *εὔκηλος* = *ἜϜ(ε)κηλος* (vid. ad *β* 311) litteram digamma ostendit, quae cernitur praeterea in lapide Locr. 1478[12] *Ϝεϱόντας* et in glossis Hesychii *βεικηλά*, *γέκαλον*, *γεκᾶσα*.

Addi consonam *Ϝ* longe plurimi loci Homerici sinunt, levem correctionem admittunt *Ψ* 434, 585 *δ* 649 *ε* 100 *ϱ* 478, vid. etiam v. l. *β* 183; repugnant soli *Θ* 512 *β* 311. — Pro *ἄκων* ubique scribendum est *ἀϜέκων*.

Non recte Aristarchus ad hanc stirpem referebat adiectivum *ἀκήλιος* (?) *Σ* 77.

22. *Ϝελεῖν*. Extat digamma in inscr. El. 1150, 1154, 1159 *ἀποϜηλέοιαν -λέοι*, Cypr. 117 *Ϝελεδάμω* (?).

In Homericis littera *Ϝ* satis certa est *B* 332 *E* 118, dubia *E* 37, 210, 576 *O* 71 *P* 276 *X* 142, 253, sed longe plurimis locis addi nequit.

Verbale *Ϝέλωϱ* (§ 70) eam admittit plerisque locis, post parvam mutationem *Σ* 93, unus versus spurius *ν* 208 repugnat.

Nomen proprium *Ἑλένη*, quod cum hac stirpe cohaerere posterioribus certe videbatur (cf. Aeschyl. Agam. vs. 689), in Homericis non admittit consonam *Ϝ*, licet apud alios poetas (Alcmanem?) habuisse dicatur, vid. Priscian. I p. 21 (fr. incert. lyr. 31 Bergk.).

23. *Ϝέλδομαι* (§ 211), cum forma pleniore *ἐϜέλδομαι* et subst. verbali *ἐϜέλδωϱ* (§ 70).

— *Ϝέλπω*, *Ϝέλπομαι* (§ 211), cum forma pleniore *ἐϜέλπομαι* [1]). Subst.

---

[1]) De adiectivo *ἀνάϜελπτα* (vulg. *ἀνάελπτα*) Hes. Theog. 660 cf. § 21 (pag. 93,3) et § 90.

verbalia sunt *Fελπίς* et *Fελπωρή*, composita *Fελπήνωρ*, *ἀFελπής*, *ἀFελπτέω* (?) *H* 310.

Digamma littera, quam testantur formae epicae *εἴλδομαι εἴλδωρ εἴλπομαι*, latere videtur in Hesychii glossis *μέλδειν* et *μελδόμενος* [1]), extat autem in speculo Etrusco *Fελπαρυν* (= *Fελπήνωρ*). Praeterea comparari potest stirps Latina *volup* etc.

In Homero ut perpetuo revocari possit digamma, requiruntur leves versuum correctiunculae *E* 481 *O* 539 *Σ* 194 *X* 216 *Θ* 315 *ν* 380 *ψ* 6, vid. etiam l. a. *Θ* 526. Vix corruptus est *O* 701, pro *πού μ' ἤλπετο* autem *ι* 419 scribendum est *τί μ' ἐFέλπετο*. Soli *Υ* 186 *Φ* 583 *Ω* 491 *ω* 313 negotia facessunt.

24. *Fέλλω* § 265, cum formis productis *Fειλέω Fειλύω Fειλῠφᾰ́ω Fειλυφάζω*, et derivatis *ἀFελλής* (*ἀFολλής*?) *Γ* 13, plur. *ἀFολλέες*, *ἀFολλίζω*, *Fιλαδόν B* 93, *Fιλλάς*, *Fόλμος*, *Fουλᾰ́μός*. Sed abest *F* a vocibus *εἶλυμα ζ* 179, *εἶλαρ* § 70, *εἰλίποδες* (*βόες*), *ἑλλεδανοί Σ* 553.

— *Fοῦλος crispus*, *Fουλοκᾰ́ρηνος τ* 246.

— *Fελίσσω*, *ἐFέλιξα*, *ἐFεFέλιγμαι*, *ἐFελίχθην*, cum derivatis *Fέλῐκες* (*βόες*), (*νέες*) *ἀμφιFέλισσαι*, *Fελίκωπες* (*Ἀχαιοί*), fem. *Fελικῶπις Α* 98 Hes. Theog. 298, 307, 998, *Fελικᾰ́ων*.

Extat littera *F* in inscript. Gortynia *κατα**F**ελμένων* (i. e. *ἀθροισθέντων*) *τῶν πολιατᾶν*, Heracleens. *ἐγ**F**ηληθίωντι* (i. e. *ἐκ**F**ειληθίωντι*, *ἐξειληθῶσι*), Boeot. 485 *Fελιξίων*, 414, 424, 470, 716 *Fιλαρχίοντες*, vestigia autem eius agnoscuntur in glossis Hesychii *βειλαρμόστας*, *βήλημα*, *ὄλη*, *γηλιώμενοι*, *γηλουμένους*, *γέλλαι*, *γελλίκη*, *γελλίξαι*, *γόλλαμος*.

Apud Homerum levem correctionem requirunt *Ψ* 309, 320 *ν* 24, vid. etiam l. a. *Ψ* 846; pro *εἰλίσσετο M* 49 legendum est *ἐFελίσσετο*, graviores molestias parant soli versus *N* 204 *Σ* 294, 401 (spurius?) *μ* 355.

Aoristus et perfectum verbi *Fελίσσειν* plerisque locis vitium contraxerunt in textu tradito; extant quidem *ἕλῐξας Ψ* 466, *ἑλιξάμενος M* 408, 467 *N* 204 *P* 283, *ἑλιχθέντων M* 74, sed pro *ἐFέλιξεν Α* 530 *Θ* 199 (?) *P* 278 *ε* 314, *Fελιξάμενος B* 316, *Fε**F**έλικτο Α* 39 *N* 558, *ἐFελίχθη -θεν X* 448 *ξ* 306 Z 109, *Fελιχθέντες Α* 587 codices praebent *ἐλέλιξεν*, *ἑλελιξάμενος* (*ελιξαμενος* nunc papyrus 126), *ἐλέλικτο*, *ἑλελίχθη*, *ἐλέλιχθεν*, *ἑλελιχθέντες*. Veras formas admirabili acumine restituit Dawes, quem secuti sunt P. Knight et Cobet. Vitium,

[1]) Nam *μεδόμενος*, quod *Φ* 363 extat, plane aliam habet vim quam huic participio tribuit locus Hesychianus.

quod admodum antiquum esse ex Pindaro apparet (*ἐλελίχθων* Pyth. II 7 VI 50, item Sophocl. Antig. 154, *ἀστεροπὰν ἐλελίξαις* Nem. IX 46), ferendum videtur in hymno Cer. 183 (*ἐλελίζετο*); imitatur Apoll. Rhod. III 760 IV 143, 351. Quomodo natus sit error docet *M* 49; confusum autem est verbum *Fελίσσειν* cum verbo *ἐλελίζειν* „*ἐλελεῦ clamare*" (cf. *ἀλαλάζω*, *ὀλολύζω* etc.), quo saepius usus est Pindarus, vid. praeterea Herod. IV 189, Eur. Hel. 1111 Phoen. 1514, Ar. Av. 213, Xenoph. Anab. I 8 § 18, Callim. h. Del. 137, Plut. Thes. 22.

Dubia est Dawesii correctio *A* 530 Θ 199 *X* 448, quibus locis non *torquendi*, *circumvertendi* sed *quassandi*, *tremefaciendi* verbum requiritur, quae notio alibi a radice *Fελικ* est aliena; vid. vHerwerden Quaest. Epic. p. 22 sq., qui postea *X* 448 *ἐτινάχθη* coniecit; hinc EBKoster Stud. Homer. Trag. 1891 p. 28 ceteris locis tentavit *ἐτίναξε* coll. *χ* 88. In simili sententia Θ 443 reperitur *πελεμίζετ' Ὄλυμπος*, quocum loco conferantur Θ 199 Hes. Theog. 458, 842. Videntur tamen lectionem *ἐέλιξεν* *A* 530 imitando expressisse Eur. Iph. Taur. 1270, Cic. Rep. I § 56, Verg. Aen. IV 269, Lucret. II 1096; et *tremefaciendi* vim huic verbo tribui potuisse, in antiquis praesertim loquendi formulis, credibile reddit comparatio epitheti vetusti *τερπικέραννος*, in quo stirps verbi *τρέπειν torquendi* vim obtinet (Angl. *to hurl*), quae alias in lingua Graeca ei non est propria.

Apud Herodotum et tragicos (Aesch. Prom. 138, 1085, 1092, Eur. Troad. 116, Or. 172, 358, 444, Phoen. 3, 1178, Hercul. 671, 690, Ion. 1164) reperitur verbi forma producta *εἴλίσσειν* (ex *ἐFελίσσειν* nata); tragicis tamen etiam *ἑλίσσειν* (Att. *ἑλίττειν*) in usu est (Soph. Ant. 231, Eur. Troad. 3, 333, Or. 892, Phoen. 711, 1622, Suppl. 141 etc.).

25. *Fέξ* (*sex*), *Fέκτος*, *Fεξήκοντα*, *Fεκκαιδεκάδωρα*, *Fεξῆμαρ*, *ΕεξFέτης*.

Legitur digamma in inscr. Delph., Lacon. (IGA. 69), Cret. (Roberts Epigraphy p. 39), Heracl., Pamphyl. 1267.

In Homero corrigi possunt *γ* 115, 415, sed litteram *F* non admittunt *Ψ* 741 *ξ* 20 (spurius) *ω* 497.

26. *ἔFειπον* (§ 306).

— *Fέπος*, *Fεπεσβόλος*, *Fεπεσβολίη*, *ΕηδυFεπής*, *ἀρτιFεπής*.

— *Fόπα* (*τὴν*) etc., *εὐρύFοπα* (*Ζεύς*).

— *Fόσσα* (= *Fοπjα*). Sed a voce *ὀμφή* digamma abest.

Adiectivum *νήπιος* (*infans*) non pertinet ad hanc stirpem, sed una cum forma productiore *νηπύτιος* a verbo *ἀπύειν* est repetendum (cf. Apoll. lex. s. v. *νηπύτιος*).

In inscriptionibus extat *Fέπος* Gortyn. et El. 1149, *Fέπεια* Cypr. 60, *προFειπέμεν* et *ἀποFειπάθθω* Gortyn., *Fήπω* (subiunct.) Cypr. 68. Praeterea in Hesychii glossa *γῖπον* cernitur umbra litterae *F*.

Homeri loci permulti digamma requirunt vel admittunt. Attamen haud paucis — quod in hac stirpe passim obvia nemo mirabitur — addi nequit digamma nisi textus traditus mutetur.

Horum locorum longe maior pars levi correctione potest emendari: *A* 64, 280 *B* 70, 218, 342 *Z* 281 *H* 300 (= *M* 317 *ζ* 275), 375 *I* 668 *P* 260 *T* 250 *α* 91 *β* 331 *δ* 159, 682 (*λ* 146 l. a.) *ο* 375 *π* 469 *φ* 401 *χ* 350 *ψ* 91, *ἐπέεσσι* leg. *Fέπεσσι* *A* 582 *E* 30, 893 etc. (locos 35 affert Knös l. l. p. 87 sq.), *μιν ἔπεσσι* leg. *Fε Fέπεσσι* *δ* 484, 706 *ε* 96 *ι* 258, 363 *κ* 500 *π* 193 *τ* 214. Sed gravius aegrotant *A* 106, 555 *E* 683, 879 *H* 108, 277 *K* 425 *Λ* 137, 791 *T* 75 *Φ* 98 *α* 10, 37 *γ* 427 *δ* 28 *ε* 61 *ι* 249 *λ* 297, 561 *ξ* 509 *π* 338 *ϱ* 374 *ψ* 77, 342 *ω* 161, *ὄφρ' εἴπω* (*ἔσπω*?) *H* 68, 349, 369 *Θ* 6 *T* 102 *η* 187 *ϑ* 27 *ϱ* 469 *σ* 352 *φ* 276, *φωνήσασ'* (vel *δάκρυ χέουσ'*) *ἔπεα πτ. πρ.* *O* 35, 89, 145 *β* 269 *ε* 117 *η* 236 *ϑ* 442, 460 *ν* 290 *ψ* 34 *X* 81.

Notatu dignum est vocem *Fόσσα* admittere consonam *F* locis cunctis, flagitare nullo; vocem *Fόπα* nullo loco eam poscere, tribus locis (*Λ* 137 *Φ* 98 *ε* 61) non admittere.

27. *Fείρω dico*, fut. *Fερέω* (§ 306). Digammi indicia servant glossa Hesychii *εὐείρω* et vox *βρήτωρ*, quam Aeolibus tribuit Priscianus. Praeterea cernitur *F* in voce *Fράτρα* El. 1149, 1150, 1152, 1153, 1156, *Fρήτρα* 1163, *Fρητάς*, *ἐFρητάσατυ*, *εὐFρητάσατυ* (= *-σαντο*) Cypr. 60; adde Latinum *verbum*. Infinitivus *FEPEN* El. 1153 (IGA. 113 = Cauer[2] 257, Roberts p. 290) sitne ad hoc verbum an ad *Fέρρειν* (n° 30) referendus non constat.

In Homero ut *F* possit restitui corrigendi sunt *Δ* 176 (qui manifesto corruptus est) *Ψ* 787 *μ* 156.

28. *Fέργω* (§ 230) cum forma producta *ἐFέργω*. Compositum *ΛυκόFοργος*.

Amiserunt litteram *F* verbalia *ἔρκος* (certe locis longe plurimis, sed videantur *E* 90 et *σ* 102) et *ὅρκος* (compositum tamen *ἐπίορκος* probat intercidisse consonam).

Huius stirpis digamma ostendi hactenus non potuit, sed forma *εἴργω* et verbo Latino *urgere* indicatur. In Homericis ut restitui possit *F*, corrigendi sunt *Π* 481 *P* 354, 571 *ξ* 15 (qui graviter corruptus est), vid. etiam l. a. *E* 89.

29. *Ϝέργον* cum compositis et derivatis *ἄϜεργος*, *ἀϜεργίη*, *ἐυϜεργός*, *ἐυϜεργήϛ*, *ἐυϜεργεσίη*, *ϜεκἄϜεργος*, *δημιοϜεργός*, *κακοϜεργός*, *ὀβριμοϜεργός*, *ταλἄϜεργός*, *ἠνὔσιϜεργός* (NB.) Ω 277.

— *Ϝεργάζομαι* cum subst. verbali *Ϝεργασίη*.

— *Ϝέρδω* § 224.

Legitur *Ϝέργον* in inscr. Argiv. 3270, Syracus., colon. Ach., *Ϝάργον* El. 1149, *Ϝεργ-* Boeot. saepius, *ἐϜεργάσατο* Arg. 1194, *ἔϜρεξα* Cypr. 71, *εὐϜεργεσίας* Cypr. 71, *κατεϜέρξοδυ* (= -ξοντο) Pamphyl.; praeterea agnoscitur digamma in glossis Hesychii *γαβεργόρ* (= *γεωργός*) et *γέργανα*, fortasse etiam in *εὐγεργεσίης* Theognid. vs. 548, 574 (vid. Knös p. 93 not.).

Homerici loci permulti digamma admittunt, post levissimas correctiones *Α* 395 *Ι* 374 *Μ* 412 *Χ* 347, 450 *Ψ* 671 *ε* 342 *ζ* 258 *ϱ* 313 *χ* 318, 422, vid. etiam l. a. *Ι* 540 *Φ* 399. Pro *ἐώργει* scribendum est *ἐϜεϜόργει* *δ* 693 *ξ* 289 (h. l. codex G habet *ἐεώργει*), pro *εἰργάζετο* *γ* 435 *'Ϝεργάζετο*. Graviores molestias parant hi loci: *Β* 751 *Γ* 351 *Δ* 470 *Ζ* 289 *Ι* 228 *Κ* 503 *Λ* 703 *Ρ* 279 (= *λ* 550) Ω 354 *α* 293 *η* 202 *ϑ* 490 *λ* 80, 474 *ξ* 228, 344, non multi igitur, si comparantur cum ingenti copia locorum, quibus vocabula ad hanc stirpem pertinentia reperiuntur.

30. *Ϝέρρω* (§ 254). Digamma fortasse legitur in titulo Eleo 1153 (vid. supra n° 27) [1]), cernuntur autem eius vestigia in glossis Hesychianis *βαρρεῖ*, *βέρρης*, *βερρεύει*, *γέρρω*, *γερρητήρια*. In Homero sine ulla textus traditi mutatione potest restitui.

31. *Ϝέρση*, rectius *ἐϜέρση*, cum adiectivo *ἐϜερσήεις*.

Pro *τε ἔρση ν* 245 rectius scribitur *τ' ἐϜέρση* [2]), et adiectivum *ἐϜερσήεις*, quod Ω 419 legitur, etiam Ξ 348 Ω 757 est restituendum. Sitne ad hanc stirpem referenda vox *ἔρσαι. ι* 222 nobis quidem dubium videtur.

32. *Ϝερῦω* (§ 293). — *Ϝερυσάρμᾰτες* (*ἵπποι*).

Digamma proditur grammaticorum glossis *βρύτις βρύτηρ*, et in *υ* mutatum cernitur in Homericis formis *αὐέρυσαν -ον -οντα* (leg. *ἀϜϜέρυσαν* = *ἀν(α)Ϝέρυσαν* etc.), vid. pag 153.

In Homero molestias parant multi loci. Facilem correctionem habent *Δ* 467 Ω 16 *δ* 577 (= *κ* 403, 423 *λ* 2) *ϱ* 479. Sed repu-

---

[1]) Etiam litteras *Ϝαρρεν* Coll. 1152 post alios huc traxit Schulze Quaest. Ep. p. 90.

[2]) Formam trisyllabam *ἰ(Ϝ)έρσα* etiam Pindarus Nem. III 135 VII 116 VIII 68 et Theocritus II 107 adhibent.

gnant *A* 141 (= Θ 34 *π* 348) *Γ* 373 *Δ* 216, 248, 492 Θ 226 *Λ* 9 Ξ 32 *Π* 863 *P* 635 (= 718) *Σ* 165 Ψ 21 (spurius) *α* 441 *β* 389 *ε* 261 *ι* 77 (= *μ* 402) *ϰ* 165 *π* 459 *τ* 481.

A verbo *ῥύομαι servo* distinguendum esse verbum *ϝερῦω trahо* docuerunt Heyne in exc. IV ad Iliad. *A*, Knös p. 101, Leo Mayer in Kuhns Zschr. 14, 90.

33. *ϝέννῡμι* (§ 303), *ϝεῖμα* cum compositis *ἀϝείμων* et *ϰαϰοϝείμων*, *ϝεσθής*, *ϝέσθος* (τὸ), *ϝεᾱνός* (ὁ) cum adi. *ϝεᾱνός* (= *ϝεανϳος*, cf. p. 28).

Digamma cernitur in voce *ϝῆμα* Gortyn. et in Latino *vestis*, nec non deprehenduntur eius vestigia in glossis Hesychianis *βέστον*, *ὕεσις*, *γέμματα*, *γῆμα*, *γεστά*, *γεστία*, *γεῖθρον*.

Homeri locis multis necessaria est littera *ϝ*, parva vitia corrigenda sunt Ξ 383 *Σ* 613 *γ* 348 *ξ* 510 *ω* 67, 467, 500; gravius corrupti sunt *Γ* 57 *Σ* 352 (= Ψ 254) *ζ* 83 *η* 259.

34. *ϝέσπερος*, *ϝεσπέριος*.

Littera *ϝ*, quam testantur glossa *φέσπερε* in Etym. Gud. et Latinum *vesper*, extat in inscr. Locr. 1478[10] *Λυϙρῶν τῶν ϝεσπαρίων*. In Homero omnibus locis potest restitui.

35. *ϝέτος*, cum compositis *ὀϝέτης B* 765, *αὐτόϝετες*, *τριϝέτες*, *πενταέϝετες*, *πεντεϝέτηρος*, *ϝεξᾰ̆ϝετες*, *ἑπτᾰ̆ϝετες*, *εἰνᾰ̆ϝετες*.

Superest digamma in multis inscriptionibus: *ϝέτεα* Lac. Locr. Boeot. El. Cypr. Selin. Pamphyl. Heracl., *ϝικατιϝέτιες* Boeot. 418, in *υ* mutatum extat in Hesychiano *αὐετῆ* = *τὸν αὐτοετῆ* (cf. *ὀϝέτης* supra), *ὐετής ὁ αὐτοετής*, in *γ* corruptum est in glossis Hesych. *γέτος γέτορ*. Adde Latinum *vetus*.

In Homero unus versus *B* 328 repugnat.

36. *ϝέτης*. Digamma legitur in inscr. El. 1149 *ϝέτας* (i. e. *ἰδιώτης*, cf. Thuc. V 79). In Homero omnibus locis restitui potest.

Non incipit a littera *ϝ* vox *ἕτᾰρος* sive *ἑταῖρος* (= *ἑταρϳος*).

37. *ϝῆθος* (τὸ), *ϝέθων* (partic.) § 218, *ἀϝήθεσϰον K* 493.

Ut restitui possit *ϝ*, levis requiritur correctio *Z* 511 *O* 268.

A voce *ἠθεῖος* digamma abest Ψ 94 *ξ* 147, qui loci soli aliquid valent ad hanc rem dirimendam.

38. *ϝῆϰα*? Hoc adverbium praefixam habuisse litteram *ϝ* e versibus Ω 508 *ϱ* 254 fuere qui efficerent. Qui tamen loci nihil probant, versus autem *σ* 92 sine correctione digamma non admittit, ceteri denique loci *Γ* 155 *Σ* 596 *Υ* 440 Ψ 336 *σ* 94 hanc litteram

neque poscunt neque reiciunt. Quapropter assentiendum videtur aliis philologis (Leskien Nauck vHerwerden Fick, vid. etiam Knös p. 188), qui negarunt litteram ϝ huic voci esse appingendam, cum adiectivo ἥσσων ἥκιστος coniungentes, praeeunte Aristarcho; cf. § 87.

39. ϝήνοπι (χαλκῷ) Π 408 Σ 349 κ 360. Tribus his locis necessarium est ϝ, alias non occurrit hoc adiectivum, quod dubiae est potestatis (*fulgens*?) et ignotae originis. Etiam nominibus igitur propriis Ϝήνοπος -πι -πίδης ut praemittatur ϝ, id quod fieri sinit metrum, consentaneum est.

40. ϝῆρα Ξ 132 γ 164 π 375, ἐπὶ ϝῆρα φέρειν Α 572, 578 σ 56, ἐπιϝήρανα (?) τ 343. Ita scribendum esse docet metrum, licet origo vocis lateat. Nullus versus obstat.

41. ϝηρίον Ψ 126. Vox, cuius stirps latet, in Homero non redit, sed metrum hoc loco litteram ϝ poscit.

42. Ϝιάνειρα et ϝιϝάνασσα Σ 47 (duae Nereides).

43 ϝίς, ϝῖφι, plur. ϝῖνες, ϝίνιον, ϝίφια (μῆλα). Derivantur nomina propria Ϝῖφις, Ϝῑφῐϝάνασσα, Ϝῑφῐμέδεια, Ϝῑφῐδάμας, Ϝίφικλος (cum adi. Ϝῑφικλεεεῖος), Ϝῑφίνοος, Ϝίφῐτος (cum patronymicis Ϝῑφῐτίων et Ϝῑφῐτίδης), Ϝῑφεύς.

Cernitur digamma in nominibus propriis Ϝίφιτος (crater. Caeret.), Ϝιφιάδας Boeot. 488, Ϝιφικρατίδας Boeot. 713.

Levem correctionem requirunt versus Homerici Β 518 Δ 287 Ε 606 Λ 261 Μ 367 Φ 356 λ 284, maiores molestias parant Β 720 Ζ 478 Ρ 739 λ 305.

Adiectivum honorificum ἴφθῑμος cum hac stirpe cohaerere quamquam multi contenderunt, veri dissimillimum ducimus, certum autem est non praemissum habere digamma in lingua epica.

44. ϝίεμαι *propero* (§ 201), ϝίσομαι, ἐϝῑσάμην (codd. ἵεμαι εἴσομαι ἐεισάμην). — Hoc verbum, quod primus agnovit Ahrens (Conjug. auf -μι, 1838, p. 24, cf. L. Meyer Bezzenb. Beitr. I. p. 301), a recentioribus confusum est cum verbis ἵημι et εἶμι. Quominus restituatur ϝ repugnant soli versus Ν 90 (= Ρ 285) Σ 501 Ω 462 β 327 ξ 142 ο 213. Cognata sunt ϝίωκή et ϝίωή n° 54.

45. ϝιδ (§ 212).

a) ἔϝιδον, ἄϝιστος, ἀϝιστόω, Ἀϝίδης, Πολύϝῑδος. Sitne his addendum adiectivum ἀΐδηλος dubitatur.

b) *ϝοῖδα*, *ϝίστωρ*, *ϝίδρις*, *ἄϝιδρις*, *νῆϝις*, *ϝιδριίη*, *ἀϝιδριίη*, *πολυϝιδριίη* (*ϝιδμοσύνη* Hes. Theog. 377).

c) *ϝείδομαι* cum forma producta *ϝινδάλλομαι*.

d) *ϝεῖδος*, *ϝείδωλον*, *ϝῖοϝειδής*, *ἠεροϝειδής*, *θεοϝειδής*, *μῠλοϝειδής* (sed *καματώδης* Hes. Oper. 664), *Ϝειδοθέη*.

Stirpis usitatissimae digamma cernitur in inscr. El. 1152 *ϝειζώς* (i. e. *ϝειδώς*), Boeot. 429, 430, 482, 488, 811 *ϝίστωρ ϝίστορες*, Epir. 1346 *Ϝεῖδυς*, in *β* abiit Lacon. CIG. 1270 *βίδυοι*, CIG. 1241, 1242, 1268, 1269 *βίδεοι*, Lacon. *Βείδιππος*, et in glossis Hesychianis *βίδυοι* vel *βίδεοι* (Att. *ἰδυῖοι*), Etym. Gud. *βιδῆν*, in *υ* mutatum superest in Aeolicis *εὔιδον* et *αὐιδέτου*, agnoscitur denique in corruptis glossis Hesychianis *γοῖδα*, *γοίδημι*, *γισάμεναι*. Adde cognatarum linguarum verba *videre*, *weten*.

In Homero infinita est copia locorum qui digamma poscunt vel admittunt. Nonnulli exiguam correctionem requirunt ut *ϝ* addi possit: *Α* 548 *Β* 82 *Δ* 374 (= *η* 322), 516 *Ε* 166, 451, 565 *Ζ* 367 *Θ* 453 (= *δ* 475 *ε* 41, 114 *ζ* 314 *η* 76 *ι* 531 *ϑ* 410), 559 *Λ* 112, 792 (= *Ο* 403 *Π* 860 *β* 332 *γ* 216) *Μ* 389 *Ξ* 294 *Ο* 155 *Σ* 185 *Τ* 421 *Υ* 224 *Χ* 61, 407, 450 *Ω* 337 *β* 40, 111 *δ* 556 *ε* 486 *ϑ* 169 *ι* 143 *κ* 190 (= *ρ* 78) *λ* 124 (= *ψ* 271), 213 *π* 246 *σ* 375, 379 *τ* 567 *φ* 110 *ω* 101, 504, 506; vid. etiam l. a. *ζ* 160 *ϑ* 526 *ψ* 94. Sed sine graviore mutatione restitui nequit digamma *Α* 203 *Β* 269 *Γ* 224 (spur.), 453 *Δ* 232, 240, 508 *Ζ* 151 *Η* 21 *Θ* 406 (= 420 *ι* 348 *π* 236 *χ* 234) *Μ* 333 *Ξ* 472 *Π* 232 *Τ* 292 (spur.) *Υ* 214 *Ω* 307 *β* 152 *γ* 233, 372 *ε* 209, 220 *ζ* 311 *η* 234 *ϑ* 146 (spur.), 466 *κ* 44, 194 *ι* 182 *λ* 162, 522 *ν* 215 *ρ* 327, 573 (spur.) *τ* 283 *φ* 122, 228 *ψ* 29 *ω* 279, 491.

46. *ϝιδρώω* (§ 190). Necessarium est *ϝ* *Δ* 27, aliis locis potest sed non debet addi, repugnant autem *Θ* 543 *Λ* 119 *Σ* 372 *δ* 39.

Verbale *ἱδρώς* (§ 77) amisit suum digamma locis aut omnibus aut plerisque.

47. (*ϝικ*) *ϝεϝίσκω*, *ϝέϝοικα* (§ 242); derivantur adiectiva *ἀϝεικής* (cum verbo *ἀϝεικίζω*), *ἀϝεικέλιος* (*ἀϝεκήλιος*? *Σ* 77), *ἐπιϝεικής*, *μενοϝεικής*, *ϝίκελος* vel *ϝείκελος* [1]), *ἐπιϝείκελος*, *θεοϝείκελος*.

---

[1]) Adiectivum biforme *ϝίκελος* — *ϝείκελος* recensendum est inter voces quae habent vocalem ancipitem (ῐ), cf. § 18. Rectius fortasse *ϝίκελος* scripserit quispiam; videantur tamen quae de voce *πρίν* — *πρείν* observavimus pag. 88. Conferri possunt etiam *ϝεῖμα* et posthomericum *ἱμάτιον*.

Legitur digamma in inscr. Cypr. 76 *Ϝεικόνα*.

In Homericis pro *ἠισκ-* legendum est *ἐϜεϜισκ-* Φ 332 δ 247, pro *ἴκτο* autem *ἐϜέϜικτο* Ψ 107 δ 796 ν 288 π 157 υ 81. Compositum *ἐπέοικε* Α 126 Δ 341 Ι 392 Κ 146 Χ 71 Ω 595 ζ 193 λ 186 ξ 511 υ 293 ω 481, *ἐπεῴκει* ω 295, irrepsisse videtur in locum verbi simplicis *ϜέϜοικε ἐϜεϜοίκει*. Parvas molestias praeterea parat digamma Β 233 Γ 286, 459 Δ 286 Σ 418 Τ 371 sq. Φ 379 Ψ 649 β 383 ζ 60 λ 363 ϱ 511, sine graviore correctione restitui nequit Τ 282 (spur.) Ψ 66 ε 337 (spur.) Θ 146 (spur.) ι 321 λ 207.

48. *Ϝικάριος*. Requiritur digamma α 329 etc., de quibus locis cf. pag. 74,3. Solus δ 797 repugnat.

49. *Ϝῖλος, Ϝίλιος, Ϝιλιονεύς, ΚακοϜίλιος*.

Harum vocum digamma extra Homerum ostendi nequit [1]), sed in Homero multis locis necessarium est. Ut possit restitui leves correctiones requiruntur Ζ 493 Α 166 Ν 349 Ρ 145 Φ 81 (= 156) Ω 67 Θ 578 ξ 288 ϱ 104, graviores Ε 204 Ζ 386 Η 345 Σ 270 (spur.) Φ 128, 558 α 259.

50. *Ϝίον, Ϝιόεις, ϜιοϜειδής, Ϝιοδνεφής*.

Cernitur digamma in nominibus propriis Cor. *ϜιόλαϜος* 3132, *Ϝίων* 3134, *Ϝιωνίς* 3130, colon. Chalcid. *Ϝιώ* (cf. pag. 150), in Laconico *Βιόλας* factum est beta. Vestigia digammi praeterea servat glossa Hesychii *γία*. Adde Latinum *viola*.

In Homero metrum litteram *Ϝ* nusquam poscit, admittit ubique.

51. *Ϝῖρις, Ϝῖρος*. In beta conversam litteram *Ϝ* servat vox Laconica *Βίριδος* Pausan. III 19 § 4. In Homero ut possit restitui levem correctionem requirunt Ε 353, 365 Ψ 198 σ 38, 56, 233. Unus versus Α 27 (*ἴρισσι* plur.) repugnat.

52. *Ϝῖσος* (§ 38 pag. 126), cum forma producta *ἔϜισος* in locutionibus *δαιτὸς ἐϜίσης* Α 468 etc., *πάντοσ' ἐϜίσην* (an *πάντοσε ϜίσηνΡ*) Γ 347 etc., *νῆες ἐϜῖσαι* ε 175 ζ 271, *νηὸς ἐϜίσης* λ 508, *φρένας... ἐϜίσας* λ 337 σ 249. — Derivantur *Ϝισόθεος, Ϝισόμορος, Ϝισοφόρος, Ϝισάζω, Ϝισοφᾰρίζω*.

Digamma in multis inscriptionibus legitur: *ϜισϜόμοιρος* Cret.,

[1]) Vocis originem a sscr. *vîla* (*arx*) repetivit O. Meyer, cui assentitur Usener altgr. Vorsban p. 21, 18.

ἀδδεής, θεουδής [1]). Adiectivum δϝειλός uno loco eoque spurio *N* 278 digamma suum amisit simulque a significatione epica deflexit. Corruptum est ἀδειής *H* 117. Levis correctio requiritur μ 203 Θ 133 β 66; praeterea ϝ restitui nequit *N* 163 *O* 626 Ω 668 (spur.).

2. δεδϝίσκομαι (§ 139), codd. δειδίσκομαι. Neglectum est digamma ο 150 δεδισκόμενος.

3. δϝήν, δϝηρόν, δϝηθά, δϝηναιός *E* 407 [2]). Sed in verbo δηθύνω nullum est litterae ϝ vestigium. Etiam a voce δϝηρόν digamma abest *B* 435 *E* 885, 895 *P* 41 Φ 391 β 285 θ 150, nisi corrigatur textus traditus.

4. 'δϝίζε *ambigebat* Π 713 et in oraculo apud Herodotum I 65 (cognata sunt δύω, δίς). Vid. § 200.

§ 43. Praeterea nonnullarum vocum, quarum brevior forma extat a syllaba ϝε- incipiens, littera secunda est ϝ (cf. § 41): ἐϝεδνα, ἐϝείκοσι, ἐϝεικοστός, ἐϝέλδομαι, ἐϝέλδωρ, ἐϝέλπομαι, ἐϝέργω, ἐϝέρση, ἐϝερσήεις, ἐϝέλσαι (?) Φ 295, εὔκηλος (ex ἐϝέκηλος, cf. pag. 167); addantur ἐϝέ ἐϝοί ἐϝός cum brevioribus formis ϝέ ϝοί ϝός, et adiectivi ϝῖσος forma producta ἔϝῑσος.

Fortasse etiam εἰρῶω (ex ἐϝερῶω) in Homericis ferenda est forma (cf. § 41[21]), quacum apte comparari possunt εἴργω (ex ἐϝέργω) et Ionicum εἰλίσσω (Att. ἑλίττω) = ἐϝελίσσω (cf. § 41[24]). Vocalem mobilem ἐ- habent etiam κεῖνος — ἐκεῖνος et Θέλω — ἐθέλω, sed ex gemellis his formis Homericum non est ἐκεῖνος (vid. § 97), Θέλω num sit dubitatur (cf. ad *A* 277).

IV. De littera sigma.

§ 44. Sigma initiale nonnullarum radicum quamquam ante aevum Homericum evanuit, vestigia tamen quaedam in poesi epica reliquit agnitu haud difficilia:

1. ἅλα, ἁλί, in formulis ὑπειρ ἅλα (ὑπὲρ σάλα) Ψ 227 Ω 13 γ 73 δ 172 et εἰν ἁλί (ἐν σαλί) α 162 η 244 ι 25 (cf. § 315). — Conferri

---

[1]) Recentiores putabant vocem Homericam θεουδής (θεοδϝής) ex θεοειδής contractam esse et *divinum* igitur significare; cuius erroris manifestus tenetur Quint. Smyrn. I 65, 191.

[2]) Aesch. Prom. 794, 912, Apoll. Rhod. II 183, Theocr. XVI 54. A pristino usu aberrant Callim. h. Iov. 60 Apoll. Rhod. I 334 III 590 IV 645.

possunt εἴσω ἁλός Φ 125, ἑτέρῃ ἅλα Ξ 273, ἀνέρριπτον (-ουν ms.) ἅλα ν 78, νῆας ἅλαδ' B 165, 181, quamquam legitimi sunt hi hiatus (cf. § 14) et syllabae productae vi ictus satis excusantur (cf. § 19). Praeterea litterae intermortuae supersunt vestigia in compositis ἀγχί(σ)ἅλος, ἀμφί(σ)ἅλος, εἰνάλιος (ἐνσάλιος, nisi hoc adiectivum ad § 21 referendum est).

Evanuisse sigma radicis ἁλ- locis 36 docet metrum, 82 vero loci ita sunt comparati ut vix quidquam ex iis possit effici, nempe εἰς ἅλα (20), εἰς ἅλαδε (1), A 358 Z 226 Σ 36 μ 214 (-ν), B 165, 181 E 598 N 597 (hiatus in caesura), δ 608, 709 λ 123 ψ 270 (θ' inutile), δ 780 (-τον leg. -τα?), denique locis 48 nihil ad metrum refert addaturne sigma an omittatur.

2. ἅμα (σάμα) *simul* (*samen*). Producitur brevis quae praecedit syllaba A 226 B 745 (= 822 Ω 573 β 11 ο 100), vocabulum in vocalem desinens antecedit Γ 148 (= α 381 σ 207 τ 601) δ 162 κ 425 π 76 τ 528 χ 251; sed hi loci omnes referri possunt ad § 19 et § 14, longe plurimis autem locis (168) nullum littera sigma sui reliquit vestigium.

Aliquanto plus tribuendum est fortasse locutioni μῆτιν ἀτάλαντος (σα-τάλαντος) B 169, 407, 636 H 47 K 137 Λ 200, quamquam fieri potest ut anceps potius vocanda sit syllaba -ιν, ita ut mera vi arseos his locis producatur; vid. § 19 et 74. Hoc certum est, sigma initiale adiectivi ἀτάλαντος interiisse B 651 Ξ 318 (spur.) O 302, reliqui loci nihil probant; alia autem vocabula, quae syllabam (σ)ἄ- praefixam habent, in Homericis litteram sigma non admittunt: ἄβρομοι, ἀϝϝαχοι, ἀδελφέος, ἀκόλουθος, ἀκοίτης -τις, ἄλοχος [1]), ἀολλέες, ἅπας.

3. ἑϝοί (σεϝοί) N 495 δ 38. Vid. § 93. — Sed accusativus ἑϝέ T 171 Ω 134 sigma admittit tantum, non flagitat.

Litterae sigma vestigia servat praeterea formula ἀπὸ ϝέθεν Z 62 etc. vel ἀπὸ ϝέο E 343 etc., in pede quarto multis locis obvia [2]), cf. § 26.

---

[1]) Vox *ἄλοχος*; locis 42 sigma respuit, ceteris (65) non poscit; uni versui duriori ἰφθίμῃ ἄλοχος E 415 (spur.?) nihil videtur esse tribuendum.

[2]) Vid. A. Dyroff Geschichte des pronomen reflexivum 1892 p. 17 sq., cuius libri exemplar a scriptore mihi dono missum affertur dum schedam hanc a prelo recentem corrigo.

Idem vir doctus p. 32 observat formas, in quibus utraque consona servata erat (σεϝί σϝοί etc.), primitus non nisi *reflexive* a poetis epicis esse adhibitas.

— *ἑϝός* (*σεϝός*) *A* 533 *I* 420, 687 *M* 280 *P* 193 *Σ* 451 *β* 247 (?) *η* 7, 196 (?) *Φ* 524. Cf. § 95. — Sed locis plus quinquaginta spirantem evanuisse claro ostendit metrum, reliquis (triginta fere) res ad liquidum perduci nequit.

Vestigia litterae sigma ostendunt etiam loci, ubi ante monosyllabam huius possessivi formam *ϝός* (olim *σϝός*) producitur vocalis brevis, e. g. *θυγατέρᾱ ϝήν E* 371 *Z* 192 *Λ* 226 *N* 376.

4. *ἕπω* (*σέπω*) et *ἀμφι(σ)έπω*, *ἕπομαι* (*sequor*). Cf. § 247.

5. *ἕρματα* (*σέρματα*) *Ξ* 182. Cf. § 277.

6. *ἔχω* (*σέχω*) *E* 752 *Θ* 396 (?) *K* 264 *Σ* 580 (?) *T* 49 *X* 412.

Etiam composita nonnulla et derivata satis integram servant litterae sigma memoriam: *ὑπείρεχον* (*ὑπέρσεχον*), *ὑπειροχος* (*ὑπέρσοχος*), *Ὑπειροχος*, *Ὑπειροχίδης* (§ 315), *παρέχῃ* (*παρσέχῃ*) *τ* 113, *συννεχές* (*συνσεχές*) *M* 26 *ι* 74, *βέλος ἐχεπευκές A* 51 *Δ* 129 (*Λ* 845?), *καταΐσχεται ι* 122 [1]). Fortasse etiam hiatus *ὅτι Ἕκτορα Ω* 593 hinc est excusandus, si quidem Hectoris nomen a radice *σεχ-* ductum est; aliis tamen locis permultis nullum litterae sigma vestigium servavit hoc nomen proprium.

7. Etiam *μεταϊξέμεν' π* 362 huc esset referendum, si sana esset lectio tradita; sed pronomen excidisse (*σφι μεθιξέμεν'*) aut *ἴξειν μετὰ* legendum esse veri videtur similius. Etiam hiatus *ἅλα ἅλτο A* 532 inserta littera *δ* (*ἅλαδ' ἅλτο*) explendus esse videtur potius quam ex littera initiali radicis *σαλ- salire* (§ 150) explicandus.

§ 45. Quod in praecedenti § statuimus, nonnullas radices sigma suum initiale ante tempus Homericum amisisse, hic illic tamen intermortuae spirantis apparere vestigia, ea opinio egregie confirmatur si conferimus voces sequentes, quae in textu tradito litteram *σ-* modo servant modo abiciunt:

1. *σκίδνημι* — *ἐκέδασσε*, *κίδνᾶται*, *ἐκίδνᾶτο*, *ἐκέδασθεν*, *κεδασθείσης*, *κεδασθέντες*, cf. § 301. Pleraeque formae, a quibus abest littera sigma, metro adaptari non poterant nisi spirans illa initialis negligeretur; in formis *ἐκίδνατο* et *κίδναται* tamen non valet haec explicandi ratio, unde apparet verbum (*σ*)*κίδνημι* non esse in unum coniciendum cum vocibus *Σκάμανδρος* etc., quas in § 28 attulimus,

[1]) Vogrinz Hom. Gramm. p. 89 proposuit *καταισχεται* coll. *καταιβατής* ν 110 (vid. § 315).

sed revera duplicem eius formam extitisse in lingua poetarum. Quamquam probabiliter statuerit quispiam, formas *ἐκέδασσε* etc. deberi tamen necessitati metricae, analogiam autem ex his procreasse novum praesens *κίδναμαι*.

2. *σμικρός P* 757 h. Ven. 115 — *μικρός E* 801 *γ* 296. Metrum non obstat quominus etiam *E* 801 *γ* 296 praefigatur sigma, sed rariores sunt hi loci quam ut certi quicquam ex iis possit effici; in lingua autem epica *parvus* dici solet *ὀλίγος* aut *τυτθός*, quorum igitur adiectivorum alterutrum in quatuor hisce versibus rescribendum esse quivis suspicetur. Cf. Valckenaer ad Ammon. p. 177 sqq.

3. *σῦς* — *ὗς*, cum compositis *σὔβώτης* et *σὔφορβός* — *ὑφορβός*. Firmum est sigma in vocabulo derivato *σίαλος* (*porcus saginatus*), quod a stirpe *συ-* eadem ratione ductum est qua *ὑπερφίαλος* a stirpe *φυ-* (cf. Aeschyleum adverbium *ὑπερφεῦ* Pers. 820 etc.); *σϝίαλος* igitur fuit olim. — Forma integra *σῦς* etiam postmodo perstitit, e. g. Pindar. fr. 60, Eur. fr. 855, Aelian. XIII 25.

4. Praeterea notatu dignum est gentile *Σελλοί Π* 234 cum l. a. *Ἕλλοι*. Cognata esse nomina *Ἑλλάς I* 395 etc. et *Ἕλληνες B* 684 satis certum videtur.

Extra Homerum haec praesertim notatu digna videntur:
Φῖκα (= *Σφίγγα*) Hes. Theog. 826, *Φίκιον* Scut. 33.
σμυρίζω apud Archilochum fr. 29 *ἐσμυρισμένας κόμας*.
(σ)κονύζα Pherecrat. fr. 167 Kock.

Fuit cum tertiae quoque spirantis *j* vestigia haud contemnenda in Homeri arte metrica deprehendere sibi viderentur viri docti; vid. inprimis G. Curtius Grundzüge[5] p. 602, Knös de digammo pag. 156 sqq., Monro[2] p. 376. Sed post omnia quae hac de re sunt disputata satis certum videtur in lingua epica iod initiale nullum extitisse; vid. L. Meyer Kuhns Zeitschr. XXI p. 351 sqq., G. Meyer[2] p. 216. Ipsae autem litterae luculenter docent ex ore Graecorum hanc spirantem citius evanuisse quam digamma; nam phoeniciam litteram *iod*, qua repraesentatur consona, Graeci ad vocalem iota indicandam adhibuerunt, non igitur requirebant eam ad significandam consonam; phoenicium vero *vau* suam apud Grae-

cos servavit potestatem, utque vocalis *u* posset oculis ostendi, novum signum *Υ* aut in ipsa Graecia inventum aut aliunde desumtum est; tam antiqua autem in Graecia est littera *Υ* quam ipsa ars scribendi.

Verba, quorum radix a consona *j-* incepisse aliquando credebatur, aliter nunc explicantur. E quibus quae ad Homericam linguam pertinent, haec sunt:

ἕεμαι (§ 201) non *jί-jεμαι* sed *Fίεμαι* scribendum neque cum verbo ἵημι (*σί-σημι*) confundendum est.

ὥς (§ 101) olim *Fώς* fuisse, id quod Bentley olim statuit metricis rationibus ductus, nunc propter Locricum *Fότι* Coll. 1479[6] veri simillimum est; conferuntur Got. *suê* et Latin. *suad* = *sic*. Collatis tamen verbis rustici Megarensis apud Aristoph. Acharn. 762 τὼς *ἀρωραῖοι μύες ceu mures agrestes* haud inepte coniecerit quispiam epicae linguae restituendum esse τώς; an apud Aristophanem librariorum culpa particulam *Fώς* corruptam esse in τώς statuimus?

ἕηκα (§ 131 et 196) augmentum suum syllabicum debet spiranti, unde olim haec radix ordiebatur; sed ipsam illam spirantem in lingua Homerica vixisse inde non magis potest demonstrari quam ex Atticorum praeteritis ἑάλων et ἐώθουν colligitur Periclis aequales dixisse *Fαλῶναι* et *Fωθεῖν*. Itaque *Δ* 75 hiatus lectionis traditae *ἀστέρα ἧκε* non ita excusandus est ut spirantem olim intercessisse statuamus, sed ea ratione quam dudum indicavit Barnes est explendus: scribatur *ἀστέρ' ἕηκε*. Non autem *je-* sed *se-* verbi ἵημι radicem esse satis iam constare videtur.

III.

DE FLEXIONE NOMINUM.

CAPUT I.

Observationes generales.

§ 46. Praeter casus, quibus etiam recentior aetas utebatur, lingua epica in nominum flexione adhibet suffixa *-φῐ(ν)* et *-θεν*.

Suffixo *-φῐ(ν)* proprie instrumentum indicatur; e. g. *Ϝῆφι βίηφι* vel *κρατερῇφι βίηφι* (*Ϝῆ* vel *κρατερῇ βίη*), *δακρυόφι* (*δάκρυον*), *ὄχεσφι* (*τὸ ὄχος*), *Ϝῖφι* (*Ϝίς*), *ναῦφι* (*ναῦς*). Insolite formatum est *ἐσχαρόφιν* ε 59 η 169 τ 389 (*ἡ ἐσχάρη*).

Stirpibus in mutam vel liquidam desinentibus suffixum *-φι(ν)* non additur, excepta una voce *κοτυληδονόφιν* ε 433; cf. etiam forma insolita et suspecta *κρᾰ́τεσφι* *K* 156 a stirpe *κρᾱτ* (*κᾰ́ρητ*) § 82. Notentur *δακρυόφι* *P* 696 ε 152 *Ψ* 397 δ 705 τ 472 υ 349 et *ὀστεόφιν* μ 45 [1]) pluralis loco adhibita, et vid. Apoll. lex. s. v. *θεόφιν*.

Haud raro formae in *-φι(ν)* desinentes eandem habent potestatem atque dativus aut genitivus, e. g. *ἅμ' ἠόι φαινομένηφι* *I* 682, *τιτυσκόμενος κεφαλῆφι* *Λ* 350, cf. *K* 30 *Π* 762. Sed talibus locis praemitti solet praepositio, e. g. *παρ' ὄχεσφι*, *ἐκ θεόφι*, *ἀπὸ νευρῆφι*. Apte comparavit Monro[2] p. 150 dialectos Arcadicam et Cypricam, quae *dativum* subiungunt praepositionibus *ἐξ* et *ἀπό*.

Vix tolerandum est *Ϝιλιόφιν* *Φ* 295 genitivi possessivi loco adhibitum; neque *B* 363 *ὡς φρήτρη φρήτρηφιν ἀρήγῃ*, *φῦλα δὲ φύλοις*

[1]) *πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν ϑὶς | ἀνδρῶν πυϑομένων*, in quibus verbis *ἀμφὶ adverbii* locum obtinet (*undique*), *ὀστεόφιν* autem genitivi pluralis vice fungitur. Sed cf. *π* 145 *φϑινύϑει δ' ἀμφ' ὀστεόφι χρώς*, ubi coniunctim proferendae sunt voces *ἀμφ' ὀστεόφι* = *circa ossa*.

cuiquam integer videbitur versus (cf. § 60); confusa autem sunt suffixa *-φι* et *-θι* *M* 302 *N* 42 *T* 255 *Υ* 140 *Ψ* 147, 640, ubi scribendum est *αὐτόθι* pro multorum codicum lectione *αὐτόφι* [1]). Praeterea cf. *κλισίηφι N* 168, *Φθίηφι T* 323, *θύρηφι ι* 238 *χ* 220 *ξ* 352, *ἀγέληφι B* 480 *Π* 487, *ὄρεσφι Λ* 474 *T* 376 *X* 139, 189, quae partim certe non librariorum erroribus deberi videntur sed ipsorum poetarum, formas obsoletas loco alieno adhibentium [2]).

Dativi pluralis suffixum *-σι* aliquot locis expulisse terminum *-φι* suo iure suspicati sunt viri docti; vid. ad *M* 401 *N* 168. Id quod satis certum videtur ubi substantivorum, quae animi corporisve condicionem aliquam indicant et pluralem igitur numerum vix admittunt, reperitur forma in *-ῃσι* (*-ησι*) excurrens: *ποδωκείῃσι πεποιθώς B* 792, *ἦσι προθυμίῃσι B* 588, *ἀγηνορίῃσιν ἐνῆκας I* 700, *ἀναλκίῃσι δαμέντες Z* 74, *νόου πολυϊδρίῃσι β* 346 (cf. *ψ* 77), *ἀεσιφροσύνῃσι ο* 470, *αὐτῶν γὰρ ἀπωλόμεθ' ἀφραδίῃσι κ* 27; talibus igitur locis *-ηφι* rescripsimus, auctoritatem Bekkeri Nauckii aliorum secuti.

§ 47. Roganti „unde?" respondetur ope suffixi *-θεν*, e. g. *Τροίηθεν*, *Ϝοίκοθεν*, *ἁλόθεν*, *λειμωνόθεν*, *ἠῶθεν*, *ἐμέθεν σέθεν Ϝέθεν* (cf. § 92).

Saepe, praesertim in pronominibus, hoc suffixum fungitur vice genitivi, cui postea in lingua Graeca suum locum cessit.

In quibusdam locutionibus praemittitur praepositio; nempe *ἀπὸ Τροίηθεν Ω* 492 etc., *ἀπ' οὐρανόθεν Θ* 365 etc., *ἐξ οὐρανόθεν Θ* 19 etc., *ἐξ ἁλόθεν Φ* 335 etc., *ἐξ Αἰσυήθεν Θ* 304, *κατ' ἄκρηθεν Π* 548 *λ* 588 h. Cer. 182 (cf. Hes. Theog. 574 Scut. 7 et vid. § 82).

Pronominum autem formae *ἐμέθεν σέθεν Ϝέθεν*, quae *genitivi* vicem obeunt, frequenter ita adhibitae reperiuntur.

Notatu dignae sunt formulae *οἰόθεν οἷος H* 39, 226 (Ap. Rhod. III 1169 IV 418, 1198) et *αἰνόθεν αἰνῶς H* 97, quo insolito reduplicationis genere poeta, cui debetur Aiacis et Hectoris pugna, usus est ad vim adiectivorum *οἷος* et *αἰνός* augendam.

---

[1]) Contrarium obtinere videtur Hes. Oper. 369, ubi *μεσσόθι* ex *μεσσόφι*, hoc ex *μέσσοο* natum esse credibile (cf. § 59).

[2]) Memoratu dignum est *ἐτέρῃφι* Hes. Op. 216, quam formam *nominativi* loco adhibitam esse olim putabat Herodianus (vid. schol. *B* 233 *N* 588), nostro saeculo Thiersch. *Accusativum* valet (vel potius *nihil* valet) *-φιν* Hes. Op. 410 *ἴς τ' αὔριον ἴς τ' ἔννηφι* (Att. *εἰς ἔνην*). Idem de Homericis vocibus *ἐπὶ δεξιόφιν* et *ἐπ' ἀριστερόφιν N* 308 sq. (= *-ου*) perperam contenditur in schol. *N* 588. Pro *vocativo* formam *ὠφανίαφι* (*οὐρανία*) usurpasse dicitur Alcman apud Apollon. de adverb. p. 579 (fr. 59 Bergk), sed credere durum.

In adverbiis suffixum *-θεν* etiam postmodo permansit: *πόθεν*, *ὅθεν*, *ἐντεῦθεν*, *ἐνθένδε*, *ἐκεῖθεν* etc. [1]).

Adverbia, quae in syllabam *-θεν* exeunt, litteram finalem abicere et deinde elisione decurtari possunt; e. g. *ὕπερθεν Λ* 421, *ὕπερθε E* 503, *καθύπερθ' κ* 353. Vid. § 29 et 30. Uno loco *Ω* 492 *ἀπὸ Τροίηθε μολόντα* (vid. supra) etiam substantivi forma in *-θεν* caret littera paragogica, ubi praeferenda tamen videtur l. a. *Τροίηθεν ἰόντα*; quam nisi recipimus, in ipso Homero hic agnoscendum erit vestigium sequioris usus, qui apud Pindarum certe et Alexandrinos [2]) passim apparet.

§ 48. Roganti „ubi?" responderi potest solo *dativo*, praesertim numeri pluralis. E. g.:

Ἀργεϊ μέσσῳ Z 224.
μίμνει ἀγρῷ λ 187.
τόξ' ὤμοισιν ἔχων *Λ* 45.
κατεγήρα Κυκλώπεσσι ι 510.

Cf. etiam *Π* 719 *Ψ* 631 *Ω* 67 *ζ* 162 etc.

In nonnullis formulis, quae hexametrum claudunt, ad locum designandum inservit suffixum *-θι*. Nempe in:

κηρόθι μᾶλλον (*τὸ κῆρ*) *I* 300 *Φ* 136 *ε* 284 *ι* 480 *λ* 208 *ο* 370 *ρ* 458 *σ* 387 *χ* 224 h. Apoll. 138.
Ἀβυδόθι Ϝοικία ναίων P 584.
Κορινθόθι Ϝοικία ναίων N 664.
Ἰλιόθι πρό Θ 561 *K* 12 *N* 849 *Φ* 581.
οὐρανόθι πρό Γ 3.
ἠῶθι πρό Λ 50 *ε* 469 *ζ* 36.

Praeterea suffixum *-θι* usurpatur in adverbiis, de quibus cf. § 322. Adverbii loco usurpatur etiam *Ϝοίκοθι domi Θ* 518 *γ* 303 *τ* 237 *φ* 398.

Locativi vestigia servant nomina *Πυλαι-μένης B* 851 etc., *Πυλοι-*

---

[1]) Suffixum *-θεν* primitus pronominum ablativo formando inserviisse (*ἄλλοθεν αὐτόθεν ἰμίθεν κεῖθεν* etc.), hinc in nominum flexionem irrepsisse (*ἀγρόθεν δεόθεν* etc.), deinde a secunda declinatione profectum primam tertiamque invasisse (*ἀγορῆθεν πατρόθεν* etc.), cum Delbrueckio suspicatur G. Meyer[2] p. 385.

[2]) Pind. *Σικυωνόθε, πάτραθε, μάτροθε, πρῴραθε, ἔντροθε* (Nem. IX 1, X 80, VII 103, Isthm. III 26, Pyth. X 52, IV 102), Callim. h. Del. 197 *Εὐβοίηθε*, 284 *Δωδώνηθε* (*-θι*?), fr. 20 *Νεμέηθε* (*-θι*?), fr. 217 *Κυπρόθε*, Theocrit. I 24 *Διβύαθε*, IV 10 *τουτόθε* (ibid. 48 *τουτῶθεν*), VII 15 *αὐτόθε*, VII 80 *λειμωνόθε*.

γενής *B* 54 *Ψ* 303, μυχοί-τατος φ 146 et παροί-τερος *Ψ* 459, 480 (cf. § 88), χοροι-τυπίῃσι *Ω* 261 Panyas. fr. 17, μεσαι-πόλιος *N* 361 [1]), ἰθαι-γενής ξ 203, Ἰθαι-μένης *Π* 586, et quae postea quoque in usu fuerunt, Ϝοίκοι, χᾶμαί (χαμαιεῦναι, χαμαιευνάδες), ὁδοι-πόρος *Ω* 375 (ὁδοι-πόριον ο 506), nec non adverbium ἐνταυθοῖ. — Cf. adverbium πέδοι apud Aesch. Prom. 272, 749, Choeph. 48, et vid. praeterea § 315.

§ 49. Roganti „quorsum?" saepe responsum datur mero accusativo, e. g.

ἔρχεσθον κλισίην *A* 322.
κνίσῃ δ' οὐρανὸν ἷκε *A* 317.

Saepe autem accusativo subiungitur vocula -δε, e. g. Ἰθάκηνδε, φόβονδε, Ϝοϊκόνδε, Ϝόνδε δόμονδε, φάοσδε, οὖδάσδε, ἄλαδε, πόλινδε.

Idem suffixum reperitur in adverbiis Ϝοίκαδε, φύγαδε, ἐνθάδε *huc* (Att. δεῦρο), e. g. *B* 287 *Z* 256 α 173, quorum primum etiam postea in usu permansit [2]); ultimum non est confundendum cum homonymo ἐνθάδε *hic* (Att. ἐνθάδε), e. g. *A* 171.

Notatu dignum est ἌϜιδόσδε (Att. εἰς Ἅιδου) *H* 330 etc., in qua voce suffixum -δε genitivo est subiunctum.

Eadem est potestas suffixorum -δῐς, -ξε, -σε:

-δῐς: ἄλλῠδις = ἄλλοσε in locutione ἄλλυδις ἄλλος (-λη -λα -λον; etiam -λη? vid. ad ε 369 λ 385) *Λ* 486 etc.

ἀμοιβηδίς *Σ* 506 (?) σ 310 h. Cer. 326, ἐπαμοιβᾰδίς ε 481.

ἄμῠδις = ἅμα *I* 6 *K* 300 etc.

χαμᾰδις = χαμᾶζε *Γ* 300 etc.

-ζε: ἔραζε (in fine versuum, *M* 156 etc.), χαμᾶζε, Θύραζε. Ex Hesiodo addendum est μέταζε Oper. 394.

-σε: vid. § 322.

---

[1]) Sed alienum hinc est κραται-γύαλος *T* 361, quae adiectivi κραταιογύαλος est forma metri causa concisa; cf. § 12.

[2]) Idem suffixum agnoscitur in tragicae dictionis adverbio ὠδε *huc*. Sed ab Homeri lingua id alienum esse vere observavit Aristarchus; de locis dubiis *Σ* 392 α 182 ϱ 544, ubi ὦδε idem quod δεῦρο valere putabant Buttmann et Bekker, vid. Lehrs Aristarch.[2] p. 379 sqq., qui Buttmanni opinionem coll. ϱ 447 ζ 218 optime refutavit. Vid. etiam lectio Zenodoti *M* 348.

Eadem ratione praeterea formatum est adverbium τεῖδε vel τνῖδε (= δεῦρο) Hes. Oper. 635 Aristoph. Acharn. 884; utrobique in codicibus est τῇδε; illic emendavit Bergk, hic Blaydes et Cobet.

§ 50. Casuum termini in lingua epica hi sunt:

	In declinatione 1ª.		In declinatione 2ª.		In declinatione 3ª.	
	Fem.	Masc.	Masc. et Fem.	Neutr.	Masc. et Fem.	Neutr.
Sing. N.	-η et -ᾰ	-ης	-ος	-ον	—	—
V.	„ „	-ᾰ et -η	-ε	„	—	—
A.	-ην -ᾰν	-ην	-ον	„	-ᾰ et -ν	—
G.	-ης	-ᾱο	-οιο(-ου) et -ου		-ος	
D.	-ῃ	-ῃ	-ῳ		-ι	
Dual. N. V. A.	-ᾱ [1])		-ω		-ε [4])	
G. D.	absunt [2])		-οιῖν [3])		-οιῖν [5])	
Plur. N. V.	-αι		-οι	-ᾰ	-ες	-ᾰ
A.	-ᾱς		-ους	„	-ᾰς	„
G.	-ᾱων		-ων		-ων	
D.	-ῃσῐ(ν)		-οισῐ(ν)		-εσσῐ(ν) et -σῐ(ν)	

§ 51. Nominativus numeri singularis haud raro partes agit vocativi, perinde atque in Attica dialecto, aut eum comitatur. E. g.:

αἲ γὰρ δὴ οὕτως εἴη, φίλος ὦ Μενέλαε. Δ 189.

Ζεῦ πάτερ, Ἰδηθεν μεδέων, κύδιστε μέγιστε, | *Ἠέλιός θ'.* Γ 276 [6]).

Vid. etiam Κ 169 Φ 106 ϱ 415.

---

[1]) Nonnisi masculinorum reperitur dualis: *Ἀτρεΐδᾱ* Α 16 etc., *αἰχμητᾱ́* Η 281, *κορυστᾱ́* Ν 201 Σ 163, *ὀκυπετᾱ́* Θ 42 (= Ν 24). Adiectivorum feminina in duali numero a masculinis non discrepant: *προφανίντε* Θ 378, *πληγίντε* Θ 455, *προλιπόντε* Hes. Op. 199.

[2]) Vid. tamen l. a. *Ἱππασίδηιν* Α 431.

[3]) Collatis pronominibus personalibus *τῶιν σφῶιν σφωΐν* verisimile fit male traditum esse *-οιιν* pro *-ωιν*, ortum autem esse hoc vitium eadem ratione atque verborum formas quae *διαπεραμόωσι* dicuntur (cf. § 191).

[4]) Quod nominativi in *-ε* exeuntes multo sunt rariores quam accusativi, nec nisi a participiis ducuntur (e. g. *P* 457), id nemo non casui tribuet. Cf. quae de pronominum duali *ἦμε* et *ὔμε* in § 92 observavimus.

[5]) Nonnisi *ποδοῖιν* Ξ 228 etc. et *Σειρήνοιιν* μ 52, 167 reperiuntur; videntur autem ad analogiam declinationis secundae haec *δυϊκὰ* esse conficta.

[6]) Dictioni epicae cum lingua Sanscritica commune esse, ut si quis duos coelites hominesve coniunctim alloquatur, prioris nominis vocativo utatur posterioris vero nominativo, ostendit Delbrück Synt. Forschung. IV p. 28, cf. Monro[2] p. 155.

Compluribus locis, ubi traditus extat vocativus, metrum docet praeferendum esse nominativum. Aptissimum exemplum est Σ 385 (= 424), ubi Zenodotus scribebat

τίπτε Θέτις τανύπεπλος ἱκάνεις ἡμέτερον δῶ,

codices vero cum Aristarcho praebent Θέτι τανύπεπλε. Certior etiam est res Ψ 493 Αἶαν Ἰδομενεῦ τε, ubi vitiose syllaba -αν producitur in thesi, nam nomini Ἰδομενεύς praefixum fuisse digamma aliunde non apparet; lege igitur Αἴας Ἰδομενεύς τε (cf. τ 357). Idem valet de versibus Θ 471 Ο 49 Σ 357, ubi βοῶπι πότνια Ἥρη praebent codices multi, sed Aristophanes recte βοῶπις scribebat. Nec non vitium metricum Α 39 Σμινθεῦ, εἴ ποτέ τοι etc. (cf. § 14) potest corrigi nominativum Σμινθεύς substituendo [1]). Alios locos huc pertinentes collegerunt Naber Quaest. Hom. p. 135 sq., Cobet Miscell. Crit. p. 333, Hartel Hom. Stud. I. p. 424, illi ut corrigerent, hic ut defenderet; cf. § 74. Vid. Β 8 Δ 155, 338 Ε 359 Ξ 357 Π 693, 859 Τ 400 Φ 474 Ψ 602 Ω 88 γ 230 θ 408 (= σ 122 υ 199) ω 192. Dubia est res Γ 172 Θ 420 Υ 20 Ω 569 ε 87 [2]).

Notatu digna est constructio ad sensum quae dicitur, φίλε τέκνον Χ 84 β 363 γ 184 ο 125, 509 [3]).

§ 52. Subiectum plurale neutrius generis multis locis verbi pluralem, frequentius tamen (1:3) singularem adsciscit, ut assolet apud Atticos. Luculenter apparet res Β 135 et 396 sq.:

καὶ δὴ δοῦρα σέσηπε νεῶν καὶ σπάρτα λέλυνται.
τὸν δ' οὔ ποτε κύματα λείπει
παντοίων ἀνέμων, ὅτε κ' ἔνθ' ἠ' ἔνθα γένωνται.

Quibus locis coniunctim eunt singularis et pluralis.

Facile autem intellegitur periculum fuisse ne pluralis evanesceret e locis ubi non defenderetur metro; vid. Β 87, 397 Θ 137 Λ 128 Μ 159, 286 Ν 617 Π 507 Σ 552 Τ 17 Ψ 504 η 114 π 13. Quapropter recte fecit Aristarchus pluralem praeferendo sicubi res dubia videretur; locos qui huc faciunt collegit Friedlaender Aristo-

---

[1]) Ibi tamen aliud fortasse vitium latet; lectionem Σμίνθιε proposuit Nauck.

[2]) Vitiosos vocativos Κάλχᾱ (Zenod.) Α 86, Λαοδάμᾱ θ 141, 153, Πο(υ)λυδάμᾱ (Aristarch.) Μ 231 Ν 751 Ξ 470 Σ 285 fortasse peperit lectionis varietas, inter nominativum Κάλχας Λαοδάμας Πο(υ)λυδάμας et vocativum Κάλχαν Λαοδάμαν Πο(υ)λυδάμαν ambigens.

[3]) Comparari possunt Α 690 ἐλθὼν γάρ ϝ' ἐκάκωσε βίη Ἡρακλεείη, λ 90 ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο | χρύσεον σκῆπτρον ἔχων, Χ 87 φίλον θάλος, ὃν 'τέκον αὐτή, Π 280 ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες | ϝελπόμενοι.

nic. p. 15. Fuse de hoc numeri singularis usu disputarunt Delbrueck Grundl. p. 21-26, Vogrinz Hom. Gramm. p. 288 sqq.

Cognata constructio reperitur κ 212 et ρ 266-269, quibus locis pronomine numeri singularis μιν vel αὐτό substantivum δώματα respicitur; hunc quoque pluralem collective de una domo dictum (= *aedes*) singularis loco adhiberi videmus. Sed singularis verbi quin vitiose subiecto generis masculini et pluralis numeri iungatur P 386 sq., γούνατά τε etc.... χεῖρές τ' ὀφθαλμοί τε 'παλάσσετο, vix dubium videtur.

Non minus suspecti sunt loci, quibus adiectivum plurale comitatur substantivi neutri dualem: Λ 212 ὀξέα δοῦρε (leg. ὀξέε), Λ 43 χ 125 (cf. Γ 18) ἄλκιμα δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ | ὀξέα (leg. δοῦρα), Π 139 ἄλκιμα δοῦρε (leg. δοῦρα), λ 211 φίλας περὶ χεῖρε βαλόντε (leg. φίλω), Φ 115 χεῖρε πετάσσας | ἀμφοτέρας (leg. ἀμφοτέρω), N 435 ὅσσε φαεινά (ubi vid.), N 616 ὅσσε αἱματόεντα (leg. -εντε cum schol.); vid. etiam l. a. ν 401 (= 433). Dubia res est Γ 18 μ 228 π 15 (= ρ 39 τ 417), cf. Θ 135.

Sed non videntur esse sollicitandi loci aliquot, quibus nomen ὄσσε singularem verbi adsciscit: M 466 ὅσσ' ἐδεδήει, Ψ 477 δέρκεται ὄσσε, ζ 131 ὄσσε δαίεται; addendus est fortasse versus P 681, de locis vero N 617 T 17 Ψ 464 aliter est statuendum.

Frequentissimus in dictione epica est usus numeri dualis, quem etiam in Attica dialecto olim passim esse adhibitum nota res est, ab aliarum autem regionum lingua antiquitus non fuisse alienum inscriptiones docent; vid. Boeot. (circa a. 400) Coll. 1130 ἐποεισάταν Θειβαίω, El. (circa a. 600) Coll. 1151 λεοίταν, κατισταιάταν, δαμιωργεοίταν, Arcad. (Olympiae roport.) Coll. 1257 [ελλανο]δικόντοιν, Lacon. saec. V[1] (cf. Kirchhoff Alphab.[3] p. 145) apud Cauer Del.[2] n° 19, 22, 23 (et 21?) ἐπακόω.

Sensim autem dualis ex Graecorum ore evanuit; in Attica aliquanto diutius vixit quam alibi; sed in inscriptionibus, quae post annum 320 exaratae sunt, non invenitur et a κοινῇ lingua exinde alienus erat. Hinc dualem numerum in Homeri carminibus ornamenti causa vel libertate quadam poetica adhibitum esse credebant posteri, et cum talibus locis collocatum eum viderent quibus ipsi plurali numero uti solerent, proni erant in opinionem ut poetarum epicorum esse putarent dualem pro plurali ponere; Crates et Eratosthenes τὰ δυϊκὰ συγχεῖσθαι παρ' Ὁμήρῳ putabant, ut loquitur Didymus ad Ω 282, eademque erat mens Zenodoti, qui ne suspicabatur

quidem quantos soloecismos veteribus cantoribus obtruderet scribendo *A* 567 (*θεοί*)... *ἰόντε*, *Γ* 459 (*ὔμες*)... *ἀποτίνετον*, *N* 627 *μὰψ οἴχεσθον ἄγοντες* [1]), quales errores summa cura notabat Aristarchus (*cf.* Friedlaender Ariston. p. 15), qui melius perspectum habebat usum poetarum epicorum et dualem ab iis nisi de duobus unquam adhibitum esse optimo iure negavit. Loci, unde contrarium videbatur posse effici, partim corrigendi sunt (*E* 487 *Θ* 74, 185—191, 405 *Π* 370 *T* 205 h. Apoll. 456, 487, 501 Hes. Op. 186), partim aliter interpretandi (*Δ* 407 *I* 182—198 *Φ* 35, 48 *μ* 52 sqq.), delendos autem esse versus *Θ* 73 sq. *αἱ μὲν Ἀχαιῶν κῆρες*... | *ἐξέσθην* hinc apparet. Errores huc pertinentes alios habes *A* 446 (?) *Γ* 279 (?) *Z* 112 *Θ* 503 *M* 412 *Σ* 287 *Ψ* 753 *α* 38 *Φ* 251.

Posteriorum culpa dualis evanuit *Θ* 378 *σ* 373 teste metro, item (si nos verum vidimus) *Λ* 598 *Φ* 433; vid. praeterea *E* 659 (et *Φ* 64) *Λ* 108 *Ξ* 340 *Ω* 636 *δ* 33, 115, 178, 282, 284, 295 *ε* 227 *Φ* 292, 314 *κ* 335 *ξ* 142 *σ* 31, 64 *υ* 327 *φ* 36; aliis locis multis, ubi nunc pluralis legitur, olim fuisse dualem, veri est simile nec tamen certum, e. g. *Σ* 606 (= *δ* 19) *ι* 430 *π* 295 *τ* 230 *φ* 89.

Non peccatur contra linguae indolem cum dualis de duobus agminibus usurpatur; hinc *ἦμε* et *ὔμε* plus uno loco dicuntur de Achivis atque Troianis, item *μαρναμένοιιν P* 387. Similis est ratio versuum Hesiodeorum Scut. 171, 176, 238. Adde *ποδοῖιν τ* 444 (?), *χεῖρε λ* 211 *φ* 228, *ὄσσε N* 340 *υ* 348, *βλεφάροιιν K* 187, *ὀφθαλμώ I* 508, *Ϝάξαντε Π* 371 et *ἵπποιιν Ψ* 362, de plurium pedibus manibus oculis bigis dicta. Digna denique quae notetur est locutio *κούρῳ δὲ δύω καὶ πεντήκοντα Φ* 35, 48.

§ 53. Complurium adiectivorum compositorum, quorum masculinum in *-ος* desinit, femininum propriam habet formam, e. g. *ἀδμήτη*, *ἀθανάτη*.

In quibusdam locutionibus substantivo feminini generis adiuncta reperitur adiectivi forma masculina; videantur:

ὑλήεντῐ Ζᾰκύνθῳ α 246 *π* 123 *τ* 131. At *ὑλήεσσᾰ Ζᾰκυνθος ι* 24. — Collatis iis quae in § 28 sunt observata, priores locos metro urgente ita constitutos esse intellegimus.

Θῆλυς ἀυτή ζ 122, *Θῆλυς ἐϜέρση ε* 467.

[1]) In Alexandrinorum poetarum carminibus multa huiusmodi reperiuntur vitia, neque desunt in Homericis quae dicuntur fragmentis. In oraculo apud Herod. VII 140 *ἴτον* non soloecum sed de duobus dictum esse iure statuit Stein.

Praeterea cf. *K* 27 *O* 71 *Σ* 222 *T* 88 *γ* 82 *δ* 442 *μ* 369 *ψ* 233 Hes. Theog. 408, 696.

Minus huc pertinent loci, ubi urbis nomen *Πύλος* modo masculini generis adiectivum (*ἠμαθόεντος, -εντι*) modo feminini (*ἱερῆς, ἠγαθέῃ*) adsciscit; nam hinc apparet dubitasse veteres cantores utrius generis esset illud nomen. Idem valet de substantivis *ἀήρ* (masc. *E* 776 *Θ* 50 *η* 143, alibi fem.), *ἁλός* (*πολιοῖο Υ* 229 *ε* 410 *ι* 132, sed *πολιῆς A* 350 etc.), *κίων* (masc. *Φ* 66 etc., fem. *α* 53 etc.).

Locos, ubi Aristarchus poeticam hanc libertatem tetigit, affert Friedlaender Ariston. p. 31.

Vitio debetur *πουλὺν ἐφ' ὑγρήν K* 27, leg. *πολλὸν* (adverb.), vid. § 83.

CAPUT II.

Declinatio prima.

§ 54. Nominativus singularis nominum femininorum in *-η* aut *-ᾰ* exit, masculinorum in *-ης*. Vid. § 5.

Discrepant *θεᾰ́* gen. *θεᾶς* (Att. *ἡ θεός*), *Ναυσικάᾱ, Φειᾰ́, Λἰνείᾱς, Λὐγείᾱς, Ἑρμείᾱς*, de qua scribendi inconstantia conferantur quae in § 5 observavimus.

Substantiva ab adiectivis in *-ης* aut *-ους* derivata, quae in dialecto Attica desinunt in *-ειᾰ́* et *-οιᾰ́*, in lingua epica terminantur syllabis *-εῖη* et *-οῖη*, e. g. *ἀληθείην Ψ* 361 *Ω* 407 *η* 297 *λ* 507 *π* 226 *ρ* 108, 122 *φ* 212 *χ* 420, *ἀναιδείην A* 149 *I* 372 h. Merc. 156, *ἐυπλοίην I* 362. Quales tamen loci omnes ita comparati sunt ut aut positione aut ictu producatur syllaba finalis, ita ut incertum maneat an vetusti hi sint errores pro *ἀληθέῐᾰν, ἀναιδέῐᾰν, ἐυπλόῐᾰν*.

Adiectivi *δῖος* femininum non *δίη* est sed *δῖα*, e. g. *B* 615 *Ἥλιδα δῖαν ἔναιον, I* 662 *καὶ ἠόα δῖαν ἔμιμνε*.

Substantivorum in *-ίη* excurrentium syllaba penultima multis locis pro longa usurpata est in thesi: *ἀϝεργίη* Hes. Op. 311, *ἀϝεργίης ω* 251, *ἀναλκίῃσι* (*-ηφι*) *Z* 74 *P* 320, 337, *ἀνολβίῃ* Hes. Op. 319, *ἀκομιστίῃ φ* 284, *ἀτιμίῃσιν ν* 142, *ἰστίη ξ* 159 *τ* 304 *υ* 231, *Ἰστίην* Hes. Theog. 454, *κακοϝεργίης χ* 374, *προθῡμίῃσι* (*-ηφι*) *B* 588, *Τπερησίην B* 573 (*Τπερησείην* pap. Petrie) *ο* 254, *ὑπεροπλίῃσι* (*-πλίῃ*)

Λ 205, *ὑποδεξίη* *I* 73 [1]). Cf. Spitzner de versu heroico p. 85, Schulze Quaest. Epic. 291.

Quibus locis quamquam id proprium est omnibus, quod inter duas syllabas longas collocata est syllaba *-ι-*, vix tamen est credibile metri tantum causa pro longa eam usurpari a poetis, nam in thesi inaudita alias est eiusmodi productio [2]); rectius statueris revera longam aliquando fuisse hanc syllabam, et iure igitur suo in carminibus Homericis thesin explere, sed iis locis, ubi pro brevi syllaba numeratur, correptam esse propter vocalem insequentem (cf. § 17); sic vox *ἱστίη* in lingua epica habet adiectivum *ἐφέστῐος*.

Mascula nonnulla, quae in certis tantum formulis certisque hexametri sedibus reperiuntur, nominativum singularem habent in *-ᾰ* exeuntem. Nempe:

εὐρύϝοπα Ζεύς *E* 265 etc.; vocativus *εὐρύϝοπα Ζεῦ* *Π* 241, *εὐρύϝοπα Κρονίδη* hymn. 22, 4. — De accusativo *εὐρύϝοπα* (a nominativo *εὐρύϝοψ*) cf. § 88.

μητιόεντα Ζεύς *Α* 175 etc.

νεφεληγερέτα Ζεύς *Α* 511 etc. — Suspectum est *στεροπηγερέτα Ζεύς* *Π* 298.

γερήνιος ἱππότα Νέστωρ *B* 336 etc., *μετεφώνεεν ἱππότα Νέστωρ* *I* 52, *ἱππότα Φυλεύς* *B* 628, *Τυδεύς* *E* 126, *Φοινεύς* *Ξ* 117, *Πηλεύς* *Π* 33 *Ψ* 89, *Περσεύς* Hes. Scut. 216.

γέρων ἱππηλᾰ́τα Νέστωρ *γ* 436, 444, *Πηλεύς* *H* 125 etc., *Φοίνιξ* *I* 432 etc., *Φοινεύς* *I* 581, *ἱππηλᾰ́τα Τυδεύς* *Δ* 387. Cf. § 287.

ἠπύτα κήρυξ *H* 384.

αἰχμητὰ Λυκάων *E* 197.

κυανοχαῖτα Ποσειδάων *N* 563 *Ξ* 390; vocativus *κυανοχαῖτα* legitur

[1]) Non huc pertinent *ἰδρίῃ* *Π* 198 *μ* 41, *διϊδρίῃσι* *κ* 231, 257 *λ* 272, *πωλυιδρίῃσι* *β* 346 *ψ* 77, quae *ϝιδρίῃ*, *ἀϝιδριάῃσι(-ηφι)*, *πολυϝιδριάῃσι(-ηφι)* scribenda sunt. Etiam vocem *ἀναλκίῃσι* ita esse expediendam, nempe *ἀναλκι-ῑ̆ῃσι(-ηφι)* dixisse poetam, propter genitivum *ἀνάλκιδος* non credimus, *ἀναλκ-ίη* potius a stirpe *ἀλκ* (§ 83[2]) derivantes. Neque *ἀϝεργείη(ς)* et *κακοϝεργείης* scribere ausi sumus, licet vox *δυϝεργασίη* *χ* 235, 374 eo quam maxime nos impellere videatur, quoniam adiectiva *ἀϝεργής* et *κακοϝεργής* in dictione epica non reperiuntur, sed *ἀϝεργός*; *κακοϝεργός* dicitur.

[2]) Quae praeterea huiusmodi licentiae exempla olim afferebantur, ea omnia foro aut corrupta sunt aut aliter explicanda, vid. *ἀδελφειοῦ* etc. § 59, *ὠτώει*; etc. § 69, *τετρήνυκλοι* *ι* 242, *δυσαήων* *ν* 99, *Οἰκλῆς*; *υ* 244 (§ 73). Pro *ὀπωρινῷ* *K* 5 *Π* 385 Hes. Oper. 677 *ὀπωρινός* *Φ* 346 *ε* 328 scribendum esse *ὀπωρῑνέῳ* *-νεο*; putat Fick, cui assensus est Vogrinz p. 185 coll. adiectivo biformi *λάϊνος* — *λαΐνεος*. Non assentior autem viro d. Schulze, qui Quaest. Epic. 288 alibi demonstratum ivit in compluribus vocabulis epicis huiusmodi productionem obtinere.

O 174, 201 ι 528 h. Cer. 347 h. 21,6. Nominativus *κυανοχαίτης* extat *Υ* 144 ι 536.

Ἑρμείας ἀκακῆτα Π 185 ω 10.

Ex Hesiodo addi possunt *ἀκακῆτα Προμηθεύς* Theog. 614, *(Ϝ)ηχέτα τέττιξ* Oper. 582 Scut. 393. Apud Pindarum Nem. III 92 legitur *βαθυμῆτα Χείρων* (cf. § 83[10]), apud Theocritum VIII 30 *ἰνκτὰ Μενάλκας*, in titulis autem Aeolicis atque Boeoticis multa virorum nomina littera sigma carent, vid. Meister Dialekte I p. 160 sq.

Hexametrum aperiunt formulae *κυανοχαῖτα Ποσειδάων* et *Ἑρμείας ἀκακῆτα*, reliquae eum claudunt. Liberius adhibitum est *Θυέστᾰ B* 107, qui locus etiam propter elisionem vocalis *-α* notatu dignus est: *αὐτὰρ ὃ αὖτε Θυέστ' Ἀγαμέμνονι δῶκε φορῆναι* [1]).

Absurde his formis abusi sunt Antimachus fr. 73 (Anecd. Bekk. 1187) *πατρί τε κυανοχαῖτα Ποσειδάωνι* (sed verum ibi tetigisse videtur Lobeck *-χαΐτι* rescribendo, cf. § 83[3]) et Arat. Phaen. 664 *ἱππότα φηρός*.

Memorabiles sunt vocativi *νύμφᾰ φίλη Γ* 130 *δ* 743 (a nom. *νύμφη*), *ἄττᾰ I* 607 *P* 561 *π* 31, 57, 180 *ϱ* 6, 599 *φ* 369, *πάππᾰ φίλε ξ* 57 (cf. *παππάζειν Ε* 408), *τέττᾰ Δ* 412.

§ 55. Substantivorum masculini generis genitivus singularis desinit in syllabas *-ᾱο* (ex *-ᾱσϳο*), e. g. *ἈϜίδαο πυλάρταο λ* 277, *Ὠκεάνοιο βαθυῤῥεί̈ταο* Hes. Theog. 265. Ultima syllaba ante vocalem elidi potest (*-ᾱ'*).

In textu tradito terminus *-αο* elisus non reperitur, sed talibus locis leguntur genitivi Ionici in *-ε͡ω* vel *-ω* exeuntes, quos suspectos statim reddit synizesis vel contractio (cf. § 8); exemplo sit primus Iliadis versus *μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδε͡ω Ἀχιλῆος*. Non tamen ipsis poetis deberi hanc inaequalitatem, sed irrepsisse formas recentiores [2]) quo irrepere poterant, intellexerunt P. Knight Christ Fick alii. Pleniores autem formae, quibus poetae constanter usi sunt, ipsis mscriptis hic illic adiuvantibus possunt restitui; e. g. *Σ* 93, ubi plerique codices habent *Μενοιτιάδεω ἀποτίσῃ*, in A aliisque est *Με-*

[1]) Si sequimur Usenerum (vid. supra pag. 11), hunc versum olim fuisse *αὐτὰρ ὅ(ς) αὖτε Θυέστα ‖ Ἀγαμέμνονι δῶκε φορῆναι* suspicari licet.

[2]) Perantiquos tamen inter Ionicos homines; ante annum 600 invaluisse genitivos in *-ε͡ω -ί̈ων -ε͡ος* desinentes ad oculos demonstrat inscriptio bustrophedon exarata, quae Naxi est reperta, de qua vid. supra § 6 p. 34 sq.

νοσφιζάω ἀποτίσῃ; item Φ 86 in cod. C legitur Ἄλτεο ὅς *Λελέγεσσι*, in plerisque vero Ἄλτεω (cum vitio metrico, vid. § 14); in π 104 ἀφριζάω Ὀδυσῆος habet P, -δεω ceteri; conferantur quae de more antiquo syllabas elisas ἐκ πλήρους perscribendi in § 13 disputavimus.

In inscriptionibus Boeoticis genitivi in -αο frequentes sunt (e. g. Ἀγαθαρχίδαο Coll. 528[1], *Μθανίαο* 398[1] etc.), nec non reperitur hic terminus in Cyprica dialecto Coll. 58 et 79, ubi postea in -αν aut -ω abiit, vid. Ἱρισταγόραν Coll. 28, Ὀνασαγόραν 60[1, 2, 22], *Εὐϝαγόρω* Σαλαμίνος 158 sq., etc. — In Arcadia dicitur -αν Coll. 1231, 1246 etc.; notabilis autem est error, quo Arcades hunc masculini generis terminum etiam femininis vocabulis adaptarunt, vid. ζαμίαν, ἐνδεκάτᾱν, *ἰργωνίαν* in titulo Tegeatico Coll. 1222[21, 25, 40, 42]. — Memoratu vero dignissima est inscriptio metrica saeculi VI[i], quae Corcyrae reperta est (IGA. 342, Coll. 3188), cuius primus versus hic est: ⊡ *ΓΙΟΥΓΛΑΣΙΑΓΟΜΒΝΒΚΡΑΤΕΟΣΤΟΔΒΣΑΜΑ* [1]), id est

υἱοῦ Γλασίαϝο Μενεκράτεος τόδε σᾶμα.

Altno autem lapidarii errori tribuendum digamma in genitivi huius exitu, quod etymologiae ope explicari nequit [2]), an aliquando homines ita locuti fuerint et scripserint, dubitatur. Hanc opinionem commendat terminus Cypricus et Arcadicus -αν, quem modo commemoravimus; nam nisi ex -αϝ(ο) nasci hic vix potuit, cf. supra pag. 40,3; neque mero errori littera ϝ videtur tribui posse, quoniam etiam in inscriptione Thessalica saeculi VI[i] exeuntis, de qua cf. Ebener altgr. Versbau p. 32 et v. Herwerden Studia critica in epigrammata Graeca p. 100, genitivus in -αϝο exaratus extat, nisi fallimur: *μνᾶμ' ἐμὶ Πυρριαδα[ϝο]*, ὅς οὐκ ἠπίστατο φεύγειν; ita nisi legimus, litterarum anfractarum vestigia secuti, ruit metrum. Apte comparaveris genitivum femininum *Κυπροκράτιϝος* in inscriptione Cyprica Coll. 26, nec non genitivos in -ευς = εος desinentes (G. Meyer[2] p. 185 et 329).

Epicorum autem poetarum linguae proprios esse genitivos in -āo exeuntes, neque alia genitivi masculini terminatione eos in declinatione prima usos esse, luculenter demonstrant ipsa carmina epica. Neque verum est quod contendit Menrad de contract. p. 31, terminum -ao certis tantum hexametri sedibus reperiri; quod si recte observatum esset, inde concludi posset obsoleti aliquid habuisse

---

[1]) In lapide sinistrorsum exaratae sunt litterae.

[2]) Cf. G. Meyer[2] p. 335.

hos genitivos in lingua Homerica, neque igitur temere rescribendum esse -ᾱ'(ο) ubi traditum sit -εω; at rem accurate perpendentibus apparet inveniri omnibus versuum locis ubi collocari poterant per metri ipsorumque verborum indolem, id quod fuse demonstrare inutile videtur. Denique si quis dubitet num in thesi quoque pro longa haberi potuerit syllaba -α-, comparet genitivum pluralem, cuius ᾱ cum in arsi tum in thesi passim est collocatum.

Ergo dictioni epicae repugnant loci, quibus -εω vel -ω ante consonam legitur neque igitur rescribi potest -ᾱ'(ο) nisi vicina mutentur; sunt autem tam rari ut neminem decipere possint. En catalogum (cf. Christ proleg. Iliad. p. 138):

Ἀίδεω λ 635 (Ar.) ψ 322 Hes. Theog. 311, 768, 774. — Leg. *Ἄϝιδος* (§ 83).

Ἀτρείδεω ὀπὸς ἔκλυον Π 76. — Leg. *Ἀτρεΐδαο ϝοπὸς ἄκλυον*? Ne haec quidem correctio necessaria erit si sumamus vocem *ϝοπ-* in lingua epica digamma suum abiecisse; cf. § 41[26].

ἐριβρεμέτεω N 624.

Ἑρμείω Ο 214 (lectio incerta). *Ἑρμέω* h. Merc. 413 Ven. 149.

ἐυμμελίω Δ 47, 165 Ζ 449 Θ 552; *ἐυμμελίης.

Ἴδεω Ι 558.

ἱκέτεω Ω 158 (= 187).

κυβερνήτεω κεφαλήν μ 412; *-ταο κάρη* Fick.

Μενοιτιάδεω Πατροκλῆος Π 554 (l. a. *-δαο Πατρ.*, quae non tamen recipienda, vid. ad Ζ 479).

Πριαμίδεω Υ 77.

συβώτεω ξ 459 (= ο 304); Fick *συφορβόο*.

Τυδείδεω Ε 16 leg. *Τυδεΐδα'* deleto δ', Κ 566, Π 74 *-δεω Διομήδεος* leg. *-δη Διομήδεϊ*.

Κρόνου πάις ἀγκυλομήτεω Β 205, 319 Δ 75 Ι 37 Μ 450 Π 431 Σ 293 φ 415. Recte *-μητις* correxisse videtur Nauck, cf. § 83[10].

De lectione altera *ἀγνίτεω* pro *ἀφνειοῦ* Ω 482 (?) vid. ad illum locum.

Ex hymnis accedunt *Ἀγχίσεω* Ven. 53, 126 et *Κρονίδεω* Cer. 415, ex Hesiodo *ἀβούτεω* Oper. 451, *Αἰήτεω* Theog. 994, *ἀργέστεω* Theog. 870, *Βόρεω* Theog. 870 Oper. 518, 553, *ἐριβρύχεω* Theog. 832, *Κρονίδεω* Theog. 572 Oper. 71.

E genitivo perperam contracto *Αἰνείω* pro *Αἰνείαο* ad metrum explendum nata est forma absurda *Αἰνείωο*, cui Zenodotus patrocinabatur Ε 263, 323. Videantur quae de verborum diectasi quae dicitur in § 191 observata sunt.

§ 56. Genitivum pluralem omnia nomina huius declinationis, etiam adiectiva pronomina participia feminini generis, in -ᾱ̆ων excurrentem habent. E. g. *Ἀθηνᾱ́ων ἱερᾱ́ων λ* 323, *παρειᾱ́ων ἀπαλᾱ́ων Σ* 123, *θυρᾱ́ων ἡμετερᾱ́ων Ω* 567 (cf. *ι* 304), *τᾱ́ων πασᾱ́ων I* 330 (e correctione). Syllabam -*α*- non solum in arsi sed etiam in thesi produci cum haec exempla docent tum alia multa (*Λ* 604 *H* 340 *τ* 326 etc.).

Hic illic non -ᾱ̆ων reperitur sed -*έων* vel -*ῶν*, correpta igitur more Iadis syllaba paenultima. Quales loci gravem suspicionem non moverent si ita essent comparati ut utraque syllaba separatim esset pronuncianda; sic enim provocari posset ad ea quae in § 17 observata sunt. Sed omnibus fere locis syllaba paenultima non solum correpta est sed praeterea synizesi vel contractione obscuratur, ita ut numeri oriantur parum Homerici; vid. § 8. Quapropter dubium non est quin recentioris aetatis deprehendantur vestigia sicubi terminus -*έων* reperiatur; vid. e. g. *η* 107 *καιρουσσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον*, *κ* 350 *γίγνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων ἀπό τ' ἀλσέων* quaeque ad illos locos annotavimus. Corrigenda autem sunt talia si probabiliter possunt corrigi; compluribus locis pluralis numerus expulit singularem.

Versus huc pertinentes hi sunt (cf. Christ proleg. Iliad. p. 138 sq.):

θῦρέων φ 191.
ὁπλέων Λ 536 *Υ* 501.
πῦλέων H 1 *M* 340 Hes. Scut. 246. Fick coniecit *πύργων*.
ἀγορέων I 441 Hes. Op. 30. Leg. **ἀγορῆς*.
Ἀθηνέων γ 278. Leg. *Ἀθήνης* coll. *η* 80.
ἀλλήλων ε 71.
ἀπασέων θ 284.
ἀργεννῶν Σ 529.
ἀρέων I 566. Leg. **ἀρῆς*?
αὐτέων M 424 *Υ* 302 Hes. Scut. 237, 377.
βουλέων Λ 273 *M* 236.
δμῳῶν τ 121 (l. a. *δμώων*, quod praestat).
ἑδρέων ν 56 (l. a. *ἑδέων*, idque verum esse docent *Λ* 534, 581).
ἐφετμέων Λ 495 *Ε* 818 *δ* 353; leg. **ἐφετμῆς* et *-μήν*.
θυμορραιστέων Π 591 *Σ* 220.
θυρέων φ 47, leg. **θύρης*?
καιρουσσέων δ' ὀθονέων η 107 (sic recte Bergk, codd. *καιροσέων*).
κεφαλέων Γ 273, leg. **κεφαλῆς*.

κλισιῶν Ψ 112, leg. **κνημῶν?*
κρηνέων κ 350.
κριθῶν Λ 69, leg. **κριθάς?*
κυνοραιστέων ρ 300.
Μαλειῶν τ 187, leg. *Μαλείης.*
μελαινέων Δ 117.
ναυτέων ι 138, *κε ναυτέων*, l. a. *κεν αὐτῶν*, quod verum est.
νυμφέων μ 318, *νυμφῶν* h. Ven. 98.
παλαιῶν β 118.
[*παρειῶν* Ω 794 δ 198, 223 λ 529 π 190 Hes. Scut. 267 huc non pertinet, non enim a nominativo *ἡ παρειή* ducitur, sed neutrum est, scribendum autem est *παρῇων*. Vid. § 7 p. 41 et Aristarch. ad *X* 491, et cf. *πλευρῶν* Λ 437.]
πασέων *I* 330 Σ 431 δ 608, 723 ν 70 χ 443, 471. Adde *ἁπασῶν* h. Cer. 110, *ἁπασέων* Hes. Theog. 361.
πηγέων Φ 312 h. Ap. 263.
πληγέων ρ 283.
πολλέων *B* 131 *I* 544 δ 813.
πρωτέων *O* 656, *τῶν πρωτέων*, leg. **πρωτάων.*
ῥιζῶν Φ 243, *ἣ δ' ἐκ ῥιζῶν*, leg. **ἐκ ῥιζάων δ'.*
Σκαιῶν Γ 263 *Z* 307.
σῶν *E* 818, leg. **σὴν.*
τῶν *E* 424 *K* 253 *O* 656 (vid. *πρωτέων*) Σ 50 μ 64, 321 h. Ven. 273.
τρυφαλειῶν *M* 339.
ψυχέων χ 245, leg. **ψυχῆς.*
ὠτειλέων ω 189.

Ex hymnis accedunt *Θυσιῶν* Cer. 318, *φηληтέων* Merc. 175, 292, *ὡρέων* Cer. 400. In Hesiodeis passim offendunt *-έων* et *-ῶν*, vid. Theog. 741, 773 Scut. 68, 232, 278 Oper. 572 etc. — Praeterea doricus genitivi terminus *-ᾶν* traditus est Theogon. 41 *θεᾶν*, Oper. 145 *μελιᾶν*; cf. Alcmanis fragm. 54, 4 *μελισσᾶν*. Apud Pindarum frequens est terminus *-ᾶν*, e. g. Ol. I 20 *ἀρετᾶν ἄπο πασᾶν.*

§ 57. Dativi pluralis terminus *-ησί(ν)* elisione minui potest (*-ησ'*), vid. § 13. Paucissimis locis ante consonam reperitur *-ης*, quos corruptos igitur aut recentes esse apparet [1]). Primus hanc rem clara

[1]) In hymnis et carminibus Hesiodeis ferendum videtur *-ης*; cf. Cer. 40 Scut. 272 etc.

in luce collocavit Nauck, cui viam monstraverant Buttmann, Lehrs (quem vide apud Menrad de Contract. p. 49) Gerland Kuhns Zschr. IX p. 86 sqq. Nempe computatione accurata instituta docuit Nauck (in Bulletins de St. Petersbourg 1880 p. 409—479) dativos in *-ησι(ν)* et *-οισι(ν)* extare in carminibus epicis

integros in Iliade 1564, in Odyssea 1297: — 2861
elisos (*-ησ'* et *-οισ'*) „ „ 212, „ „ 150: — 362
decurtatos (*-ης* et *-οις*) „ „ 39, „ „ 75: — 114 [1]),

in septem autem Iliadis libris (*ΔΖΙΝΟΣΦ*) ne unum quidem dativum reperiri decurtatum. Quos numeros qui suo pretio aestimaverit, non dubitabit quin vera scribendi ratio sit e. g. *β* 432:

'λεῖβον δ' ἀθανάτοισι θεοῖσ' αἰειγενέτῃσι,

neque audiendi sint qui formam *θεοῖς* dictioni epicae vindicent; de termino autem *-οις* aliter quam de primae declinationis termino *-ης* iudicandum esse sine iusta causa nonnulli suspicati sunt.

In codicibus indicari non solet haec elisio, quae tamen nullius momenti est res, licet editores plerosque permoverit ut *-ης* et *-οις* scriberent, non *-ησ'* et *-οισ'*. Neque in ipsis codicibus desunt loci, ubi additum reperitur apostrophi signum; e. g. in Iliadis mscripto Genevensi legitur *πηγῆσ' ἐπι B* 523, *βήσῃσ' Γ* 34, *μακρῆσ' Γ* 254, *Ἀτρείδῃσ' E* 552, *κοίλῃσ'* 791, *βήσσῃσ'* (et *καιέμεν'*) *Ξ* 397 etc.; alia exempla affert Nauck praef. Iliad. I p. XIV, inter quae notabile est praesertim quod legitur in scholiis ad Z 250 *παρ' αἰδοίῃσ' ἀλόχοισι*: *οὕτως Ἀρίσταρχος, παρ' αἰδοίῃσ'*. — *ἐν ἄλλῳ παρὰ μνηστῆσ' ἀλόχοισι.* In inscriptione autem Paria plene perscriptus extare eiusmodi dativus olim credebatur Paciaudii fide, vid. Nauck l. l.; *Ἄρτεμι σοὶ τόδ' ἄγαλμ' ἱερῆσι ὡ[δῖσι]* edidit Boeckh CIG. 24, in lapide litteras *IEPEΣIΩ* exaratas esse putans; sed alia omnia inde effecerunt qui titulum anfractum postea inspexerunt, nempe litteras *TEΛEΣTΩ* [2]), videantur Roehl IGA. 402 et melius in Imagin. p. 50, Kaibel Epigr. 750, Roberts Epigraphy p. 56; itaque legendum esse videtur *Ἄρτεμι, σοὶ τόδ' ἄγαλμα Τελεστο[δίκη ἀνέθηκεν]*, certum autem est ad quaestionem in qua versamur non pertinere hoc epigramma.

Rectius fortasse *-ησι(ν)* et *-ησ'* scripserit quispiam quam *-ῃσι(ν)* et *-ῃς*, nam iota subscriptum neque quam habeat originem satis

---

[1]) In hac computatione loci ubi *ἀγανοῖς βελέεσσι, τρητοῖς λεχέεσσι, πλείοις δεπάεσσι* aliique eiusmodi dativi leguntur, qui ad normam revocari possunt facillime substituendo alteram dativi formam Homericam in *-σι* (*ἀγανοῖσι βέλεσσι, πλείοισι δέπασσι* etc.), non inter decurtatos sed inter integros dativos recensentur.

[2]) Signo *Ω* in titulis Pariis brevem vocalem (*o*) indicari vidimus supra pag. 37.

constat (analogiae deberi, ex secunda nimirum declinatione in primam irrepsisse, veri simile est, cf. G. Meyer[2] p. 58 et 359, Kühner-Blass I p. 369 et 384), neque Attica scribendi ratione commendatur, in antiquioribus enim titulis Atticis dativi termini *-ΑΣΙ* et *-ΕΣΙ* frequentes, *-ΑΙΣΙ* (i. e. *-ᾳσι*, an *-αισι*?) et *-ΕΙΣΙ* (i. e. *-ῃσι*) rari sunt, vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 94 sq.; praestat tamen nihil huiusmodi novasse.

Versus, ubi *-ῃς* ante consonam legitur in textu tradito, recentes aut corruptos esse iure statuit Nauck; id quod certius etiam constat de locis ubi terminus *-αις* reperitur: *Α* 238 *παλάμαις* (*-μῃ* Nauck), *Μ* 284 *ἀκταῖς* (*ἀκτῇ* Christ), *ε* 119 *θεαῖς ἀγάασθε* (leg. **θεῇσιν ἄγασθε*, § 305), *χ* 471 *πάσαις* (l. a. *πασάων*, utrumque vitiose).

Accusativus pluralis in Homericis nihil habet insoliti (de vocali *ᾰ* cf. § 5). Doricus accusativus in *-ᾰς* [1]), quem carmina Hesiodea praebent Theogon. 60 *κούρᾰς*, 534 et 653 *βουλᾰ̃ς*, 184 *πάσᾰς* (?), 267 *Ἁρπυίᾰς*, 401 *μεταναιέτᾰς*, 804 *εἰρέᾰς* (?), Oper. 675 *δεινᾰ̃ς*, fr. 232 Rzach *Σκύθᾰς*, apud Homerum non reperitur; vid. tamen l. a. *Θ* 378 et *ρ* 282.

§ 58. Vocabula, quae dictio Attica contrahit, in lingua epica priscam servare formam, per se intellegitur; cf. § 7. E. g. *κυνέη* (Att. *κυνῆ*), *Ἑρμείας* (Att. *Ἑρμῆς*). Quae discrepant haec sunt:

Ἑρμῆς Ε 390 *Υ* 72 *ε* 54 *ϑ* 334 *ξ* 435 *ω* 1 Hes. Theog. 444, 938 fr. 13.

Κισσῆς (?) *Α* 223.

Βορρῆς Ι 5 *Ψ* 195 Hes. Theog. 379 (?).

συκαῖ η 116 *λ* 590 *ω* 341, *μηλέαι ω* 340 (ipsa nomina arborum recentem horum locorum originem produnt).

διπλῆν Κ 134 *τ* 226 (leg. **δίπλακα*), *τριπλῇ τετραπλῇ τε Α* 128.

γῇ pro *γαῖα Γ* 104 *Ο* 24 (*Ρ* 595 Zen.) *Τ* 259 *Φ* 63 *λ* 167, 302, 482 *μ* 27 *ν* 233 *ρ* 237 *ψ* 233 et apud Hesiodum saepius. Ex comparatione versus *ν* 233 cum h. Apoll. 468 apparet nonnullos certe inter hos locos vitiose esse traditos.

Non pertinet huc deae nomen *Ἀθήνη*, quae est forma antiquior. unde addito suffixo *-ιᾱ* prodiit altera *Ἀθηναίη*.

[1]) Legitimus est terminus *-ᾰς* apud Theocritum, e. g. I 83 II 4; cf. Cobet Mnemos. 1861 p. 225. Vid. praeterea Tyrtaei fr. 4,5 *δημόσιᾰς*, 7,1 *δισπόταᾰς*.

CAPUT III.

Declinatio secunda.

§ 59. Genitivi singularis terminus est *-οιο* (ex *-οσϳο*), ante vocalem autem elidi potest (*-οἰ*). Praeterea forma in *-ου*, quae postea vulgata fuit, multis locis reperitur, haud paucis metro stabilita.

In codicibus genitivus in *-οιο*, quem *Thessalicum* grammatici veteres vocare solebant [1]), vix usquam reperitur elisus; attamen dubium esse nequit quin veteres cantores e. g. Ω 416 non dixerint id quod est in manuscriptis hodiernis: *ἑοῦ ἑτάροιο φίλοιο*, sed *ἑϜοῖ(ο) ἑτάροιο φίλοιο*. Sunt autem loci complures, ubi vitii aut variae lectionis origo statim apparet si sumimus id quo ducit ratio, — quid enim obstare potuit quominus vocalis *-ο* elideretur si metrum id posceret? — antiquitus in libris passim fuisse *-οι(ο)*. Vid. Σ 171, ubi codices habent *Πατρόκλῳ ἐπάμυνον*, Aristarchus scribebat *Πατρόκλου*: utrumque olim indicabatur litteris *ΠΑΤΡΟΚΛΟΙΕΠΑΜΥΝΟΝ*. Eodem ducit lectionis varietas *T* 107 *τέλος μύθῳ ἐπιθήσεις*, D *μύθου* (*ΜΥΘΟΙ*); Ψ 379 *δίφρου ἐπιβησομένοισιν*, *δίφρῳ* alii (*ΔΙΦΡΟΙ*); Ξ 139 sqq. *Ἀχιλλῆος ὀλοὸν κῆρ | γηθέει ... | δερκομένῳ, ἐπεὶ* etc. plerique, *δερκομένου* pauci recte (*ΔΕΡΚΟΜΕΝΟΙΕΠΕΙ*); *B* 690 *ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο* (*ΕΓΛΥΡΝΕΣΟΙ*), Zenod. *ἐν Λυρνησσῷ* [2]); β 24 *τοῦ ὅ γε δάκρυ χέων ἀγορήσατο* (*ΤΟΙΟΓΕ*), l. a. *τοῖς ὅ γε*, quam Aristarchus reiecisse videtur, Ω 487 *ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ*, Nauck probabiliter *ὀλοοῦ* (*ΟΛΟΟΙ*); α 185 γ 77 *ἀποιχομένοιο ἔροιτο*, α 405 *ξείνοιο ἐρέσθαι*, Ψ 73 *ποταμοῖο ἐῶσι* hiatu absurdo (cf. p. 65 et 81), quibus locis legendum est *ἀποιχομένοι᾽ ἐρέοιτο, ξείνοι᾽ ἐρέεσθαι, ποταμοί᾽ ἐάουσι*; ε 393 *μεγάλου ἐπὶ κύματος ἀρθείς*, ubi verum videtur **μεγάλῳ ἐπὶ κύματ᾽(ι) ἀερθείς* (*ΜΕΓΑΛΟΙ*), vid. § 256. Etiam γ 393 *τοῦ ὅ γέρων* (*ΤΟΙΟ*) huc potest referri, si vera lectio est *τοῖο γέρων*. Alibi ne coniectura quidem opus est; sic *O* 383 in plerisque quidem legitur *ἷς ἀνέμου, ἢ γάρ τε*, sed *ἀνέμοιο* est in D; ι 275 *Διὸς αἰγιόχοιο ἀλέγουσι* praebent F aliique (*-χου* plerique), β 259 P^2 id ipsum scripsit quod requirimus *θεῖοι᾽ Ὀδυσῆος*, licet plerique de more habeant *θείου*; confe-

---

[1]) Apollon. pronom. 138 *ἐμοῖο σοῖο οἷο ἤτοι μετὰ διαιρέσεως τὸ ι προσείλαφον, ἢ Θετταλικαί εἰσι, ὡς καὶ Ἀριστάρχῳ ἤρεσκεν.* Cf. Herodianus in schol. *A* 493 *A* 35 etc., R. Meister Dialekt. I p. 305, 1.

[2]) Vitii causa fortasse fuit litterae gamma figura Attica (*Λ*).

rantur quae de syllabis elidendis sed *ἐκ πλήρους* more vetusto perscriptis in § 13 observavimus. Neque invitis grammaticis librisve vetustis talia scribi docent Herodiani observationes ad locum corruptum *Λ* 35 sq. *ὀμφαλοὶ ἦσαν ἐείκοσι κασσιτέροιο | λευκοί, ἐν δὲ μέσοισιν* etc., et ad *ε* 72 *λειμῶνες μαλακοὶ ἴου*, ubi fuerunt olim qui litteras *ΛΕΥΚΟΙ* et *ΜΑΛΑΚΟΙ* interpretarentur *λευκοί(ο)* et *μαλακοί(ο)*.

Multo antiquior testis est titulus Atticus saeculi VI[1] CIG. 22 (Kaibel Epigr. 8, Roberts Epigraphy p. 77), ubi litteris bustrophedon exaratis scriptum est *ΕΣΤΕΣΕΝΙΥΤΣΒΟΔΟΙΑΓΑΘΟΚΑΙ*, id est *ἔστηθ' ἐγγὺς ὁδοῖ' ἀγαθοῦ καὶ [σώφρονος ἀνδρός]* [1]). Praeterea in Pindari Archilochi Lasi carminibus traditi sunt genitivi *Δάλοι'*, *Διωνύσοι'*, *Κλυμένοι'*, *Θεσσάλοι'*, *Φόρκοι'*, vid. Pindari Pyth. I 74 XII 23 Ol. XIII 48 Nem. IX 131, Archilochi fr. 79, Lasi fr. 1 (Simonidis fr. 85, 12). Posterioris autem aevi genitivus Thessalicus in *-οι* exiens, qui passim legitur in inscriptione Larisaea saeculi III[1], quae anno 1882 reperta est, Coll. 345 (Cauer Del.[2] 409), e. g. *Φιλίπποι τοῖ βασιλεῖος* [2]), ex antiquiore forma decurtatus est eadem ratione qua primae declinationis genitivus in *-α(ϝ)ο* desinens apud Cyprios et Arcades abiit in *-αυ*, vid. pag. 40,3 et 194; negarunt hoc R. Meister Dialekt. I. p. 305, G. Meyer[2] p. 384, sed iure iis oblocuti sunt G. Curtius zur Kritik etc. (1885) p. 29 et Fick.

Sed testis omnium longe locupletissimus de genitivorum in *-οιο* exeuntium elisione est ipse Homerus; nam in textu tradito hiatus post *-ου* est locis permultis, nec solum in arsi, qui durior fortasse (e. g. *Θ* 368 *Χ* 135 *α* 69) sed tamen concessus foret hiatus, sed etiam in thesi, aperto igitur vitio (cf. § 14), nisi restituitur genitivi forma pristina *-οι(ο)*. Videantur *Ε* 666 *μηροῦ ἐξερύσαι*, *Π* 226 *ἀπ' αὐτοῦ αἴθοπα οἶνον*, *Ψ* 431 *δίσκου οὖρα*, *Ψ* 441 *ὅρκου ὀΐσεαι*, *γ* 123 *κείνου ἔκγονός ἐσσι*, aliaque eiusmodi *Θ* 120 *Ο* 23 *Ω* 578, 721 *γ* 140 *δ* 718 *η* 70 *ο* 425 *ρ* 115 *τ* 272.

Hisce perpensis non dubitamus quin iis locis, ubi metrum terminum genitivi elisum *-οι'* aut flagitat aut libenter admittit, ita et in libris olim scriptum fuerit et a nobis rescribi debeat; neque

---

[1]) Etiam Schulze Quaest. Epic. p. 101 hanc inscriptionem testimonii loco adhibuit. Errori deberi litteram *I*, scribendum enim fuisse *ΒΟΔΟ* ⁝ cum signo interpunctionis sive caesurae, statuit Kiessling, cui adstipulatur Usener altgr. Versbau p. 40. Qui verum num viderint dubitamus; sed etiamsi sumas cum qui versiculum confecit *ὁδοῦ* scribi voluisse, lapidarium certe litteris *ΒΟΔΟΙ* genitivum *ὁδοῖ(ο)* significasse putamus, unde efficimus non inauditam tunc temporis fuisse huiusmodi elisionem.

[2]) Alia exempla extant Coll. 346, 359, 361 *b*[2, 3, 4, 5, 6, 8, 12], 368.

deterrent quae G. Hermann Orphic. p. 723 sq. et Spitzner de versu Heroico p. 173 in contrariam partem disputarunt. Vere [1]) Herodianus in scholio ad *Λ* 35 contendit „Homerum uti genitivo in *-οιο* nisi obstet metrum". Non obstat autem metrum quominus elidatur vocalis *-ο*: ergo passim ita scribatur.

Paenultima syllaba genitivi in *-οιο* exeuntis si in thesi collocata est, corripi potest secundum leges dictionis epicae; vid. § 17. Quam rem qui primus perspexit P. Knight Prolegom. p. 47, idem statim detectam inconsiderata sua temeritate denuo obscuravit; omnes scilicet genitivos secundae declinationis, quotquot in Homericis occurrunt, in *-οϝο* mutabat, *Φιλϝιοϝο* e. g. et *Διϝολοϝο* scribens et ita rem in contemtum deducens. In magno tamen numero locorum temere ab eo sollicitatorum nonnulli sunt, quibus mirificum hoc et periculosum remedium revera profuit, quos deinde clara in luce posuerunt Buttmann Ausführl. Sprachl. I² p. 299 et Ahrens Rhein. Mus. II p. 161 sqq.; cf. Hoffmann Quaest. Epic. I p. 101, Nauck praef. Iliad. I p. xv, Christ proleg. Iliad. p. 134 sqq., A. Platt Classical Review 1888, 4 p. 99 sqq. et in Journal of Philology 1889 p. 121 sqq. — Hos locos iam indicabimus:

ὄο κλέος B 325 h. Ap. 156, *ὄο κράτος α* 70; *ὄου* mss. paene omnes, sed *ὄο* in P¹ est *α* 70.

ἀδελφεόο E 21 *Z* 61 *H* 120 *N* 788; codices *ἀδελφειοῦ*, vid. § 63 [2]).

ἐπιδημίοο κρυόεντος I 64, *κακομηχάνοο κρυοέσσης Z* 344; mss. *ἐπιδημίου ὀκρυόεντος* et *κακομηχάνου ὀκρυοέσσης*. Adiectivum *ὀκρυόεις* nullum est; *κρυόεις* unice aptum. Errorem peperit vetus scribendi ratio et subsimilis sonus adiectivi *ὀκριόεις* (*asper*).

Αἰόλοο κ 36, 60; mss. *Αἰόλου*, syllaba *-ο-* vitiose in thesi producta.

ἀλαόο κ 493 *μ* 267; mss. *ἀλᾱοῦ*, at syllaba *-λα-* brevis est.

δμοιίοο πτολέμοιο I 440 *N* 358, 635 *O* 670 *Σ* 242 *Φ* 294 *σ* 264 *ω* 543; mss. *δμοιίου πολέμοιο*.

Φιλίοο O 66 *Φ* 104 *X* 6; mss. *Ἰλίου*. Vid. etiam *Φ* 295 (§ 46).

ἀγρίοο X 313; mss. *ἀγρίου*.

ἀνεψιόο O 554; mss. *ἀνεψιοῦ*.

Ἰφίτοο B 518; mss. *Ἰφίτου*.

---

[1]) Quamquam non ut id efficiat quod nos demonstratum imus.

[2]) Posteriores, qui quid rei esset non intellegebant, Homerico quod videbatur vocabulo *ἀδελφοῦ* pellecti haec monstra procrearunt: *ἀδελφοί* Pseudophocyl. 42, *ἀδελφοῖς*; Quint. Smyrn. I 30, *ἀδελφοῖσιν* ibid. 428, *ἀδελφοῖο* (hoc demum epice!) ibid. 816.

Ἀσκληπιόο *B* 731; mss. *Ἀσκληπιοῦ*. Huius tamen loci suspecta est nova quoque lectio (vid. p. 91).

αὐτόο *χ* 175 = 192; mss. *αὐτοῦ*, quo versus *ὁλοσπονδείος* evadit (vid. § 2).

δήμοο φῆμις *ξ* 239; mss. *δήμου*, quo versus spondaicus nascitur in vocem disyllabam desinens (vid. § 2).

His locis, quibus fortasse addendus erat *δ* 109 (*κείνοο*?), terminum *-oo* imperiose poscit metrum; alibi suadet tantum. Prae ceteris huc in censum veniunt versus, ubi *-ου* est in thesi pedis quarti; e. g.

νῆα Ϝάλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ νηησάσθω. *I* 137 (cf. vs. 279).

τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφροιν 'γουναξέσθην. *Λ* 180 (cf. *N* 392).

ὄχθας πὰρ ποταμοῖο Σκαμάνδροιν, τῇ ῥα μάλιστα. *Λ* 499.

Qualibus locis numerosa magis fore *χαλκόο*, *δίφροο*, *Σκαμάνδροο*, nemo negabit. Alii loci huc pertinentes reperiuntur *Γ* 22, 340 (= *Ψ* 813) *Ξ* 428, 490 *O* 331 *Π* 647 *Σ* 164 *Ψ* 707 (= 753, 831) *φ* 113, 124 (= 149) etc.; cf. supra § 3 pag. 16,1.

Utrum autem genitivi terminus *-oo* in ipsa lingua vixerit tempore Homerico, ita ut intermedia haec fuerit forma inter *-οιο* et *-ου*, an metri tantum causa a poetis syllaba *-οι-* interdum correpta fuerit, quae est Hartelii sententia Hom. Studien III p. 12 sqq., haec res fortasse etiamnunc in medio relinquenda est, donec certiora quam ad manum sunt argumenta afferri queant; quamquam erunt qui confectam esse dicant postquam in inscriptione perantiqua sermone pedestri concepta, quae Gortyne anno 1885 reperta est, saeculo autem VII exeunti tribuitur (vid. Roberts Epigraphy p. 40 et 327, et cf. infra § 79), lectae sunt litterae *OZOOIIEP*, quae quin *ὄζοο περ* = *ὅσου περ* interpretandae sint dubium esse non videtur. Quod si certum est, constat in Cretae insula aliquando usos esse homines genitivi termino *-oo*, neque est cur dictioni epicae eum denegemus. Nos in carminibus Homericis *-oo* scripsimus, non tamen quo indicaremus a Hartelio nos dissentire, — immo probabilis eius opinio etiamnunc nobis videtur, — sed secuti morem qui Homericam orthographiam pervadit totam, ut oculis indicetur huiusmodi correptio in syllabis quae flexionis suffixum antecedunt. Si quis autem cum Hartelio scribere mavult *κακομηχάνοιο* (⏑⏑–) et similia, etiam *Ἀτρηίδης* scribito et *ἧαται σιγῇ* et *νῆας ἀμφιϜελίσσας*, aliaque id genus multa ei edenda erunt ut constet ratio — non male profecto, sed nimis insolite, et longius aequo a textu tradito ita discedet. Cf. § 17.

Omnino autem improbamus opinionem eorum [1]) qui putant multo latius etiam patere genitivi in *-oo* exeuntis dominium, nempe sicubi syllaba finalis *-ov* in thesi ante vocalem correpta reperiatur, scribendum esse *-o'(o)*, itemque *-oo* in thesi ante consonam simplicem, e. g. *ἐκ Πύλο' ἐλθών A* 269, *πατρὸς φίλο' αἴ κεν ἀκούσῃ α* 94, *τόο δ' ἔκλυε A* 43, *δείπνοο πασσάμενος α* 124. Talia partim inutilia ducimus, partim vitium sonare putamus, nam *correptio ante syllabam elisam*, qualem admisissent poetae in sua carmina si recitassent *Πύλο'* pro *Πύλοιο*, alias est inaudita. Et vel sic multi remanent genitivi in *-ov* desinentes, qui nullis artibus possunt solvi, e. g. *τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης A* 249, *τοῦ θυγάτηρ α* 55, *ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου A* 532, neque negari igitur potest vere Homericum esse terminum *-ov*. Quod si conceditur, suadet ratio ut intactus relinquatur ubi non sit molestus.

Quae disputavimus huc redeunt: genitivi in Homericis duplicem esse formam, *-οιο* et *-ου*, prioris autem termini multis locis elidi syllabam finalem, haud ita paucis locis in thesi corripi paenultimam.

§ 60. Dativi pluralis terminus *-οισι(ν)* elidi potest, cf. § 13; e. g.

τοῖσ' ἄλλοισ' ἑτάροισ', οἳ ἅμ' αὐτῷ ἕποντο. τ 196.
'λεῖβον δ' ἀθανάτοισι θεοῖσ' αἰειγενέτῃσι. β 432.

Paucis locis *-οις* ante consonam reperitur, qui postmodo igitur sunt additi aut mutati; cf. § 57. Aptum exemplum praebet versus *Ω* 759, ubi vera lectio *οἷσ(')* *ἀγανοῖσι βέλεσσιν* in scholiis commemoratur, integra autem superest in papyro Bankesiano et in codicibus Vind. et Stuttg., plerique vero codices vitiose exhibent *οἷσ ἀγανοῖσ βελέεσσιν*. Videantur etiam quae in § 97 de lectionis varietate *κ* 268 *τοίσδεσι* vel *τοισίδε* observata sunt. Elisionis signum plerisque locis omittunt codices, hic illic tamen additum habent, e. g. *μεγάροισ'* in Genevensi *Ξ* 485.

Accusativi Dorici in *-ος* desinentis, quem praebent e. g. Epicharm. fr. p. 268 Lorentz *τός*, Theocrit. I 90 V 84, 106, 109, 112, 114 *παρθένος διδυματόκος λύκος* etc., apud Homerum nulla sunt vestigia; sed in Hes. Scut. 302 legitur *λαγός*. Cf. quae in § 57 observavimus de primae declinationis accusativis in *-ᾱς* exeuntibus.

§ 61. Vocabula, quae Attica dialectus contrahit, in Homericis

[1]) Vid. L. Meyer gedrängte Vergl. p. 28.

pristinam suam formam servant (cf. § 7). E. g. *νόος* [1]) Att. *νοῦς*, *κάνειον* (*κ* 355) sive *κάνεον* Att. *κανοῦν*, *ὀστέον* Att. *ὀστοῦν*, *χρύσεος* Att. *χρυσοῦς*, *δίπλοος* Att. *διπλοῦς*, *χειμάρροος* (*N* 138) sive *χειμᾰ́ροος* (*Δ* 452 *E* 88 *Λ* 493) Att. *χειμάρρους*.

In textu tradito non *χειμάροος -ροοι -ρόῳ* legitur l. l. sed *χειμάρρους -ρροι -ρρῳ*; emendavit P. Knight [2]). Praeterea correctionem requirunt *Πάνθου Πάνθῳ P* 9, 23, 40, 59 a nominativo *Πάνθοος Γ* 146; veras lectiones esse *Πανθόου* et *Πανθόῳ* evincit metrum, cf. § 14. In *ἐυξόου* vero vel *ἐύξου K* 373 synizesis vel contractio probabiliter tolli nequit, quem vitiose igitur traditum esse versum apparet coll. *α* 128 *B* 390 etc.

Terminus *-ειος*, quo posterior lingua in iis tantum adiectivis utebatur quae ducta sunt ab animantium nominibus sive generalibus sive propriis, e. g. *γυναίκειος* (*λ* 437), *δούλειος*, *ἵππειος*, *ἡμιόνειος* (*ξ* 72), *αἴγειος*, *βόειος*, *κύνειος*, *ταύρειος*, *Ἡρακλεέειος* (cf. § 73) [3]), in dictione epica proprius est etiam adiectivis materiem indicantibus *χρύσειος χάλκειος σιδήρειος*. Sed non minus frequenter formae in *-εος*, quarum paenultima correpta est secundum legem quam in § 17 exposuimus, pro numerorum opportunitate reperiuntur adhibitae: *χρύσεος χάλκεος σιδήρεος ἀργύρεος μαρμᾰ́ρεος κῡᾰ́νεος* (§ 21), *λίθεος βρότεος* (*τ* 545), *αἴγεος*, *βόεος*, *κύνεος*, *χοίρεος* (*ξ* 81), *Ἐκτόρεος*, et in feminino genere *Ἀγαμεμνονέη*, *Νεστορέη*, *λυκέη*, *παρδαλέη*. Comparanda est nominis substantivi *συφε(ι)ός hara* forma duplex (*-ειός κ* 389, *-εός κ* 238, 320 *ξ* 13, 73).

Dissimile his est *κήδεος* pro *κήδειος Ψ* 160, a substantivo *τὸ κῆδος*, si ita interpretandus est ille locus. Neque huc referendum est substantivum *ἡ κυνέη galea* (Att. *κυνῆ*), cuius incerta est origo, sed id quidem usus Homericus luculenter docet, non esse femininum adiectivi *κύνε(ι)ος caninus*, quod putabant veteres.

Formis qualis est *ἀργύρειος* locus in hexametro non erat.

In textu tradito syllabae *-εον -έῳ* etc. locis aliquot per synizesin confluunt; cf. § 8. Nempe *Λ* 15, 374 *χρυσέῳ ἀνὰ* (Nauck *χρυσέῳ ἂν*), *E* 387 *χαλκέῳ δ' ἐν* (leg. **χαλκέῳ ἐν*), *B* 490 *χάλκεον δέ μοι* (leg. **χάλκειον δ'*), *Σ* 222 *ὅπα χαλκέην* Zen. (*χάλκεον* Arist.), *η* 86 *χάλκεοι μὲν*

[1]) Unus versus *κ* 240 repugnat, *αὐτὰρ νοῦς*, ubi *ἀλλὰ νόος* legendum esse videtur.

[2]) Cf. *χείμαρον* Hes. Oper. 626, *Χείμαρος* (nom. propr.) in inscript. Locr. 1485 Coll.

[3]) Huc pertinet *ὀνείρειος δ* 809, nam *Ὄνειρος* proprii nominis vim obtinet compluribus locis Homericis.

γὰρ codd. plerique (leg. *χάλκειοι μὲν, quo ducit codicis F lectio χάλκεοι μὲν), λ 569 τ 34 χρύσεον (loci recentes) [1]). Nulla vero est synizesis locis quales sunt *I* 670 χρυσέοισι κυπέλλοισ', *Γ* 64 χρυσέης Ἀφροδίτης, Ψ 243 ἐν χρυσέῃ φιάλῃ etc., nam ibi corripitur vocalis *υ*, quae licet apud posteros longa sit, a vetustis pro brevi poterat usurpari, testibus locis quos attulimus § 18 pag. 88.

§ 62. Vocabulorum ad *Atticam* quae dicitur declinationem pertinentium in lingua Homerica terminus non est *-ως* sed *-ος*. E. g. λᾶός [2]) (Att. λεώς), νηός [3]) (Att. νεώς), γάλοος *X* 473 [4]) (Att. γάλως), λαγωός *K* 361 (Att. λαγώς), κάλος ε 260 (Att. κάλως), πλεῖος (Att. πλέως), ἀγήραος (Att. ἀγήρως), σάος (Att. σῶς).

Discrepant nomina propria aliquot, quae partim sunt dubia partim originem recentem aperte produnt:

Ἀθόω Ξ 229, Κόωνδ' Ξ 255 *O* 28. An Ἄθόου, Κόονδ'?

Ἀγέλεως χ 131, 247; cf. § 8.

Πηνέλεως *B* 494 Ξ 496 *Π* 335, 340 *P* 597, Πηνέλεων *N* 92, Πηνελέωο Ξ 489, Πηνελέῳ Ξ 487. Metrum non obstat quominus *-ος*, *-ον*, *-οιο* scribatur, mss. non invitis.

Ἀκρόνεως et Ἀναβησίνεως Θ 111 et 113.

Βριάρεων *A* 403; cf. § 8. Apud Hesiodum Theog. 149 et saepius vocatur (Ὀ)βριάρεως.

Πετεῶο *B* 552 etc.; Πετεῷο scribebat Aristarchus teste Herodiano; cf. Cobet Miscell. Crit. p. 297. Sed quidni Πετεοῖο scribimus?

Πανδάρεω τ 518 υ 66? Τυνδάρεω λ 298 ω 199? Scribi licet *-ου* codicibus non invitis.

Pro Πείρως Δ 520, 525 restituendum esse Πείροος docet *B* 844; videtur autem lectio vulgata transscriptorum errori deberi, qui litteras ΠΕΙΡΟΣ, contractam formam Πείρους significantes (cf. § 61), male interpretati sunt. Genitivus reperitur *Υ* 484 Πείρεω υἱόν Ar. vel Πείρεως υἱόν Zen. (hoc duobus vitiis metricis, cf. § 2 et 8); ubi verum restituit Nauck scribendo Πειρόου υἱόν.

---

[1]) Mala igitur est coniectura τ 230 ὡς ὥ χρύσεοι ἰόντες, ubi codices habent ὡς ὥ χρύσεοι ὕντες, cf. § 302. Legatur ὡς χρύσειοι ἰόντες (Fick) vel ὡς χρυσείω ἰόντε.

Ex Hesiodo vero accedunt synizeseos haec exempla: Theog. 764 σιδηρέῃ, Scut. 243 χαλκείων, Oper. 109 χρύσεον, 144 ἀργυρῷ (?), 150 χάλκεοι, 640 ἀργαλέῃ.

[2]) De vocali ᾱ vid. § 5.

[3]) Aeol. ναῦος, e. g. ἀείγην τοὶ ναύοι; = ἀνοιγνύναι τοὺς νεώς Coll. 214[44], a. 324 a. C.

[4]) Nos certe illo loco γάλοοι scripsimus, codices habent γαλάφ. Ex genitivo γαλάων *Z* 378 effici nequit nominativi forma.

Adiectivi *ἀγήραος* forma sincera in mscriptis passim cessit recentiori *ἀγήρως* [1]), sed superest Θ 539 *ε* 136 Hes. Theog. 305, 955 et in lapide Kaibel Epigr. 320[7], restitui autem potest ubique exceptis versibus duobus, unde removeri nequit *ἀγήρως*, *ε* 218 (nom. sing.) et *η* 94 (acc. plur.); adde locos Hesiodeos Theog. 277 et 949, ubi firma sunt *ἀγήρω* et *ἀγήρῳ*.

Ferendum est etiam *ὑψίκερως* *κ* 158.

Adiectivum *σάος* [2]), quam unice veram esse formam ostendunt comparativus *σαώτερος* et verbum *σαῶσαι* et compositum *σαόφρων* cum derivato suo *σαοφροσύνη*, in textu tradito abiit in *σόος* [3]) vel *σῶς*, sed genuina lectio tantum non ubique potest restitui: *A* 117 (= Θ 246), 344 *E* 531 (= *O* 563) *H* 310 *I* 230 *N* 773 (= *ε* 305 *χ* 28) *O* 497 *Π* 252 *P* 367 *Ω* 382 (= *ν* 364) *δ* 98 *ο* 42 *π* 131 *τ* 300. In versu *X* 332 pro *σῶς* *ἔσ(σ)εσθ'* legendum videtur **ζῳὸς ἔσεσθ'* [4]), versum *κ* 268 perperam huc trahebat Aristarchus.

Errori debetur monosyllabum *ζώς* *E* 887 *κε ζὼς* (leg. **ζῳός κ'*) et *Π* 445 *ζών* (leg. *σάον*).

Alienae hinc sunt voces *δμώς* [5]), *ἦρως*, *Θώς*, *μήτρως* *Π* 717 [6]), *Τρώς*, quae ad *tertiam* declinationem pertinent.

Sitne *ἄνεφ* *B* 323 etc. huc referendum necne dubitatur; pro *ἄνανοι* (*sine voce*) dictum esse volunt, vid. tamen *ψ* 93.

§ 63. Notatu dignae sunt voces sequentes, quarum stirps in lingua epica clauditur vocalibus *-εο*:

1) *ἀδελφεός*, Att. *ἀδελφός*. A voce *δελφύς* ductum est *ἀδελφεϝός*, i. e. *ὁμογάστριος*. — De genitivo *ἀδελφειοῦ*, qui vitio natus est et in *ἀδελφεόο* est mutandus, cf. § 59, p. 202.

2) *δένδρεον*, Att. *δένδρον*. Cf. § 83[7]. E stirpe *δρυ* (*δρῦς*, *arbor*), reduplicatione natum est *δένδρυον* - *δένδρεϝον* - *δένδρεον*. Derivatur adiectivum **δενδρεόεις* *α* 51 etc., pro quo perperam· *δενδρήεις* habet textus traditus, cf. § 69.

[1]) Aristarchus *ἀγήρως* scribebat (*B* 447 Θ 539 *ε* 136 etc.).

[2]) Olim *σάϝος*, cf. *ΣαϝοκλέϝΗς* in inscr. Cypria Meister Dial. II p. 188, *Σαυκλίαο*, *Σαύμειλος*, *Σαυτέλεις* Boeot. Coll. 418, 427, 485 sq., 502, 791[e] (vol. I p. 402).

[3]) Comparanda sunt *φόως*, *ὁρόω* aliaeque huiusmodi formae *διεκτεταμέναι* (cf. § 191).

[4]) Schulze Quaest. Ep. p. 399 *σάος ἴσεσθ'* mavult, acephalum versum ducens (cf. § 22), adiectivum *ζῳός* autem hic languere contendens.

[5]) In Hesiodi Oper. 430 et 470 nominativus *δμῶος* occurrit.

[6]) Genitivus *μήτρωος* etc. apud Pind. Ol. VI 130 IX 96 Nem. X 70 XI 47 Isthm. VI 34, Eur. Hercul. 43.

3) κενεός, Att. κενός. Integram formam κενεϝός praebet inscriptio Cyprica [1]). Versuum initio legitur κεινός id est κενϝός (Γ 376 Λ 160 O 463; corr. Δ 181). Vitiosum est κενά χ 249, leg. κενέ'. Cf. § 38, pag. 127.

4) Etiam Hesiodeum λοχεός pro λόχος Theog. 178 huc referendum est, si sana est ea lectio.

Inter vocabula secundae declinationis recensenda sunt etiam:

1) γέλος (Α 599 υ 346 σ 100 etc.), Att. γέλως γέλωτος. — Derivatur adiectivum γελοίιος Β 215, quocum conferri potest ὁμοίιος Δ 315 etc., quod simili ratione est formatum, nisi quis γελώιος rescribere mavult auctoribus Ahrens aliis collata Hesiodi voce ὀλώιος Theog. 591 (vers. spur.).

2) ἔρος (Α 469 Ξ 315 σ 212 etc., h. Ven. 91 Hes. Theog. 120, 201), Att. ἔρως ἔρωτος. — Derivatur adi. ἐρόεις Hes. Theog. 251, 357.

3) μάρτῠρος (Α 338 Η 76 π 423 etc.), Att. μάρτυς μάρτυρος.

4) φῠλᾰκός (Ω 566, nomen proprium Ζ 35 ο 231), Att. φύλαξ φύλακος. — Huius nominis in textu tradito extant formae Φύλακος -κοιο φυλακούς Ζ 35 ο 231 Ω 566 (l. a. -κας), sed φυλάκεσσι Κ 58, 127, 180, 365, φύλακας Ι 477 Κ 97, quibus locis fortasse φυλακοῖσι et φυλακούς rescriptum oportuit; genitivus φυλάκων Ι 85 Κ 56 de nominativi forma epica nihil docet. — Comparari possunt inter se φυλάσσω — φυλακός et φαρμάσσειν — φάρμακον.

Etiam reliquorum quae enumeravimus vocabulorum in textu tradito hic illic reperiuntur formae quae ab Homeri lingua alienae sunt, e. g. μάρτυρες Zenod. Β 302 etc., μάρτυρας h. Merc. 372 (cf. § 83[10]), γέλως θ 343 sq. Recentius aevum arguit accusativus ἔρωτα h. Merc. 449.

CAPUT IV.

Declinatio tertia.

I. *Observationes generales.*

§ 64. In numeri pluralis dativo stirpi additur suffixum -εσσι(ν). Huius suffixi vocalis prior ex ipsa littera sibilanti orta est, quae ut acuminari sive duplicari posset, cohibendus paullisper erat vocis

---

[1]) Inscr. Coll. 20 *ka· te· ti· sa· ne·* | *σ· pi· ke· ne·* | *u· vo· ne*, id est κατέθισαν ἐπὶ κενευϝόν.

decursus post consonam quae praecedit; nam haec si litteram sibilantem contigisset, fieri non poterat quin ita eam afficeret ut simplex fieret sigma. Brevitati igitur qui studet, sine vitio dicere potest litteram epsilon suffixi *-εσσι(ν)* esse vocalem auxiliarem. Furtiva autem haec vocalis in aliis regionibus non *ε* sed *ă* sonabat, ut apparet e tabulis Heracleensibus (Cauer Del.[2] 40[50,104,158,175]), ubi leguntur dativi *ποϊόντασσιν*, *ἔντασσιν* (= *οὖσιν*), *πρασσόντασσι*, *ὑπαρχόντασσιν*.

Exempla Homerica sunt: *πούς πόδ-εσσι*, *κληίς κληίδ-εσσι*, *ὄνυξ ὀνύχ-εσσι*, *Αἴας Αἰάντ-εσσι*, *Ϝέπος Ϝεπέ(σ)-εσσι*, *βοῦς βό(Ϝ)-εσσι*, item (ex analogia?) *νέκυς νεκύ-εσσι* [1]).

Si vero radicem terminat vocalis, abest sonus ille auxiliaris, qui iam non requiritur: *πίτυ-σσι*, *νέκυ-σσι* [2]), *γένυ-σσι*, *δάκρυ-σσι*. Item **πολύσσι* (vulg. *πολέσσι*) et *ὄισσι* (sic Fick, vulg. *ὄεσσι*)? cf. § 88 et 74.

Reperitur autem *-εσσι(ν)* non solum in poesi epica, sed praeterea adhibetur a poetis Aeoliis, et — quod multo maioris est momenti — regnat in inscriptionibus Lesbiis Boeoticis Thessalicis, frequens est in Doricis. Unde apparet ipsi linguae primitus proprium fuisse hunc terminum, non poetis deberi, et reiciendam igitur esse opinionem a Boppio olim prolatam, cui multi adstipulati sunt [3]), pravo analogiae studio deberi suffixum disyllabum *-εσσι(ν)*; nempe ad imitationem vocum, quales sunt *ἕπεσσι γένεσσι*, in quibus syllaba *-σι* adiuncta est stirpi in *-εσ* desinenti, postea formatos esse dativos *Αἰάντεσσι πόδεσσι* etc., et has deinde formas vitio natas effecisse ut ipsa vetusta et proba illa *ἕπεσσι γένεσσι* corrumperentur in novas figuras *ἐπέεσσι γενέεσσι*. Bonum factum sane quod non hinc prognati sunt longiores etiam et peiores dativi *Αἰαντέεσσι ποδέεσσι*, mox daturi progeniem vitiosiorem *ἐπεέεσσι* quaeque id genus sunt alia! At missis iocis serio reputemus quam multa obstent Boppii opinioni. Nempe labis tam late gliscentis ipsosque nervos linguae afficientis nullum exemplum in lingua Homerica extat; quapropter multa profecto concurrere debebunt indicia, ut concedamus veteres cantores adeo soloece sua lingua usos esse, et vel sic inviti

---

[1]) Nisi fallor, forma *νεκύεσσι* evincit, radicem vocis esse *νέκυς*; quod si verum est, altera dativi plur. forma non ex *νέκυ-σσι* sed ex *νέκυσ-σι* (ut *Ϝέπεσ-σι*) prodiit. De *πίτυσσι* etc. cf. p. 227, 2.

[2]) Vid. nota praecedens.

[3]) Vid. G. Meyer[2] p. 355 sq., Monro[2] p. 85 sq., E. I. Haupt de nominum in *-εύς* exeuntium flexione Homerica p. 18 etc.

credemus. At indicia illa ubi sunt? Non enim rarae sunt formae in syllabas *-εσσι* excurrentes, sed admodum frequentes et per carmina epica aequabiliter sparsae; neque in insolitis tantum substantivis nominibusve propriis occurrit terminus *-εσσι*, sed omne genus vocabulis adaptatur; neque metro poscitur aut commendatur, disyllaba enim forma *ποσσί* non minus apta est hexametro quam trisyllaba *πόδεσσι*. Ergo coniectura Boppii, cui neque dictionis Homericae indoles favet neque lapidum testimonia addicunt, quamprimum oblivione est premenda, et libenter nostra facimus verba quae leguntur apud Kühner-Blass I p. 418 (quo loco dialectorum hac de re testimonia optime sunt exposita): „der Beweis für diese „Theorie mangelt vollständig; er würde da sein, wenn erstlich *εσσι* „sich in historischer Zeit weiter und weiter verbreitete, wovon wir „(im dorischen Dialekt) das Umgekehrte sehen; zweitens, wenn die „Formen wie *ἐπέεσσι* den Alexandrinern angehörten, und nicht schon „dem Homer (auch lesb. *ἐτέεσσι*). Die *εσ*-Stämme sind auch gar nicht „zahlreich genug, um eine solche weitgehende Uebertragung ihrer „Endung wahrscheinlich zu machen". — Cf. ibidem in addendis p. 644 [1]).

Non tamen *-εσσι* unicus in lingua epica est dativi pluralis terminus, sed frequenter etiam tenuior suffixi forma *-σι* usurpatur, in qua sibilantis vis remisit neque igitur requiritur furtiva vocalis *ε*. Homerica sunt e. g. *πόδεσσι* (*ποδᾱσσι*) et *ποσσί* (*ποδσι*).

Vocabula autem, quorum stirpem claudit littera dentalis vel sigma, hanc litteram finalem modo servant (cf. § 35), e. g. *ποσ-σί* (*ποδ-σι*) [2]), *ϝέπεσ-σι*, modo amittunt, ut in lingua recentiore, e. g. *πο-σί*, *ϝέπε-σι*.

Haec si recte disputavimus, sequitur ut statuamus ratione carere dativi conformationem qua stirpi adiungantur syllabae *-εσι(ν)*. Quales dativi nonnullis tamen locis comparent, sed probabiliter refingi possunt tantum non omnes: *Υ* 468 *ὃ μὲν ἥπτετο χείρεσι γούνων* (leg. **χείρεσσ' ὃ μὲν ἥπτετο γούνων*?), *Ψ* 191 *ϝίνεσιν* (in pede quarto; leg.

[1]) Suffixum primitus *-σσι(ν)* fuisse, non *-σι(ν)*, etiam ex Attica dialecto demonstrari posse videtur, in qua *ἰχθύσι γλυκέσι* et similia dicantur; simplex enim sigma inter duas vocales intercidere nemo nescit. Analogiae vero vim in eiusmodi dativis cerni, ut sumit e. g. G. Meyer[2] p. 355: „bei den vocalischen und diphthongischen Stämmen erklärt sich die Erhaltung des intervocalischen *-σ-* der Endung *-σι* aus dem „Danebenstehen des *-σι* bei den consonantischen Stämmen", credibile est sane nec tamen verisimile.

[2]) Notentur dativi *νεήνισσιν* (codd. *νεήνῐσιν*) *Σ* 418, *σανίσσι* (codd. *σανίδεσσι*) *φ* 164, quos cum ratio tuetur tum consimilis dativus *ἴριασι* *Δ* 27 recte traditus.

Fίνεσσ'? cf. § 8, pag. 16), o 386 *οἴεσιν* (item; vid. § 74), o 557 *Fανάκτεσιν* (item, leg. *Fανάκτεσσ'*?). In versus *K* 486 pede primo pro *αἴγεσιν* praestat l. a. *αἴγεσσ'*. Vid. praeterea lectio Zenodoti *E* 329, v. l. ξ 238, Eust. 819, 60 et 820, 4.

Id quidem certum est, eiusmodi dativos non esse coniectura invehendos in textum, quemadmodum e. g. P. Knight *νεηνίδεσιν* proposuit *Σ* 418, Gerhard *Γιγάντεσιν ἐμβασίλευεν* η 59. Recte hac de quaestione iudicavit G. Hermann ad Orphic. Argonaut. vs. 614, qui ibidem pag. 821 e sequioris aetatis carminibus complures formas in *-εσι* attulit [1]).

§ 65. Dativi singularis iota finale multis locis pro longa syllaba usurpatur; vid. § 15, § 18, § 19.

De elisione syllabae *-ι* cf. § 13.

§ 66. Vocabula in *-ις* et *-υς*, quorum stirpem claudit consona dentalis, accusativum in *-ᾰ*, ut fert ratio, desinentem habent, etiam barytona, quorum accusativus postmodo deformatus est ad exemplum nominum quorum stirps vocali *-ι* vel *-υ* terminatur. Homerica sunt igitur *ἔριν ἔριδα*, *φύλοπις φυλόπιδα*, *κόρυς κόρυθα*.

Nonnullos tamen in locos irrepserunt accusativi in *-ἶν* pro *-ἶδα*. Quod vitium metro arguitur *K* 292 = γ 382 *βοῦν ἦνιν εὐρυμέτωπον*, leg. *ἦνιδα* (cum hiatu post quartum dactylum legitimo, vid. § 15); ceteris autem locis plerisque non obstant numeri quominus forma metaplasta in *-ιν* cedat formae elisae in *-ιδ'(α)*. Reperitur e. g. *γλαυκῶπιν Ἀθήνην* uno loco α 156, leg. *γλαυκώπιδ' Ἀθήνην*, id quod ipsi libri praebent h. Apoll. 323; integer accusativus extat Θ 373. Pro *ἄναλκιν ἔσεσθαι* γ 375 rescribatur *ἀνάλκιδ'*, ut alias in accusativo constanter dicitur *ἀνάλκιδα* (Θ 153 *I* 35 *N* 777 *Ξ* 126 *O* 62 *II* 656 *Φ* 555). Male *Κύπριν ἐπῴχετο* pro *Κύπριδ'* legitur *E* 330, licet *Κύπριδα* extet *E* 458, 883; male scribitur *ἔριν* ante vocales γ 136, 161, nam *ἔριδα* legitur *E* 861 aliisque locis decem; male *φύλοπιν αἰνήν Δ* 15 etc., cum integra forma ante consonam reperiatur λ 314 *φυλόπιδα στήσειν*; male ante vocales editur *ὄπιν*, *Π* 388 *ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες* et φ 28 *ὄπιν ἠδέσατ'*, plena enim accusativi forma *ὄπιδα* extat ξ 82 υ 215. De quibusdam tamen huiusmodi accusativis minus certum est iudicium; sic illud *ἔριν*, quod in *ἔριδ'*

[1]) Suspectum admodum est *χέρεσι πόδεσι* in fragm. Soph. 328; librariorum errori debetur *δαιτυμόνεσι* Herodot. VI 57, ubi *δαιτυμόσι* correxerunt Dindorf et vHerwerden.

mutandum esse modo intelleximus, metro stabilitum est π 292 = τ 11; ferenda sunt etiam θοῦριν O 308, ϝῖριν P 547. Haec igitur recentioris aevi usus invexit in textum Homericum; accusativum χάριν autem, qui passim obvius est (Δ 95 etc.), nemo sollicitabit, quoniam χάριτα nusquam legitur et stirps χαρι- etiam in cognato adiectivo χαρίεις agnoscitur.

Accusativi in -νν a stirpibus in dentalem desinentibus nulli formantur praeter κόρυν N 131 = Π 215, ubi verum esse id quod alibi passim in ipsis codicibus legitur κόρυθ' (Z 472, 494 N 188 etc.), veteres intellexerunt, vid. schol.; iure igitur utrobique κόρυθ' rescripsit P. Knight.

§ 67. Substantivi ϝάναξ vocativus est ϝᾶνᾰ in formula Ζεῦ ϝάνα versuum initio collocata Γ 351 Π 233 ρ 354.

§ 68. Vocum γόνῠ et δόρῠ, a stirpibus γονϝ(ᾰτ) et δορϝ(ᾰτ) ductarum, vocalis ο in omnibus casibus, excepto singularis numeri nominativo (acc. voc.), productione compensatoria in ου abit, cf. § 38. Reperiuntur apud Homerum formae:

Sing.	γόνῠ.	Sing.	δόρῠ.
	γουνός et γούνᾰτος.		δουρός et δούρᾰτος.
			δουρί [1]) et δούρᾰτι.
		Dual.	δοῦρε.
Plur.	γοῦνα et γούνᾰτα.	Plur.	δοῦρα et δούρᾰτα.
	γούνων.		δούρων.
	γούνεσσι et γούνᾰσι.		δούρεσσι et δούρᾰσι.

Etiam in derivatis servatur sonus ου, quem peperit digamma quod intercidit: γουνάζομαι sive *γουνάομαι (mss. γουνοῦμαι), ὁ γουνός, ἐπιγουνίς, δουράτεος, δουροδόκη.

---

[1]) Apud posteros ex δουρί factum est δορί, ut expectari poterat; e. g. Arist. Ran. 1289. Errori debetur forma δόρει, quam scenicis fuere qui tribuerent: σὺν δόρει σὺν ἀσπίδι Choerob. in Bekk. Anecd. 1364, Etym. M. 284, 32, Zonar. 564. Veram lectionem ξὺν δορὶ ξὺν ἀσπίδι exhibent codices Aristoph. Vesp. 1081. Infelix fuit conatus Dindorfii (ad Arist. Pac. 358 p. 549 ed. Oxon., in Lex. Aesch. s. v. δόρυ, ad Soph. fragm. 374b), Hermanni (vid. Ellendt in Lex. Sophocl. s. v. δόρυ), Nauckii, formam δόρει in tragicorum textum passim invehentium. Quam opinionem qui solus commendare videtur versus Soph. Oed. Col. 620, ubi δόρει διασκεδῶσιν legitur trimetri initio, quin corruptus sit non dubitamus; spuriam esse praepositionem suspicamur, coniecimus autem *ἴσως δορὶ σκεδῶσιν. Non inutile, immo necessarium fore, esse adverbium ἴσως, contextum reputantibus apparebit; non enim futura illic vaticinatur Oedipus, sed quid pro rerum humanarum inconstantia expectari possit atque debeat in mentem revocat auditoribus.

Nominativi *γόνυ* vocalis *o* suppressa est in *πρόχυν* et *γνύξ*, cf. § 12 et nostrum *knie*. Etiamne in *ἰγνύη N* 212 [1]) h. Merc. 152?

Vix opus est observare, nominativos *γοῦνυ* et *δοῦρυ* neque extare neque potuisse extare in lingua epica; in nominativo enim sing. sonus *υ* sive *ϝ* integer superest, neque igitur productionem suppletoriam praecedentis syllabae potest efficere.

§ 69. Inter adiectiva, quorum stirpem claudit littera muta, prae ceteris consideranda sunt ea quae in *-εις* desinunt; designant autem id quo res aliqua vel animans est instructum. A participiis perf. activi et aor. passivi hac praesertim in re discrepant, quod suffixum *-εις* (*-ϝεντ*) non verbi stirpi adhaeret sed nominis; sunt autem in epica dictione, et hinc etiam apud alios poetas, frequentissima, ex posteriore vero lingua tantum non omnia evanuerunt; unum *χαρίεις* [2]) apud Athenienses permansit. Exempla Homerica sunt *σκιόεις* (*σκιή*), *ἠνεμόεις* (*ὁ ἄνεμος*, cf. § 21), *μητιόεις* (*ἡ μῆτις*), *ἰχθυόεις* (*ὁ ἰχθύς*), *ἀστερόεις* (*ἀστήρ*) [3]).

Stirpi igitur substantivi addi videmus syllabam *-ϝεντ*. De littera *ϝ* constat ex inscriptionibus: *ΠΟΛΛΟΝΑΡΙΜΤΒΤΤΟΝΤΑΚΑΤΑΜΤΟΝΟΡΒΜΑΝΑΡΤΤΑΝ*, i. e. *πολλὸν ἀριστεύοντα* [4]) *κατὰ στονόϝε(σ)σαν ἀϝυτάν*, in cippi Corcyraei inscriptione bustrophedon exarata Coll. 3189 (IGA. 348, Kaibel Epigr. 180, Cauer Del.[2] 84), et *τιμάϝεσα* in inscr. Pamphylica Coll. 1266[6]. Hinc dubitaverit quispiam an etiam cantores epici dixerint *τιμήϝεις στονόϝεις* etc., quam tamen veri minus similem esse suspicionem vidimus supra § 40 pag. 154 sq.; perexiguum autem esse discrimen inter *στονόϝεις* et *στονόεις* unumquemque suae aures docere possunt.

Suffixum *-εντ* praecedere solet vocalis *o*, sive haec substantivi stirpem claudit (*ἠνεμόεις*) sive stirpi additur (*ἀστερόεις*), sive ultima stirpis vocalis in eam mutatur (*σκιόεις*) [5]). Quam legem quaedam

---

[1]) Ex *ἰν-γνύ-η* i. e. *ἰν-γνύ-η* ortum putant, vid. G. Meyer[2] p. 68.

[2]) Fortasse addendum est *φωνήεις*.

[3]) Non id quod *proprium* habet res sed cui *similis* est indicare videntur adiectiva *λειριόεις N* 830 et translate *Γ* 152 (*candidus*, hinc *clarus*, *helder*), *μορόεις Ξ* 183 = *σ* 298 *moro* (*baccae*) *similis*. Idem de voce *πτερόεις* contendit I. M. Hoogvliet Grammaticale raadselen 1892 p. 32, *levem*, non *alatum* vertendum esse ratus.

[4]) *αρωτευτοντα* lapidarius scripsit per errorem, sive omittenda fuerat littera *T*, sive *ϝ* scribendum.

[5]) Vitio debetur *ἠόεις E* 36, *καθεῖσεν ἐπ' ἠόεντι Σκαμάνδρῳ*, neque enim a voce *ἠών* recte formatum est hoc adiectivum, neque *ἠών* (*litus*) alias tribuitur fluviis; Naber verum restituisse videtur corrigendo *καθεῖσ' ἐπὶ ποιήεντι Σκαμάνδρῳ*.

adiectiva migrare videntur, sed videntur tantum, corrupta enim ad nos pervenerunt:

δενδρήεις, leg. *δενδρεόεις*, a subst. *δένδρεον*, cf. § 63.
πιδήεις, leg. *πιδακόεις*, *Λ* 183.
εὐρώεις, leg. *ἠερόεις*, vid. ad *Υ* 65.
κητώεις, l. a. *καιετάεις*, *Β* 581 *δ* 1.
ὠτώεις, leg. *οὐατόεις*, cf. § 72.

Sextum adiectivum, quod ita formatum est, *κηώεις* (*κηώεντι -εντα Γ* 382 *Ζ* 288 *Ω* 191 *ο* 99) quin item corruptum sit vix quisquam dubitat, quomodo sit corrigendum nemo dixit.

Alia revera discedunt: *δῑνήεις*, *Ϝηχήεις*, *λαχνήεις*, *πετρήεις*, *ποιήεις*, *τεχνήεις*, *τῑμήεις*, *ὑλήεις*, in quibus stirpis vocalis *η*, quam motrum tuebatur, intacta permansit.

Dubiae originis est Vulcani epitheton *ἀμφιγυήεις Α* 607 etc.; neque quomodo formatum sit *κολλήεντα* (pro *κολλητά*) *Ο* 389 satis apparet. Analogiae vero deberi videtur adiectivum *τελήεις* (*τεληέσσας ἑκατόμβας Α* 315 etc.), a stirpe *τελεσ* ductum; expectaveris enim *τελεέσσας* (cf. Tyrt. fr. 4, 2) aut *τελειέσσας* (= *τελεσϜέσσας*). Simili ratione natum est *κοτήεις Ε* 191 e stirpe *κοτεσ*. Certius etiam constat pravae analogiae deberi formas *ὑψιπετήεις Χ* 308 = *ω* 538, *αἰπήεσσαν Φ* 87, *μεσήεις Μ* 269, *φαιδιμόεντες Ν* 686, *ὀξυόεντα Ε* 568 *-ντι Ε* 50 etc., *τροφόεντα Ο* 621 *γ* 290, *ἀλγινόεσσαν -εντα* Hes. Theog. 214, 226 (cf. § 18), *ἀργινόεντα Β* 647, 656, a vocibus *ὑψιπέτης*, *αἰπή* (cf. § 75), *μέσος*, *φαίδιμος*, *ὀξύς*, *τροφ-*, *ἀλγ-*, *ἀργ-* ductas, quae sintne ipsis poetis omnes imputandae incertum est [1]).

Gravius offendunt adiectiva nonnulla, in quibus syllabae *-ηε-* vel *-οε-* contractae sunt: *τιμῆς Ι* 605, cf. schol. Aesch. Prom. 235, *τιμῆντα Σ* 475 et l. a. *κ* 38, ubi refellitur metro (cf. § 2), *τεχνῆσσαι η* 110, *καιρουσσέων η* 107 (ex Bergkii coniectura), *λωτεῦντα* vel *λωτοῦντα Μ* 283, adde *Σιμοῦντα* Hes. Theog. 342; alia e recentioribus exempla congessit La Roche ad *η* 107. Sed in adiectivo *φοινικόεσσαν -υσαι Κ* 133 *ξ* 500 *φ* 118 *Ψ* 717 *φοινικόεντα Θ* 116 (?), 137 (?) h. Merc. 250, *φοινικόεις* Hes. Scut. 194, non est cur haereamus; non enim vocales *-οε-* confluunt sed metro cogente corripitur vocalis *-ι-*, vid. § 18.

---

[1]) Adiectivum *φαιδιμόεντες* legitur loco quem postmodo adiectum esse constat; pro *αἰπήεσσαν* Nauck coniecit *ἠνεμόεσσαν*, pro *μεσήεις* Goebel probabiliter *μεσηγύς*; rescripsit; hastae epitheton *ὀξυόεις*, undecim locis obvium, fuere qui ab arboris nomine *ὀξύα* ductum esse contenderent, id quod credibile tamen non est; veri est similius ad imitationem adiectivi *ὀκριόεις*; *Δ* 518 etc., *lapidum* epitheti, conformatum esse. Pro *τροφόεντα* Aristarchus *γ* 290 *τροφίοντο* legebat.

§ 70. Substantivis neutrius generis, quorum stirps clauditur littera liquida, multo pluribus utitur dictio epica quam lingua recentior. Nempe praeter vulgaria illa *ϝέᾰρ* (Att. *ἔαρ* gen. *ἦρος*) [1]), *ἧπαρ*, *στέαρ* [2]), *φρεῖαρ* *Φ* 197 (Att. *φρέαρ*), *ὕδωρ* [3]), *πῦρ*, radicem in *-ρ* desinentem habent vocabula sequentia:

1) *ἄορ*, dat. *ἄορι*, plur. *ἄορα* *ρ* 222. Cf. *ἀείρω* § 256.

2) *ἦτορ*.

3) *ἐϝέλδωρ*, cf. *ἐϝέλδομαι* § 211.

4) *ϝέλωρ*, plur. *ϝέλωρα* *Σ* 93 et *ϝελώρια* *Α* 4. Cf. (*ϝ*)*ελεῖν* § 41[22].

5) *ἴχωρ* *Ε* 340, 416. Posterioris loci, ubi accusativus legitur, extat l. a. *ἰχῶ*, quam peperit error recentiorum, quibus *masculini* generis esse videbatur hoc substantivum; vid. e. g. Apoll. Rhod. III 853 *αἱματόεντ' ἴχωρα*, item IV 1679; etiamne Aesch. Agam. 1480?

6) *πέλωρ*, plur. *πέλωρα*, cum adiectivo *πέλωρος* vel *πελώριος*. Cf. *πέλομαι* § 275.

7) *τέκμωρ*. Cf. *τίκτω* § 236.

8) *ἄλκᾰρ*. Cf. *ἀλκ-* § 83.

9) *εἶλαρ*. Cf. *ϝέλλω* § 265.

10) *θένᾰρ* *Ε* 339 (gen. *θένᾰρος*). Cf. *θείνω* *Α* 588 etc. — Nominativus, qui apud Homerum non reperitur, extat Pind. Pyth. IV 366 Isthm. III 96.

11) *κῆρ*, dat. *κῆρι*, *κηρόθι* (cf. § 48). Debilior huius stirpis forma *κᾰρδ κρᾰδ* apparet in voce *καρδίη* sive *κρᾰδίη* (cf. § 39). Facile distinguitur vox *ἡ κήρ* (*κῆρα κηρός* etc.). — Disyllaba forma *κέαρ* apud posteros occurrit, sed epicum vocabulum *κῆρ* contractione ex *κέαρ* prodire non potuit propter indolem linguae Homericae a contractione alienam; dicitur *κῆρ* pro *κῆρδ* (*κᾱρδ*).

12) *νέκτᾰρ* *Α* 598 *Δ* 3 *Τ* 38, 348, 353 *ε* 93 h. Ap. 10, 124

---

[1]) Forma contracta *ἦρός* extat h. Cer. 456. Sed in Hes. Oper. 462 *ἦρι* non *vere* sed *mature* significat, ut in Homero *Ι* 360 *τ* 320 *υ* 156; male igitur *εἴαρι* illo loco scriptum est in codd. compluribus.

Adiectivi *ϝεᾰρῖνός* *Β* 89 etc. syllaba initialis producitur metri causa, cf. § 21, id quod codices indicare solent *εἰαρινός* scribendo. Nomen proprium *Εἰάρινος* bis legitur in epigrammate II[1] fere p. Chr. n. saeculi, Kaibel 515; cf. Martialis IX 12, 4: *dicunt Eiarinon tamen poetae | sed Graeci, quibus est nihil negatum | et quos Ἄρεος Ἄρεος decet sonare.* Vitiosas deinde formas poetae recentiores finxerunt *εἶαρ εἴαρος εἴαρι*, vid. Bion. VI 1, 15, 17 Theocrit. VII 97 XII 30 etc., cuius labis primum vestigium deprehenditur in hymno Cereris vs. 174 *εἴαρος*.

[2]) Gen. *στεᾰτος* *φ* 178, 183; cf. § 28.

[3]) De vocalis *υ* quantitate vid. supra pag. 87. — Dativus *ὕδι* traditus est Hes. Oper. 61 et Theognid. 961 (hic vitiose). Novum nominativum *ὖδος* inde finxit Callimachus.

Ven. 206, gen. *νέκτᾰρος ι* 359, cum adiectivo *νεκτᾰρεος Γ* 385 *Σ* 25 (?).

13) *πῖαρ*, neutrum adiectivi *πίων πίειρα*. Substantivi loco usurpatum est *Λ* 550 (= *P* 659) Apoll. Rhod. IV 1133 (ut nostrum *vel*), et praeterea legitur *ι* 185, ubi sitne adiectivum an substantivum dubitatur. Soloni adiectivum est *πῖαρ* in noto fragmento 36, 21: *πρὶν ἀνταράξας πῖαρ* [1]) *ἐξεῖλεν γάλα*.

Vocalis varietas, qua insignia sunt *πίων* — *πιαίνω*, *πῖαρ* — *πίειρα*, comparari potest cum *χειμών* — *χειμαίνω*, *χεῖμα* — *χειμέριος*, et *-φρων* — *πρόφρασσα -φραίνω*, *φράζω*, *-φραδής* — *φρήν φρενός* etc. (dat. *φρασί* Pind.).

14) *ὕπᾰρ τ* 547 *υ* 90.

15) *εἶδαρ*, plur. *εἴδᾰτα*. Cf. *ἔδω* § 307.

16) *ἦμαρ*, gen. *ἤμᾰτος* etc., cum compositis *ϝεξῆμαρ*, *ἐννῆμαρ*, *πάνῆμαρ* (§ 28), *ποσσῆμαρ*, *αὐτῆμαρ* et adiectivo *πανημέριος*. — Rara in Homericis est forma *ἡ ἡμέρη*.

17) *ὄνᾰρ*, plur. *ὀνείρᾰτα υ* 87. — Ab eadem stirpe ducitur *ὁ ὄνειρος* (*Ὄνειρος*).

18) *ὄνειαρ*, plur. *ὀνείᾰτα*.

19) *οὖθαρ* (*ἀρούρης*) *Ι* 141 = 283, plur. *οὔθᾰτα ι* 440.

20) *πεῖραρ*, plur. *πείρᾰτα πείρᾰσι*.

Adde pluralia *κτεᾰ́τεσσι Ε* 154 etc. (cf. § 17 pag. 84) et *ἀλείᾰτα υ* 108, et singulare *ἀλείφᾰτος -τι Σ* 351 *ω* 45 etc., cuius nominativus *ἄλειφα(ρ)* extat Hes. Theog. 553 Aesch. Agam. 322 Theocrit. VII 147 XVIII 45.

In Dianae epitheto *ἰοχέαιρα* (*Ε* 53 etc.) latitare substantivum *χέαρ*, a stirpe *χα* (*χάσκειν*) ductum et *sinum* significans, vertendum igitur esse *sagittas in sinu habens expeditas*, demonstrare conatus est I. M. Hoogvliet Grammaticale Raadselen p. 34 sqq., ingeniosius quam probabilius.

Apud recentiores accedunt:

1) *δέλεαρ* Eur. Andr. 264 Iph. Taur. 1181 Troad. 695 Hel. 761. Hinc Callistratus *μ* 252 legebat *δείλατα* pro *εἴδατα*.

2) *μῆχαρ*. Homericum est *τὸ μῆχος Β* 342 *Ι* 249 *μ* 392 *ξ* 238.

Etiam *νύκτωρ noctu*, quod fuere qui *β* 105 legerent, est substantivum adverbii loco adhibitum (= *κατὰ νύκτα*); apud posteros autem frequenter usurpatur perinde atque *ὄναρ per somnum* et *ὕπαρ revera*. Cf. *ἐνύπνιον Β* 56 (= *ξ* 495) Aristoph. Vesp. 1218.

---

[1]) Non *πίαρ* sed *πῦαρ* praebet papyrus *Ἀθηναίων πολιτ.* IV[46].

II. *Stirpes in -σ.*

§ 71. Stirpium, quae in litteram σ desinunt, contractio nulla est in lingua epica; cf. § 7. Dativi terminationem -ι elidi posse vidimus in § 13.

Substantiva neutra in -ος ita flectuntur:

N. V. A.	*Fέπος*	*Fέπεα.*
G.	*Fέπεος*	*Fεπέων.*
D.	*Fέπεϊ*	*Fεπέεσσι* et *Fέπε(σ)σι.*

Separatim commemorandum est *φάος lux* (§ 280), Att. *φῶς* gen. *φωτός* [1]). Plur. *φάεα καλά lumina* (= *oculi*) π 15 = ρ 89 τ 417 [2]).

Nullo non in casu discrepat hoc vocabulum a nomine Homerico *ὁ φώς φῶτα φωτός* etc. *vir*. In textu autem tradito per diectasin quae dicitur (cf. § 191) scriptum est *φόως* (*B* 49 etc.) et *φόωσδε* (*B* 309 etc.) pro *φάος* et *φάοσδε*. Sinceras formas restitui et posse [3]) et debere intellexit P. Knight, in ipsis codicibus *φάος* reperitur σ 317 τ 34 et passim apud Hesiodum, cf. Spitzner vers. Heroic. p. 23.

Flexio nominum *τὸ δFέος*, gen. *δFέεος*, et *τὸ σπέος* gen. *σπέεος* dat. *σπέεϊ* plur. *σπεέσσι* et *σπέεσι*, nihil habet insoliti. Sed in mscriptis hae formae cesserunt absurdis et inter se pugnantibus: gen. *δείους σπείους*, dat. *σπῆι σπήεσσι σπεσσί* [4]), de quarum origine vid. § 7. Revocari possunt formae genuinae sine ulla violentia locis cunctis, exceptis ε 194 *σπεῖος* (acc.) et Hes. Theog. 297 *σπῆι ἐνὶ*, leg. *σπέος* ἓς et *ἐν σπέεϊ* cum Nauckio.

§ 72. In syllabam -*ᾰς* plura nomina desinunt quam apud posteros. Quorundam autem alpha in ε abit; nempe:

1) *κτέρᾰς K* 216 *Ω* 235, plur. *κτέρεα κτερέων*, cum verbo *κτερείζω* (§ 222).

2) *κῶας, κώεα κώεσι.*

---

[1]) In dativo *τῷ φῷ* dixisse fertur Euripides fr. 538; quod si verum est, solocce admodum est locutus.

[2]) Quo iure prima syllaba producatur non apparet; metricam hanc esse productionem putat Schulze Quaest. Ep. p. 206, cf. supra pag. 95.

[3]) *φόως* ibi tantum legitur ubi positione (τ 64 ictu) producitur syllaba finalis.

[4]) Adde nomen proprium *Σπειώ Σ* 40, leg. *Σπεσώ* aut *Σπειώ* (sic Schulze Quaest. Ep. p. 403).

Formas contractas defendere conatus est Cauer Odysseae praef. p. xv, cui oblocutus est van Leeuwen Mnemos. 1889 pag. 219,3; errasse se concedit Cauer praef. Iliad. 1890 p. v et xix, attamen vitiosas formas etiam in Iliadis textu reliquit.

3) *οὖδας, οὔδεος οὔδει.*

4) *τέρᾰς, τέρᾰα* μ 394, *τερᾰ́ων* *M* 229, *τερᾰ́εσσι* *Δ* 398 etc., sed nomen proprium inde derivatur *Τειρεσίης*, i. e. *τερατοσκόπος*, in quo metri causa (cf. § 21) producta est syllaba initialis. — Ab alia stirpe ductum esse videtur *τείρεα astra* *Σ* 485, *τείρεσι* hymn. 7,7 [1]).

Cetera neutra in *-ᾰς*, quae apud Homerum reperiuntur, sunt:

5) *δέμᾰς* (§ 262).

6) *δέπᾰς.*

7) *κνέφᾰς.*

8) *σέβᾰς.*

9) *σέλᾰς.*

10) *σκέπᾰς* (plur. *σκέπᾰ* Hes. Oper. 532).

11) *σφέλᾰς.*

et quae postea in usu permanserunt:

12) *γέρᾰς*, plur. *γέρᾰ* *B* 237 *I* 384 *δ* 66.

13) *γῆρας.*

14) *κέρᾰς*, gen. *κέρᾰος*, etc., cum composito (*βοῶν*) *ὀρθοκραιράων* Θ 231 etc.

15) *κρέᾰς*, plur. *κρέᾰ* Θ 231 *γ* 65 etc.; utrum *κρέα ἔδμεναι* *Δ* 345 *X* 347 *υ* 348 sit ferendum an *κρέᾰ᾽ ἔδμεναι* voluerit poeta, dubitatur; aperte corruptum est *κρέα ι* 347. Genitivus plur. *κρεᾰ́ων* h. Merc. 130 in codd. extat, ceteris locis in *κρειῶν* abiit, *ο* 334 invito ipso metro, cf. § 2; quam originem habeat vitiosa haec forma, quacum concinunt Hesiodea vocabula *χρειῶν* (leg. *χρεέων*) Oper. 404 et *κλεῖα* (leg. *κλέεα*) Theog. 100, vidimus § 7 [2]). Aut recentem originem prodit aut corruptum est *κρεῶν* *ο* 98.

16) *οὖας* *Λ* 109 *Υ* 473, *οὔατος, οὔατα, οὔασι* *M* 442 μ 200 (Att. *οὖς, ὠτός*), cum adiectivis *οὐατόεις* *Ψ* 264, 513 Hes. Oper. 657 et *ἄμφουας* *χ* 10. In mss. haec partim intacta evaserunt, partim corrupta sunt in formas recentioris aevi *οὖς* *Λ* 109 *Υ* 473, *ὠσίν* μ 200, *ὠτώεντα* (cf. § 69) *Ψ* 264, 513 Hes. Oper. 657, *ἄμφωτον* *χ* 10 [3]). Apud Simonidem sincerae formae *οὖας* et *οὐατόεις* revera occurrebant (fr. 37, 245), cf. Herodian. *π. μον. λέξ.* p. 14 Dind., item Antimachus in schol. *Ψ* 845 *καλαύροπας οὐατοέσσας.* Adde nomen proprium *OFATIEΣ* in inscriptione Chalcidica (vid. pag. 150), et praeterea cf. h. Orphic. 19, 14, Callim. fr. 320, *ἀμφῶες* Theocrit. I 28.

---

[1]) Gen. *τειρίων* aut *τερίων* Alcaei fr. 156.

[2]) Nominativo *κρεῖας* usus est Ananius fr. 5, 3 (?). Dorice dicitur *κρῆς*, Ar. Ach. 795.

[3]) Etiam adverbium *ἀμφουδίς* *ρ* 237 ad vocem *οὖας* referendum esse videtur.

§ 73. Etiam adiectiva [1]) et nomina propria in *-ης* sine contractione flectuntur.

Notabile est adiectivum *νηλής I* 632, acc. *νηλέἄ T* 229, dat. *νηλέι Γ* 292 etc., cum vocativo *Π* 33, 204 et neutro *Λ* 484 etc. *νηλεές*. Insolitus nominativus *νηλειής* occurrit Hes. Theog. 770, quem et alia suspectum reddunt et vicinum *νηλεές* vs. 765; recepit tamen Apoll. Rhod. IV 1503 et alibi. Neutrum *νηλειές* extat h. Ven. 246. Homerica nominativi forma *νηλής* redit Pind. Pyth. XI 35, Aesch. Prom. 42, Eur. Cycl. 370, Apoll. Rhod. IV 1438.

Vitiose tradita sunt *ἀκλέα* et *δυσκλέα δ* 728 *B* 115 *I* 22 [2]), quae *ἀκλεέ'* et *δυσκλεέ'* sunt scribenda, et *ἀκληεῖς M* 318, *ἀκλειῶς α* 241 *ξ* 371, *ἐυκλειῶς X* 110, *ἐυκλεῖας K* 281 *φ* 331, *ἐυρρειῖος* (genit.) *Z* 508 = *O* 265 et *Ξ* 433 = *Φ* 1 *Ω* 692, quae formae contractae (vel potius corruptae) solvendae sunt in formas genuinas *ἀκλεέες ἀκλεέως ἐυκλεέως ἐυκλεέας ἐυρρεέος*, id quod nusquam non fieri sinit metrum; neque minus certum videtur pro *ἀκρᾱῆ β* 421 scribendum esse *ἀκρᾰέα*, quemadmodum *ἀκρᾰέος* recte traditum est Hes. Oper. 594, et pro formis mirificis *ζαχρηεῖς M* 347, 360 *N* 684, *ζαχρειῶν E* 525, poetam dedisse *ζαχρᾰέες* et *ζαχρᾰέων*; vocalis *-α-* in tribus his formis corripitur secundum § 17. — Conferantur quae de huiusmodi errorum origine disputavimus in § 7, et vid. § 72,15.

Nominum propriorum in *-κλέης* exeuntium haec est flexio in lingua Homerica: Acc. *Ἡρακλέἄ*, Gen. *Ἡρακλέος*, Dat. *Ἡρακλέεϊ*. Nominativus uno tantum loco occurrit, *Ὀικλείης* sive *Ὀικλῆης o* 244, ubi *Ὀικλέης* dicendum fuerat si per hexametri numeros licuisset. Sed insolita haec et vix Homerica (vid. p. 192,2) est syllabae brevis in thesi productio. Vocativus horum nominum non reperitur, quod mero casui tribuendum esse apparet, quoniam eiusdem generis vocativi extant *Πατρόκλεες* a nom. *Πάτροκλος* (vid. infra) et *ἀγακλεές P* 716. Cf. praeterea e. g. Attica inscriptio saeculi III a. C. exeuntis Kaibel Epigr. 40: [*ἐκ δ' Ἀκα*]*δημείης Τηλέκλεες οὐκ ἀβόητο*[*ν*].

---

[1]) Dictioni epicae ea tantum adiectiva in *-ης* propria sunt, quae ex compositione nascuntur, e. g. *ἀν-αιδής, θυμο-δακής, ἀγα-κλειής, φιλο-ψευδής*. Una quae ab hac lege discedit vox reperitur *Θ* 524 *ὑγιής*; pro *ἀλιγκίες Δ* 242 *Ω* 239 ex *E* 787 restitutum est *ἀλίγκεα*, et *Λ* 235 *ψευδέσσι*, non *ψευδέσσι* verum esse viderunt veteres (cf. *Φ* 276 *Ψ* 576 *ξ* 387), manifeste autem corrupta sunt verba *Ω* 354 *φραδίης νόου ἔργα τέτυκται*.

[2]) Decurtatis formis *εὐκλεΐᾱς εὐκλεΐᾰ ἀγακλεΐᾰ εὐκλεΐ'* revera usus est Pindarus Ol. II 90 VI 128 Pyth. VIII 90 IX 97, 186 Nem. III 120 V 26 VI 77 fr. 53, 5; *εὐκλεᾰ* tamen est Pyth. XII 42.

A nominibus in *-κλέης* derivantur adiectiva in *-κλεέειος* (i. e. *-κλεϝεσ* + *-ειος*, cf. § 61), e. g. *Ἡρακλεέειος*. Ope suffixi *-ϳα* formatum est nomen femininum *Εὐρυκλέεια* (= *Εὐρυκλέεσϳα*) [1]).

Nominis proprii *Πάτροκλος* praeter flexionem vulgatam *-κλε* [2]), *-κλον*, *-κλοιο* vel *-κλου*, *-κλῳ* usurpantur vocativus *Πατρόκλεες*, accusativus *Πατροκλέεα*, genitivus *Πατροκλέεος*. Eadem intercedit ratio inter nomen *Ϝἴφικλος B* 705 etc. et adiectivum quod inde ductum est *Ϝιφικλεεείη λ* 290, 296. Iure autem observasse videtur F. Weck Homerische Personennamen, Metz 1883, Patrocli nominis originem non a voce *κλέος* esse repetendam, sed suffixi *-κλος* sinceram formam fuisse *-κολος -cŭlus*, *Patercŭlus*; fuerit igitur nominis forma antiquior *Πάτροκλος*, deinde ad similitudinem nominum, quorum stirps in *-κλεες* desinit, genitivus *Πατροκλέεος* etc. conflicti fuerint. Sed ne virum hunc doctum sequamur contendentem alia quoque nomina, quae in *-κλῆς -ιππος -μαχος -μενος* etc. excurrunt, in fine mera suffixa adiecta habere, non cohaerere cum vocibus *κλέος ἵππος μάχομαι μένος*, cum alia multa dehortantur tum lapidum auctoritas, in Cypriis enim inscriptionibus legimus *ti· mo· ke· le· ve· o· se*, i. e. *Τιμοκλέϝεος*, Coll. 36 et 64, *ni· ko· ke· le· ve· se* i. e. *Νικοκλέϝης* ibid. 40 et 179.

In mscriptis non *-κλέεα*, *-κλέεος*, *-κλέεϊ*, *-κλεες*, *-κλεέειος*, *-κλέεια* reperiuntur, quas sinceras esse formas modo vidimus, sed *Ἡρακλῆα*, *Ἡρακλῆος* [3]), *Ἡρακλῆι*, *Ἡράκλεις*, *Ἡρακληεῖος*, *Εὐρύκλεια*. Metrum tamen nusquam obstat quominus solvantur formae contractae [4]), hic illic vel flagitat formam apertam, e. g.

τὸν δὲ βαρὺ στενάχων προσέφης Πατρόκλεες ἱππεῦ. Π 20.
ψυχὴν κικλήσκων Πατροκλέεος δϝειλοῖο. Ψ 221.

Quibus locis vitium sonant quae tradita sunt, *Πατρόκλεις* et *Πατροκλῆος*, sic enim prior versus fit spondiacus in disyllabum desinens, alter e meris constat spondeis; cf. § 2. Alii loci huc pertinentes reperiuntur *A* 337 *Λ* 823 *Π* 7, 49, 126, 584, 707, 744, 754, 812, 839, 843 *Ψ* 65. Pro *Πατρόκλεις Π* 693 et 859, initio versus, scribendum est *Πάτροκλος* (nominativus pro vocativo, cf. § 51).

---

[1]) Corripitur syllaba *-ρυ-* cogente metro, cf. § 25.

[2]) Novitium est *Πάτροκλε T* 287; cf. Dion. Thrax § 10, Hephaest. de Metris I 3.

[3]) Item in adiectivo *ἀγακλῆος Π* 738 *Ψ* 529; nomen proprium est *Ἀγακλῆος* (*Ἀγακλέος*) *Π* 571.

[4]) Mature eas in textum irrepsisse veri simile est, nam inde ab antiquissimis titulis Theraeis, in quibus *ΠΡΟΚΛΗΜ* (*Προκλῆς*) legitur IGA. 451, frequentes sunt in inscriptionibus.

Dei nomen *Ἄρης* sic flectitur:

N. *Ἄρης*.

V. *Ἄρες* vel *Ἄρες*. Vid. *E* 31 = 455.

A. *Ἄρηα*. Pro *Ἄρην* Hes. Scut. 59, 333, 425, 457 recipienda est l. a. *Ἄρη*'.

G. *Ἄρηος* et *Ἄρεος* (*Δ* 441 *T* 47 *Θ* 267).

D. *Ἄρηι* et *Ἄρεϊ* (*B* 479). In *Φ* 112 et 431 pro *Ἄρει* leg. *Ἄρη*(ι), ut *Ὀδυσῆ* ε 398 *ν* 35 (cf. § 76). Corruptum est *Ἄρῃ* vel *Ἄρει* *E* 757 *Θ* 276.

Syllaba initialis in arsi longa est, e. g. *Γ* 128 *E* 31, 594, 827, in thesi corripitur, cf. § 18. De correptione syllabae *-ρη-* in genitivo et dativo vid. § 17. — Derivatur adiectivum *Ἀρήιος* *Γ* 339 etc. [1]), cuius forma novicia *Ἄρειος* fortasse legitur *Δ* 407 *O* 736, *τεῖχος Ἄρειον*; alii tamen utrobique intellegunt *τεῖχος ἄρειον murum validiorem*, a nom. *ἀρείων*, vid. van Herwerden Mnemos. 1892 pag. 241 sq.

Stirps est *ἈρηϜ*, ratio igitur ferebat ut nominativus non in *-ης* sed in *-εύς* exiret. In Aeolica dialecto revera dicebatur *Ἄρευς* (Sapph. 66), *Ἄρευ*, *Ἄρευα*, *Ἄρευος*, *Ἄρευι* (Alcaei fr. 28—31), et adiectivum inde ducebatur *Ἀρεύιος* (Alcaei fr. 23).

Vocabulorum, quorum stirps clauditur littera sigma, in mscriptis haud ita raro reperiuntur formae contractae loco apertarum. Sic, — ut mittamus dativos in *-ει*, de quibus p. 62 sq. satis dictum est, — error quo genuinae formae *-εα* vel *-ἐ(α)* substituitur *-η* cum satis vulgaris est (vid. La Roche hom. Untersuch. p. 146, Menrad de contract. p. 78) tum pervetustus, legimus enim *ΑΑΓΗΕΘΗΚΕΝ* (*A* 2) in vol. Hercul. Philodemi de Ira p. 100 Gomperz, et in fragmento papyri antiquissimi, quod Flinders Petrie repperit, post versum *Λ* 509 extat hexametri aliunde ignoti [2]) finis *ΧΗΕΛΟΙΝΤΟ* [3]), quod [τεύ]χη ἕλοιντο probabiliter supplevit Menrad in Act. Academ. Bavaric. 1891 p. 546. Sed talia vitia facillime possunt corrigi,

---

[1]) Patronymicum *Ἀρητιάδης* Hes. Scut. 57 Wolfius iure mutasse videtur in *Ἀρηϊάδης*, vid. tamen Rzach ad eum locum.

[2]) Neque genuini, ut docet optativi terminatio *-οιντο*, quae a dictione epica est aliena, cf. § 119.

[3]) Sic, non *χισελοιντο*, ut transscripsit primus editor; errorem correxerunt van Leeuwen Mnemosyn. 1892 p. 128 et Menrad l. l.

nec nisi paucis locis Homericis reperiuntur formae contractae aut per synizesin proferendae, quae solvi nequeunt. Rarissima autem sunt haec indicia aevi recentioris pro carminum epicorum ambitu et huiusmodi vocabulorum abundantia. Cuncta ex ordine afferemus:

I. Neutra in -ος [1]) et -ας.

γένευς (l. a. γένος) ο 533.
ἐρέβευς Θ 368 λ 37 h. Cer. 409.
θάμβευς ω 394.
θάρσευς *P* 578, θρᾰ́σεος corr. Christ coll. Ξ 416.
θέρευς η 118, οὐδὲ θέρευς, leg. *οὐ θέρεος, Hes. Oper. 502.
ὄρευς l. a. Γ 10, εὖτ' ὄρεος Ar. et codd. plerique, ἠύτ' ὄρευς libri Chius et Massaliensis, ὥς τ' ὄρεος cod. Vind., quod verum videtur, vitiosum enim est εὖτε pro ἠύτε (§ 324).

θάρσει Z 126, θρᾰ́σεϊ corr. Menrad.
πελάγει γ 91, πόντῳ Fick.
στείνει χ 460, leg. *στένεϊ.
τάχει Ψ 515, leg. *τάχεϊ deleto τι quod praecedit.
φάει *P* 647, ἐν δὲ φάει καὶ ὅλεσσον, fortasse *ἐν φάεϊ δ' ἄρ' ὅλεσσον.
σέλαι πυρός Θ 563 φ 246 Hes. Theog. 867, Roehl πυρὸς σέλα', cf. § 13.
οὔδει *E* 734 Θ 385 Ω 527, leg. *οὐδῷ, *T* 92 (spur.), Ψ 719 σφῆλαι οὔδει τε, Roehl σφήλας οὔδάσδε coll. κ 440.

ἄλγεα Ω 7 (v. l. ἔργα).
βέλη *O* 444, Christ βέλος.
σάκεα Λ 113, σάκεα σχέθον.
στήθεα Λ 282, ἄφρεον δὲ στήθεα, leg. *στήθεα δ' ἤφριζον.
τεμένη λ 185, leg. *τέμενος.
τεύχη vel τεύχεα *H* 207, ἕσσατο τεύχη, leg. *τεύχε' ἔΓεστο, *X* 322 et ω 534, quibus locis mutandus est verborum ordo, Hes. Oper. 150.
ἄνθη h. Cer. 426.

ἀλσέων κ 350.
δενδρέων τ 520(?).
κερδέων Θ 164.

---

[1]) Ex Hesiodo accedunt: σάκευς Scut. 334, 460 (adde σκάφευς; Alcman. fr. 67, βέλευς; Alcaei fr. 15), μένει Scut. 235, 364, θέρει 399, τεμένει 58, ὄρει Theogon. 484, ἐρέβει 125, Γείδει 153, μεγίθει Scut. 5, νείκεα (νεῖκος?) Oper. 33, ἀγγέων 475, νεικέων 30.

στηθέων *K* 95, Christ στήθεος.
τευχέων λ 554 Hes. Scut. 71.

Horum genitivorum synizesis necessaria est minusque igitur displicet; cf. § 8.

II. Adiectiva et nomina propria in -ης [1]).

αἰνοπαθῆ σ 201, leg. *αἰνόμορον.
ἀλλοειδέα ν 194, leg. *ἀλλοῖα.
Διομήδεα Δ 365 *E* 881; verba utrobique aliter ordinanda sunt.
Ἐυπείθεα ω 523.
θεοϝειδέα Γ 27, 450 Ω 483 φ 277.
Πολυδεύκεα Γ 237 λ 300 Hes. fr. 26.
πρωτοπαγέα Ω 267.
ὑψερεφέα δ 757, leg. *ὑψόροφα.

εὐεργέος *Π* 743, leg. *εὖ ϝεργτοῦ.
διογενεῦς, l. a. -νὲς, *I* 106.

Ἐυπείθει ω 465.
καταπρηνεῖ *Π* 792 ν 164, leg. *καταπρηνὲς (§ 819)?
προαλεῖ *Φ* 262.
Διοκλεῖ h. Cer. 475.

ἀσκηθεῖς ξ 255, l. a. ἀσκεθέες, cf. § 18.
ἐναργεῖς *Υ* 131 η 201 π 161, leg. *ἐναργές (§ 819).
ἐπιδευεῖς *I* 225(?) *N* 622.
πρηνεῖς Λ 179 (spur.).
πρωτοπαγεῖς *E* 194.

ἀσινέας λ 110 = μ 137, τὰς εἰ μέν κ' ἀσινέας, *del. μὲν et cf. § 21.

ἐριθηλέων *E* 90, quae genuina fortasse est forma, quoniam necessaria est synizesis in hoc genitivo; cf. § 8.
ἐυεργέων δ 695 χ 319, leg. *ἐὺ ϝεργτῶν.

Separatim indicandae sunt formae insolitae δυσαήων ν 99 [2]) et ζαήν μ 313; fortasse *δυσαήτων et *ζαῆτ' est legendum.

---

[1]) Ex Hesiodo addenda sunt: ἀτειρπῆ Oper. 647, ἀφρογενέα Theog. 196, ἀψευδέα 233, Γηρυόνεα 982, εὐειδῆ fr. 154, πολυγηθέα Theog. 941, ἀτενεῖ Theog. 661, ἠεροϝειδεῖ Theog. 757, ψευδέας Theog. 229.

[2]) Substantivorum in -εύς analogiam sequi hunc genitivum putat G. Meyer[2] p. 350; metri causa poetam e nominativo adscivisse vocalem η suspicatur Schulze Quaest. Ep. p. 28; incerta admodum est utraque explicatio.

III. *Stirpes in -ι.*

§ 74. Stirpes in *-ι* hoc modo flectuntur:

N.	*μάντῐς*	*μάντῐ̆ες.*
V.	*μάντῐ̆.*	
A.	*μάντῐ̆ν*	*μάντῐς* et *μάντῐ̆ᾶς.*
G.	*μάντῐ̆ος*	*μαντῐ̂ων.*
D.	*μάντῐ̆ι* [1])	*μαντῐ̂(εσ)σι.* Vid. *ζ* 132.

Ancipitem esse vocalem iota nominativi vocativi accusativi sing. statuit Hartel Hom. Studien I p. 449 propter locos satis crebros, ubi in arsi pro longa usurpatur, e. g. *Z* 152 *Π* 57 *H* 164; cf. § 18, § 19, § 44[2]. Sed versus ubi terminationes *-ις -ι -ιν in thesi* locum longae syllabae occupant quin correctione indigeant dubium non videtur, nempe *βοῶπῑ πότνια Ἥρη Θ* 471 *O* 49 *Σ* 357, ubi recte *βοῶπις* scribebat Aristophanes (cf. § 51), *ἦνῑν K* 292 *γ* 382, leg. *ἤνιδα* (cf. § 66), *βλοσυρῶπῑς ἐστεφάνωτο Λ* 36, qui versus solus nequit probabiliter refingi [2]).

Dativi singularis terminus in mscriptis non est *-ιι* sed *-ει* vel *-ι*. Duas tamen esse syllabas, non unam, cum analogia docet tum luculenter apparet *E* 71 *P* 152 *Ω* 707, quibus locis formae *πόσεϊ* et *πτόλεϊ* anapaestum efficiunt et metrum igitur prohibuit quominus vocales *-ιι* vel *-εϊ* in unum sonum confluerent. Distrahi autem potest *-ι* (*-ει*) tantum non ubique. Qui repugnant versus sunt: *Π* 661 *Ω* 141 *ἀγύρῑ, Ψ* 891 *δυνάμῑ, Σ* 407 *Θέτῑ, Z* 335 *νεμέσσῑ* (cf. § 36), *λ* 430 *ρ* 555 *τ* 95 *πόσῑ, γ* 381 *παρακοίτῑ, Ω* 706 *ζ* 9 *πόλῑ*. Ex his locis probabiliter correcti sunt *Ω* 706 et *λ* 430, manifeste corruptus est *τ* 95, ceteris quomodo restitui possit epica dativi forma non apparet.

Accusativi pluralis terminatio disyllaba *-ιας* legitur e. g. *Z* 240 *καὶ πόσιας*. Monosyllabam *-ῑς* non ex *-ῐ̆ᾶς* contractam sed ex *-ινς* natam esse vix opus videtur lectoribus in memoriam revocare [3]). Restituendum esse *-ῑς* pro *-ιας Θ* 560 et 574 evincit metrum, ubi *πόλιας* praebent codices cum synizesi proferendum, cf. § 8.

Vocabulum *π(τ)όλις urbs* praeter legitimas formas has habet: *πόληος* (locis 16), *πόληι Γ* 50 (*Ω* 706?), *πόληες Δ* 45, 51 *τ* 174 h.

---

[1]) Cf. inscr. Cypr. Coll. 60[6] *ta· i· po· to· li· ji*, i. e. *τᾷ πτόλιϳι*.

[2]) Non huc pertinet nominativus *ὄρνῑς I* 323 *M* 218 *Ω* 219, gen. *ὄρνῑθος*.

[3]) Terminationes *-ῑς -ῦς* ot *-ῖᾶς -ῦᾶς* primitus ita fuisse distributas, ut illa radicibus quae *brevi* vocali terminantur propria esset (*-ῐ̆ς -ῠ̆ς* = *-ῖνς -ῦνς*), haec radicibus quas *longa* vocalis claudit (*-ᾱ̆ς* = *-ᾱϝς*, *-ῡ̆ς* = *-ῡϝς*), postea vero permixtas esse, probabiliter statuit G. Meyer[3] p. 346. Certum est ab Homero promiscue utrasque usurpari.

10,8, *πολῆας* ϱ 486 [1]). Cognata autem productione poeta *cives*, qui *πολῖται* dicuntur *O* 558 *X* 429 *η* 131 ϱ 206 h. Cer. 99, *πολῑήτας* vocavit *B* 806.

Corruptum est *πόλιος B* 811 *Φ* 567, quos locos coll. *X* 464 correxit Menrad.

De littera *τ* in formis *π(τ)όλις* etc. cf. § 84. Constans est haec littera in derivatis *πτολῐέθρον* et *πτολῐπορθος*.

Vocis *ὁ ἡ ὄις ovis* hic illic occurrunt formae, quae contractas habent vocales *ο* et *ι*: *οἰός, οἰῶν*. Quales loci partim addito diaereseos signo sanari possunt, vid. *Γ* 198 *O* 373, reliqui vero suspicionem movent; pro *οἰῶν* olim *μήλων* fuisse *Λ* 678 *ξ* 100 satis constat; alia ratione sanari possunt *X* 501 *Σ* 588 etc., non tamen omnes certam habent medelam [2]). Aristarcho contractionem non fuisse suspectam apparet *Γ* 198 *O* 373; apertam tamen formam *ὀΐ* Ionicis sui temporis hominibus tribuit comicus Pac. vs. 930.

Pro *ὄεσσι* (i. e. *οἴεσσι, ὄϳεσσι*) Z 25 *Λ* 106 *ι* 418 videtur *ὄισσι* esse scribendum auctore Fickio; cf. § 64. Vitiosa sunt *ὄιες ι* 425 et *οἴεσιν ο* 386 (cf. § 64).

Notatu digna est vox *ὁ λίς leo Λ* 239 *O* 275 *P* 109 *Σ* 318, acc. *λίν Λ* 480, dat. plur. *λίεσσι E* 782 *H* 256 *O* 592, ubi lectio vulgata *λείουσι* perperam in thesi productam habet syllabam initialem. Veram lectionem, quam restituit Nauck, Callimachus notam habuisse videtur, hunc enim *λῖες καὶ λίεσιν* (leg. *λῖες*? et *λίεσσιν*?) dixisse testatur Etym. M. s. v. *λίς*. Accusativum *λίν* etiam Eur. Bacch. 1174 (Brunck) et Theocrit. XIII 6 adhibuerunt.

Aliis locis Homericis dicitur *λέων* [3]) *λέοντα* etc., *λέουσι X* 262 h. Merc. 566.

---

[1]) Apud posteros frequentes sunt hae formae:

πώλῳ: Alcae. fr. 23 Simonid. 106 Theognid. 757 Apoll. Rh. I 317, 321, 781, 833 III 1237 IV 1028. Contracta forma *πώλευς* extat Theognid. 776, 1043 Hipponact. fr. 43.

πώλῃ Tyrt. 12[15], Theognid. 1005, Callim. h. Ap. 77.

πώλῃς; Apoll. Rh. II 373 Callim. h. Del. 279.

πώλῃσ; Hes. Scut. 105, l. a. *πώλῃσι*, quam singularis formam ibi suadet contextus, spernit tamen lingua.

[2]) Genitivum *ὀΐων* olim extitisse collato verbo *ὀΐω* (Att. *οἶομαι*) suspicantur W. Leaf et A. Platt.

[3]) Femininum non usurpatur in dictione epica, cf. schol. *Γ* 133 *Φ* 483.

Adiectiva, quorum stirps clauditur vocali -ι, in lingua Homerica haec reperiuntur: *Ϝίδρις ἄϜιδρις πολύϜιδρις* (§ 212), *νῆστις* (§ 307). Etiam adiectiva *εὐνις X* 44 *ι* 524, *θέσπῐς ϱ* 385, *τρόφῐ Λ* 307 [1]) huc referenda videntur, quamquam ex Homero horum littera radicalis cognosci nequit.

Vocis *ἦνις Z* 94, 275, 309 *K* 292 *γ* 382 stirpem non *ἠνι* esse sed *ἠνιδ* vidimus § 15 et 66.

IV. *Stirpes in -υ.*

§ 75. Substantivorum in *-υς* desinentium accusativus plur. nonnullis locis est *-ῦᾶς* [2]), sed plerisque *-ῦς*, ut in lingua recentiore, e. g. *νέκῡς ω* 417, *γένῡς λ* 320.

Etiam nomina *πέλεκυς* et *πολύς* in lingua epica habere accusativum plur. in *-ῡς*, *πελέκῡς* et *πολῦς*, licet textus traditus praebeat *πελέκεας Ψ* 114, 851, 856, 882 *τ* 573 *φ* 120, 260 et *πολέας Λ* 559 etc., praeeunte Zenodoto intellexerunt Duentzer et Christ; cf. § 8 et 88,9.

Dativus singularis his locis contractus est:

θρήνυι ϱ 504.
ἰξυῖ ε 231 *κ* 544.
νέκυι Π 526, 565 *Ω* 108.
διζυῖ η 270.
ὀρχηστυῖ Θ 253 *ϱ* 605.
(*πελέκυι γ* 449?)
πληθυῖ X 458 *λ* 514 *π* 105.

Item *Φόρκυι* Hes. Theog. 333 (et 270?), *γέννι* Pind. Ol. XIII 121, *ἰλυῖ* Theognid. 961. Nominis proprii *Δέρμυς* dativum *Δέρμυι* in hexametri exitu praebet inscriptio Tanagraea Coll. 875 (IGA. 265, Kaibel Epigr. 484, Cauer Del.[2] 361): *ΑΜΦΑΛΚΕΣ . ΣΤΑΣΕΙΠΙ-ΚΙΤΤΑΟΙΕ | ΔΕΠΙΔΕΡΜΤΙ. — ΔΕΡΜΤΣ. — ΚΙΤΤΑΟΣ*, id est: *Ἀμφάλκεις (-κης) ἔσταδ' ἐπὶ Κιτύλοι ἠδ' ἐπὶ Δέρμυι. Δέρμυς. Κιτύλος* [3]).

Sed separatim pronunciandae sunt vocales *υ* et *ι* in dativis *δρῦῖ Σ* 558, *σῦῖ Δ* 253 *Λ* 293 *P* 281, *νηδύι Υ* 486 (l. a. *πνεύμονι*).

---

[1]) Pluralis *τρόφιες* legitur Herodot. IV 9.

[2]) Vid. pag. 224, 3.

[3]) Genitivus pluralem in *-ῦν* pro *-ύων* tragicis vindicare conatus est Dindorf Aesch. Sept. 122 Eur Iph. Taur. 931, 970, 1456, invitis tamen codicibus, qui *γενύων* et *ἰρινύων* illis locis praebent.

Multa in dictione epica occurrunt substantiva verbalia feminini generis in -τύς desinentia. Leguntur apud Homerum: ἀγορητύς Θ 168, ἀκοντιστύς Ψ 622, ἀλαωτύς ι 503, βοητύς α 369, βρωτύς Τ 205 σ 407, γραπτύς ω 229, δαιτύς Χ 496, ἐδητύς Α 469 etc. (locis 31, semper genitivus, in pede quarto), ἐλεητύς ξ 82 ρ 451, ἐπητύς φ 306, ἰθύς Ζ 79 Φ 303 δ 434 Θ 377 π 304 h. Ap. 539, κιθαριστύς Β 600, κλῖτύς Π 390 ε 470, μνηστύς β 199 π 294 τ 13, ὀαριστύς Ν 291 Ξ 216 Ρ 227, ὀτρυντύς Τ 234 sq., ὀρχηστύς Ν 731 α 152, 421 Θ 253 ρ 605 σ 304, πληθύς Β 143 etc. (locis 17), ῥυστακτύς σ 224, τανυστύς φ 112. Quae omnia igitur aut rara sunt aut certis tantum in formulis certisque hexametri sedibus reperiuntur [1]).

Substantivorum in -υς exeuntium longa est vocalis υ in nom. voc. acc. sing., id quod complures loci Homerici docent; vid. Ζ 79 Α 305 Υ 421 Φ 127, 303 σ 407 Hes. Theog. 214 Scut. 264, ubi in thesi longae sunt syllabae -υς et -υν, et cf. Spitzner de versu heroico p. 67. Producitur praeterea vocalis υ in adverbio βοτρυδόν Β 89.

Ergo ubi in arsi collocatae sunt syllabae -υς et -υν (Β 143 Δ 492 Η 84 Ν 731 Ο 305 Ρ 31, 692, 724 Σ 180 Τ 205 Υ 197 Χ 386 Ψ 622 ε 470), non producuntur vi ictus sed sua natura longae sunt.

Ante vocalem vero vocalis υ perpetuo corripitur, -ὕος -ὕες, -ὕας, -ὕων; item in dativo pluralis numeri, -ὕσι, e. g. ἰχθύσι Ω 82, ὀφρύσι Α 528 [2]). Discrepat Φ 318 ἰλῦος, qui locus corruptus videtur; ex versus autem sede explicanda est genitivi δρυὸς prima syllaba producta Hes. Oper. 436, vid. § 22.

Barytona nonnulla [3]) in omnibus casibus brevem habent voca-

---

[1]) Addantur κρεμβαλιαστύς h. Ap. 162, καταπλαστύς Herodot. IV 75, λητιστύς V 6, κτιστύς IX 97, θελκτύς Apoll. Rh. I 515, γελαστύς Callim. h. Del. 324, ἀλητύς et μαστύς fr. 277 Bentley in schol. Apoll. Rh. I 1353. — In numeralibus τριττύς πεντηκοστύς ἑκατοστύς χιλιαστύς (Aeol. χελληστύς, 276-278 Collitz.) hoc suffixum aetatem tulit. Quemadmodum autem suffixum -τις in -σις abiit, sic suffixum -τύς accedente altero suffixo in -σύνη mutatum esse suspicatur Vogrinz hom. Gramm. p. 169, incerta admodum coniectura.

[2]) Hinc efficimus non νέκῡσι γένῡσι πίτῡσι scribendum esse pro νέκυσσι γένυσσι πίτυσσι, licet Brugmann Gr. Gramm. § 90 Schulze Quaest. Epic. p. 132 alii, qui suffixi primariam formam -σσι fuisse negant, alterum sigma delendum esse censeant.

[3]) Non omnia: sunt enim barytona quae eam longam habent: νέκῡς (vid. v. Hartel stud. Hom. I p. 449), fortasse etiam πέλεκυς (cf. Γ 520), πίτυς, γένυς (cf. Schulze Quaest. Epic. p. 132). Item apud poetas Atticos, e. g. στάχῡς Eur. Hercul. 5, γένῡς Eur. Electr. 1213 et fr. 530.

lem *υ*: *γῆρυς*, *μελίγηρυς*, *Ϝίτυς*, *θρῆνυς*, *κῖκυς*, *ἄκικυς*. Videatur etiam infra *γρῆυς*.

Vocis *βοῦς* flexio nihil habet insoliti, nisi quod dativus et accusativus numeri pluralis gemellas habent formas *βοῦς* et *βόας*, *βουσί* et *βόεσσι*, utrasque multis locis obvias. Apud Hesiodum Theog. 983 per synizesin proferendum est *βοῶν*, loco spurio.

Vocabuli *γρῆυς* (–◡) praeter nominativum occurrunt vocativus *γρῆυ* et dativus *γρηΐ*. Accusativus non invenitur, genitivus uno loco *α* 438 extat, ubi sitne *γραίης* scribendum an *γρηός* incertum. Monosyllabae formae reperiuntur *γρηῦς* τ 346 ω 389 et *γρηῦ* τ 383 χ 411, quas ut recitemus *γρῆυς* et *γρῆυ* (cf. § 17) suadet metrum τ 383, sinit id fieri τ 346 χ 411, vetat ω 389.

Vox *νηῦς* ita flectitur:

N.	*νηῦς*	*νῆες* et *νέες*.
A.	*νῆα*	*νῆας* et *νέᾶς*.
G.	*νηός* et *νεός*	*νηῶν* et *νεῶν*.
D.	*νηΐ*	*νήεσσι*, *νέεσσι*, *νηυσί*.

Addito suffixo *-φι*: *ναῦφι(ν)* *B* 794 etc. — De inconstantia, qua modo *νηυ-* modo *ναυ-* dicitur in hac voce et eius derivatis (*ναυσικλυτός*, *Ναυσικάα* etc.) cf. § 5.

De prima syllaba formarum *νεός νέες* etc. correpta vid. § 17.

Vitiosum accusativum *νέα ι* 283 emendavit van Gendt, quem secuti sunt Ahrens et Nauck (cf. § 8).

Vocabulorum *Ϝάστυ* et *πῶυ* hae sunt figurae: *Ϝάστυ Ϝάστεος Ϝάστεϊ Ϝάστεα*, *πῶυ πώεα πώεσι*.

In *-ύ* exeunt praeterea neutra *μέθυ*, *γόνυ*, *δόρυ*. Primi nominativus et acc. tantum reperiuntur, de secundo et tertio cf. § 68.

Adiectivorum in *-ὺς -ύ -εια* desinentium ita flectuntur masculinum et neutrum:

ταχὺς ταχύ ταχὺν ταχέος ταχέϊ.
ταχέες ταχέᾶ ταχέᾶς ταχέων ταχέεσσι.

Dativi singularis iota eliditur *H* 86 ω 82, *πλατέ'(ι)*, codd. *πλατεῖ*. Cf. § 13.

Adiectivi *εὐρύς* accusativus sing. masc. plerisque locis de more formatus est, *εὐρύν*, sed *εὐρέα πόντον* vel *κόλπον* est *Z* 291 *I* 72 *Σ* 140 *Φ* 125 *δ* 435 ω 118.

Femininum horum adiectivorum in *-εῖα* exit et solita ratione flectitur. Discrepant tamen sequentia:

1) *βᾰθῠ́ς*, fem. gen. *βαθέης* *E* 142 *O* 606 *Φ* 213, acc. *βαθέην* (leg. **βαθέᾰν*, cf. p. 28) *Π* 766. Vid. § 17. — Alibi formae vulgares *βαθεῖαν βαθείης* etc. leguntur.

2) *ὠκῠ́ς*, fem. *ὠκέᾰ*, in formula *ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις* *B* 786 etc. vel *πόδας ὠκέα Ἶρις* *B* 790 etc., qua clauditur hexameter; praeterea *Ψ* 198 *ὠκέα δ' Ἶρις* legitur in versus fine, sed non integrum esse illum locum docet digamma neglectum, Bentley correxit *ὦκα δὲ Ἶρις*. Dubia est etiam lectio *μ* 374 *ὠκέα δ' Ἠελίῳ Ὑπερίονι ἄγγελος ἦλθε | Λαμπετίη* etc., ubi *ὦκα* et *ὠκύς* sunt l. a. (**ὦκα δ' ἄρ'* ?).

3) *αἰπῠ́ς*, fem. *αἰπή* *N* 625 *γ* 130 *Θ* 516 *ν* 316, alibi *αἰπεῖα*. — A feminino *αἰπή* ducta est nova et suspecta forma *αἰπήεσσα* *Φ* 87, de qua cf. § 69.

4) *πρέσβῠς*, fem. *πρέσβᾰ* *E* 721 *Θ* 383 *Ξ* 194, 243 *T* 91 *γ* 452.

Neutrum plur. adiectivi *αἰπύς* est *αἰπᾰ́* *Θ* 369 *Φ* 9. Eadem ratione formata sunt haec pluralia, quae adverbiorum loco usurpantur: *ὦκα, τάχᾰ́, λίγᾰ́, θαμᾰ́* [1]), ab adiectivis *ὠκύς ταχύς λιγύς θαμύς* [2]). Cf. § 320.

Inter adiectiva in *-ῠ́ς* prae ceteris notatu dignum est *ἠύς - ἐύς* (cf. § 17), acc. *ἠύν - ἐύν*, neutr. *ἠύ*. Ad eandem radicem videntur referendi esse genitivus sing. *ἐῆος* *A* 393 etc. [3]), et genitivus plur. *ἐᾰ́ων* *Ω* 528 *Θ* 325, 335 Hes. Theog. 46, 111, 633, 664, quom *ἐήων* rescribi mavult Nauck (cf. § 5).

Neutri sing. correpta forma *ἐύ*, quae raro contrahitur in *εὖ*, multis locis adverbii loco usurpatur, ut apud posteros.

In compositis *ἠυ-* constanter in *ἐυ-* abiit; excipiuntur haec, quae metro defensam habent syllabam initialem: *ἠύκομος* (mulierum epitheton) et *ἠυγένειος* (*λίς* vel *λέων*); item *ἠυγενής* h. Ven. 94. Ad-

---

[1]) Adde vocem *κάρτα*, quo tamen adverbio Homerus non utitur, ab adiectivo (*καρτύς*) *κρατύς* *Π* 181 etc.

[2]) Singularis *θαμύς* non reperitur, sed plurale *θαμίες* satis est vulgatum; femininum autem *θαμεῖαι -ᾶς* *A* 52 etc. quin ad hoc pertineat adiectivum et perperam igitur *θαμειαί θαμειάς* fuerit scriptum ab Aristarcho aliisque grammaticis, quasi a nominativo *θαμειός* ductum (cf. Lehrs Arist.[3] p. 259), dubium non videtur. Idem est statuendum de feminino *ταρφείαι -ᾶς* *M* 158 etc., a masculino (*ταρφύς*) *ταρφείς*.

[3]) Zenodotus *ἑοῖο*, quam lectionem fuere qui defenderent, hoc possessivum *proprium* interpretati et secundae quoque primaeque personis applicari potuisse contendentes; vid. § 95.

... quod pro tradito *εὐπατέρεια* e coniectura restituit ... *γερουσίηφι* Z 292 etc. [1]).

... in *-εύς* desinunt substantiva, vocalem *η* stirpi primi... servant ante vocalem, et sic igitur flectuntur:

N.	*βασιλεύς*	*βασιλῆε* (*ϑ* 312 *σ* 64?)	*βασιλῆες.*
V.	*βασιλεῦ*		
A.	*βασιλῆα*		*βασιλῆας.*
G.	*βασιλῆος*		*βασιλήων.*
D.	*βασιλῆι*		*βασιλεῦσι.*

In nominibus propriis nonnunquam [2]) corripitur *η* et tunc *ε* scribi ... vid. *A* 364 sq. *B* 782 *Ξ* 115 *Π* 203, 417 *Ψ* 630 *Ω* 61 ... 301 etc. et cf. § 17; item in *τοκέων O* 660 *Φ* 587 [3]).

Quaedam nomina propria nullo non loco brevem habent vocalem; nempe:

Ἀτρεύς [4]), *Ἀτρέος B* 23 etc., *Ἀτρέϊ B* 105, cum patronymicis *Ἀτρεΐδης* et *Ἀτρεΐων.*

Τυδεύς, Τυδέος Z 222, *Τυδέος B* 406 etc., *Τυδέϊ Δ* 372 etc.

(*Πορθεύς*) *Πορθέϊ Ξ* 115.

Dativum pluralem in *-εσσι* excurrentem habet una vox *ἀριστήεσσι Δ* 327 etc., a nominativo *ἀριστεύς*, qui apud Homerum non reperitur.

Rectene textus traditus nominativo et vocativo numeri singularis et dativo numeri pluralis tribuat syllabam *ευ*, an potius *-ηύς -ηῦ ηῦσι* sit scribendum, quemadmodum *γρηῦς* scribitur et *νηῦς*, haec quaestio neque ad exitum perduci potest neque magni est momenti, nam exiguum fuisse discrimen inter sonos *ηυ* et *ευ* quivis intellegit.

[1]) Adiectivum *εὐπάτειρα* Menander adhibuisse videtur fr. 616 Kock; cf. Schulze Quaest. Epic. p. 33.

[2]) Quam raro hac licentia metrica utantur vetusti cantores intellegimus si reputamus nusquam reperiri formas *Ἀχιλλία Ἀχιλλίος Ἀχιλλίϊ* (*-εῖ Ψ* 792 loco corrupto, vid. infra) *Ὀδυσσῆϊ*, duobus locis dubiis *ζ* 212 *ϱ* 301 accusativum *Ὀδυσσία*, uno loco *Δ* 491 genitivum *Ὀδυσσίος*.

[3]) Adde *γονίων* h. Cer. 241, *βασιλίων* Hes. Op. 261. Corruptum esse *τοκίων*, priore enim loco *τοκίων* legendum esse, posteriore fortasse *οἵ τε καὶ πρόσθ' ἀλόχων καὶ παίδων φίλ' ἔασιν* vel eiusmodi aliquid dedisse poetam, opinio est Schulzii Quaest. Ep. p. 457, 3.

[4]) Probabiliter statuit Pott, nomen *Ἀτρεύς* decurtatum esse ex *Ἄτρεστος*, et virum igitur designare qui e pugna cedere nesciat; optime sic cum nomine patris concinunt filiorum nomina *Μενέλαος* et *Ἀγαμέμνων* a *μένειν* derivata. Si verum divinavit, a nominativo *Ἄτρης* repeti possunt formae *Ἄτρεος* et *Ἄτρεϊ*. Quammaxime autem favet eius opinioni nomen Arcadicum *Ἀτρεστίδας*; Coll. 1181 A[37]. Cf. *Ἄρης* § 73.

Est tamen satis probabilis haec suspicio, et paene certa fit si cum Curtio nomen *βασιλεύς*, quod omnium nominum huc pertinentium est frequentissimum, *ducem populi* (*Herzog*) interpretamur, a *βᾰσι* (*βαίνειν*, *βῆσαι*) et *λᾱός* derivantes, ita ut olim *βασιλᾱ́ϝς* sive *βᾰσιλαύς* fuerit. Cf. *Λευτυχίδης*, *λῃτουργία*, revera autem vocalem *alpha*, non sonum *ē*, huic voci primitus infuisse, apparet e dialecti Eliacae forma *βασιλᾶες* Coll. 1152[2] (IGA. 112). Idem dictum esto de voce *Ζεύς* = *Djaus*, Dor. *Ζᾱ́ν*. Non tamen de omnibus vocibus in *-εύς* idem valere docent formae *ἱερής γραφής* in inscriptionibus Cypricis et Arcadicis (Coll. 33, 1230, 1231, 1235 sq.) obviae, quibuscum concinit dei nomen *Ἄρης* [1]).

In Homericis autem consona *ϝ* e terminis *-ῆ(ϝ)α* etc. evanuit; testes sunt loci quibus corripitur syllaba paenultima, id quod nisi *ante vocalem* fieri non poterat, vid. § 17. Itaque *βασιλῆϝα* etc. non recte scripserit quispiam in carminibus epicis; absurdum vero esset scribere *τοκέϝων Πηλεϝίδης* et similia, nam sic correpta esset syllaba *η* ante consonam *ϝ*, vitio igitur manifesto. Haud inepte comparaveris leges Gortynias, in quibus frequens est vox *ϝοικεύς ϝοικέος* etc., ita perpetuo scripta, nusquam *ϝοικέϝος* etc.

Opinio autem eorum, qui contenderunt horum substantivorum vocalem *ε* natura sua brevem esse sed in carminibus epicis metri causa esse productam, ita ut terminationes *-έϝος -έϝι* etc. in *-έϝϝος -έϝϝι* sive *-ῆος -ῆι* abirent, cum ex ipso Homero facile potest refutari, qui has syllabas non in arsi tantum sed etiam *in thesi* passim pro longis usurpet nec nisi rarissime corripiat, tum e lapidibus, qui *Ἰδαμενῆος* (Rhod., IGA. 473), *βασιλεῖος* (Thessal., Coll. 345), *βασιλᾶες* (El., Coll. 1152[2]), *βασιλήεσσι βασιλῆας* Lesb., Cauer[2] 429) et cum littera digamma *Πτωιεῖϝι* (Boeot., Kühner-Blass I p. 450) exhibeant in dictione pedestri. Opinionem intermortuam defendere frustra conatus est E. I. Haupt de nominum in *-εύς* exeuntium flexione Homerica, 1883; vid. van Leeuwen Mnemosyn. 1889 p. 202 [2]).

---

[1]) Etiam *Ἀντιφάτης* acc. *Ἀντιφατῆα* κ 114 et *Γηρυόνης* acc. *Γηρυονῆα* Hes. Theog. 287 huc pertinent; cf. G. Meyer[2] p. 313 sq. — Neque in nominibus, quorum duplex forma *-ιος* sive *-εύς* apud Homerum reperitur, *Μελάνθιος* et *Μελανθεύς*, *Μενέσθιος* et *Μενεσθεύς*, latitare sonum alpha credibile est; cf. etiam biforme substantivum *ἡνίοχος*, *ἡνιοχῆα -χῆες*. Olim nomina propria ab appellativis ita discrepasse ut illa *-εϝ-* haberent haec solum *-ηϝ-*, deinde sibi invicem esse assimulata, suspicatur Schulze Quaest. Ep. p. 457.

[2]) In lingua epica digamma non sufficere ad brevem quae praecedit vocalem eiusdem verbi producendam fuse demonstravit Schulze Quaest. Homeric. 1887 cap. I et Quaest. Epic. 1891 p. 52 sqq.

Paucis aliquot locis, qui aut corrupti sunt aut recentissimi, reperiuntur formae contractae vel per synizesin proferendae:

Accusativi:

Τυδῆ Δ 384, *ἐπὶ Τυδῆ στεῖλαν*, Menrad *ἐπὶ Τυδέι τεῖλαν*.

Μηκιστῆ Ο 339, *Μηκιστῆ δ' ἕλε*, Nauck *Μηκιστῆα δὲ*.

Ὀδυσῆ τ 136, *ἀλλ' Ὀδυσῆ ποθέουσα φίλον* Aristarchus, *ἀλλ' Ὀδυσῆα ποθέουσα* vel *ποθεῦσα φίλον* (*πόσιν* l) codd.; leg. *ἀλλὰ φίλον ποθέουσα πόσιν*.

Genitivi:

Ὀδυσεῦς ω 398, *ἀμφοτέρας Ὀδυσεῦς*, Nauck *ἄμφω Ὀδυσσῆος*.

Πηλέος vel *Πηλέως Α* 489 *Π* 21 *Τ* 216 *λ* 478, *Πηλέος* (*-ως*) *υἱός* vel *υἱέ*, leg. *Πηλῆος υἱός* vel *υἱέ*, cf. § 17.

Μηκιστέος vel *-έως Β* 566 *Ψ* 678, *Μηκιστέος* (*-ως*) *υἱός*, leg. *Μηκιστῆος υἱός*, cf. § 17.

Ἰδομενεῦς Ν 424, v. l. *Ἰδομενεύς*.

Dativi:

Ἀχιλλεῖ Ψ 792, qui manifeste corruptus est versus; correctio incerta.

Ὀδυσεῖ ε 398 *ν* 85, leg. *Ὀδυσῆ'(ι)* cum codicibus melioribus. Cf. *Ἄρει* (*Ἄρῃ'*) *Φ* 112, 431 (§ 73), et vid. § 13. — In *ο* 157 pro *Ὀδυσῆ(α)* perperam legebant alii *Ὀδυσεῖ*.

Nominativi pluralis:

ἵππεῖς Λ 151, *ἵππεῖς δ' ἵππῆας· ὑπὸ δέ σφισιν*, Lehrs *ἵππῆες δ' ἵππῆας· ὑπὸ σφίσι δ'*.

Ex Hesiodo accedunt *Προμηθέα* et *Ἐπιμηθέα* Theog. 510 sq., *βασιλεῖς* Oper. 248, 263, *βασιλέων* Oper. 261.

A substantivis in *-εύς* exeuntibus derivantur:

1) adiectiva possessiva in *-ήιος*. E. g. *βασιλήιος*, *Πηλήιος*, *Νηλήιος*.

2) patronymica masculina in *-ηϊάδης*, *-είδης*, *-είων* (genit. *-ῶνος*). E. g. a nominibus *Πηλεύς*, *Νηλεύς*, *Ἀτρεύς*:

Πηληϊάδης, *Πηλείδης*, *Πηλείων*.

Νηληϊάδης, *Νηλείδης*.

Ἀτρείδης, *Ἀτρείων*. [1])

3) adiectiva et patronymica feminina in *-ηΐς* gen. *-ηΐδος*. E. g. *βασιληΐς* (Z 193), *Βρισηΐς*, *Χρυσηΐς*, *Κισσηΐς* [2]).

[1]) In *-ίων* etiam alia patronymica complura exeunt: *Οὐρανίωνες*, *Ἰλιαρίων*, *Ἀκτορίωνε*, *Κρονίων* (*-ονος* Ξ 247 *λ* 620), *Μολίονε*. His respondent feminina in *-ϊώνη*: *Ἀκρεσιώνη* Ξ 319. Cf. suffixum femininum *-ίνη* in nominibus *Ἀδρηστίνη* et *Κυνηγίνη*.

[2]) Idem suffixum cernitur in voce *Διῳδωνί*; et in *Ἀχαιΐδες* sive *Ἀχαιιάδες*, quae hic

Varietatis, quam in conformatione patronymicorum masculinorum obtinere modo vidimus, causa est metrum. Nam formas legitimas *Πηληΐδης* et *Πηληΐων* non ferebant numeri dactylici, sed aut syllaba antepaenultima corripienda erat poetis, *Πηλῇΐδης* et *Πηλῇΐων*, quae *Πηλεΐδης* et *Πηλεΐων* scribi solent (cf. § 17), aut nova syllaba erat inserenda, *Πηληϊάδης* [1]). Simili vel maiore etiam licentia a nomine proprio *Πείραιος* (o 539 sq. etc.) derivatur patronymicum *Πειρᾰΐδης* *Δ* 228, *Teuthrantis* filius vocatur *Τευθρᾰνΐδης* Z 13, *Deucalionis* filius *Δευκᾰλΐδης* *M* 117 etc., *Anthemionis* *Ἀνθεμΐδης* *Δ* 473, 488, et ab *Eleusīnis* nomine ducitur *Ἐλευσῖνΐδης* h. Cer. 105.

Vocalem, quae metri causa corripitur, non simul contrahi cum vocali sequente, ratio clamat. Id tum demum fieri potest postquam in ipso populi ore aliquamdiu correptus est sonus et in brevem igitur vocalem abiit. Hinc conficitur quaestio, qua de inde ab Alexandrinorum temporibus saepius in utramque partem disputarunt grammatici, sitne *Πηλείδης* scribendum an *Πηλεΐδης*; vid. van Leeuwen Mnemosyn. 1889 p. 201 sqq. [2]). Errarunt igitur veteres, in his Aristarchus, contendentes *ὅτι οὐδὲν πατρωνυμικὸν παρὰ τῷ ποιητῇ ἔχει πρὸ τέλους διεσταλμένον τὸ ἰῶτα ἀπὸ ἑτέρου φωνήεντος* (sic Tyrannio ad *Δ* 228), e meris autem spondeis constare versum *Λ* 130 *Ἀτρείδης· τὼ δ' αὖτ' ἐκ δίφρου γουναζέσθην* (cf. § 2), singulari vero artificio compositum esse versum *Γ* 182 *ὦ μάκαρ Ἀτρείδη μοιρηγενὲς ὀλβιόδαιμον*, ita ut eius verba *κατὰ πρόσθεσιν συλλαβῆς* gradatim crescant. Immo nullo non loco distingui *posse* syllabas *-εϊ-*, quippe quae in thesi semper et ubique sint collocatae, viderunt Brunck Bekker Nauck alii; distingui autem *debere* in lingua Homerica, docent horum vocabulorum origo et conformatio [3]).

---

illic legitur pro *Ἀχαιαί*. Usu tantum, non origine, discernuntur adiectiva possessiva a patronymicis; ut *Βρισηΐς* dicitur quae Briseo propria est vel ad eum pertinet, hinc eius filia, sic *Τελαμώνιος Αἴας* vocatur Telamonis filius, *Νηλήιος* est Nestor, *Ποιάντιος υἱός* dicitur Poeantis filius Philoctetes.

[1]) Terminum *-ᾱΐδης* revera tribuendum esse necessitati metricae, cum ipsa lingua suppeditasset suffixum *-ΐδης*, cui cognata sunt *-ιάδης* et *-ιάδυς*, inde apparet quod talibus tantum nominibus adhaeret quibus necessarius est ad formandum patronymicum quod versui hexametro inseri possit: *Λαομεδοντιάδης*, *Ἀμφιτρυωνιάδης*, *Τελαμωνιάδης*, *Ἀγχισιάδης*, *Λαερτιάδης*, *Ἀρητιάδης* etc. — Errori debetur *Ὀιλιάδης* pro *Ὀιλεΐδης* *M* 365 etc.

[2]) Non recte Homero formas, qualis foret *Πηλεϝίδης*, multi tribuerunt, e. g. Christ proleg. Iliad. p. 170 et 178, vel Leaf Iliad. I Introduction p. xvi: „the patronymics.... undoubtedly come from *Πηλεϝίδης Τυδεϝίδης*". Immo intercidit digamma priusquam vocalis *η* potuit corripi; cf. § 17 et § 40 pag. 155.

[3]) Metricas rationes ad hanc rem demonstrandam non sufficere, fuse ostendit Ludwich Arist. II p. 244 sqq.

V. *Tertiae declinationis vocabula anomala.*

§ 77. Vocabula *ὁ ἰδρώς, ὁ χρώς, ἡ αἰδώς, ἡ ἠώς* et feminina in *-ώ* (nomina propria sunt tantum non omnia) ita flectuntur:

ἰδρώς	*ἰδρόα*	—	*ἰδρόι.*
χρώς	*χρόα*	*χροός*	*χροΐ.*
αἰδώς	*αἰδόα*	*αἰδόος*	*αἰδόι.*
ἠώς	*ἠόα*	*ἠόος*	*ἠόι.*
Λητώ [1])	*Λητόα*	*Λητόος*	*Λητόι.*

Vocabuli *χρώς* insuper reperiuntur accusativus *χρῶτα* σ 172, 179 Hes. Oper. 556 et genitivus *χρωτός* K 575, quae formae postea solae invaluerunt, comparandae autem sunt cum vocibus simili ratione formatis *ἰδρῶτα* (Hes. Oper. 289) etc. et *φῶς φωτός* etc.

Epicis accusativi genitivi dativi formis in *-όα -όος -όι* desinentibus substitutae sunt in mscriptis formae contractae quibus recentior aetas utebatur; scribi igitur solet *ἰδρῶ, ἰδρῷ, ἠῶ, ἠοῦς, Λητοῖ* etc. Qualia haud paucis locis metro arguuntur, e. g. *τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει* B 262, immo *αἰδόα*, vid. § 14; *ἠῶ δ' αὖτε* in hexametri fine ψ 243, item *ἠῶ δῖαν* I 240 etc., leg. *ἠόα*, vid. § 2; in eadem versuum sede *ἰδρῶ πολλόν* K 574, *Λητοῦς υἱός* h. Merc. 321 Hes. Scut. 202, *ἐπ' ἠῶ κοῖτον* Hes. Oper. 574. Haec omnia nullo negotio possunt corrigi, nec nisi paucissimi qui sequuntur loci repugnant:

Accus.: *Καλυψώ* ψ 333, *Πηρώ* λ 287, *Τυρώ* λ 235. Adde accusativum *κυκηῶ* Λ 624, 641, *κυκεῶ* κ 290, 316, a nominativo *κυκηών* (ms. *κυκειῶ, κυκειών*).

Genit.: *αἰδοῦς* υ 171, *ἠοῦς* Θ 470, 525 δ 188 Hes. Oper. 724, 821, *Λητοῦς* Λ 9 Ξ 327.

Dat.: *ἰδρῷ* P 745, *Λητοῖ* Ω 607, *Πυθοῖ* I 405 Φ 80; vid. etiam l. a. ζ 22.

Ex Hesiodo accedunt *αἰδῶ* Oper. 324, *Κητοῦς* Theog. 336.

Inter nomina, quae in *-ώ* desinunt, notatu dignum est *χρηώ* (ms. *χρειώ*), vid. § 190; pro quo *χρεώ* non recte legitur Λ 409 alibi, cf. § 8.

---

[1]) Vocativus *Λητοῖ* extat Φ 498.

§ 78. Substantivum *υἱός* hanc habet flexionem:

Sing. N.	*υἱός*	Dual. *υἷε*	Plur. *υἱέες* et *υἷες*
V.	*υἱέ*		
A.	*υἱόν* et *υἷα*		*υἱέᾱς* et *υἷας*
G.	*υἱέος* et *υἷος*		*υἱῶν*
D.	*υἱέι* et *υἷι*		*υἱᾶσι.*

Insolitae sunt formae *υἱέα* (*υἱὸν*?) *N* 350, *υἱοῖσι* *τ* 418, *υἱοῦ* (quidni *υἷος*?) *χ* 238; cf. Nauck Mél. IV p. 102.

Pro forma contracta *υἱεῖς* P. Knight et Nauck rescripserunt *υἷες* *E* 464 *o* 248 *ω* 387, *υἱέες* *ω* 497. Cf. quae de pronominum formis parum Homericis *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς* observavimus in § 92.

Non *υἱεῖ* sed *υἷι* legendum est *II* 177 *Φ* 34 *X* 302 cum parte codicum; cf. G. Hermann ad h. Apoll. 48.

§ 79. Nomina in *-ηρ*, quae syncopen patiuntur in dialecto Attica, Homericis locis plerisque exhibent formas easdem quibus recentior aetas usa est; sed hic illic occurrunt formae a vulgaribus discrepantes. Quarum vocum haec est flexio:

πᾰτήρ	*μήτηρ*
πᾰ̈τερ	*μᾱ̃τερ*
πᾰτέρα	*μητέρα*
πᾱτρός, πᾰτέρος *λ* 501.	*μητρός, μητέρος*
πᾱτρί, πᾰτέρι *E* 156 *Ω* 37 *γ* 39	*μητρί, μητέρι*
πᾰτέρας	*μητέρας.*
πᾰτέρων, πᾱτρῶν *δ* 687 *Θ* 245.	
	ἀνήρ (*ᾰ̆*, cf. § 38).
θῠγᾰ̆τηρ	*ἄνερ*
θῠγᾰτερ	*ἄνδρα, ἀνέρα*
θῠγᾰτέρα, θῠγᾱτρα	*ἀνδρός, ἀνέρος*
θῠγᾱτρός, θῠγᾰτέρος	*ἀνδρί, ἀνέρι*
θῠγᾱτρί, θῠγᾰτέρ'(ι) *κ* 106 *o* 364.	*ἄνδρε, ἀνέρε*
θῠγᾰτέρες, θῠγᾱτρες	*ἄνδρες, ἀνέρες*
θῠγᾰτέρας, θῠγᾱτρας	*ἄνδρας, ἀνέρας*
θῠγᾱτρῶν	*ἀνδρῶν*
θῡγᾰτέρεσσι *O* 197.	*ἀνδρᾰ̆σι, ἄνδρεσσι.*
γαστήρ	*Δημήτηρ*
γαστέρα	*Δήμητρος, Δημήτερος.*
γαστρός, γαστέρος	
γαστρί, γαστέρι	
γαστέρες.	

Praeterea huc pertinent vocis *ἀστήρ* dativus plur. *ἀστράσι*, et nomen *Ϝᾰρήν Ϝάρνα Ϝαρνός* etc. cum compositis *πολύρρηνι ὑπόρρηνι* § 83[10], cuius vocabuli nominativus in veterum operibus non occurrit, sed legitur in inscriptione Cretensi quae anno 1885 est detecta; vid. supra pag. 131,2. Etiam genitivum *δαέρων* Ω 762 et 769, qui metro repugnat, ad horum nominum analogiam esse refingendum coniecit Ebel, vid. supra § 8, pag. 49,1. Cf. etiam de voce *ἀγκάς* quae § 84[8] observavimus.

De *syncope* quae dicitur cf. § 12 et § 39.

§ 80. Iovis nomen praeter formas vulgares *Ζεύς Ζεῦ Δία Διός Διί*, quae multis locis reperiuntur, has habet: *Ζῆνα Ζηνός Ζηνί*.

In versuum fine legitur accusativi forma monosyllaba *Ζῆν* Θ 206 Ξ 265 Ω 331 Hes. Theog. 884, ubi sitne *Ζῆν᾽* sive *Ζῆ | ν᾽* scribendum, quae erat Aristarchi opinio (cf. Nicanor ad Θ 206), an integer hic sit accusativus lingua non invita formatus (*djāús — djā̆m*, cf. lat. *diēm*), non satis constat. Certum est, bisyllabam formam *Ζῆνα* integram extare Ξ 157 ω 472 [1]) et elisam reperiri *E* 756 Θ 22 *P* 339 Ψ 43 ν 339 Hes. Theog. 568, decurtatas autem aliorum quoque nominum formas in exitu versuum reperiri *δῶ* et *κρῖ*, cf. § 3 pag. 11 et § 84.

§ 81. Vocis *χείρ* flexio ab usu Attico non discrepat, sed dativus insuper habet formas *χερί* Θ 289 *T* 182 Ω 101 et *χείρεσσι* Γ 271 etc. — De vitiosa forma *χείρεσι* *T* 468 vid. § 64.

§ 82. A lingua recentiore aliena sunt haec duo substantiva:

1) *τὸ κᾶρη* [2]), gen. *κρᾱτός* [3]), dat. *κρᾱτί*. Plur. *κρᾶτα* Θ 92 [4]), *κρᾰ́των* χ 309 ω 185, *κρᾱσί* *K* 152.

---

[1]) Inscriptiones Cretenses accusativum *Δῆνα Τῆνα Τῦνα* compluribus locis exhibent, vid. G. Meyer[2] p. 314.

[2]) Apud Pindarum Tragicosque *κᾶρᾱ*.

[3]) Zenod. *κρητός*, vid. schol. *A* 530 et cf. supra § 5.

[4]) Sitne *pluralis* neutri an *singularis* *κρᾶτα* Θ 92 dubitari sinit sententia. Hinc *κρᾶτα* pro *singulari* usurparunt Pindarus Pyth. XII 28 et Tragici: Soph. Ant. 764, Phil. 1001, 1457, O. R. 263; Eur. Rhes. 260, Hipp. 1203, Troad. 278, 353, Hec. 651, Or. 1457, Phoen. 664, 1159, Suppl. 289, Hercul. 362, 567, Bacch. 185, 205, 1139, Cycl. 518.

Accusativum masc. *τὸν κρᾶτα* habemus Soph. Phil. 1207 (?) Eur. fr. 243, Apoll. Rh. II 93, Theocrit. XXV 232, et pluralem ei respondentem *κρᾶτας* Eur. Phoen. 1149 Hercul. 526.

Dativo metaplasto *κᾰ́ρῃ* sive *κᾰ́ρᾳ* utuntur Theognis 1024 et Tragici (Aesch. Eum. 176, Soph. Ant. 1272, Eur. Androm. 110 etc.).

Sed frequentiores in plurali numero sunt formae κᾰ́ρηνα κᾰρήνων.

Ab integra stirpe κᾰρητ praeter nominativum numeri singularis ducti sunt genitivus κᾰ́ρητος ζ 230 ψ 157 et dativus κᾰ́ρητι *O* 75 h. Cer. 467.

Longior stirpis forma κᾰρηᾰτ vel κρᾱᾰτ in hisce formis extat: κᾰρήᾰτος Ψ 44 [1]), κᾰρήᾰτι *T* 405 *X* 205 h. Cer. 169 h. 26,16 Hes. Theog. 577 [2]), κᾰρήᾰτα *Λ* 809 *P* 437 [3]), κρᾱ́ᾰτος Ξ 177 [4]), κρᾱ́ᾰτι χ 218, κρᾱ́ᾰτα *T* 93 [5]).

Ab eadem stirpe ducta sunt κρᾱ́τεσφι *K* 156 (ὑπὸ κρᾱ́τεσφι *sub capite*, in qua forma syllaba -εσ- defendi nequit sed ad analogiam vocis στήθεσφι est inserta, cf. § 46), ἐπὶ κάρ *II* 392, κρήδεμνον (δέω). Cognata autem sunt κόρῠς(θ) et κορῠφή.

Pro κατὰ κρῆθεν *II* 548 λ 588 rescribendum esse κατ᾽ ἄκρηθεν (l. a.) intellexit Bekker collata locutione κατ᾽ ἄκρης *N* 772 *O* 557 *X* 411 Ω 728 ε 313 (Herod. IV 18, 82, Thuc. IV 112, Soph. Antig. 201). Recte traditum est κατ᾽ ἄκρηθεν h. Cer. 182, sed κατὰ κρῆθεν ferendum est Hes. Theog. 574 et certius etiam est ἀπὸ κρῆθεν Scut. 7.

2) ὁ λᾶας, acc. λᾶαν, gen. λᾶος, dat. λᾶι. Dual. λᾶε. Plur. gen. λᾰ́ων, dat. λᾰ́εσσι.

Derivantur substantivum λᾰ́ιγγες *lapilli* ε 433 ζ 95 et adiectivum λᾰ́ϊνος Γ 57 etc. sive λᾱ́ινεος *X* 154, cognatum autem est Atticorum verbum λεύω. Cum voce λᾱός *populus* cohaerere putabant veteres, cf. (Ω 611? et) Pind. Olymp. IX 70.

In carminibus epicis ad designandum *lapidem* etiam vocabulum λίθος usurpatur (*M* 287 etc.), quod praesertim de sectis lapidibus dicitur, cum λᾶας vocari soleat saxum quod ipsa praebuit natura.

§ 83. Nonnulla vocabula, quorum stirps exit in vocalem, casus quosdam a breviore stirpis forma ducunt. Nempe:

1) Ϝῐδης(ᾰ̆). Praeter formas Ϝῐδην(ᾰ̆) *I* 565 h. Merc. 569, Ϝῐδᾱο(ᾰ̆) *E* 646 etc. (cf. § 55), Ϝῐδῃ(ᾰ̆) κ 534 λ 47, reperiuntur genitivus et dativus Ϝῐδος(ᾰ̆) Ϝῐδι(ᾰ̆), a stirpe ἀϜῐδ.

Producta nominativi forma Ϝῐδωνεύς(ᾰ̆) extat *T* 61 Hes. Theog. 913

---

[1]) Apoll. Rh. I 1084 III 1017 IV 1314, Theocrit. XXV 257.

[2]) Apoll. Rh. III 834, Callim. h. Dian. 40, fr. 106 Bentl.

[3]) Simonid. fr. 174, Callim. h. Ap. 60, Del. 134, 236. Ex Apollonio Rhodio accedit dativi forma κᾰρήᾰσι III 1398.

[4]) Apoll. Rh. I 222 IV 1611.

[5]) Apoll. Rh. I 1010 II 1013 IV 1158.

h. Cer. 2 (Aesch. Pers. 650, Orac. 43 Hendess), dativus *Ἀϝϊδωνῆι(ᾰ)* *E* 190. Vocativus *Ἀιδωνεῦ* legitur Soph. Oed. Col. 1560.

2) *ἀλκή, ἀλκήν, ἀλκῆς, ἀλκῇ* ω 509 formae multis leguntur locis variisque hexametri sedibus, sed *ἀλκὶ πεποιθώς* dicitur in hexametri exitu *E* 299 *N* 471 *P* 61, 728 *Σ* 158 *ξ* 130.

A stirpe *ἀλκ-* ducta sunt praeterea *ἄλαλκον* § 288, *ἄλκαρ* § 70, *ἄλκιμος, ἄναλκις* (*δ*), *ἀναλκίη* (§ 54), *Ἀλκίνοος*.

3) *εὐρύϝοπα* (§ 54), cum accusativo *εὐρύϝοπα*, a stirpe igitur *εὐρυϝοπ* (de voce *ϝοπ* cf. § 41[26]) ducto, in formula *εὐρύϝοπα Κρονίδην* *Α* 498 *O* 152 *Ω* 98 etc. vel *εὐρύϝοπα Ζῆν* (cf. § 80) *Θ* 206 *Ξ* 265 *Ω* 331 Hes. Theog. 884.

Simili metaplasmo Antimachus Colophonius dixit *πατρί τε κυανοχαίτι Ποσειδάωνι πεποιθώς*, vid. Anecd. Bekk. p. 1187; cod. *κυανοχαῖτα*, quod correxit Lobeck ad Phrynich. p. 658 (vid. supra p. 193).

A radice *ϝοπ* (*vox*), non ab *ὀπ* (i. e. *cernere*), ductum esse epitheton *εὐρύϝοπα*, *late tonantem* igitur significare, probe intellexit Pindarus, qui ad eius analogiam formavit novam vocem *βαρυόπαν* (an *-πα*?) *στεροπᾶν πρύτανιν* Pyth. VI 24. Item poeta ignotus Lyr. adespot. 91 Bergk *εὐρύοπα κέλαδον*.

4) *ϝιωκή* *E* 521, 740 cum accusativo *ἰῶκα* *Λ* 601.

5) *ὑσμίνη, ὑσμίνην(δε), ὑσμίνης, ὑσμίνῃ, ὑσμῖναι, ὑσμίνας* multis locis leguntur, sed versuum *B* 863 *Θ* 56 clausula est *ὑσμῖνι μάχεσθαι*.

6) *δάκρῠον, δάκρῠα, δακρῠόφι* (§ 46), cum adiectivo *δακρῠόεις*. Sed insuper usurpantur *δάκρῠ* et *δάκρῠσι* sive *δάκρυσσι* (*σ* 173, ubi codd. perperam *δᾰκρῠόισι* exhibent).

7) *δένδρεον* § 63, plur. *δένδρεα*, sed dat. sing. *δένδρεϊ* *Γ* 152 recte Zenodotus, *δενδρέῳ* Aristarchus ot codd., cf. § 8; etiam Hes. Oper. 583 pro *δενδρέῳ ἐφεζόμενος* restituendum est **δένδρε'(ι) ἐφεζόμενος* aut **δένδρεϊ ἑζόμενος*.

Tangit hunc metaplasmum Gregorius Corinthius p. 61 sq. Schaef., ita tamen ut se rem parum perspicere ostendat.

8) *ἐρίηρος* *Δ* 266, acc. *ἐρίηρον* *α* 346 *ϑ* 62, 471, sed in plurali *ἐρίηρες ἑταῖροι* *Γ* 378 etc. vel *ἐρίηρας ἑταίρους* *Π* 363 etc. (*ἑτάρους ἐρίηρας* *Γ* 47). Semper quintum pedem hoc adiectivum obtinet.

Cum pluralis numeri formis Gregorius Cor. p. 444 Schaef. apte comparat formulam *ϝερυσάρματες ἵπποι* vel *-ματας ἵππους* *O* 354 *Π* 370.

9) πολύς adiectivum partim a radice πολϝ (πολυ) partim a πολϝο (πολλο) casus suos ducit. Masculini et neutri generis formae nonnullae discrepant a posterioris aetatis usu. Extant autem apud Homerum formae sequentes:

	MASCULINUM.		NEUTRUM.	FEMININUM.
Sing. N.	πολλός	πολύς	πολλόν πολύ	πολλή
A.	πολλόν	πολύν		πολλήν
G.		πολέος		πολλῆς
D.	πολλῷ			πολλῇ
Plur. N.	πολλοί	πολέες	πολλᾰ̈	πολλαί
A.	πολλούς	πολύς, πολέᾱς		πολλᾱ́ς
G.	πολλῶν	πολέων		πολλᾱ́ων
D.	πολλοῖσι	πολέσσι, πολέσι		πολλῇσι.

Pro lectione vulgata πολέας vel πολεῖς *A* 559 *B* 4 *N* 734 *O* 66 *T* 313 *Φ* 59, 131 *γ* 262 *δ* 170 Hes. Oper. 580 scribendum esse πολῦς intellexit Christ proleg. Iliad. p. 143 sq., praeeunte Zenodoto; vid. Aristonicus ad *B* 4, Duentzer Zenod. p. 56, et cf. § 8 et 75. Assentitur Cauer praef. Iliad. p. XXVIII.

Corruptae sunt formae πολέσσι *N* 452 *P* 236, 308 (leg. *πολύσσι?), vid. § 64, πολεῖς *Λ* 708 (τε πολεῖς, Christ πολέες del. τε), πολέων *Π* 655 (πολῦς Menrad), πολλέων *B* 131 *I* 544 *δ* 813, vid. § ~~57~~. 52

Pro πολλός et πολλόν haud raro in uno pluribusve mscriptis reperitur vulgaris forma πολύς vel πολύν, nonnullis autem locis vitiosa illa lectio metri causa mutata est in voces πουλύς et πουλύν, quarum diphthongus *ου* ratione caret. Statim deprehenditur fraus *K* 27 *δ* 709, ubi lectio tradita πουλὺν ἐφ' ὑγρήν peccat contra leges artis grammaticae, πολλὴν enim dicendum erat (cf. § 53), πολλὸν vero, id est neutrum adverbii loco adhibitum = πολλάκις (cf. § 319), optime habet. In *X* 31 omnes fere codices habent πολλὸν, sed antiquissimus testis papyrus Parisinus vitiose scribit πουλύν. In τ 387 codices plerique servant sinceram lectionem ὕδωρ δ' ἐνεχεύατο πολλόν, sed πολὺ quantumvis repugnante metro habet codex X, πουλὺ est in F. Dubium igitur non est quid sit existimandum de paucis illis locis ubi πουλύς et πουλύν est in cunctis mscriptis; rescribatur πολλός Θ 109 Theognid. [211,] 509, πολλόν *E* 776 Θ 50, 472 *K* 27, 517 *δ* 709 *ρ* 67 Hes. Theog. 190 [1]).

[1]) Vid. van Leeuwen Mnemos. 1888 p. 28, cui de masculino et neutro assensus Schulze Quaest. Ep. p. 445 sqq. suspicatur femininum obsoletum ποῦλαν (πολϝαν) revocandum esse *K* 27 *δ* 709 ποῦλαν ἐφ' ὑγρήν, ἠέρα ποῦλαν *E* 776 Θ 50 (*P* 269) coll. πρέσβα et γραῖα.

In compositione non usurpatur amplior stirpis forma *πολλο-* sed *πολυ-* [1]). Metri autem causa in tribus compositis *πολῠβότειρα Πολῠδᾰ́μας πολῡ́ποδος ε* 432 [2]) syllaba prima pro longa adhibetur, cf. § 21, id quod in mscriptis plerumque indicatur diphthongo *ου*, minus tamen recte. Veram rationem servat lapis antiquissimus Corcyrae repertus Coll. 3186 (IGA. 340, Kaibel Epigr. 181*a*), in quo hae litterae extant bustrophedon exaratae: *ΙΜΟΥΜΑΤΡΟΜΒΙΟΘΒ-ΜΤΑΚΒΠΙΤΥΜΟΙΠΟΛΥΝΟϜΑΜ* etc., id est: [*σᾶμ' Ἐχετ*]*ίμου ματρὸς ἐγὼ ἕστακ' ἐπὶ τύμῳ* | *Πολυνόϝας* etc. Nec non ipsa mscripta Homerica multis locis servant veras lectiones *Πολυδάμας* etc.

Cum nominibus, quae modo recensuimus, comparari possunt praeterea verbalia nonnulla, quibus duplex est stirpis terminatio, *-τ* et *-το*: *ἄδμητος* et *ἀδμής*, *ἄβλητος ἀπόβλητος* et *ἀβλής προβλής ἐπιβλής*, *πολύκμητος* et *ἀκμής*, *τλητός ἄτλητος* et *πολύτλας*, *ἄγνωτος* et *ἀγνώς*.

10) Metaplasta nonnulla erroribus recentioris aetatis debentur. Quaedam notarunt grammatici veteres: *πολυπιδάκου* leg. *πολυπίδακος Ξ* 157 etc., *Τίρυνθον* leg. *Τίρυνθα* Hes. Scut. 81, *ἀτέρπου ὀιζύος Z* 285, quod quomodo sit corrigendum (Ar. *ἄτερ που* ?) non constat. Alia recentiores correxerunt:

ἐυτείχεον leg. *ἐυτειχέα A* 129 *B* 113, 288 *ε* 716 *θ* 241. Correxit Nauck coll. *Π* 57.

πολυδακρύου P 192, Bentley *πολυδάκρυος*. Perantiquam tamen esse lectionem vitiosam *πολυδακρύου* ex Eurip. Hercul. 426 efficit v. Wilamowitz.

πολυπτύχου Θ 411 etc., Naber *πολύπτυχος*. — Mutari nequit vox *δίπτυχον ν* 224, *δίπτυχα A* 461 *B* 424 *γ* 458 *μ* 361 sitne accusativus sing. an neutr. plur. dubitatur.

ἄκμητοι leg. *ἄκμητες* h. Ap. 520. Emendavit Cobet.

ἴχνια leg. **ἴχνεα N* 71 etc.

χρυσάορον O 256, *χρυσαόρου E* 509 h. Ap. 123, ubi *χρυσάορα* et

---

[1]) Item apud Herodotum, qui adiectivi formam unicam novit *πολλός*.

[2]) Ex Hesiodo addatur *Πολυνόη* Theog. 258. Apud Athenienses voces *πουλύπους* (Pherecrat. fr. 13 Aristoph. fr. 235) et *Πουλυτίων* (Pherecrat. 58) servant productionem quam peperit metrum dactylicum, item *ἀθάνατος* et *Εἰνοδία* apud poetas Atticos, *Εἰάρινος* Epigr. Kaibel 515; cf. supra pag. 95 et 215,1. Etiam festivus Vergilii error huc facit, qui ex Homeri verbis *εἰν Ἀρίμοις B* 783 effinxit durum Typhoei cubile *Inarime* Aen. IX 716.

χρυσάορος restituit Naber. Eandem correctionem poscit metrum Hes. Op. 771 *χρυσάορον γείνατο Λητώ*, immo *χρυσάορα*.

περιμήκετον Ξ 287 ζ 103 in *περιμήκεα* mutari iussit Nauck coll. (*N* 63) ι 487 etc. — Quodammodo tamen vulgatam tuetur adiectivum subsimile *πάχετος* = *παχύς* Θ 187 ψ 191.

ὑπόρρηνον *K* 216, *πολύρρηνος* (nominat.) λ 257, leg. **ὑπόρρηνα* et **πολύρρηνι*, a simplici nomine *Ϝαρήν*, cf. § 79.

ἑκατόμπεδον vel *-ποδον* Ψ 164, leg. **ἑκατόμποδα*.

Κρόνος ἀγκυλομήτης et *Κρόνου πάις ἀγκυλομήτεω* leg. *Κρόνος ἀγκυλόμητις* et *Κρόνου πάις ἀγκυλόμητις* Δ 59 *B* 205 etc.; vid. § 55. Item *δολόμητι* legendum est pro *δολομῆτα* *A* 540, *ποικιλόμητιν* pro *ποικιλομήτην* Λ 482 etc. — Correctiones has, quarum auctor est Nauck, cum linguae indoles atque analogia commendat, e. g. *δολόμητις* α 300 etc., tum traditae formae *ἀγκυλομήτεω* synizesis ab epica dictione aliena, cf. § 8 et 55. Attamen genitivi in nominativum mutatio non plane certa videtur collatis locis Δ 59 h. Ven. 22, 42 Hes. Theog. 19, 187 etc., ubi *Saturni*, non *Iovis* epitheton est *ἀγκυλόμητις* (*-της*), frequentius autem cum genitivo casu quam cum nominativo coniungi epitheta observavit Naber; praeterea vid. Menrad de Contract. p. 32 sq., qui duos deos uno adiectivo insignes minime Graecorum decere religionem non sine causa observavit. Admodum antiquum autem esse hoc genus errorum apparet e Pindaro, ubi nominativus *βαθυμῆτα* legitur Nem. III 92; cf. § 54. Pro *αἰπυμῆτα* (vocat.) Aesch. Prom. 18 *-μητι* legi potest.

μελανόχροος leg. **μελανόχρως* vel potius *μελάγχρως* τ 246, coll. *N* 589 *μελανόχροες*, Δ 511 Ψ 803 *N* 340 *ταμεσίχροα ταμεσίχροας*.

ἄμφωτον leg. *ἄμφους* χ 10, vid. § 72; emendavit Fick.

ἑκατόγχειρον *A* 402 leg. **ἑκατόγχειρα*.

ἔνορχα Ψ 147 Nauckio merito suspectum, expectatur enim *ἔνόρχεα* a nominativo extra Homerum bene noto *ἐνόρχης* (e. g. inscr. Syll. Dittenberg. 373[8]).

Dubiae denique sunt formae *μάρτυροι -ρες* et *φυλακοί -κες* etc., vid. § 63. Notatu digna est l. a. *ἀνδραπόδεσσι* (Aristarchus *ἀνδραπόδοισι*) *H* 475, quam stirpem, in Homero alias non obviam, ad vocabula secundi ordinis traxit posterior aetas (*ἀνδράποδον*).

§ 84. Separatim commemorandae sunt voces sequentes:

1) (*τῇ*) *δάϊ* *N* 286 Ξ 387 Φ 146, 301 Ω 739 Hes. Theog. 650, 674 [1]).

[1]) Simonid. 145, Apoll. Rh. IV 402, Theocrit. XXII 79, Aesch. Sept. 926. Accusativum *δάϊν* finxit Callimachus fr. 243.

1a) *λιπί* in formula *λίπ' ἐλαίῳ* K 577 etc. et in *λίπ' ἄλειψε* ζ 227; cf. § 13.

2) (τὸ) *δῶ*, brevior forma vocabuli *δῶμα*, in fine tantum versuum obvia; nata est ex *δομ* (*δόμος*), cf. *ἔνδον*, i. e. *ἐν δομ*. Vid. Fick in Bezz. Beitr. I 317, G. Meyer in Curt. Stud. V 79, Kühner-Blass I p. 522, Vogrinz p. 90. Nominativus est *α* 392, accusativus *Λ* 426 etc. — Vitiosum est *χρύσεα δῶ* pro *δώματα* Hes. Theog. 933.

3) *κρῖ λευκόν* E 196 Θ 564 *Υ* 496 *δ* 41, 604 *μ* 358 h. Cer. 309, 453 [1]). De metro versuum *δ* 604 et h. Cer. 453 cf. pag. 8. — In plurali dicitur *κριθαί -θάς -θῶν* (cf. § 56) *ι* 110 *τ* 112 *Λ* 69.

3a) *ἄλφι* h. Cer. 208 et in composito *ἀλφεστής* (mscr. *ἀλφηστής*) *α* 349 *ξ* 8 *ν* 261 h. Ap. 458. Sed *ἄλφιτον* *β* 355.

Simili ratione a nomine *ζειά* (*δ* 41, 604) derivatur adiectivum *ζείδωρος* (*ἄρουρα*) B 548 etc. — Alia eiusdem generis confert Strabo VIII 364 [2]).

Ad imitationem vocum epicarum *δῶ* et *κρῖ* Palladas grammaticus iocose finxit militem quendam *thoracem* suum et *ocreas* et *galeam* his verbis in templo diis dedicantem epigr. 92:

τὸν Θῶ καὶ τὰς κνῆ τάν τ' ἀσπίδα καὶ δόρυ καὶ κρᾶ
Γορδιοπριλάριος ἄνθετο Τιμοθέου.

4) *ὄσσε*, dualis masc., cognatus vocabulis *ὁ ὀφθαλμός* et *τὰ ὄμματα* (§ 309), e. g. *ν* 401 *ὄσσε πάρος περικαλλέ' ἐόντε*.

Apud Hesiodum et recentiores usurpantur pluralis numeri genitivus *ὄσσων* (Theogon. 826, apud Tragicos passim etc.) et dativus metaplastus *ὄσσοισι* (Hes. Scut. 426, 430, apud Tragicos etc.), vid. van Leeuwen Mnemos. 1885 p. 405.

In carminibus epicis etiam dualis pluralisque *ὀφθαλμώ -μοί* etc. reperiuntur.

De verbi numero singulari cum subiecto *ὄσσε* iuncto cf. § 52.

5) *δέσμᾰτα* X 468 *α* 204 Θ 278, alibi *δεσμοί*.

---

[1]) Etiam in nomine *κρίβανος* cernitur brevior vocis forma.

[2]) Nomen *Μίσσην* B 582 e *Messenia* detruncatum videri nonnullis, quemadmodum Homerus alibi *κρῖ* et *δῶ* dicat et *μάψ* (pro *μαψιδίως*) et *Ἄλκιμος* (pro *Ἀλκιμίδων*). Hesiodus autem *βρῖ* (pro *βριαρόν*), Sophocles Ionque *ἰκί* (= *ἰκτίδιος*), Epicharmus *λί* (= *λίαν*) et *Συρακώ* (= *Συρακούσας*), Empedocles atque Antimachus *ὄψ* (= *ὄψις*), Euphorion *ἦλ* (= *ἦλον*), Philetas *ἴρι* (= *ἴριον*), Aratus *πηδά* (pro *πηδάλια*), Simmias *Δωδώ* (= *Δωδώνην*), Strabo l. l. refert. Ex absurdis hisce vocubis aliae vitiis librariorum videntur tribuendae, aliae poetarum iocis fortasse debentur, aliae Alexandrinorum imitandi studium manifeste testantur.

6) *προσώπᾰτα* σ 192, *προσώπᾰσι* *H* 212; alibi *πρόσωπα* (sing. *πρόσωπον* *Σ* 24, cf. *μέτωπον* *Δ* 460 *N* 615 etc.).

7) *νίφᾰ* (acc. sing. fem.) Hes. Oper. 535.

8) Etiam *ἀγκάς* vocabulum hic commemorandum est, si vera est opinio eorum [1]) qui dativum pluralem vocis *ἀγκών* hunc esse autumant a debilissima stirpis forma ductum (*ἀγκων* — *ἀγκον* — *ἀγκν* — *ἀγκησι* — *ἀγκάσι*); cf. § 79. Quae explicatio *E* 371 *Ξ* 346, 358 *Ω* 227 *η* 252 metro aut verborum conexu non refutatur, ibi igitur quominus *ἀγκάσ'* scribatur nihil obstat; sed eum qui fecit versum *Ψ* 711 *ἀγκὰς δ' ἀλλήλω(ν) λαβέτην χερσὶ στιβαρῇσι* adverbii loco usurpasse vocem *ἀγκάς* nemo non videt, itaque aut falsa est illa opinio, aut vitiose adhibita est vox *Ψ* 711 ab homine quem et vocabuli vera forma fugeret et potestas; id quod veri non admodum simile videtur.

CAPUT V.

Comparatio.

§ 85. Comparativi in *-ίων -ιον* brevem habent vocalem iota. Natura tamen longam esse, in dictione igitur epica perpetuo corripi secundum legem quam in § 17 tractavimus, docet Atticae dialecti comparatio. Superest autem longa vocalis in substantivo *βραχίων brachium*, quod proprie est adiectivum *βραχύς* in gradu comparativo adhibitum (opp. *πῆχυς cubitus*) [2]).

Alienae a lingua Homerica sunt formae in *-ω* et *-ους*, quibus in flexione horum comparativorum constanter utitur dialectus Attica; pro his dicitur *-ονᾰ -ονες -ονᾰς*. Discrepant tamen loci aliquot, qui partim nullo negotio possunt corrigi, partim corrupti aut recentis aetatis sunt putandi; nempe:

ἀμείνω *Γ* 11 (l. a. *ἀμείνων*) *Δ* 400 (item) *I* 423 *η* 310 = *o* 71 (leg. *ἀμείνονα*) Hes. Op. 19, 294 (*τὰ... ἀμείνω* leg. **τὸ... ἄμεινον*), 320.

ἀρείω *K* 237 *γ* 250.

πλέω Hes. Op. 690 (leg. **πλέον*).

---

[1]) Vid. Harder de *α* vocali p. 19 sqq., I. Schmidt Kuhns Zeitschr. XXV p. 39, G. Meyer[2] p. 354.

[2]) Suffixum *-ίων*, quo patronymica aliaque nomina propria formari solent, idem esse atque comparativi suffixum, opinio est Schulzii Quaest. Ep. p. 302 haud improbabilis.

χερείω ξ 176 (Aristarchus χέρεια sive χέρηα, cf. Δ 400).
ἀρείους Π 557 [β 277] ι 48.
κακίους (β 277].
πλείους ω 464 (leg. πλέονες). — Vid. etiam π 246 et σ 247.
Zenodotus in nominativo -ω pro -ων scribere solebat, miro errore; vid. ad Α 80.

§ 86. In -ων et -ιστος cadunt comparativi et superlativi complures, quibus non utebatur lingua aevi recentioris. Nempe:

κυδρός	. . . . .	κύδιστος.
μακρός	μᾶσσων Θ 203 [1])	μήκιστος.
οἰκτρός	. . . . .	οἴκτιστος.
φίλος	φίλτων	. . . . .
βαθύς	. . . . .	βάθιστος Θ 14 [2]).
βραδύς	βρᾴδιον Hes. Op. 528	βάρδιστος Ψ 310 et 530 (§ 39).
βραχύς	βρᾶσσων Κ 226	. . . . .
γλυκύς	γλυκίων	. . . . .
παχύς	πᾶσσων	πάχιστος Π 314.
ὠκύς	. . . . .	ὤκιστος.

Reperiuntur etiam vulgares comparativi et superlativi in -τερος et -τατος:

	μακρότερος	μακρότατος.
	οἰκτρότερος	οἰκτρότατος.
	φίλτερος	φίλτατος.
		ὠκύτατος.
τὸ ἄλγος	ἄλγιον	ἄλγιστος Ψ 655.
τὸ ἔλεγχος	. . . . .	ἐλέγχιστος [3]).
τὸ κέρδος	κέρδιον	κέρδιστος Ζ 153.
τὸ κῆδος	. . . . .	κήδιστος Ι 642 Θ 583 κ 225.
τὸ ῥῖγος	ῥίγιον	ῥίγιστα Ε 873.

Cognatum est ῥῑγέειν. Cum radice ῥῑγ (*frig*) cohaeret φρῑκ (φρίξ, φρίσσειν). Cum comparativis et superlativis in -ίων -ιστος etiam sequentia neutra in -ος cohaerent: αἶσχος, ἔχθος, (Ϝ)ῆδος, κάλλος,

[1]) Choeril. fr. 12 Duentzer, Pind. Ol. XIII 161 Nem. II 36 Pyth. XI 78 Isthm. III 7, Aesch. Prom. 629 Pers. 440, 708 Agam. 598.

[2]) Comparativus βάσσων reperitur apud Epicharmum Lorentz fr. B 121.

[3]) Stirpis ἀλεγχ, unde Ἀλεγχο; et ἀλέγχιστο; ducta sunt, forma debilior ἀλγχ sive ἀλᾰχ peperit comparativum ἀλάσσων (ἀλαχjων) Κ 357 et superlativum ἀλᾰ́χιστο; h. Merc. 573. Positivi femininum ἀλᾰχείᾱ (sic recte Zenodotus) extat ι 116 κ 509 h. Ap. 197.
Adiectivi ἀλίγο; comparativus est ὀλείζων Σ 519, superlativus ὀλίγιστο; Τ 223.

κράτος, κῦδος, μῆκος, πάχος, τάχος, item βάθος, pro quo Homerus habet formam pleniorem βένθος [1]). Cum superlativo οἶκτιστος componendum est substantivum ὁ οἶκτος.

§ 87. Adiectiva ἀγαθός, ἠύς (§ 75), ἐσθλός comparationis gradus non a sua stirpe ducunt sed aliunde sibi petunt:

ἀρείων	ἄριστος.
κρείσσων	κάρτιστος (§ 39) [2]).
φέρτερος et προφερέστερος	φέριστος et φέρτατος.
ἀμείνων	. . . . .
βέλτερος	. . . . .
λωΐτερος et λωίων	. . . . .

Adiectivi κακός comparatio haec est:

κακίων et κακώτερος	κάκιστος.
χερείων et χερειότερος χείρων et χειρότερος	. . . . .

Posterioris stirpis positivus, qui Δ 400 ξ 176 genitivum sibi habet adiunctum et comparativi igitur vice ibi fungitur, reperitur hisce locis: acc. χέρηα Δ 400 ξ 176 (?), dat. χέρηι Λ 80, plur. χέρηες ο 324, χέρηα Ξ 382 σ 229 υ 310 [3]).

Etiam comparativus ἧσσων Π 722 Ψ 322, 858 ο 365 et superlativus ἥκιστος (sic Arist.) vel ἧκιστος Ψ 531 huc pertinent, cum adverbio ἧκα (§ 41[28]) cohaerentes.

Adiectivi πολύς comparativus et superlativus sunt

πλείων	πλεῖον	πλεῖστος.
πλέων	πλέον	

Breviores comparativi formae reperiuntur Λ 395 πλέες, Β 129 πλέας [4]). Corruptum est πλέονες σ 247 (cf. § 8), ubi Nauck poetae manum restituisse videtur aliter verba ordinando.

§ 88. Praeterea sequentes comparativi et superlativi commemorandi sunt:

[1]) Cum duplici huius stirpis forma βενϑ et βπϑ (βαϑ) comparanda sunt πένθος πάθος, πίσυνθα ἔπαθον, quae a duplici stirpe πενϑ et πϑ (παϑ) consimili ratione sunt formata; conferantur praeterea ἐλεγχ-ἰλλάχ, μεν-μα (μέμονα μέμᾰτον) etc.

[2]) Cf. adiectivum κρατύς (ἀργεϊφόντης) Π 181 etc. = κραταιός vel κρατερός.

[3]) Traditionem si sequimur, χέρεια χέρηι χέρηες scribendum est. — Veros comparativos multi in his formis agnoscunt, vid. Mahlow in Kuhns Zeitschr. XXVI p. 381, Collitz in Bezz. Beitr. IX p. 66, Monro[2] p. 115, qui χέρεια ex χερε-ισσ-α per hyphaeresin prodiisse statuunt.

[4]) Etiam in inscriptione Aeolica (Mitylenaea) Collitz 213[9,10,11] (= Cauer Del.[2] 427) legitur πλίας, item πλίες, πλίανς, πλία in lege Gortynia.

1) *ῥηΐδιος*, *ῥηΐτερος*, *ῥηΐτατος* τ 577 φ 75 et *ῥήϊστος* δ 565.

Positivi adverbium multis locis est *ῥηϊδίως*, multis *ῥεῖα*, quae forma, a breviore stirpe ducta, *ῥῆα* (id est *ῥᾱ̆α*) potius scribenda videtur, vid. Ahrens in commentatione anni 1873 de vocula „*ῥᾱ̆*", et nos supra pag. 41,2. Dubia est forma *ῥέα* *E* 304 etc., loci autem ubi per synizesin in unam syllabam confluxit (*M* 381 etc.) manifeste vitiosi sunt, cf. § 8.

2) *μέσ(σ)ος*, —, *μέσσατος* Θ 223.

3) *νέος*, —, *νεῖατος* (*novissimus*) *E* 857. — Comparantur *νειόθι* *Φ* 317, *νειόθεν* *K* 10, *νείαιρα* *E* 539 (= 616 *P* 519) *Π* 465. In positivo correpta est syllaba initialis, cf. § 17.

4) —, *ὁπλότερος*, *ὁπλότατος*. — Cognatum videtur *ἁπαλός*, ad *ὅπλα* perperam referebant veteres.

5) —, —, *πῦματος*.

6) —, —, *ὕπατος*(*ῠ̆*).

7) (*ἄφαρ* § 324), *ἀφάρτερος* Ψ 311, —.

8) *ἔνεροι*, *ἐνέρτερος* *E* 898 *O* 225, —.

9) *ἰθύς* ,—, *ἰθύντατος* *Σ* 508.

10) *κύων*, *κύντερος* [1]), *κύντατος* *K* 503.

11) (*μυχός*), —, *μυχοίτατος* φ 146
12) (*πάροιθε*), *παροίτερος* Ψ 459, 480,— } cf. § 48.

13) (*ὄπισθεν*), —, *ὀπίστατος* Θ 342 *Λ* 178.

14) (*φᾰεν-* § 280), —, *φᾰέντατος* (codd. *φαάντατος*) *ν* 98.

Terminus *-τερος* non solum ad comparationem instituendam adhibetur, sed etiam ad indicandam rei vel animantis proprietatem qua ab aliis sui generis distinguatur vel iis opponatur; cf. suffixum latinum *-ter* (*dexter*, *palustre* etc.). Ita formata sunt adiectiva: *δεξῑτερός* (a *δέχομαι*, *δέξις*, cf. *δεξιός*), *ἀριστερός*, *θηλυτέρη* (= *θήλεια*), *ἀγρότερος*, *ὀρέστερος*. Etiam *θεώτερος* *ν* 111 et *κουρότερος* *Δ* 316 φ 310 ita sunt explicanda, itemque fortasse *μελάντερος* *Δ* 277. Aliis locis, e. g. *γ* 362 sq. *γεραίτερος* — *νεώτεροι*, dubitare licet quomodo suffixum *-τερος* accipi voluerit poeta. Idem suffixum inservit pronominum multorum conformationi: *ἡμέτερος* (= *ἡμός*), *ἕτερος* (cf. *εἷς*) etc.

De comparativo *ἀνιηρότερος* etc. vid. § 20.

Adiectivi *παλαιός* comparativus est *παλαιότερος* Ψ 788, pro quo *παλαίτερος* recentiores dicebant.

---

[1]) Novum comparativum *κυνιτερώτερος* Pherecrates, ludens opinor, finxit fr. 106 Kock.

§ 89. Notatu digna est comparatio adverbiorum sequentium:
1) *Fεκᾱ́ς* (§ 318), *Fεκαστέρω η* 321, *Fεκαστᾰ́τω K* 113.
2) *τῆλε* vel *τηλόθι* (§ 322), —, *τηλοτᾰ́τω η* 322.
3) *ἄγχι* (§ 318), *ἄσσον* et *ἀσσοτέρω ρ* 572 *τ* 506, *ἄγχιστα*. — Cohaeret adiectivum *ἐπασσῦτερος Λ* 383 *Δ* 423 etc., in quo vocalis *-ῠ-* pro *-o-* adhibita dialecto Aeolicae tribui solet.

§ 90. Superlativi vice funguntur praefixa intensiva *ἀρῐ-* (unde *ἄριστος*, *ἀρείων*, *ἀρετή* ducta sunt) sive *ἐρῐ-*, *ζᾰ-* (id est *δια-*, *δϳα-*) sive *δᾰ-*, *ἄγᾰ-* (cognatum est adverbium *ἄγᾱν*, quo Homerus non utitur).

De ratione, quae inter *ζᾰ-* et *δᾰ-* intercedit, cf. § 28; scripto enim magis quam sono discrepant hae formae. Natum esse *ζᾰ-* ex praepositione *δια-*, luculenter demonstrant poetarum Aeolicorum carmina, in quibus occurrunt verba *ζανεκῶς* (?) Corinn. 9, *ζὰ δ' ἐλεξάμαν* Sapph. 86, *ζὰ* versus initio Theocrit. XXIX 6, *ζάδηλος* Alc. 18, *ζάβατος* Sapph. 158, id est *διανεκῶς*, *διελεξάμαν*, *διά*, *διάδηλος*, *διάβατος*; adde inscript. Aeolicam Coll. 255[3] *ζὰ τῶν παίδων*, Hesychii glossas *ζάει* = *διάει* et *κάρζα κόρζα* = *παρδία* Lesb. et Cypr. (vid. etiam Aesch. Suppl. 799 etc.), nomen proprium *Ζάλευκος* = *διάλευκος* (*διαφανής*) etc.; cf. R. Meister Dialect. I p. 128, G. Meyer[2] p. 256, et vid. supra pag. 96,1. Pro *δα-* autem in adiectivo *δάσκιος* et in substantivo *δάπεδον* pleniorem praefixi formam *ζα-* (*ζάσκιος*, *ζάπεδον*) substitui metrum sinit [1]), tertium autem compositum *δᾰφοιν(ε)ός* si scribimus *ζᾰφοιν(ε)ός*, statuere licet syllabas, quae hoc adiectivum antecedunt, metro cogente corripi propter eandem causam quae valet in vocibus *Ζέλεια* et *Ζᾰ́κυνθος*, cf. § 28.

Reperiuntur autem praefixa, quae indicavimus, in vocibus sequentibus:

1) *ἀρίγνωτος N* 72 etc., *ἀριδείκετος Λ* 248 etc., *ἀρίζηλος N* 244 etc., *ἀριπρεπής Θ* 556 etc., *ἀρίσημος* h. Merc. 12, *ἀρισφαλής ρ* 196, *ἀριφραδής Ψ* 326 etc.

---

[1]) Immo *ζάπεδον* flagitatur metro in l. a. *λ* 598, quae tamen lectio non est recipienda nec multum igitur probat; id tamen apparet ex illa varietate lectionis, fuisse olim qui litteras *ΕΠ(Ε)ΙΤΑΠΕΔΟΝΔΕ* interpretarentur *ΕΠΙΖΑΠΕΔΟΝΔΕ*, non igitur alienam a dictione epica ducentes formam *ζάπεδον*. Litterae *T* et *Z* permutari poterant facillime, *T* et *Δ* non item. Usus est Xenophanes voce *ζάπεδον* 1,1, et legitur vocabulum ita scriptum in epigrammate Pario, quod ante paucos annos repertum est, IGA. 401 (Kaibel 750[a]) *σιμῷ ἐνὶ ζαπέδῳ*.

A radice *δα* = *δm* (debiliore radicis *δομ domus* forma) vocem *δάπεδον* ductam esse, id quod statuit Ebel v. d., libenter crederem nisi obstarent quae praecedunt.

2) *ἐριαύχην K* 305 etc., *ἐριβρεμέτης N* 624 (cf. § 55), *ἐρίβρομος* h. 7,56 et 26,1, *ἐρίβρῠχος* h. Merc. 116, *ἐριβῶλαξ* sive *-βωλος Λ* 155 *I* 363 etc., *ἐρί(γ)δουπος H* 411 *T* 50 etc. (cf. § 33), *ἐρίηρος* et plur. *ἐρίηρες Λ* 266 *Γ* 378 etc. (cf. § 83[a]), *ἐριθηλής E* 90 etc., *ἐρικῡδής Γ* 65 etc., *ἐρίμῡκος T* 497 etc., *ἐριούνης* sive *ἐριούνιος T* 34, 72 etc., *ἐρισθενής N* 54 etc., *ἐριστάφῡλος ι* 111, 358, *ἐρισφάραγος* h. Merc. 187, *ἐρίτῑμος B* 447 etc.; adde nomina propria *Ἐριφύλη*, *Ἐριχθόνιος*, *Ἐριῶπις*.

3) *ζᾱής* (i. e. *ζᾰᾱής*) *M* 157 etc., *ζᾰ́θεος Λ* 38 etc., *ζᾰ́κοτος Γ* 220, *ζᾰμενής* h. Merc. 307, *ζατρεφής δ* 451 etc., *ζαφλεγής Φ* 465, *ζαχρανής E* 525 etc. (cf. pag. 219).

4) *δάσκιος O* 273 *ε* 470 h. Cer. 386, *δᾰφοινός B* 308 etc. sive *δᾰφοινεός Σ* 538; adde substantivum *δᾰ́πεδον* (?).

Suffixis *deminutivis* lingua epica non utitur. Reperiuntur quidem neutra multa in *-ιον* desinentia, e. g. *πεδίον*, *νήιον*, *ὅρκιον*, *ἱερήιον*, *ξεινήιον*, *ἑρκίον*, sed nullum horum deminutivum significat.

Praefixi *negativi* in dictione Homerica duplex est forma; quarum altera *ἀ(ν)-* est pervulgata, altera vero *ne-* linguae poeticae est propria nec nisi in hisce adiectivis reperitur: *νήγρετος*, *νῆϝις*, *νηκερδής*, *νηλ(ε)ής*, *νηλείτιδες*, *νημερτής*, *νήνεμος* et *νηνεμίη*, *νηπενθής*, *νήποινος*, *νῆστις*, *νώνυμ(ν)ος*. Fortasse addenda sunt *νήπιος* (cum derivatis *νηπίαχος*, *νηπιαχεύω*, *νηπιίη*) et *νηπύτιος* (cf. § 41[26]), ex Hesiodo autem accedunt *νήυτμος*, *νήποτμος*, *νήκεστος*, *νήκερος*. Aliena hinc videntur *νηγάτεος*, *νωθής*, *νωλεμές* (*νωλεμέως*), *νῶροψ*, *νωχελίη*. De corrupta voce *νήδῡμος* vid. § 41[3].

Pleraque composita, quae recensuimus, ita sunt comparata, ut praefixum non *νη-* esse sed *ν-* suo iure contenderit quispiam collatis iis quae in fine § 21 exposuimus. In *νῆϝις* tamen *H* 198 et *νηκερδής P* 469 *ξ* 509 *νηπενθής δ* 221 (*νήποτμος νήκερος*) radicibus *ϝιδ κερδεσ πενθεσ* (*ποτμο κερο*) praemissam esse syllabam *νη-* nemo non videt; suntne haec adiectiva ad reliquorum analogiam ficta?

Praefixi negativi formam primitivam esse *ἀνα-* (= praepositionem *ἀνά*), hoc autem praefixum modo in *ἀν-* abiisse modo in *νη-*, sunt qui statuant; vid. Vogrinz hom. Gramm. p. 31 et supra § 21 et § 41[3]. Sed praefixi *ἀνα-* certa vestigia extant nulla, nam quae afferuntur quin vitiis textus traditi debeantur non videtur dubium, nempe *ἀνάεδνος* leg. *ἀνέϝεδνος* § 41[3], *ἀνάπνευστος* leg. *ἆμ' ἄπνευστος* (G. Hermann) Hes. Theog. 797, *ἀνάελπτα* leg. *ἀνέϝελπτα* ibid. 660.

CAPUT VI.

Numeralia.

§ 91. Numeralia sequentia memoratu dignum aliquid habent in lingua epica:

Cardinalia.

1. εἷς, fem. *μία μιᾶν μιῆς* sive *ἴα ἴαν ἰῆς ἰῇ* (§ 33). — E radice σεμ (*semel* etc.) prodierunt εἷς (σεμς) et *μία* (σμια), deinde femininum *ἴα ἴαν* etc. litteram *μ* ad analogiam masculini abiecisse verisimile est [1]).

Metaplasta forma *ἰῷ* (dat. neutr.) Z 422 ipsine poetae debeatur an posteriorum culpa in textum irrepserit incertum. Redit *ἰῷ* in lege Gortynia.

Errori debetur masculini forma disyllaba *ἓεις* pro εἷς Hes. Theog. 145, qui versus iure damnatur ab editoribus; in Homeri textu *ἓεις* non reperitur neque *E* 603 (= *T* 98) aut *Λ* 35 est invehendum.

2. *δύω* sive *δύο* (cf. § 18). — Addito suffixo *-ιος* hinc fit dualis *δοιώ* et pluralis *δοιοί δοιά δοιαί* etc. [2]).

Genitivus est *δύω* *κ* 515 *δύο* *K* 253, dativus *δύω* legitur *N* 407.

Uno loco legitur *ἐν δοιῇ*, *in dubio*, *I* 230. Verbum *ἐνδοιάζειν* *dubitare* in lingua epica non reperitur.

Formam breviorem *δύο* praeferendam esse sicubi sinat metrum putabat Cobet Mnemos. 1874 p. 356 (= Misc. Crit. p. 294), vix recte tamen; nam ex antiquiore forma *δύω* (cf. *δυώδεκα*) natam esse formam pyrrhichicam *δύο*, non vero hanc excrevisse in formam poeticam *δύω*, fert ratio; deminutio autem soni in thesi tantum expectatur, e. g. *ι* 74 *δύω νύκτας δύο τ' ἤματα*. In arsi vero praestat *δύω* etiamsi positione producatur syllaba finalis, e. g. *υἷε δύω Πριάμοιο* *Λ* 102, *δύω Κρόνου υἷε* *N* 345, *ἐν δὲ δύω κρῆναι* *η* 129.

4. *τέσσαρες* et *πίσυρες πίσυρας* *O* 680 *Ψ* 171 *Ω* 233 *ε* 70 *π* 249

---

[1]) Femininо *ἴα* constanter utitur dialectus Lesbia. Ab alia radice ducta esse *ἴα* et *ἰῷ*, nempe cum adiectivo *οἷος* et latino *omnis* (*unus*) cohaerere, alii putant; vid. Vogrinz hom. Gramm. p. 80.

[2]) E *δύω* igitur *δϝο-ιος δϝοιός* factum est; fortasse etiam cantores epici *δϝοιώ* etc. dicebant, nusquam tamen manifesta vestigia digammi apparent, et *M* 464 certe intercidisse metrum docet.

χ 111. — In dialecto Aeolica *πέσυρες πέσυρα* permansit, vid. R. Meister Dial. I p. 115. Apud Hesiodum Oper. 698 est neutrum Doricum *τέτορα*.

5. Pro *πέντε* usurpatum est Aeolicum *πέμπε* in composito *πεμπώβολα* *A* 463 *γ* 460 et in verbo *πεμπάσσεται* *δ* 412.

9. Ab *ἐννέα* (*ἐννέϝα*, *novem*) ducuntur *ἐννῆμαρ*, *ἐννήκοντα*, *εἰνάϝετες*, *εἰνάνυχες*, *εἰνάκις*, *εἴνατος* sive *ἔνατος* [1]), id est *ἐνϝ-ᾱμαρ*, *ἐνϝάνυχες* etc.; de inconstantia, qua modo *ἐνν-* modo *εἰν-* scribitur in his compositis, vid. § 38 [2]).

12. *δυώδεκα* sive *δώδεκα* [3]) et *δύο καὶ δέκα*.

20. *ἐϝείκοσι(ν)* sive *ϝείκοσι(ν)*. Cf. § 43.

30. *τρῑήκοντα*. — Genitivus *τρῑηκόντων* (?) legitur Hes. Oper. 698, ubi consulatur nota Rzachii.

80. *ὀγδώκοντα*.

90. *ἐνενήκοντα* *B* 602 sive *ἐννήκοντα* (?) *τ* 174. Vid. § 38.

200. *δῑηκόσιοι*.

300. *τρῑηκόσι᾽(α)* *A* 697 vitiose; ceteris locis (*ν* 390 *ξ* 20 *φ* 19) est *τρῑ-*.

500. *πεντηκόσιοι* (?) *γ* 7. Cf. pag. 28.

9000. *ἐννεᾱχῑλοι* *E* 860 = *Ξ* 148.

10000. *δεκᾱχῑλοι* *E* 860 = *Ξ* 148 [4]).

Natae sunt formae *ἐννεάχιλοι* et *δεκάχιλοι* ex *ἐννεάχιλϳοι* et *δεκάχιλϳοι*, cf. Aeolicum *χέλληστυς* = *χιλιαστύς* in inscript. Coll. 276—278. In *Υ* 221 plena forma *τρισχίλιαι* legitur. Ceterum *τρισχείλιαι* *ἐννεάχειλοι* *δεκάχειλοι* fortasse praestant propter analogiam dialecti Aeolicae, cf. R. Meister Dial. I p. 140; neque invito Aristarcho ita scripseris, hic enim *-χειλοι* in suo textu dedisse videtur, teste schol. *Ξ* 148 [5]).

---

[1]) *εἴνατος* *B* 295 *Θ* 266, *ἴνατος* *B* 313 = 327, ubi pro *ἰνάτῃ ἦν* (*ἴεν*) G. Schulze *ἴεν εἰνάτῃ* scribendum esse coniecit.

[2]) Origine inter se differre *ἐννῆμαρ* et *εἰνάνυχες*, nempe utramque vocem explicaturis a primitiva forma *σεσν* proficiscendum esse, sonantem autem nasalem more solito ante vocalem in *ν* abiisse, ante consonam vero in *ᾱ*, deinde *ἐνϝν-ᾱμαρ* extrusa littera digamma *ἐννῆμαρ* esse factum, *ἐνϝά-νυχες* vero per productionem compensatoriam in *εἰνάνυχες* abiisse, putat Schulze Q. Ep. p. 106 sq.

[3]) Id est *δϝώδεκα*, sed intercidisse digamma e metro apparet *I* 123, 266 *Υ* 244.

[4]) Adiectivum *μυρίοι* non *certum* numerum indicat apud Homerum sed *ingentem*.

[5]) Dubitat Ludwich Arist. I p. 371: „ob er, wie Bekker Il. p. 500 aus dem Scholion V *Ἀρίσταρχος ἐννέα χείλη ἔχοντες, ἐκ μέρους σώματος* folgert, *ἐννεάχειλοι* und *δεκαχειλοι* geschrieben habe, ist fraglich". Utut est, nugas illas de novem decemve *labris* immerito Aristarcho imputari a scholiasta certum duco.

Ordinalia.

1. πρῶτος sive πρώτιστος.
2. δεύτερος cum superlativo δεύτατος *ultimus*.
3. τρίτος sive τρῑτᾰτος.
4. τέταρτος sive τέτρᾰτος, cf. § 39.
7. ἕβδομος sive ἑβδόμᾰτος.
8. ὄγδοος sive ὀγδόᾰτος.
9. εἴνᾰτος (id est ἔνϝατος) sive ἔνατος. Cf. § 38 et pag. 250,1.
2. δυωδέκατος sive δωδέκατος (id est δϝωδέκατος, vid. pag. 250,3).
0. ἐϝεικοστός sive ϝεικοστός. Cf. § 43.

dverbia δίχᾰ (ἄνδῐχα, διάνδῐχα), τρίχᾰ, πέντᾰχᾰ, *bifariam* etc., comi- habent formas quae productae sunt ope litterae θ (cf. § 34): θᾰ́ (διχθᾰ́διος *diversus*), τριχθᾰ́, τετραχθᾰ́. E. g.:

τριχθά τε καὶ τετραχθὰ διέσχισε ϝὶς ἀνέμοιο. ι 71.

CAPUT VII.

Pronomina.

I. *Personalia et reflexiva.*

§ 92. Pars grammaticae Homericae, quae ad pronominum, per- alium praesertim, flexionem pertinet, admodum est obscura atque ricata, et vix ulla in re minus fideles testes priscae dictionis bemus mscripta. Fuse de pronominum formis epicis egerunt Sittl in Philologi vol. 43 p. 24 sqq., P. Cauer in Curt. Stud. l. 7 p. 101—160, van Leeuwen in Mnemos. 1885 p. 188—221 p. 400—428, J. Menrad de contractionis et synizeseos usu Ho- rico 1886 p. 91 sqq.; vid. praeterea Kühner-Blass I p. 586 sqq. Christ proleg. Iliad. p. 129 sq. et add. 734.

Satis iam constat pronominum formas, quae contractae sunt vel r synizesin proferendae, e. g. ἡμεῖς et ἡμέων, a lingua epica esse enas, cf. § 8. Praeterea credibile non est formas, quae scribendi ıtum ratione sive dialecto discrepant, e. g. ἄμμιν ἁμίν ἡμῖν ἧμιν, ipsis poetis esse permixtas, licet in mscriptis promiscue adhi- ae reperiantur prouti ferat metrum vel etiam metro refragante.

Denique certum est personalia primae et secundae personae in nominativo accusativo dativo numeri pluralis trochaeum efficere, non spondeum; sed utrum praestet *ἀ(μ)μιν* an *ἁ(μ)μιν* an *ἧμιν*, et utrum acuenda sit posterior harum formarum syllaba an circumflexo notanda prior, haec pro certis effici nequeunt; cf. quae de vocalis *a* in lingua epica usu disputavimus in § 5 et 6.

Hisce praemissis observationibus, recensebimus formas quas Homero tribuimus, deinde de singulis quae opus videbuntur succincte annotabimus.

		1ª PERSONA. Stirps (*δ*)*με*.	2ª PERSONA. Stirps *τϝε*.	3ª PERSONA. Stirps *σϝε*. Masc. et Fem. et Neutr.
Singularis.	N.	*ἐγώ(ν)*	*σύ*, *τύνη* (1)	— (2)
	A.	*ἐμέ*, *με*	*σέ*	*Fέ*, *μίν*
	G.	*ἐμεῖο*, *ἐμέο*, *μεο*, *ἐμέθεν*	*σεῖο*, *σέο*, *σέθεν*	*Fεῖο*, *Fέο*, *Fέθεν*
	D.	*ἐμοί*, *μοι*	*σοί*, *τοι*, *τεῖν* (3)	*Foί*
Dualis	N. A.	*νῶι*, *ἧμε* (4)	*σφῶι*, *ὔμε* (5)	A. *σφε* (6)
	G. D.	*νῶιν*	*σφῶιν* (7)	*σφωίν* (8)
Pluralis	N.	*ἧμες* (9)	*ὔμες* (10)	(11)
	A.	*ἧμας*, *ἡμέας* (12)	*ὔμας*, *ὑμέας* (13)	*σφᾶς*, *σφέας* (14)
	G.	*ἡμῶν* (15) *ἡμείων*	*ὑμῶν* (16) *ὑμείων*	*σφῶν* (17) *σφείων*
	D.	*ἧμι(ν)* (18)	*ὔμι(ν)* (19)	*σφίσι(ν)*, *σφίσί(ν)*

(1) Forma spondiaca *τύνη*, cuius posterior syllaba cognata videtur litterae mobili pronominis primae personae *ἐγώ(ν)*, reperitur *E* 485 *Z* 262 *M* 237 *Π* 64 *T* 10 *Ω* 465. Aperto errore interiectionis loco adhibita est Hes. Theog. 36, cf. *equidem* pro *quidem* apud scriptores Latinos; quem errorem fortasse pepererunt loci Homerici modo allati *Π* 64 *T* 10 *Ω* 465, ubi post *τύνη* sequitur infinitivus.

(2) Nominativus *ἵ*, quo Sophoclem (fr. 418) usum esse ferunt grammatici, vid. Apollon. de Pron. 272*b* et 329*c* Bekker, Ellendt in Lexico Sophocleo, Kühner-Blass I p. 595 sq., a quibusdam scribatur olim *X* 410.

(3) Formae *σοί* et *τοι* ita distingui solent, ut illa semper, haec nunquam accentum habeat; vid. schol. *A* 294. Quo iure? quis dixerit; particula certe *τοι*, sive haec est pronominis *σύ* dativus, sive aliunde originem cepit, sui iuris est ubi aperit sententiam (*τοὶ γάρ* sive *τοιγάρ*). Cf. quae supra pag. 69,1 de versu *A* 170 observavimus.

Bisyllaba dativi forma *τεῖν* in textu tradito nonnisi *A* 201 *δ* 619, 829 *λ* 560 *o* 119 extat [1]), sed aliis locis nonnullis, fortasse multis, a poeta adhibitam esse verisimile est; vid. *X* 513 *οὐδὲν σοί γ'* (leg. **οὔ τι τεῖν γ'*, cf. § 100), *λ* 252 *ἐγώ τοί εἰμι* (Nauck *ἐγὼ τεῖν εἰμι*, cf. § 14), *λ* 371 *τοι ἅμ' αὐτῷ ... ἅμ' ἕποντο* (leg. **τεῖν αὐτῷ ... ἅμ' ἕποντο*). In tertia persona similem formam *ἴν* (*Ϝίν*) adhibuisse fertur Hesiodus fr. 31: *ἴν δ' αὐτῷ*; legitur autem *Ϝὶν αὐτῷ* in inscr. Gortynia [2]).

(4—6) In textu tradito non *ἦμε* et *ὦμε* legitur sed *ἄμμε* et *ὔμμε*. Ad numerum dualem formas *ἄμμε* (*ἦμε*) et *ὔμμε* (*ὦμε*) et *σφε* pertinere inter veteres grammaticos fuere qui intellegerent, vid. Etym. Gud. 45,19: *ἄμμε οὐ πληθυντικοῦ ἀλλὰ δυϊκοῦ ἀριθμοῦ, καί τινες μὲν ἀπὸ τοῦ ἄμμες αἰολικοῦ πληθυντικοῦ φασιν ἀποβολῇ του σ τὸ δυϊκὸν γενέσθαι, ὡς Αἴαντες Αἴαντε*, etc.; Eustath. 1636,56 ad *ι* 404: *τὸ δ' ἀύπνους ἄμμε τίθησθα, φανερῶς τὸ ἄμμε δυϊκὸν ἀντὶ πολλοῦ πλήθους λαμβάνει κατὰ διαφορίαν Ἰωνικήν*. Quam doctrinam Aristarcho deberi fortasse efficitur ex Aristonici nota ad *A* 104: *ὦ] ἡ διπλῆ ὅτι Ζηνόδοτος γράφει ὄν· μήποτε δὲ πεπλάνηται, γεγραμμένου τοῦ Ο ὑπ' ἀρχαϊκῆς σημασίας ἀντὶ τοῦ Ω, προσθεὶς τὸ Ν· ἐστὶ γὰρ περὶ δυεῖν ὁ λόγος, διὸ καὶ ἐπιφέρει „καί γάρ σφε πάρος παρὰ νηυσίν"*; quamquam fieri potest ut Aristarchus solummodo observaverit nunquam de *uno* homine ab Homero (ut a tragicis) usurpari pronomen *σφε*; vid. ad *A* 111: *ἡ διπλῆ ὅτι σφε ἀντὶ τοῦ αὐτούς*. Recte etiam Barnes ad *χ* 72 statuit dualem esse *ἄμμε*, sed contra eum disputavit Clarke ad illum locum et ad *A* 566; deinde ad pluralem numerum referri solebant *ἄμμε ὔμμε σφε*, sed vera esse *δυϊκά* — id quod ipsa forma ostendit — demonstravit van Leeuwen l. l., cui assensi sunt Vogrinz Gramm. p. 83 „*ἄμμε*, eigentlich ein Dual" et Dyroff Geschichte des pron. reflexivum p. 36,2.

Reperitur *σφε* = *illos ambos* *A* 111 *Θ* 271 *φ* 206 Scut. 62 Theognid. 552; vid. etiam *Θ* 315. Non huc pertinet *T* 265.

---

[1]) Add. oracula apud Herodot. V 60 et 61.

[2]) In epigrammate Coll. 1643 non *Ϝιν* sed *Ϝ' ἰν* legendum esse videbimus p. 258.

ἄμμε (ἧμε) = *nos ambos* (*me et te*) *H* 292, 378, 397 *K* 346 Ξ 62 *X* 219 Ω 355 δ 179 (v. l.).

ὔμμε (ὗμε) = *vos ambos* (*te et te*) Ψ 412.

Nominativus ἄμμε (ἧμε) videtur locis nonnullis restituendus esse, cf. Hes. Scut. 87 ἄμμες ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν | γεινόμεθ', ubi requiritur *ἄμμε (ἧμε) περιπλ.; Φ 482 ἄμμες... ἐκπέρσαντες, leg. *ἄμμε (ἧμε)... ἐκπέρσαντε, requiritur enim *femininum*; praeterea *A* 274, 335 φ 231, fortasse alibi, videtur olim ἄμμε (ἧμε) lectum fuisse [1]). Cf. pag. 190.

In dialectis Dorica Aeolica Elaea Thessalica, quae dualem numerum mature amiserunt, ἀμέ ἄμμε et ὑμέ ὔμμε accusativo numeri pluralis inserviunt; qui mos quam facile irrepere potuerit, intellegimus si reputamus pronomen *nos* idem valere atque *me* + *alios* (sive *plures* sive *unum*), *vos* saepe reddi posse *te* + *alios* (*unum pluresve*), pluralem igitur horum pronominum ad naturam numeri dualis proxime accedere; comparari autem possunt loci epici, ubi dualis de duobus agminibus usurpatur vel χεῖρε ὀφθαλμώ ὅσσε dicitur de complurium manibus atque oculis, vid. § 52. — Huius labis in textu Homerico deprehenduntur vestigia locis nonnullis corruptis aut recentibus; legitur enim ἄμμε pro ἧμας *A* 59 (?) Σ 268 ι 404 κ 209 μ 221 χ 73 (Pind. Ol. IX 160), ὔμμε pro ὑμας ν 357 σ 407 ω 109; quorum locorum plerique facile corrigi possunt.

Tragici mire perturbant pronomina, nam accusativos σφε et νιν, quae est Dorica forma accusativi epici μιν [2]), cum in singulari numero tum in plurali tum in duali ad libitum suum sine ullo discrimine usurpant. Latius etiam gliscit haec licentia apud poetas Alexandrinos, quos veram pronominum complurium potestatem latuisse multi loci testantur; cf. supra § 52.

(7) Novicium est σφῷν pro σφῶιν δ 62, loco spurio.

(8) Forma σφωίν nonnisi *A* 338 *A* 628 δ 28 (spur.) λ 319 υ 327 extat.

---

[1]) Numquid etiam locus a Prisciano I p. 22 allatus huc pertinet: „digamma „Aeoles est quando in metris pro nihilo accipiebant, ut ἄμμες δ' Fειρήναν" (fragm. adespot. 33 Bergk, cf. supra pag. 146,3)? Suspicetur enim fortasse quispiam ἄμμε δὲ Fειρήναν dedisse poetam. — De secunda persona disertum testimonium extat apud Hesychium: ὔμμε· ὑμᾶς, ὑμεῖς, αἰολικῶς.

[2]) Ex duplicato accusativo ἰμ prodiisse (ἵ)μῖμ sive μῖν vidit Doederlein Reden u. Aufs. II p. 144; hinc intellegitur cur in Dorica dialecto prima quoque littera μ abierit in ν, quam mutationem lingua Graeca nonnisi in fine vocum (aut comitante ϳ, e. g. βαίνω = βάμϳω) admittit, vid. G. Meyer[2] p. 185. Scilicet utrumque μ revera erat sonus finalis; cf. I. M. Hoogvliet Grammatikale raadselen p. 15 sq.

(9 et 10) Nominativi formas *ἧμες* et *ὔμες* textus receptus nusquam praebet, nos metro ceterorumque casuum analogia permoti invexímus primi; alii praeferunt *ἄμμες ὔμμες* (Fick Christ, G. Meyer *ἄμμες ὕμμες*), vel *ἀμμές ὑμμές* (Sittl) vel *ἡμές ὑμές* (Menrad). Tradita sunt *ἄμμες* vel *ἄμμες* et *ὕμμες* vel *ὔμμες* [1]) paucis locis, nempe ante vocalem *ἄμμες* (ἄ.) *Φ* 482 *ι* 303, 321 *χ* 55 et *ὕμμες* (ὔ.) *Α* 274, 335 *Ψ* 469 *φ* 231, et praeterea in versus fine *ὕμμες* (ὔ.) *Ξ* 481 *Ω* 242; multo frequentiores in textu tradito sunt formae *ἡμεῖς* et *ὑμεῖς*, sed harum syllaba posterior locis tantum non cunctis (*ἡμεῖς* 79, *ὑμεῖς* 35) positione producta est, ibi igitur trochaica forma salvo metro potest restitui; quatuor versus qui soli repugnant, *Γ* 104 *Ξ* 369 *α* 76 *γ* 81, probabiliter corrigi possunt. Patet igitur formas Atticas vel Ionicas irrepsisse in omnes fere locos quo sinebat metrum, nempe litteras *ΑΜΕΣ* sive *ΗΜΕΣ* et *ΥΜΕΣ* a posteris male intellectas esse; eodem errore *νἷεῖς* pro *νἷες* hic illic scriptum est in textu tradito; vid. § 78.

(11) Tertiae personae nominativus plur. in Homero nusquam reperitur; apud Herodotum leguntur formae *σφεῖς* et *σφέα*, quarum prior etiam ab Thucydide usurpatur in constructione quae vocatur nominativus cum infinitivo IV 8 § 8, 114 § 5, V 38 § 3, 55 § 1, 61 § 2, 65 § 5, VI 34 § 2, 72 § 4, 96 § 1, VIII 32 § 3, 76 § 4 (adde *VII 4 § 4), item hic illic a Xenophonte, e. g. Cyrop. IV 2 § 4; vulgo tamen in eiusmodi enunciatis dicitur *αὐτοί*, quemadmodum *αὐτός* dicitur in numero singulari.

(12—14) In textu tradito legitur *ἧμας* (⏑–) *π* 372, *σφας* (⏑) *Ε* 567, *ἡμέας* (⏑–⏑) *Θ* 529 etc. (12ies), *ὑμέας* (–⏑–) *β* 75, *σφεας* (⏑–) *Ν* 152 etc. (12ies); adde *ἧμας* Theognid. 1104 Soph. Philoct. 222 Orph. Argon. 819. Improbare formas *ἧμας* et *ὕμας* non debebat Dindorf in praef. Hom. ed. Teubner[1] p. VIII sq.

---

[1]) Inter *ἄμμες* et *ἄμμες*, *ὔμμες* et *ὕμμες* mscripta perpetuo variant, item inter *ἄμμε* et *ἄμμε*, *ὔμμε* et *ὕμμε*, nec non inter *ἀμός* et *ἀμός*, *ὑμός* et *ὑμός*, vid. § 95. Tyrannio in secundae certe personae pronomine asperum, Herodianus vero Aeolismi recentioris ratione ductus lenem spiritum praeferebat, vid. anonymus *περὶ πνευμάτων* in Ammonii editione Valckenaeriana p. 236, Herodianus ad *Α* 335 *Λ* 249. — Adspirationem cur spernamus nulla est iusta causa, quamdiu in aliis vocibus permultis linguae epicae servatur; neque veri simile est Homericam dictionem spiritu aspero caruisse. Neque etymologia ad hanc quaestionem dirimendam quidquam prodest, haec enim docet pronomini *secundae* personae primitus proprium fuisse spiritum asperum (*ὑμμές* = *jusmás*), sed *primae* personae pronomen eo caruisse (*ἀμμές* = *asmás*), alteram igitur altori assimulatam esse formam (cf. G. Meyer[2] p. 243).

Praeterea mscripta praebent formas *ἡμέας ὑμέας σφέας* locis plus quam triginta, ubi per synizesin proferendae sunt, invita lingua epica (cf. § 8); his igitur locis rescribamus oportet *ἧμας, ὗμας, σφας*, aut si de duobus sermo est, *ἧμε* (*δ* 178 *ν* 269?), *ὗμε* (*φ* 198), *σφε* (*E* 151 *K* 140 *Θ* 315 *ϱ* 212). Errores ita sunt nati ut formae epicae abierint in Atticas, a quibus accentu tantum discrepant, *ἡμᾶς ὑμᾶς σφᾶς*, deinde, aevo fortasse recenti, in Ionicas *ἡμέας ὑμέας σφέας* distractae sint, quoniam Homerus dialecto Ionica usus esse ferebatur. Idem valet de genitivi formis, quas iam indicabimus.

(15—17) Textus traditus non *ἧμων ὕμων σφων* habere solet sed *ἡμέων ὑμέων σφέων* (cf. § 8), quae formae quomodo e posteriorum erroribus sint natae in praecedenti nota vidimus. Aeolicam genitivi formam *ἄμμων* affert Apollon. de Pronom. p. 121 Bekker.

Rarae sunt formae productae *ἡμείων* (*E* 258 *Υ* 120 *ω* 159, 170), *ὑμείων* (*Δ* 348 *η* 195 *τ* 153 *φ* 318), *σφείων* (*Δ* 535 *E* 626, 688), neque ad antiquissimam aetatem dictionis epicae pertinere videntur.

(18 et **19)** In manuscriptis trochaica dativi pluralis forma *ἧμιν* tradita est *P* 415, 417 *Θ* 569 *κ* 563 *λ* 344 *ν* 177 *ϱ* 376 *υ* 272 (adde *ἧμιν O* 719), item *ὗμιν Ω* 33 (vid. etiam *I* 121), quibus locis formam spondiacam non admittit hexameter; apud Sophoclem autem *ἧμιν* et *ὗμιν* satis frequenter adhibentur, item *ἄμιν* in Alcmanis fragm. papyr. vs. 89, *ἄμιν* vel *ἀμίν* Theocrit. VII 2, 135. Aristarchum in textu Homerico probasse formas *ἧμιν* et *ὗμιν*, apparet e schol. *A* 147, 214, 579; cui temere alii sunt oblocuti; vid. etiam *Ω* 33 et Etym. M. 439, 29. Ubi vero positione producta est syllaba posterior, codices exhibere solent Atticas formas *ἡμῖν* et *ὑμῖν*, multis tamen locis inter *ἡμῖν ἧμιν ἧμιν* et *ὑμῖν ὗμιν ὗμιν* fluctuantes; vid. La Roche Odyss. praef. p. XXXIV, Dindorf praef. Hom. ed. Teubner[4] p. XI.

Praeterea mscripta praebent dativos Aeolicos *ἄμμῐν μ* 275, *ἄμμ'(ι) H* 76, *ἄμμῐ Δ* 384 etc. (19 locis), *ὔμμῐ(ν)* et *ὔμμ'* locis 25, ubi nos, propter rationes quas supra exposuimus, rescripsimus *ἧμι(ν), ὗμι(ν), ἧμ'(ι) ὗμ'(ι)*.

Corrupti sunt versus aliquot, ubi formae spondiacae *ἡμῖν* et *ὑμῖν* versui ita inhaerent ut *ἧμιν* atque *ὗμιν* scribere non liceat; nempe *Δ* 67 *βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ* (leg. **ἀντιάσας ἧμιν βούληϑ' ἀπὸ* (requitur enim subiunctivus, cf. § 122), *γ* 56 *ἡμῖν εὐχομένοισι* leg. cum Dq *ἧμιν ἐπευχομένοισι*, *η* 202 *ἡμῖν εὖϑ' ἕρδωμεν* leg. **ἧμιν ὅτε Fέρδωμεν*, *π* 312 *ἡμῖν* leg. **ἧμίν γ'*, *φ* 365 *ἡμῖν*, l. a. *ἡμῖν Θ'*, leg.

*ἦμίν Θ', ψ 134 ἡμῖν ἠγείσθω leg. *ἠγείσθω ἧμιν, *H* 82 ὑμῖν leg. ὔμίν γ', et Θ 142 *K* 445 Ξ 481 Φ 566 (= ν 174) ι 58 ο 455 π 427 ω 169, quibus locis olim fuisse dactylicas formas ἧμισιν et ὕμισιν analogia tertiae personae σφίσι(ν) sive σφίσϊ(ν) reddit veri simile, licet in textu tradito nusquam hae formae appareant; Alcaeum dixisse ἄμμεσιν πεδάορον (fr. 100) testatur Apollon. de Pronom. 123*c*, unde patet olim certe non inauditas fuisse trisyllabas has pronominum formas (cf. § 93).

De correptione, qua e diphthongo ει genitivorum numeri singularis ἐμεῖο σεῖο Ϝεῖο (*Δ* 400 χ 19) prodiit brevis syllaba ε formarum ἐμέο μεο σέο Ϝέο, videatur § 17.

Traditum est ἐμέο *K* 124, σέο locis 23, Ϝέο locis 12. Alibi textus vulgatus praebet contractas formas ἐμεῦ μευ σεῦ Ϝεῦ, invita tamen dictione epica. Quas formas longe plurimis locis excipit vocalis, ibi igitur corrigendum est ἐμεῖ' *A* 541 etc. (id quod ipsi codices praebent Ψ 789 et Φ 462), aut ἐμέ' *I* 494 etc., μεο vel μέ' *I* 845 etc., σεῖ' *Γ* 206 sq. (quod in ipsis mscriptis extat Z 454 hymn. 26,19, cf. schol. *Δ* 841), σέο vel σέ' *B* 27 etc., Ϝεο *O* 165 etc., Ϝέ' Ξ 427 etc. — Veri vestigia servant lectiones δ' ἔο vel δὲ οἷ αὐτοῦ *T* 384 et σε pro σευ Ξ 95 *P* 173. Pro κέκλυτέ μευ *Γ* 86 etc. legendum est κέκλυτέ μοι ex aliorum locorum (*E* 115 *K* 278 β 262 δ 762 ζ 239, 324) auctoritate, quae quam necessaria sit correctio *Γ* 86 ostendit ipsa sententia, non recte autem contendit Aristarchus dativum μοι ex recentiorum poetarum usu in textum Homericum irrepsisse, vid. schol. *A* 37 ζ 239. Veri simillimum est alibi quoque genitivum non poetae deberi, sed hunc dixisse κλῦθί μοι ἀργυρότοξ' et similia.

Contractae formae (ἐ)μεῦ σεῦ Ϝευ paucis praeterea locis nequeunt solvi, nempe ἐμεῦ *A* 88, 453 *E* 896 *I* 335 *X* 454 Ω 429 δ 746 τ 325, μευ *A* 278 *T* 137 Ψ 70 ε 311 ι 20 κ 485 ο 467 π 92, σεῦ *T* 185 Ω 750, 754 ν 231 τ 108, 215, Ϝευ *I* 377 *T* 464 Ω 293, 311. Hos igitur aut corruptos esse patet aut recentissimos; plerique autem facilem habent correctionem, adiuvantibus partim mscriptis. Vid. quae de simili genitivo τεῦ (τευ) § 99 observata sunt.

De genitivi formis ἐμέθεν σέθεν Ϝέθεν vid. § 47.

Complures pronominum personalium formae elisionem admittunt, cf. § 13. Eliditur

1) *-ο* in genitivo numeri singularis, ita ut nascantur formae decurtatae *ἐμεῖ' ἐμέ' με' σεῖ' σέ' ϝέ'*. — Videatur pagina quae praecedit.

2) *-οι* in dativo numeri singularis, ergo *μ'*, *σ'* vel *τ'*, *ϝ'*. Locos attulimus in § 13, pag. 68-71.

3) *-ι* in dativo numeri pluralis, *ἦμ'* (*ἄμμ'*) *H* 76, *ὔμ'* (*ὔμμ'*) *K* 551 *Λ* 781 (*Ψ* 787) *ϱ* 241 *χ* 62, *σφ'* passim [1]).

Postquam evanuit digamma, tertiae personae pronomen *ϝε ϝοι* illis locis, ubi cum syllaba sequenti confluebat, omnibus fere intercidit. Loci, quibus dativus restituendus est, in § 13 sunt indicati; accusativi *ϝ'(ε)* elisi exemplum longe luculentissimum *Ω* 154 indicavit Cobet Mnemosyn. 1874 p. 203; vid. supra pag. 141. Etiam *ϱ* 35 (= *φ* 224 *χ* 499) et *ϱ* 576 multum valent ad persuadendum; alios locos huc pertinentes habes *Λ* 25, 116, 379, 406 *E* 90, 871 *I* 120 *Λ* 434 *N* 511 *O* 290 *Π* 545 *δ* 419, 459 *θ* 340 *ι* 414 *φ* 128 etc. — Etiam primae secundaeque personarum accusativi *μ'(ε)* et *σ'(ε)* hic illic interciderunt, vid. *X* 481 *λ* 102 *π* 24 etc.

Elisum *ϝ'(ε)* extat in stelae perantiquae inscriptione bustrophedon exarata, quae anno 1880 Metaponti est detecta, vid. Comparetti Riv. di Filol. 1883 1 sqq., Roehl Imag. XV 5, Collitz 1643, Cauer Del[2] 277, Roberts Epigraphy p. 302: *ΧΑΙΡΕϜΑΝΑΞΗΡΑΚΛΕΣ* | *ΝΙΚΟΜΑΧΟΣΜΕΠΟΕ* | *ΟΤΟΙΚΕΡΑΜΕΤΣΜΑΝΕΘΕΚΕ* | *ΔΟΣ-ΔΕϜΙΝΑΝΘΡΟΠΟΙΣ* | *ΔΟΞΑΝΕΧΕΝΑΓΑΘΟΝ* [2]), id est: *χαῖρε ϝάναξ Ἡράκλεις. Νικόμαχός μ' ἐπόησε* [3]), *ὅ τοι κεραμεύς μ' ἀνέθηκε, δός δέ ϝ' ἐν ἀνθρώποις δόξαν ἔχειν ἀγαθάν.* Recte enim *ϝ' ἐν* scripsit Hiller in Fleckeisens Jahrb. 1883 p. 144; praepositionis forma *ἰν* pro *ἐν* e dialectis Cyprica et Arcadica nota est, cf. G. Meyer[2] p. 67; alii *ϝιν* pro dativo = *ϝοι* (*αὐτῷ*) habent, non lingua invita (vid. supra pag. 253) sed sententia. — De eliso pronominis accusativo *ϝ'* consulantur etiam inscriptiones Cypricae Collitz 95 et 122.

Ex iis, quae supra disputavimus, apparet praeter formas pronominum personalium quas in huius § initio posuimus, vel earum loco, in textu tradito reperiri sequentes:

---

[1]) NB. Nonnisi *θ* 271 (et **I* 199) *σφ'* significat accusativum *σφε*.

[2]) Aperto errore litteram paenultimam (*Λ*) omisit quadratarius. Formas litterarum quae sunt in lapide (*Ψ* = *χ*, + = *ξ*, *M* = *σ* etc.) repraesentare non potui.

[3]) Ita scripsi pro *ἐπόει*, ne rueret metrum. Post litteras *ΕΠΟΕ* in lapide est spatium plurium litterarum capax.

	1ª PERSONA.		2ª PERSONA.	3ª PERSONA.
Sing.	gen.	ἐμεῦ, μευ	σευ	ϝευ
Dual.	acc.	ἄμμε	ὔμμε	
Plur.	nom.	ἡμεῖς, ἄμμες	ὑμεῖς, ὔμμες	
	acc.	ἡμέας	ὑμέας	σφέας
	gen.	ἡμέων	ὑμέων	σφέων
	dat.	ἡμῖν, ἄμμῐ(ν)	ὑμῖν, ὔμμῐ(ν)	

§ 93. Recensendae sunt praeterea rariores aliquot formae:

1) *ἑϝέ* Ξ 162 *Υ* 171 Ω 134, *ἑϝοί* *N* 495 *δ* 38, *se sibi*, reflexiva. Cf. § 44[3]. — Pro ϝὲ *αὐτήν* et ϝὲ *αὐτόν* *P* 551 et *ϱ* 387 non *ἓϝ'*(*ε*) *αὐτήν -τόν* scribendum est, sed *μιν αὐτήν -τόν*, utroque enim loco antecedit vocalis; cf. § 94.

Corrupta aut novicia est forma *ἑ* in accusativo plurali usurpata h. Ven. 268 [1]).

Genitivum *ἑεῖο* ad accusativi dativique analogiam formavit Apollonius Rhodius IV 782.

2) *τεοῖο* Θ 37 = 468 *tui*. Heyne collatis genitivis *ἐμεῖο σεῖο ϝεῖο* correxit *τεεῖο*, quod verum videtur; quamquam totus versus est suspectus.

3) *σφωέ* acc. dual. 3ae personae *A* 8 *K* 546 *Λ* 751 Φ 317.

4) *ἥμῖσιν* Θ 142 Ξ 481 Φ 566 (= *ν* 174) *ι* 53 *ο* 455 *π* 427 *ω* 169 (*ἥμῖσϊ* *β* 325?), *ὔμῖσϊν* *K* 445. De hisce dativi pluralis numeri formis, quas non textus traditus praebet sed metrum et analogia commendare videntur, vid. § 92 pag. 257.

§ 94. Pronomina personalia etiam reflexive (= Att. *ἐμαυτόν* etc.) usurpantur, et tunc nonnunquam additum sibi habent pronomen *αὐτός*, e. g. *ἐμοὶ αὐτῷ* *ι* 421, *ἐμέθεν αὐτῆς* *ψ* 78 [2]). Tertiae autem personae accusativo *μιν* ibi demum reflexiva vis tribuitur, ubi additum est *αὐτόν*, vid. *δ* 244 (*P* 551 *ϱ* 387) [3]).

Etiam possessivis (§ 95) adiungitur pronomen *αὐτός*, e. g. *σῆς αὐτοῦ κεφαλῆς* *ο* 262. Item *K* 204 *α* 7, 409 *β* 45 *δ* 643 *π* 197.

In *P* 551 *ϱ* 387 pro *ἑαυτήν* et *ἑαυτόν* non *ἓϝ' αὐτήν -τόν* rescri-

---

[1]) Non huc pertinere Aristotelis Zenodotique lectionem *B* 196 sq. collato *δ* 691 sq. vere observavit Monro[2] p. 221.

[2]) Pronomis *αὐτός* cum personalibus iuncti usum reflexivum in dictione epica accurate exploravit A. Dyroff Geschichte des pron. reflexivum p. 41 sqq.

[3]) Verba *τῷ μιν ϝεισάμενος* (*-νη*) *προσεφώνει* (*προσέφη*) *B* 22, 795 etc. ita sunt iungenda: *τῷ ϝεισαμ. προσεφ. μιν*. Cf. *λ* 241.

bondum esse sed μιν αὐτήν -τόν (cf. § 93) utrobique evincit hiatus [1]). In *I* 342 non τὴν αὐτοῦ sed ϝὴν αὐτοῦ verum est (cf. pag. 264). In Hes. Theog. 470 pro τοὺς αὐτῆς leg. ϝοὺς αὐτῆς, et pro αὐτῷ Hes. Oper. 293 et 296 scribendum est αὐτός (v. l.); sed Theogon. 126 ἐγείνατο ϝῖσον ἑαυτῇ (*EΩYTHI* pap.) leniter corrigi nequit, nec non a dictione epica aberrat δ 247 (spur.) ἄλλῳ δ' αὐτὸν (vel αὐτὺν) φωτὶ κατακρύπτων ἐϝέϝισκε (vid. etiam l. a. δ 244).

II. *Pronomina possessiva.*

§ 95. 1) ἐμός *meus.*

2) τεός sive σός *tuus.* Primaria forma fuit τ(ε)ϝός, pleniorem autem atque integriorem formam τεός hic illic in vulgarem σός abiisse culpa cantorum vel librariorum, facile intellegitur; sic pro Τηλεμάχῳ σῷ υἱέι π 438 legendum esse τεῷ evincit metrum, vid. § 14, et pro τὸ σόν, τὰ σά poetae reddendae sunt voces sincerae τεόν, τεά *A* 185, 207 *II* 40 etc. (cf. pag. 264).

3) ἑϝός sive ϝός *suus.* Primaria forma fuit σ(ε)ϝός. Aperto errore Bekker aliique olim Homero tribuebant formam ϝεός, decepti locis ubi litterae sigma vestigia apparent in hiatu; vid. § 44[3].

Integrior forma ἑϝός periit Θ 430 etc., ubi τὰ ἃ mutandum est in ἑϝὰ.

Feminini nominativum ἥ (ϝή) in carminibus epicis non reperiri observat Herodianus in scholiis ad *A* 219; plenior tamen forma ἑϝή extat *II* 753, rarum autem omnino esse huius pronominis nominativum fert ratio; masculini generis nominativus nonnisi *K* 256 δ 618 (= ο 118) δ 643 occurrit.

Novicio usu ἑός adhibitum est pro σφέτερος Hes. Op. 58, item ὅς Theog. 71; apud Alexandrinos ἑός etiam *tuus* valet Theocrit. X 2 XVII 50 XXII 173, item ὅς *meus* atque *noster* significat Apoll. Rh. IV 1036 etc. — Praeivisse credebatur Homerus *I* 455 ι 28 (vid. de hoc loco pag. 261); quam opinionem iure reiecisse videtur Aristarchus, cf. *A* 393 Γ 244 *Λ* 142 etc. — Errasse Aristarchum, nempe reflexivum (ἑ)ϝός olim cuilibet personae potuisse adiungi, nihil enim nisi *proprium* (ἴδιον) significasse primitus, demonstrare conati sunt Miklosich in Actis Acad. Vindob. 1848 et Brugmann ein Problem der homerischen Textkritik, 1876; qui viri dd. aliis per-

[1]) Recte vero habet ἐϝ' αὐτήν Ξ 162.

suaserunt, in his Nauckio et Christio [1]). Non adstipulamur, certe quod ad usum epicorum adtinet. Vid. Monro[2] p. 221—224.

4) *νωΐτερος O* 39 *μ* 185 *noster amborum* (*-arum*).

5) *σφωΐτερος A* 216 *vester amborum* (*-arum*). — Obsoleto hoc pronomine ridicule abusi sunt poetae Alexandrini, prae ceteris Apollonius Rhodius, vid. II 465 III 395 IV 454 etc.

6) *ἡμός* sive *ἡμέτερος noster*. — In mscriptis non *ἡμός* sed *ἀμός* aut *ἀ(μ)μός* scribitur; videantur quae in § 92 observavimus de formis *ἧμε* etc.

7) *ὑμός* sive *ὑμέτερος vester*.

8) *σφός* sive *σφέτερος suus ipsorum* (*ipsarum*). — Male *σφέτερος* pro *ὑμέτερος* dictum est Hes. Oper. 2 Apoll. Rh. IV 1327, pro *Fός* Hes. Scut. 90 Pind. Olymp. XIII 86 etc. et passim apud poetas Alexandrinos (Apoll. Rhod. II 1041 Theocrit. XII 4 etc.), apud quos valet etiam *tuus* Theocrit. XXII 67, *meus* Theocrit. XXV 163, *noster* Apoll. Rhod. IV 1354 [2]).

Possessiva tertiae personae in carminibus epicis semper *reflexive* usurpantur, = *suus*. Sed locis satis multis possessivum *ἑFός* vel *Fός*, perinde atque *suus* apud Romanos, non ad subiectum enunciati pertinet sed ad aliud vocabulum vicinum; e. g:

Z 500 *αἳ μὲν ἔτι ζωὸν γόον Ἕκτορα Fῷ ἐνὶ Fοίκῳ.*

Π 800 *τότε δὲ Ζεὺς Ἕκτορ' ἔδωκε | Fῇ κεφαλῇ φορέειν.*

Ξ 168 *εἴ πως ἱμείραιτο* (Zeus) *παραδραθέμεν φιλότητι | Fῇ χροϊῇ* (nempe Iunonis, quae est subiectum sententiae primariae. Corruptus tamen videtur hic versus).

δ 642 *τίνες αὐτῷ | κοῦροι ἕποντ', Ἰθάκης ἐξαίρετοι ἢ ἑFοὶ αὐτοῦ | θῆτές τε δμῶές τε;*

δ 740 *ἐξελθὼν λαοῖσιν ὀδύρεται, οἳ μεμάασι | Fὸν καὶ Ὀδυσσῆος φθῖσαι γόνον ἀντιθέοιο.*

Hes. Theog. 488 *ὣς Fοι ὀπίσσω | ἀντὶ λίθοι' ἑFὸς υἱὸς ἀνίκητος καὶ ἀκηδὴς | λείπεθ'.*

Alios locos huc facientes habes *K* 256 *Π* 445, 753 *Υ* 235 *X* 404 *Ω* 36 *α* 218 *δ* 175, 192 *ι* 369 *λ* 282 *ν* 52 *ο* 251 *σ* 8 *ψ* 153 *ω* 197, 365.

Liberius adhibitum est *Fός ι* 28 et 34 (cf. pag. 260):

οὔ τοι ἐγώ γε | Fῆς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο Fιδέσθαι.

---

[1]) Cf. § 75 de genitivo *ἧος A* 393 etc. — Vid. etiam Dyroff Gesch. d. pron. refl. p. 53.

[2]) Simili errore formam *σφίσι* idem quod *ὑμῖν* valere posse putabat Zenodotus *K* 398.

ὣς οὔ τι γλύκιον Fῆς πατρίδος οὐδὲ τοκήων | γίγνεται, εἴ περ καί τις etc.

Quibus locis possessivum spectat vocem (*τινι* vel similem) quae non diserte est expressa sed (perinde atque *α* 392) e contextu supplenda est [1]).

Discrepant loci paucissimi:

δ 617 (= *ο* 117) *'πόρεν δέ Fε Φαίδιμος ἥρως | Σιδονίων βασιλεὺς, ὅθ' ἑFὸς δόμος ἀμφεκάλυψε | κεῖσέ με νοστήσαντα.* — Ar. *ὅθ' ἑὸς, ὅτε* ὅς alii.

ν 265 *οὕνεκ' ἄρ' οὐ Fῷ πατρὶ χαριζόμενος 'Θεράπευον.*

Idem valet de pronomine numeri pluralis *σφέτερος I* 327 *ἀνδράσι μαρνάμενος δάρων ἕνεκα σφετεράων*, sed ibi *μαρναμένοισ'* legendum esse viderunt Aldus Heyne Cobet. Eandem ob causam reicienda est lectio Zenodoti *Σ* 210.

Multis locis possessivi vicem obit adiectivum *φίλος carus*, e. g. *κατεπλήγη φίλον ἦτορ Γ* 31, *εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν ἀπὸ μὲν φίλα Fείματα δύσω B* 261. Qualibus locis primariam vocis vim apparere, *proprium* enim significasse, sunt qui putent, a stirpe pronominis reflexivi repetentes. Veri multo similius videtur, adiectivum *φίλος* in epitheton perpetuum quod dici solet abiisse, ita ut sine singulari vi adhiberetur a poetis in formulis quales sunt *φίλος υἱός, πατήρ, ἑταῖρος, θυμός, φίλον ἦτορ, κῆρ* et similibus, quoniam cari esse solent liberi atque parentes, cara est vita et vis vitalis; deinde ad harum analogiam nonnullis locis non satis apte esse usurpatum.

III. *Pronomina demonstrativa et determinativa.*

§ 96. Articulus qui dici solet, in lingua epica primariam suam vim nondum amisit, pronominis enim anaphorici vice fungitur. Quomodo flectatur indicat tabella quae sequitur:

ὅς et ὅ	τό	ἥ	τώ	τοί et οἵ	τά	ταί et αἵ
τόν		τήν	"	τούς		τάς
τοῖο et τοῦ		τῆς	τοῖιν	τῶν		τάων
τῷ		τῇ	"	τοῖσι		τῇσι.

E duabus radicibus hoc pronomen excrevit. Formae ὅ(ς) ἥ οἵ

---

[1]) Vitiosa est l. a. (*F*)*οἵσιν* pro *σοῖσιν α* 402, vitiosum *φρεσὶν ἧσιν ν* 320 pro **φρείσ' ἐμῇσιν*, neque recte pro *τῆς* (*eius*) propositum est *Fῆς I* 133 (= 275 *T* 176) et *β* 206:

ἐπὶ δὲ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι | μή ποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι.
ἦμος δ' αὖ ποτιδέγμενοι ἤματα πάντα | εἵνεκα τῆς ἀρετῆς ἐριδαίνομεν.

αἵ ducuntur a radice σο-, Sanscrit. *sa-*, cf. Latin. *sic*, nostr. *zoo*; ceteras vero praebuit radix το-, Sanscrit. *ta-*, quae etiam in *talis*, *tantus* etc. cernitur.

In Homeri textu nominativi pluralis formae τοί ταί et οἵ αἵ promiscue usurpatae sunt, nulla adhibita ratione et passim inter se discrepantibus mscriptis; nonnumquam autem in locum formarum τοί et ταί, quibus neque Ionica neque Attica dialectus utebatur, irrepsisse vulgares illas οἵ et αἵ, nemo non suspicetur; vid. e. g. *B* 444:

οἳ μὲν ἐκήρυσσον, τοὶ δ' ἠγείροντο μάλ' ὦκα.

Fortasse vel talibus locis in codicum lectione est acquiescendum, certe quominus aut τοί ταί aut οἵ αἵ constanter scribamus, multi versus repugnant. Attamen veri est simillimum olim fuisse τοί et ταί permultis locis, ubi textus qui ad nos pervenit habet οἱ et αἱ. Nam „wenn, wie alle Wahrscheinlichkeit dafür spricht, der im „Altindischen vorliegende Zustand der ursprüngliche ist, so war „der Stamm ὁ- nur im Nominativ <des Singulars> des Masculi„num und Femininum gebräuchlich, während alle übrigen Casus „aus dem Stamme το- gebildet wurden. Die Dialekte also, die im „Plural οἱ αἱ sagten, haben diese Formen nach der Analogie des „Singulars ὁ ἁ (ἡ) eintreten lassen." (G. Meyer[2] p. 394).

Non minus incerta est ratio quae inter nominativi masculini singularis formam utramque ὅς et ὅ (Sanscr. *sas* et *sa*) intercedit; quarum prior praesertim cum particulis iuncta invenitur, ὅς γάρ, ὅς ῥα, ὅς δή, attamen sola quoque adhiberi potest, vid. e. g. *Φ* 198 *X* 201. Utrum ὅ σφιν an ὅς σφιν scribendum esset *A* 78 etc. olim dubitarunt grammatici; Aristarchus breviorem formam ὅ probabat, sed fortasse plenior potius poetae tribuenda fuerat, alibi certe sigma finale in textu tradito perperam omissum esse videtur, nempe frequentibus illis locis (*A* 333 etc.) ubi post αὐτὰρ ὅ est hiatus, quem particula γ' explere multi conati sunt; cf. pag. 78.

Nonnullis locis generis feminini genitivus pluralis non τάων est sed τῶν, ut in masculino genere, usu novicio, nempe *E* 424 *K* 253 *O* 656 *Σ* 50 *μ* 64, 321 h. Ven. 273. Cf. § 56.

Adverbium ab hac stirpe ducitur τῶς sive ὣς *sic*. Prior forma in textu tradito nonnisi *B* 330 (= *Ξ* 48 *σ* 271) *Γ* 415 *τ* 234 Hes. Theog. 892 Scut. 219, 478 reperitur, sed poetas aliis quoque locis eam usurpasse veri simile est; sic *ν* 389 pro αἴ κέ μοι ὣς μεμανῖα παρασταίης, ubi male abundat particula κε, simplicissima est correctio *αἴ μοι τῶς ... παρασταίης.

In codicibus et editionibus hodiernis non τῶς et ὦς scribi solet sed τώς et ὥς, praestat tamen sequi Tryphonis (in Etym. M. 824,48) praeceptum: ὦς περισπᾶται ὅτε σημαίνει τὸ οὕτως.

Commemorandae sunt locutiones καὶ ὦς *vel sic* (*tamen*), et οὐδ' (μηδ') ὦς *ne sic quidem*, quarum prior etiam apud recentiores Graecos permansit.

Rari in poesi epica sunt loci, quibus pronomen ὅ(ς) ἥ τό eadem ratione qua apud posteros usurpatur, nec dubium quin multi ex his emendationem requirant; e. g. pro τὸ σόν et τὰ ϝὰ critici iure rescripserunt τεόν et ἑϝά, cf. pag. 260; pro ὥριστος (i. e. ὁ ἄριστος) scribendum esse ὅχ' ἄριστος' in § 9 vidimus. Sed omnes locos, quibus Homericum ὅ ἥ τό ab Attico articulo vix quidquam discrepat, aut corrigere velle aut resecare, e. g. *K* 236 sq., 256, 309, 321 sq., 411, imperitiae foret et audaciae non ferendae. Cf. Monro[2] p. 226—234.

Dativus sing. neutr. τῷ, sententiae initio collocatus, saepe particulae causativae munere fungitur, = *propterea*, eandem fere vim igitur habens atque οὕν. E. g.:

τῷ μή μοι πατέρας ποθ' ὁμοίῃ ἔνθεο τιμῇ. *Δ* 410.

Frequenter etiam voce τῷ indicatur quid expectari possit aut potuisset si loquentis hypothesis aliqua eventum habeat aut habuisset; e. g.

τῷ κε τάχ' ἠμύσειε πόλις Πριάμοιο ϝάνακτος. *B* 373.
τῷ κέ ϝοι οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευαν. *γ* 258.

Veteres grammaticos nonnullos talibus locis τῶ aut τώ scripsisse, dativum esse negantes, docent schol. *B* 373 et Etym. M. 773, 20; cf. La Roche Gesch. d. h. Textkritik p. 368. Ipse La Roche in edendo Homero eos secutus est, assentiuntur autem alii viri docti, cum adverbiis ὧδε et οὕτω(ς) vocem τῶ(ι) componentes.

Paucis locis aliquot etiam vocula τό videtur valere *propterea*, qui tamen loci aut corrigendi sunt aut aliter explicandi. Nempe *T* 213 pro τό μοι οὔ τι praestat l. a. τῷ μ'(οι) οὔ τι, cf. § 13; Θ 332 pro τέχνῃσι· τὸ καὶ rescribendum est τέχνῃ· τῷ καὶ, quo ducunt codices, quorum multi τέχνῃσι· τῶ καὶ praebent metro invito; item τῷ κ' corrigatur Ψ 547 pro τό κεν vel τῷ κεν. Liberiori sententiarum structurae *E* 827 Ξ 342 ϱ 401 debetur τό γε, λ 363 τὸ μὲν. In *H* 239 *M* 9 subiectum est τό, et *Γ* 176 *P* 404 obiectum.

§ 97. Etiam demonstrativa ὅδε et οὗτος cum adverbiis suis ὧδε [1]) et οὕτω(ς) in lingua epica usurpantur. Paulo tamen rarior pronominis οὗτος est usus; e. g. observatum est, nusquam praepositioni subiunctum reperiri [2]); una forma ταῦτα multis locis occurrit.

Pronominis ὅδε dativum insolitum pluralis numeri τοῖσδε(σ)σι praebet textus receptus *K* 462 *β* 47, 165 *κ* 268 *ν* 258 *φ* 93. Quae forma metaplasta aliquando in ore hominum extitisse videtur, certe librariorum erroribus eam deberi quominus putemus et ratio obstat et genitivus τῶνδεων, quem Alcaeo tribuit Herodianus in Crameri Anecd. Oxon. I 253 (fr. Alcaei 127 Bergk): *ζητοῦμεν οὖν καὶ τὸ τοῖσδεσσι πῶς εἴρηται· καὶ ἄμεινον λέγειν ἐπέκτασιν· τοῦτο μιμούμενος Ἀλκαῖός φησι τῶνδεων, ὅπερ τινὲς ἀγνοίᾳ τἀκριβοῦς ἀνέγνωσαν τῶν δεῶν, ἵν' ᾖ τῶν δεῖνα.* Videmus tamen hodie ignorari quo sensu genitivum τῶνδεων Alcaeus adhibuerit, olim autem fuisse qui aliter locum interpretarentur; quapropter tutius videtur non ita multum tribuisse huic de Alcaeo Homeri imitatore testimonio. Plus valet Larisaeae dialecti comparatio, in qua saeculo ante Christum III° vixisse genitivos non minus mirificos τοίνεος et τοῦννεουν (a nominativo ὗνε ductos), docet inscriptio Coll. 345[16, 17] (Cauer Del.[2] 409): *τοίνεος γὰρ συντελεσθέντος καὶ συνμεννάντουν πάντουν διὰ τὰ φιλάνθρουπα πεπείστειν ἄλλα τε πολλὰ τοῦν χρεισίμουν ἔσσεσθειν καὶ ἑαυτοῦ καὶ τᾶ πόλι, καὶ τὰν χούραν μᾶλλον ἐξεργασθείσεσθειν, ἐψάφιστει τᾶ πολιτεία πρασσέμεν περ τοῦννεουν κατὰ ὁ βασιλεὺς ἔγραψε* etc. Attamon claudicat haec quoque comparatio, nam insolitas has formas non idem quod τοῦδε et τῶνδε valere sed respondere Atticis genitivis τούτου et τούτων verborum contextus docet.

In Homeri textu *K* 462 mature lectum esse τοῖσδεσσι apparet ex imitatione huius loci in lapide Pario saeculi I[i] fere post Christum, CIG. 2388 (Kaibel Epigr. 818): *χαῖρε θεὰ τοῖσδεσσι καὶ ἱλήκοις Παρίοισιν.* Quin etiam V° ante Christum saeculo in Iliade ita scriptum esse constaret ex Critiae versiculo quem Plutarchus Alcib. 33 affert: *σφραγὶς δ' ἡμετέρης γλώσσης ἐπὶ τοῖσδεσι κεῖται*, si tali in re mscriptorum satis certa esset fides (l. a. est τοῖς δέ σοι); apud tragicos pervulgata est forma quam poscimus τοισίδε, quidni Critias quoque ita scripserit?

Quicquid id est, Homericum non esse dativum τοῖσδε(σ)σι constat,

[1]) Adverbium ὧδε apud Homerum nusquam *hac* significare pag. 186,2 vidimus.

[2]) Non multum iuvat Th. Braun, οὗτος in der Ilias, Marburg 1883.

nam decurtatam terminationem τοῖσ- pro τοῖσι- alienam esse a dialecto epica in § 60 vidimus. Rectissime autem τοισί(ν)δε est repositum, ne mscriptis quidem invitis, nam κ 268 optimi testes G M id ipsum praebent; in ι 286 autem nascentem errorem deprehendere licet, ubi σὺν τοῖσδε ὑπέκφυγον praebent codices plerique, in G vero aliisque legitur σὺν τοισδέσ', Nauck et Cobet poetae suam pronominis formam τοισίδ'(ε) reddiderunt [1]).

In δ 93 η 23 ξ 443 pro τοῖσδε rescribatur τοῖσι.

Discrimen, quod inter pronomina ὅδε *hic* et οὗτος *iste* intercedit, in dictione Homerica nunquam negligitur, nec minore cura inter se distinguuntur correlativa et adverbia cognata. E. g.:

A 234 ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον *per hocce meum sceptrum.* — Cf. *K* 434 α 185 ζ 276 ν 351 etc. [2]).

π 99 αἲ γὰρ ἐγὼν οὕτω νέος εἴην τῷ δ' ἐπὶ θυμῷ *utinam tuam iuventutem meae fortitudini addere possem.* — Cf. Terent. Hecyr. I 1, 17 *cur non aut istaec mihi aetas et forma est aut tibi haec sententia.*

K 82 τίς δ' οὗτος κατὰ νῆας ἀνὰ στρατὸν ἔρχεαι οἶος *heus tu, quis es, qui solus per castra vagaris?* — Cf. *K* 341 β 40 h. Merc. 261.

π 205 ἀλλ' ὅδ' ἐγὼ τοιόσδε *at ecce talis tantusque ego tibi adsum.* — Cf. Z 468 *T* 324 *X* 420.

Π 847 τοιοῦτοι δ' εἴ πέρ μοι ἐϝείκοσιν ἀντεβόλησαν *etiamsi viginti qualis tu es mihi occurrerent.* — Cf. *I* 485 h. Ven. 242. Hinc sequitur vitiosum esse locum *Γ* 46 τοιόσδε ἐὼν... γυναῖκ' ἐυϝειδέ'

---

[1]) Aliam viam ingressus I. M. Hoogvliet, Grammaticale raadselen 1892 p. 9 sqq., demonstratum ivit rescribendum esse τοισῖσι, i. e. τοῖσι + ἰσί, posteriorem autem vocem esse dativum plur. pronominis *i*-, quod superest in pronominum οὗτοσί etc. littera iota demonstrativa ot in Latino *is id*; accusativum sing. extare in μιν (νιν) i. e. (ὐ)μ-ιμ, ipsum autem pluralem reperiri in ωφισι, quoniam ωφι: ωφισι = τοῖσι: τοίνισι. Vitiosam igitur esse vulgatam, hic quoque vir doctus putat; quam vero praebet medicinam recipiendam non ducimus. Nam inauditam ceteroquin formam in Dolonea potissimum et Odyssea aetatem tulisse veri dissimile videtur, vetustissimae enim pronominum formae Iliadi potius propriae esse solent. Quod vero multo est gravius, non persuadet Hoogvliet τοίσῖσι potuisse dici his verbis contendens: „τοίσῖσι met „elisie van de eerste ι (τοῖσ' ἰσί), τοίσῖσι met samensmelting van ι + ι tot ῖ", qualis contractio vel crasis sine exemplo foret. Denique erroris originem eius coniectura non aperit; cur enim formae insolitae τοίσισι alia substituta esset, quae nihilo minus esset insolita?

[2]) Item e. g. Herodot. I 111 νῦν τε δδε ἰστί *iamque eum ego tibi affero*, et passim ἥδε ἡ θάλασσα *nostrum* (*Graecum*) *mare.*

ἀνῆγες, quae lectio etiam propter hiatum (§ 16) damnanda est; aut τοῖός περ ἐὼν legatur aut τοιοῦτος ἐὼν. Item pro ὅς μοι τοιόνδ' ἦκεν ὁδοιπόρον ἀντιβολῆσαι Ω 375 legatur τοῖον ἔηκεν, *talem qualem te video viatorem*; o 330 pro οὔ τοι τοιοίδ' εἰσὶν ὑποδρηστῆρες ἑκείνων neque trisyllaba forma ἑκείνων recte habet (vid. infra) neque τοιοίδε, requiritur enim *tales qualis tu es*, quapropter correximus κείνων οὔ τοιοῦτοι ὑποδρηστῆρες ἔασι. Alibi res est dubia: Ε 378 τίς νύ σε τοιάδ' ἔρεξε (*quisnam ita ut video te mulcavit*) an τοΐ' ἔρρεξε? δ 149 κείνου γὰρ τοιοίδε πόδες τοιαίδε τε χεῖρες an τοῖοί τε πόδες τοῖαι δέ τε χεῖρες?

Υ 390 ἐνθάδε τοι θάνατος *hic* (*a me*) *mors te occupavit.*

Φ 122 ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσι *istic iam iace inter pisces.* — Item σ 105 υ 262 h. Ap. 363; cf. Aristoph. Plut. 724.

Tragici quamquam multis locis observarunt hoc discrimen, quo pronomina demonstrativa, quae primam personam spectant, distinguuntur ab iis quae ad secundam pertinent, e. g. Soph. Antig. 39 εἰ τάδ' ἐν τούτοις σι *nostrae res ita habent ut tu dicis*, haud raro tamen negligunt, e. g. in notissimo Euripidis fragmento 935 Dind.:

ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν,

hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Iovem, ut Cicero de Nat. Deor. II 25 § 65 vertit.

A pronomine ἑκεῖνος in lingua epica abest prothetica vocalis ἐ-; idem valet de adverbiis κεῖσε κεῖθι κεῖθεν. Antiquiores autem esse formas disyllabas, quae in Ionica dialecto postea permanserunt [1]), cum ipse Homerus docet tum formae in dialectis Aeolica et Dorica usitatae κῆνος et τῆνος.

Ex Attica dialecto forma producta ἐκεῖνος in nonnullos locos irrepsit [2]). Quorum complures facillime corrigi possunt: *I* 646 ὀππότ' ἐκείνων, Σ 188 τεύχε' ἐκεῖνοι, ο 368 εἵματ' ἐκείνη, π 151 μετ' ἐκεῖνον, γ 103 ἐν ἐκείνῳ, Ο 94 Σ 262 ο 212 οἷος ἐκείνου θυμός, ubi Aristarchus κείνου scribebat, β 272 ξ 491 οἷος ἐκεῖνος ἔην, β 171 καὶ γὰρ ἐκείνῳ φημί, ξ 70 καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔβη, ξ 122 οὔ τις ἐκεῖνον. Alias ob causas suspecti sunt versus ο 330 οὔ τοι τοιοίδ' εἰσὶν

[1]) Vid. e. g. inscriptio Teia IGA. 497 $A^{4,5,10,12}$ $B^{7,28,30}$ κεῖνον κείνου.

[2]) Cf. van Leeuwen Mnemos. 1887 p. 90 sq. — Schol. α 177 τῇ ἐκεῖνος οὐ χρῆται (ὁ ποιητὴς) εἰ μὴ ἀναγκασθῇ ὑπὸ τοῦ μέτρου, οὕτως Ἀρίσταρχος.

ὑποδρηστῆρες ἐκείνων (vid. supra pag. 266), γ 113 ἄλλα τε πόλλ' ἐπὶ τοῖς 'πάθομεν κακά· τίς κεν ἐκεῖνα | πάντα γε μυθήσαιτο (cf. § 60), ω 312 δεξιοὶ οἷς χαίρων μὲν ἐγὼν ἀπέπεμπον ἐκεῖνον (cf. § 60). Reliqui loci sunt *I* 63 (spur.) *Λ* 653 *β* 183 *δ* 819 ξ 103 (spur.), 352 *σ* 147, 289 *τ* 322 ω 288, 437 Hes. Scut. 72. — Pro ὅφρ' ἄν ἐκεῖθι ϱ 10 omnino legendum est *ὄφρα κε κεῖθι, vid. *β* 124 et cf. § 326.

§ 98. Pronomen αὐτός significat *ipse*, et hinc non raro valet *ultro, sponte, suo arbitratu, sine aliis* (idem fere quod *solus* igitur), cf. Attica locutio αὐτοί γάϱ ἐσμεν Ar. Ach. 504 Thesm. 472 similesque.

Adverbium αὐτῶς reperitur in locutione ὣς δ' αὐτῶς *Γ* 339 etc. (cf. Att. ὡσαυτῶς), et mutato accentu (?) αὖτως significat *sic temere, frustra*; vid. *Λ* 133, 520 *H* 100 *P* 633 *Σ* 338 ξ 151 etc., quali-bus locis afferri solet lectio altera οὕτως.

In dictione epica *idem* est ὁμός *Λ* 437 *Θ* 291 *N* 354 *O* 209 *Ψ* 91 Ω 57 *κ* 41 ϱ 563. — Discrepat *N* 333 ὁμὸν ἵστατο νεῖκος, quapropter ibi praeferenda est fortasse l. a. ὁμόσ'.

A stirpe ὁμο, quae cum ἅμα etc. cohaeret, ducuntur verbum ὁμωθῆναι *Ξ* 209, adverbia ὁμῶς, ὁμοῦ, ὁμόσε, ὁμόθεν (cf. § 322), adiectivum ὁμοῖος etc.

Nonnullis locis *idem* non ὁμός est sed αὐτός, nempe αὐτὸς ἀνήϱ, αὐτὰ κέλευθα, αὐτὴν ὁδόν, αὐτῇ νυκτί etc., *E* 396 (cf. § 9) *M* 225 *Ψ* 480 *Φ* 107 *κ* 263 *π* 138 *φ* 366 Hes. Scut. 35, 37. Imitatur Apoll. Rhod. I 199.

Ad recentioris aetatis usum proxime accedunt Z 391 τὴν αὐτὴν ὁδόν, *η* 55 τοκήων | τῶν αὐτῶν, *η* 326 ἥματι τῷ αὐτῷ, ξ 161 *τ* 306 τοῦδ' αὐτοῦ λυκάβαντος (ubi Herodianus αὖ τοῦ malebat), *π* 334 τῆς αὐτῆς ἀγγελίης.

Pronomen αὐτός ubi a praepositione vel adverbio locali in Homericis pendet, minore cum vi proferri solet neque *ipsum* tum valet sed *eum* etc.; e. g. παϱ' αὐτόν *Λ* 463, ὑπ' αὐτοῦ *Γ* 436, ἐπ' αὐτῷ *B* 270.

Multo rariores sunt loci, ubi solum sine praepositione ita adhibitum reperitur hoc pronomen. Tales loci suspicionem movent et sequiori aetati deberi videntur; e. g. *Ψ* 277 *Ποσειδάων δ' ἔπωϱ' αὐτοὺς | πατϱὶ ἐμῷ Πηλῆι*, leg. αὐτὸς; *π* 370 ἵνα φθίσαιμεν ἑλόντες |

αὐτόν, leg. αὐτόθι (coll. vs. 468) aut αὐτίκα; *X* 513 ἐπεὶ οὐκ ἐγκείσεαι αὐτοῖς (cf. § 60), leg. αὐτὸς; ω 270 αὐτὰρ ἔφασκε | Λαέρτην Ἀρκεσιάδην πατέρ' ἔμμεναι αὐτῷ, l. a. ἐσθλόν; *Λ* 561 βίη δέ τε νηπίη αὐτῶν, leg. αὔτως; *H* 204 εἰ δὲ καὶ Ἕκτορά περ φιλέεις καὶ κήδεαι αὐτοῦ, leg. αἰνῶς? — Vid. Döderlein öffentl. Reden p. 361 sq., I. M. Hoogvliet Studia homerica p. 45-69, A. Dyroff Geschichte des Pronomen reflexivum p. 41.

Notabilis est constructio, qua dativus (comitativus, cf. *Z* 243, 513 δ 8 etc.) significat *cum ipso...*, nostr. *met... en al*, qualibus locis omissam esse praepositionem σύν observare solebat Aristarchus, vid. Aristonicus ad *I* 542 Ψ 8. E. g. Θ 24 αὐτῇ κεν γαίῃ Ϝερύσαιμ' *ipsa cum terra traherem*, Θ 290 αὐτοῖσιν ὄχεσφι, *I* 542 αὐτῇσι ῥίζῃσι, item *Λ* 699 *T* 482 Ψ 8 Φ 186 ξ 77 υ 219 φ 54 h. Merc. 69, 84. — Praepositio σύν addita est *I* 194 αὐτῇ σὺν φόρμιγγι, item Ξ 498 h. Ap. 148, qui tamen loci a praecedentibus nonnihil discrepant; etiam ν 118 additur σύν, sed hic versus suspectus est. Denique *M* 112 huc pertinet, ubi σὺν αὐτοῖσιν (sc. ἵπποισι, vid. vs. 111) idem valet quod αὐτοῖσιν ἵπποισι.

IV. *Pronomen interrogativum et indefinitum.*

§ 99. Plerique huius pronominis casus ab Attica dialecto non discrepant, sed genitivus singularis est τέο et τεο, dativus sing. pronominis indefiniti est τεῳ vel τινι, genitivus plur. pronominis interrogativi est τέων.

In textu tradito τέο legitur *B* 225 Ω 128 δ 468, τεο π 305, alibi in eius locum irrepsit τεῦ (τοῦ Ω 106) vel τευ, quae Homero abiudicanda est forma (vid. § 7 et quae de genitivis (ἐ)μεῦ σεῦ Ϝευ pag. 257 sunt observata), et tantum non omnibus locis mutari potest in genuinam τέο (τεο) vel τέ' (τε'). Repugnant soli versus *B* 388 τ 371 ω 257. — Cf. ὅτευ § 102.

Dativi forma τινι tradita est *P* 68 ξ 96 (οὔ τινι), restituenda autem est ubi codices praebent τῳ vel τεῳ, *A* 299 *M* 328 *N* 327 κ 32 ν 308 υ 297 h. Ap. 170, leg. τιν'(ι). Cf. § 13.

Suspecta est genitivi plur. forma monosyllaba τέων ζ 119 = ν 200; cf. § 8. Errori autem debetur ἄσσα τ 218, vid. § 102.

Interrogativum τί coalescere potest cum particulis ἦ et ποτε. Ita nascuntur voces τίη et τίπτε (τίπτ', τίφθ'), cf. § 12, quae munere particulae interrogativae (*cur tandem*) funguntur. Pro τίη fortasse

praestat τί ἦ duabus vocibus scribere; non officit certe hiatus, vid. *E* 465 Θ 136 (ι 27?) ι 339 κ 246 (et Ω 593?) [1]).

§ 100. Pronomen indefinitum negationi subiungitur ad *neminem*, *nullum* indicandum: οὔ τις, οὔ τι, μή τις, μή τι.

Recentioris aevi sunt negativa pronomina οὐδείς et μηδείς. Quae voces noviciae in nonnullos tamen locos irrepserunt: οὐδένι *X* 459 (= λ 515) leg. οὔ τινι, οὐδέν leg. οὔ τι *E* 516 l. a., *X* 332 et 513 οὐδὲν σοί γ' leg. *οὔ τι τεΐν γ' (cf. § 92), δ 195 ι 34, 287 τ 264 χ 318 οὐδὲν ἐοργώς leg. οὔ τι ϝεϝοργώς, μηδὲν (vel μὴ μὲν) ἑκών leg. μή τι ϝεκών Ψ 585, item cum hiatu concesso (cf. § 99) οὔ τι *A* 244 (= 412 *Π* 274) *K* 216 σ 130 υ 366(?) χ 370 Hes. Op. 144, 311, μή τι *Σ* 500 h. Ap. 338, Hes. Op. 395. — Repugnant Ω 370 (lect. dub.) δ 248 (spur.), 350 = ρ 141.

Adiectivum οὐδενόσωρος Θ 178 nisi recentem habet originem, in οὐτινόσωρος videtur mutandum.

V. *Pronomina relativa.*

§ 101. Relativi ὅς ὅ ἥ flexio nihil habet insoliti. Adverbium est ὡς.

Describentium errore ὅου pro ὅο legitur *B* 325 α 70 h. Ap. 156, cf. § 59, et graviore etiam cum vitio *Π* 208 textus traditus praebet φυλόπιδος μέγα ἔργον ἔης τὸ πρίν γ' ἐράασθε, cum legitimae sint voces ἦς et ἔρασθε (cf. § 191); correximus *φυλόπιδος ϝέργον μεγάλης τοῦ πρίν περ ἔρασθε, alii aliter.

Cum pronomini tum adverbio saepe subiungitur enclitica vocula τε -que (§ 328), de qua egerunt G. Hermann ad Orph. Lith. p. 393, Nitzsch ad α 50, E. Lammert de pronominibus relativis Homericis, 1874 p. 21 sqq. — Nitzschius l. l. vim huius particulae ita definit: „relativum, cui particula τε addita est, affert novam definitionem rei antea designatae (synthetice); si vero abest τε, artissime cum antecedente suo cohaeret relativum, ita ut novam integramque notionem coniunctim constituant (analytice)." Haec Nitzschii explicatio multis locis apta est, sed aliis non paucis vix quicquam

---

[1]) Scribendum esse τίη una voce censet Monro[2] p. 310, Apollonio de Coni. p. 523 assensus; confert epicam pronominis personalis formam τύν-η (cf. § 92), verborum autem ordinem τίη δὲ σὺ etc. *Z* 55 etc. insolitum esse observat si τί ἦ δὲ σὺ etc. scribatur, sic enim particulam δέ secundum locum non obtinere.

interest addaturne an omittatur particula τε, cuius propria vis a poetis sensim neglecta esse videtur, ita ut versui explendo inservire posset.

Loco pronominis relativi saepe adhibetur anaphoricum pronomen ὅ ἥ τό. Qua de re V. H. Koch in lexico Ebelingi II p. 19ᵃ recte ita scribit: „pronomen demonstrativum in sententia ponitur, „quae quasi per parenthesin sermoni inserta paullatim abiit in sen„tentiam secundariam, quam nos relativam vocamus. Haec mutatio „coepta est, non absoluta apud Homerum, qui existimandus est „longe saepissime demonstrativam putasse quam nos vocamus „relativam atque ita vertimus." Conferri possunt ambiguae potestatis pronomina *die*, *dat* in Belgica lingua, *der*, *die*, *das* in Germanica. In epica autem dictione ipsae formae demonstrativi atque relativi complures sunt consimiles: ὅς, ἥ, οἵ, αἵ, ita ut ne distingui quidem possint; quae tamen fallax est similitudo, nam demonstrativi radix est σο-, vid. pag. 268, relativi vero *jo-* (Sanscr. *jas ja jad*).

Etiam demonstrativo pronomini ὅ ἥ τό, ubi relativi loco adhibitum est, frequenter subiungitur particula τε. Proprie autem ὅ τε significat *isque*, *et is*, sed multis locis poetae hanc encliticam incogitanter addidisse videntur.

Notabilis est particulae γάρ usus post relativum (neutr. generis): ὅ γάρ *M* 344 = 357 et Ψ 9 = ω 190. Comparari potest ἵνα γὰρ *K* 127 et l. a. ο 239 ὅθι γὰρ pro τόθι (cf. § 322), neque diversa est ratio qua particula γάρ interrogativis addi solet (πῶς γάρ, τίς γάρ etc.). Fortasse etiam Ψ 854 huc pertinet: ἧς ἄρ' cum l. a. ἧς γὰρ, et Υ 77 *Πριαμίδεω · τοῦ γάρ ῥα*, ubi coniecimus *Πριαμίδα' · οὗ γάρ ῥα*, cf. § 55.

Non recte e locis supra allatis effeceris pronomen *demonstrativum* in lingua Homerica habuisse neutrius generis formam ὅ = τό. Meliore iure suspicetur quispiam describentium errore voculam γάρ illic legi pro περ, quas particulas facillime potuisse confundi et saepe confusas esse scimus; sed ne haec quidem correctio, quantumvis lenis, necessaria videtur. Cf. Monro² p. 318.

Adverbium ὡς *ut* (*quemadmodum*) ubi additam habet particulam τε (Γ 22 etc.), non confundendum est cum Attica particula ὥστε *ita ut*, qua Homerus non utitur. Duobus tantum locis α 227 β 137 res

dubia videri potest, corruptum autem versum *I* 42 emendavit Lehrs Arist.[2] p. 158; spurius est qui solus repugnat versus *ϱ* 21, recentioris aevi usus apparet h. Ap. 530.

Saepe particula ὡς suo substantivo postponitur, et tunc accentum suum servat. Talibus locis brevem syllabam in arsi — sexti plerumque pedis — positam producit, e. g. κακὸν ὥς *B* 190, ὄρνιθες ὥς *Γ* 2, θεὸς ὥς *Γ* 230; saepe etiam longa vocalis vel diphthongus praemittitur, e. g. λύκοι ὥς *Λ* 72, item *N* 178, 292 etc. (cf. § 14 extr.). Consonam igitur initialem huius particulae intercidisse evincit metrum, analogia autem fert ut suspicemur hanc consonam fuisse digamma, antiquitus igitur poetas dixisse *Ϝώς*. Ita statuerunt Bentley Cobet alii, quorum opinio nunc egregie corroboratur inscriptione Locrica saeculi ante Christum V[1] exeuntis, 1479[e] Coll. (IGA. 322, Cauer Del.[2] 230, Roberts Epigraphy p. 239), in qua *Ϝότι* pro ὅτι diserte legitur. Videtur igitur a radice *σϜο-* ducta esse particula. Pristinam formam *ϳώς* fuisse multi contenderunt, sed videantur quae de spirante iota supra in § 45 observavimus.

Ceterum in carminibus epicis non desunt loci quibus littera initialis particulae ὥς negligitur; nempe brevis quae praecedit syllaba non producitur si *in thesi* est collocata, vid. *Γ* 196 *Θ* 94, 271 *N* 137 *χ* 299 Hes. Scut. 60, et brevis vocalis ante ὥς constanter eliditur, vid. *Λ* 383 *M* 293 *Π* 756 h. Ap. 448, item δ' ὥς *E* 78 *Λ* 147 *M* 156 *β* 234 etc.; uno loco *σ* 323 δὲ ὣς legitur, in hexametro qui manifesto vitiosus est, quippe post quartum trochaeum incisus: παῖδα δὲ ὣς ἀτίταλλε, 'δίδου δ' ἄρ' ἀθύρματα θυμῷ, cf. pag. 21.

Quae cum ita sint, apparet ex aevo antiquiore, quo homines *Ϝώς* [1]) dicerent, superesse formulas in quibus brevis syllaba in paenultima hexametri sede [2]) ante ὥς producitur, sed in ipsorum poetarum lingua initialem huius adverbii consonam non esse servatam neque igitur in editione carminum Homericorum esse scribendam.

§ 102. Relativum indefinitum ὅστις in lingua epica hasce habet figuras:

---

[1]) An *τώς? Vid. pag. 182. — Recte Leaf ad *B* 144, ubi duplex extat lectio *φὴ κύματα* (Zen.) et *ὡς κύματα* (Ar.), observavit cognatas videri voces *φή* et *ὡς*; quamquam certi nihil ex hac observatione ad Homeri textum melius constituendum redundare videtur.

[2]) In aliorum pedum arsi huiusmodi productio non admodum notabilis est, vid. § 19.

		MASCULINUM.			NEUTRUM.	FEMININUM.
Sing.	N.	ὅς τις	et	ὅτις	ὅττι et ὅ τι	ἥ τις
	A.	ὅν τινα	[et	ὅτινα]		ἥν τινα
	G.	οὗ τεο				.....
	D.	.....	[	ὅτεῳ]		.....
Plur.	N.	οἵ τινες			ἅσσα	αἵ τινες
	A.	οὕς τινας	[et	ὅτινας]		ἅς τινας
	G.	.....	[	ὅτεων]		.....

Masculini generis formae ab ὁ- incipientes multo sunt rariores quam ceterae, in quibus utraque pronominis pars flectitur. Inter utramque nominativi sing. formam haec intercedit ratio: ὅστις: ὅτις = 4 : 1. In Iliade ὅτις nonnisi Γ 279 Τ 260, 265 Ψ 494 reperitur, in Odyssea locis 14. Accusativus ὅτινα nonnisi Θ 204 = ο 395 reperitur (leg. ὅν τε ?); genitivus ὅτευ ab Homero alienus (cf. quae de genitivo τεῦ sive τευ in § 99 observavimus) occurrit ϱ 421 = τ 77 loco corrupto; dativus ὅτεῳ extat β 114 (spur.?) et cum synizesi, invita igitur lingua epica (cf. § 8), proferendus est Μ 428 (corrupt.) Ο 664 (spur.). Pluralis numeri accusativus ὅτινας legitur Ο 492, genitivus ὅτεων κ 89, dativus ὁτέοισιν Ο 491. — Itaque dubium non videtur quin e formis, quae ᾰ syllaba ὁ- ordiuntur, sola nominativi singularis forma ὅτις sive ὅ τις (cf. pag. 271 supr.) dictioni epicae sit tribuenda, reliquae vero, quas analogia peperit, Homero sint recentiores.

Neutrius generis forma ὅττι nata est ex ὅδ-τι, cf. § 37. Litteram δ, e lingua latina in pronominum flexione notissimam, in Graecis servant adiectiva a radicibus pronominalibus ducta ἀλλοδ-απός ποδ-απός οὐτιδ-ανός; cf. Bezzenberger Beitr. IV 337 sqq., Wackernagel Kuhns Zschr. XXVII 89 sqq., G. Meyer gr. Gramm.[2] p. 192, Brugmann gr. Gramm. § 93, Schulze Quaest. Epic. p. 375,3. — Itaque patet pravae analogiae deberi genitivum ὅττεο ὅττευ α 124 χ 377 ϱ 121, neque est cur credamus ipsos poetas ita peccasse, si reputamus litteras *HOTEO* olim cum οὗ τεο potuisse significare tum ὅττεο. Rescribatur igitur *οὗ τεο α 124 χ 377, *οὗ τέ' ϱ 121. — In inscriptionibus Aeolicis ὅττι non rarum est, ceteri vero huius pronominis casus litteram τ nusquam habent iteratam [1]).

---

[1]) Errat Kühner-Blass I p. 613 accusativum ὅτεινα ut Aeolicum afferens fide inscriptionis 293 Collitz; nam in Lesbio illo lapide quae extant haec sunt: *Θέος τύχα ἀγάθα. ὅ κε θέλη θύην ἐπὶ τῶ βώμ[ω] τᾶς Ἀφροδίτας τᾶς Πολθως καὶ τῶ Ἔρμα, θυέτω ἱρήον ὅττι κε θέλη καὶ ἱρσεν καὶ θῆλυ πλ[ὰν] ὔ[ος] καὶ ὄρνιθα [ὄ]ττι[νά κε θέλη]*. Can-

Plurale ἄσσα ex ἅ-τια ἅ-τϳα prodiisse in schol. *A* 554 optime exposuit Herodianus, collato Megarico pronomine σά (i. e. σσα, τϳα), vid. σά μάν (Att. τί μήν) in Aristoph. Acharn. 757, 784. Itaque non est iusta causa cur praeferamus ὅσσα, quae vox passim substitui potest salva sententia, in mscriptis autem cum ἄσσα confundi solet [1]), vid. e. g. *K* 525. In *A* 554 utrum ἄσσ' ἐθέλησθα an ὅττι θέλησθα sit legendum dubitant critici, item *o* 317 incertum est utrum ὅττι θέλοιεν an ἄσσ' ἐθέλοιεν praestet.

Ratione caret ἄσσα pro τινα uno loco Homerico τ 218 obvium, ὁπποῖ' ἄσσα, quod ὁπποϊά σσα scribendum foret potius, nisi corruptus videretur ille locus. Vitio natum esse ἄσσα sive ἄττα, nempe πόλλ' ἄττα e πολλά ττα prodiisse, et sero demum (in Attica puta) alpha finale praecedentis vocabuli cum pronominis initio concrevisse, ita ut ἦν γὰρ δὴ ἄττα τοιάδε (Plat. Phaedon. 60 *c*) et similia dici possent, optime perspexit et docuit Ahrens; cf. G. Meyer[2] p. 400, Kühner-Blass I p. 611.

In plurali numero neutr. ὅτινα nonnisi *X* 450 extat, ἴδωμ' ὅτιν' ἔργα τέτυκται, ubi emendatum est ϝίδω τίνα ϝέργα τέτυκται.

§ 103. Neutrum ὅ (ὅ τε) saepe fungitur munere coniunctionis, ut latinum *quod*, idemque igitur tunc valet atque ὅ(τ)τι. E. g.:

'φεῦγον ἐπεὶ 'γίγνωσκον ὃ δὴ κακὰ 'μήδετο δαίμων. *γ* 166.
χωόμενος ὅ τ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὔ τι ἔτισας. *A* 244.

Vid. praeterea *A* 120 *E* 433 *Λ* 439 *T* 144 *X* 445 *β* 45 *μ* 375 etc.

Fuerunt qui *A* 244 similibusque locis non ὅ τ' sed ὅτ' scribendum esse contenderent, pro eliso ὅτι habentes; vid. Spitzner Vers. Heroic. p. 172. Quoniam tamen simplex τι elisionem nusquam patitur, veri dissimillima est haec opinio; cf. Christ Metrik[2] p. 35.

Nonnusquam incertum est utrum ὅτ'(ε) an ὅ τ'(ε) voluerit poeta; vid. Z 126 Θ 299 etc.

---

cellis quae circumscripta sunt supplevit v. Wilamowitz, sed ultima minus recte aut lecta esse aut suppleta propter ea quae modo perpendimus tantum non constat; certe nemo contendet accusativum aliunde ignotum ὄττινα hoc testimonio satis confirmari.

[1]) Aeolicum esse ἄσσα pro ὅσσα non recte olim statuebant quidam, cf. Meister Dialekt. I p. 41, 2.

IV.

DE FLEXIONE VERBORUM.

CAPUT I.

Observationes generales.

I. *De verbi generibus.*

§ 104. Homerico aevo ab aoristis in -(ϑ)ην desinentibus nondum ducebantur futura in -(ϑ)ήσομαι [1]), sed futurum *medii* in dictione epica etiam *passivi* vice fungebatur, prouti ferret ratio enunciatorum et verborum potestas; qui mos postea quoque minime insolitus fuit, semper autem pervulgatus mansit in flexione verborum deponentium quae dicuntur et contractorum.

Tenuia tamen quaedam in carminibus epicis deprehenduntur vestigia futuri in -ήσομαι cadentis. *K* 365 legitur ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλε μιγήσεσθαι φυλάκεσσι, ubi expectaveris μίξεσθαι, quod ζ 136 ω 314 locis simillimis legitur, cum praesertim *passivi* notio hinc sit aliena, vertendum enim est *cum in eo esset ut custodibus se intermisceret;* itaque corruptum esse locum satis certum videtur; fortasse sufficit lenissima correctio μιγάσσεσθαι, a praesenti μιγάζομαι, quod ϑ 271 extat. Maioris momenti est futurum δαήσεαι γ 187 τ 325 *disces*; quod licet ad medium genus optimo iure referri possit et debeat, luculenter tamen ostendit unde originem ceperint frequentia illa quibus lingua Graeca magis magisque uti coepit futura in -(ϑ)ήσομαι.

[1]) Futurum, quod in -ϑήσομαι desinit, ut origine sic significatione artissime cum aoristo cohaerere post Schaeferum et Stallbaumium nuper demonstrare studuit Blass in Kühner-Blass II p. 111 sq. et 585 sq.: „ποιήσομαι Aktion der Dauer, ποιηϑήσομαι „Aktion der Vollendung, πεποιήσομαι Aktion der dauernden Vollendung."

Nempe transitivae potestatis stirps *δα*, quae in *δι-δά-σκω* cernitur, excrevit in formam *intransitivam δαη*, unde ducuntur aoristus *ἐ-δάη-ν*, perfectum *δε-δάη-κα*, futurum *δαή-σομαι*, *didici*, *discam*. A medio autem genere haec tempora nemo divellet, qui *ἔγνων ἔγνωκα γνώσομαι*, *ἔβην βέβηκα βήσομαι* et similia comparaverit; at tamen agnoscimus conformationem qua e radice *μιγ* factum est *μιγη* (*ἐμίγην*, *μιγήσομαι*) vel e radice *φαν φανη* (*ἐφάνην*, *φανήσομαι*); itaque transitum ad recentioris aevi morem hic paratum et tantum non inchoatum videmus.

§ 105. Aoristo medii satis frequenter tribuitur vis reflexiva vel passiva. E. g. *ἔβλητο Δ* 518 (§ 258), *ἀασάμην T* 137 = *ἀάσθην T* 136 (§ 287[1]). Quod ubi fit, medium passivi locum explet totum. Hinc sequitur, verba nonnulla, quae in grammatica dialecti Atticae deponentia passivi vocari soleant, in lingua epica dicenda esse deponentia medii. E. g.:

αἰδέομαι (§ 289),	*ᾐδε(σ)σάμην*	sive	*ᾐδέσθην*.
ϝήδομαι (§ 221[4]),	*ἐϝησάμην*,	Att.	*ἥσθην*.
ἄγᾰμαι (§ 305[1]),	*ἠγα(σ)σάμην*,	„	*ἠγάσθην*.
ἔρᾰμαι (§ 305[4]),	*ἠρα(σ)σάμην*,	„	*ἠράσθην*.

§ 106. Admodum notabilis est libertas, qua verborum quorundam genus activum cum medio permutatur sine ullo — quod quidem indicari possit — discrimine significationis [1]). E. g.

ἀίσσω E 657 etc., *ἀίσσομαι Z* 510 *E* 854 *X* 195 *Ω* 97 etc.

ἤλιτον I 875, *ἠλιτόμην T* 265 *Ω* 570 etc. *ἀλιτημένος δ* 807.

νεμεσάω, *ἐνεμέσησα Δ* 413, 507 etc.; *νεμεσάομαι*, *ἐνεμεσησάμην* vel *ἐνεμεσήθην K* 115 *N* 119 *Π* 544 etc.

ὀΐω A 59 etc., *ὀΐομαι*, *ὀισσάμην* vel *ὀΐσθην A* 78 *α* 323 *δ* 453 etc. (§ 292[6]).

ὁράω A 350 etc., *ὁράομαι A* 56 etc. (§ 309).

In *futuro* haec confusio etiam postea linguae Graecae propria mansit; e. g. verbi *ὁρᾶν* et apud Homerum et postea futurum fuit *ὄψομαι*.

Aliorum verborum activum et medium accurate distinguuntur, e. g. *ἀμείβω* act. *permutare*, med. *excipere; ἀμύνω* act. *defendere*, med. *se defendere; λύω* act. *vendere*, med. *redimere*.

---

[1]) Apte Monro Hom. Gramm.[2] § 8 cum Homerico *εἴω-ἴομαι* confert Gallicum *je doute* et *je me doute*.

Sunt etiam verba, quorum genus medium activi loco usurpatum debetur vitio textus traditi; sic ἄσατο *T* 95, ἀᾶται *T* 91, 129 in ἄᾶσε (Nauck) et *ἄασσε corrigenda esse satis constat. Quod errorum genus quam late pateat haud facile dixerit quispiam.

II. *De verbi temporibus et modis.*

§ 107. Perfrequens in lingua epica est *aoristi indicativi* usus quem *gnomicum* dicere consuevimus. E. g.

ὅς κε θεοῖσ' ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ. *Λ* 218.

ἦ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κορύσσεται, αὐτὰρ ἔπειτα | οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει. *Δ* 442 sq.

Temporum autem consecutionem si spectamus, huiusmodi aoristus habetur instar *praesentis*, quocum iungi potest, ut posterius exemplum docet. Vid. *Δ* 485 sq.:

τὴν μέν θ' ἁρματοπηγὸς ἀνὴρ αἴθωνι σιδήρῳ
ἐξέτα μ', ὅφρα Fίτυν κάμψῃ περικαλλέι δίφρῳ.

Verbum auxiliare μέλλω in dictione epica frequentius et paulo aliter quam apud posteros [1]), nusquam autem *cunctandi* significatione adhibitum reperitur. Praesens tantum et imperfectum novit lingua Homerica.

Et primo quidem *praesens* adhibetur ad indicanda ea quae quis veri similia esse contendat vel concedat, licet vera esse aut nolit probare aut nequeat; eodem igitur sensu quo ab Atticis adhibetur ἔοικεν, quod verbum conferri solebat ab Aristarcho; cf. Lehrs de Arist.[2] p. 121. Verti potest *consentaneum est, non est dubium quin, satis apparet, opinor;* consimilis autem est verbi *zullen* in lingua nostra potestas. Sequitur *infinitivus praesentis* de iis quae ad tempus loquentis pertinent, *aoristi infinitivus* de rebus peractis. Quos locos non ita crebros integros excribere operae videtur pretium.

a) Sequitur infinitivus praesentis de re praesenti:

εἰ δ' οὕτω τοῦτ' ἐστίν, ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι *Λ* 564.
si ita res evenit, meo numine opinor evenit (dan zal het wel mijn wil zijn).

οὕτω που Διὶ μέλλει ὑπερμενέι φίλον εἶναι *B* 116.

---

[1]) Vid. Lobeck ad Phrynich. p. 745 sqq., vLeeuwen Mnemos. 1889 p. 210 sqq., La Roche Hom. Unters. II 1893 p. 57 sqq.

sic opinor Iovi placet omnipotenti (*Zeus zal dat wel aldus beschikken*). — Item *E* 69 et *N* 226.

νῆ' Ἀγαμεμνονέην, ὅθι που μέλλουσιν ἄριστοι *K* 326.
βουλὰς βουλεύειν

ubi duces iam consilia opinor ineunt (*waar de hoofden wel aan het beraadslagen zullen zijn*).

ᾧ μέλλεις εὔχεσθαι ἰὼν ἐς δοῦπον ἀκόντων *Λ* 364.

quem certaminis initio precaris opinor (*wien gij bij den aanvang van den strijd wel smeeken zult*). — Item *T* 451.

τὰ δὲ μέλλετ' ἀκουέμεν' Ξ 125.

fando haec audivistis opinor (*dat zult gij wel vernomen hebben*). — Item δ 94 et 200.

ὄλβον δε θεοὶ μέλλουσιν ὀπάζειν σ 19.

di nos beabunt ut confido (*de goden zullen ons wel het noodige verschaffen*).

πολλάκι που μέλλεις ἀρήμεναι ἐν μεγάροισι. χ 322.

Notabilis est forma ἀρήμεναι neque alibi obvia; cf. § 195. Quae si ad *aoristum* est referenda, locus vertendus: *saepe opinor precatus es* (*gij zult dikwijls genoeg gebeden hebben*), et cum proxime sequentibus componendus.

b) Sequitur infinitivus aoristi de re peracta:

ἄλλοτε δή ποτε μᾶλλον ἐρωῆσαι πολέμοιο | μέλλω *N* 777.

fieri potest ut alias segnius pugnaverim (*ik zal wel eens wat minder dapper gestreden hebben*).

μέλλω ποθ' ἁπεχθέσθαι Διὶ πατρί Φ 83.

Iovis odium excitasse me intellego (*ik zal zeker den haat van Zeus hebben opgewekt*).

ἀλλά νυ μέλλω | ἀθανάτους ἁλιτέσθαι δ 377.

in coelites peccasse me intellego (*ik zal zeker tegen de onsterflijken hebben misdreven*).

τοῦ δ' ἤδη μέλλουσι κύνες ταχέες τ' οἰωνοὶ ξ 133.
ῥινὸν ἀπ' ὀστεόφιν ϝερύσαι

iam canes et aves corpus eius laniarunt opinor (*thans zullen de wilde dieren hem wel reeds hebben verscheurd*).

c) Sequitur infinitivus aoristi qui dicitur gnomici:

καὶ μὲν δή ποθί τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι Σ 362.

etiam mortali mortalis tale quid perfecerit opinor (*ook een sterveling zal dat wel eens voor een ander gedaan hebben*).

μέλλει μέν ποθί τις καὶ φίλτερον ἄλλος ὀλέσσαι Ω 46.
sunt quos gravius etiam fulum spoliaverit (*iemand zal wel eens een die hem nog dierbaarder was hebben verloren*) [1]).

Duobus vero Odysseae locis, qui a praecedentibus vix quicquam differunt, notio temporis peracti non *infinitivo* inhaeret sed verbi *μέλλειν* imperfecto exprimitur:

᾽μέλλεν μέν ποτε Ϝοῖκος ὅδ᾽ ἀφνειὸς καὶ ἀμύμων | ἔμμεναι α 282.
fuit cum opibus affluerent nostrae aedes, sic certe accepimus (*dit huis zal wel eenmaal welvarend zijn geweest*).

καὶ γὰρ ἐγώ ποτ᾽ ἔμελλον ἐν ἀνδράσιν ὄλβιος εἶναι σ 138.
me quoque olim inter aequales floruisse credibile est (*ook ik zal eertijds wel voorspoed hebben gekend*).

Hic pro *ἔμελλον* (*-λεν*) *εἶναι* expectaveris *μέλλω* (*-λει*) *γενέσθαι*, nec tamen video quomodo lectio tradita cum aliqua probabilitatis specie possit sollicitari [2]). Itaque satis habeo indicasse discrepantiam, quae sitne ex errore nata necne definire non ausim.

Post viginti quos tetigimus locos multo plures supersunt commemorandi, quibus *imperfectum* *ἔμελλον* (*-λες*, *-λε*, *M* 322 *μέλλοιμεν*) extat. Qui loci a praecedentibus non nihil differunt; inservit enim imperfectum ad indicandas res, quae futurae erant vel expectari poterant tempore de quo sive poeta loquitur sive is qui narrans inducitur. Hoc sensu ubi *ἔμελλον* adhibetur, verbum auxiliare iure dici potest, constanter autem sequitur *infinitivus futuri* [3]), et *ποιήσειν ἔμελλον* idem significat quod *facturus eram* [4]) vel *in fatis erat ut facerem*. E. g.

οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἔμελλ᾽ ἑτάροισι φανεὶς ἐρατεινὸς ἔσεσθαι. ι 230.
᾽βῆ δ᾽ ἴμεναι προτὶ νῆας ἀπὸ στρατοῦ· οὐδ᾽ ἄρ᾽ ἔμελλε K 336 sq.
ἐλθὼν ἐκ νηῶν ἄψ Ἕκτορι μῦθον ἀποίσειν.

Vitiose traditus est *II* 47:

ὣς ᾽φάτο λισσόμενος, μέγα νήπιος· ἦ γὰρ ἔμελλε
Ϝοὶ αὐτῷ θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα λιτέσθαι.

[1]) Etiam apud Herodotum verbum *μέλλειν* ita usurpatur, vid. II 43, 150, VII 23, VIII 6, 86, IX 116.

[2]) Nam neque satis lenia sunt neque vulgatae elegantiam aequant quae sola in mentem venerunt: *μᾶλλον... | ἵκετο* et *μᾶλλον... ἦα*.

[3]) Manifesto vitio *-σασθαι* pro *-σεσθαι* habent codices nonnulli *Ψ* 773 *ϱ* 412 Hes. Scut. 127.

[4]) Cum de rebus postea peractis tum de iis quae eventum non habuerunt haec locutio usurpatur; vid. *Z* 53, 393 etc.

Correximus λίσεσθαι, ut futurum, quod rite formatum est (§ 220[1]) et sententiae unice aptum, restitueretur pro aoristo pessimae notae, qui nonnisi hoc loco et ξ 406 legitur, ibi autem non minus vitiose quam hic, nam verba *Δία Κρονίωνα λιτοίμην* ξ 406 peccant contra constantem morem veterum poetarum, quo homines λίσσονται homines et di deos, dis vero homines εὔχονται vel ἀράονται (cf. § 220[1]). Itaque non est dubium quin illic recipienda sit l. a. ἀλιτοίμην, quemadmodum e. g. Ω 570 legitur *Διὸς δ' ἀλίτωμαι ἐφετμάς*; ceteros locos qui huc faciunt indicavimus in annotatione ad *T* 265.

Eodem autem vitio, quo *Π* 47, laborat versus Hesiodeus Theog. 478:

ὁππότ' ἄρ' ὁπλότατον παίδων ἤμελλε τεκέσθαι,

immo τέξεσθαι ἔμελλε (Fick), qua correctione duplex tollitur incommodum, nam ἤμελλε quoque forma est doctior quam sanior, vid. § 132. Emendationem tuetur versus vicinus 468; vid. etiam vs. 898.

Discrepant neque leni emendatione ad normam revocari possunt τ 94 ἔμελλον... εἴρεσθαι, *Σ* 98 'μέλλον... ἐπαμῦναι, ι 475 ἔμελλες... ἔδμεναι [1]).

Dubios autem locos si excipimus, rem huc redire videmus:

verbi μέλλειν *praesens* apud Homerum adsciscit infinitivum *praesentis* aut *aoristi*;

imperfectum adsciscit infinitivum *futuri*.

§ 108. *Subiunctivi* usus aevo Homerico multo latius patuit quam postea, haud raro enim in sententiis primariis *futuri* loco usurpabatur. Quam rem ut recte diudicemus, recordemur oportet, futurum e subiunctivo prodiisse, cf. *ero* (i. e. *eso*) ἔω, *faxo dixo δείξω*, *videro Fειδέω*, in epica autem lingua futurum a subiunctivo aoristi sigmatici vix quidquam discrepare; cf. § 122. Sensim autem in Graecia crevit futuri dominium, et simul fines, intra quos subiunctivi potestas cohibetur, magis magisque coartabantur.

Duo hic commemoranda nobis sunt genera enunciatorum primariorum, quae ab Attica dialecto aliena sunt:

I. Subiunctivus + κε = indicativus futuri. E. g.

τὴν μὲν ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ καὶ ἑμοῖσ' ἑτάροισι | πέμψω, ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηίδα καλλιπάρῃον. A 188 sq.

---

[1]) Nihil insoliti est *K* 454 ἴμελλε... λίσσεσθαι et ζ 110 ἴμελλε... νίεσθαι, futuri enim infinitivus utrobique extat, licet in lexico Ebelingi *praesentis* infinitivus his locis legi dicatur.

ἱστὸν δὲ στήσας ἀνά θ' ἱστία λευκὰ πετάσσας | ἤσθαι· τὴν δέ κέ τοι πνοιὴ Βορέαο φέρῃσι. κ 506 sq.

σήμερον ἢ δοιοῖσιν ἐπεύξεαι Ἱππασίδῃσι | ἢ κεν ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃς. Λ 431 sq.

δύσεο τεύχεα θᾶσσον, ἐγὼ δέ κε λαὸν ἀγείρω. Π 129.

Item Α 137, 205 Ι 262 Ξ 235 Σ 308 (?) Χ 505 α 396 δ 80, 391, 692 (?) κ 507 μ 383 (?) ξ 183 ρ 418 σ 86 sq.

Aliquid sane discriminis inter futurum et subiunctivum cum postea fuit tum in dictione epica potest indicari; nempe futurum adhibemus de rebus quas eventuras esse nobis constat, subiunctivum de iis quas fore expectamus, quas veri similes vel credibiles ducimus; docentis igitur vel promittentis est futurum, sperantis dubitantis deliberantis subiunctivus; sed quoniam in rebus quae nondum eventum habent semper incerti aliquid manet, — nam *πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου*, — nemo non videt quantillo spatio haec quae designavimus enunciatorum genera a se distent et quam facilis a spe vel expectatione ad firmam persuasionem sit transitus.

Particulam *κε* subiunctivus additam non habet in loquendi formula *καί ποτέ τις Ϝείπῃσι et aliquando dixerit quispiam*, quae tribus locis reperitur, Z 459, 479 Η 87; sed manifesto vitio laborat secundus horum locorum: *καί ποτέ τις Ϝείπῃσι· πάτρός γ' ὅδε πολλὸν ἀμείνων*, ubi auctore Nicanore legendum esse *Ϝείποι* cum contextus docet tum metrum (cf. § 25). Qui restant loci Z 459 Η 87 fortasse non sunt sollicitandi, quamquam suspicionem nobis movent. Nihil vero insoliti habet versus ξ 275 *καί νύ τις ὧδ' εἴπῃσι* (*ὥς Ϝείπῃσι*), qui arte est coniungendus cum verbis quae praecedunt *μή τις ὀπίσσω μωμεύῃ*; cf. Χ 106 *μή ποτέ τις Ϝείπῃσι*. Reicienda igitur videtur l. a., quam praebet codex Η, *καί κέ τις ὧδ' εἴπῃσι*.

Ceteros locos, quibus haec constructio in textu tradito offendit, corrigendos ducimus. Ι 121 pro *ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περικλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω* scripsimus *ὔμι δέ κ'* coll. vs. 262 *ἐγὼ δέ κέ τοι καταλέξω*. In μ 383, ubi codices habent *δύσομαι εἰς Ἀίδαο καὶ ἐν νεκύεσσι φαείνω*, Cobet coniecit *εἰς Ἀϝίδεω καί κ' ἐν* etc.; sed cum *Ἀϝίδεω* ferri nequeat, scribendum enim esset *εἰς Ἄϝιδος καί κ' ἐν* (cf. § 55), magis placet lenis Hartmani correctio *δύσομαι εἰς Ἀϝίδαο ἵν' ἐν νεκύεσσι φαείνω*. Minus certa est res Ω 551 *οὐδέ μιν ἀνστήσεις, πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθῃσθα*, ubi verborum structura sinit subiunctivum a particula *πρίν* (= Att. *πρὶν ἄν*) suspendi (cf. Monro Hom. Gramm.[2] § 297); sed poetam a vocula *πρίν* novum atque primarium enun-

ciatum voluisse incipere coll. *A* 29 cum Aristarcho arbitramur, quapropter scripsimus *οὐδέ μιν ἀνστήσεις· πρίν κεν κακὸν ἄλλο πάθῃσθα*. In *P* 451 graviter offendit futuri forma contracta *σφῶιν δ' ἐν γούνεσσι βαλῶ μένος* (vid. § 147), attamen non praeferendam esse l. a. *βάλω* ex iis quae disputavimus apparet; nobis **'βάλον* verum videtur. Denique *β* 222 *σῆμά τέ Ϝοι χεύω καὶ ἐπὶ πτέρεα πτερεῖξω | πολλὰ μάλ' ὅσσα ϜέϜοικε, καὶ ἀνέρι μητέρα δώσω* huc facit, nam *χεύω* (l. a. *χεύσω*) futurum esse nequit (cf. § 147); **σῆμά κέ* scripsimus, praeterea *δώω* corrigendum esse suspicati.

His, quae tetigimus, enunciatis proxime cognati sunt loci, ubi subiunctivus cohortationi adiectus designat id quod ad persuadendum faciat. Talibus locis *ἵνα* praemitti poterat, nec tamen dicemus omissam esse eam particulam, sed parataxin agnoscimus: iuxta ponitur enunciatum, quod nos in sententiam secundariam mutatum a praecedenti suspenderemus. Videantur

Z 340 *ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, ἀρήια τεύχεα δύω*.

X 130 *βέλτερον αὖτ' ἔριδι ξυνελαυνέμεν', ὅττι τάχιστα | Ϝείδομεν ὁπποτέρῳ κεν Ὀλύμπιος εὖχος ὀρέξῃ*.

X 416 sqq. *σχέσθε, φίλοι, καί μ' οἷον ἐάσατε κηδόμενοί περ | ἐξελθόντα πόληος ἰκέσθ' ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν, | λίσσωμ' ἀνέρα τοῦτον* etc.

X 450 *δεῦτε, δύω μοι ἕπεσθε, Ϝίδω τίνα Ϝέργα τέτυκται*.

Ψ 71 *θάπτε με, ὅττι τάχιστα πύλας Ἀΐδαο περήσω*. — Versum vicinum *Ψ* 75 *καί μοι δὸς τὴν χεῖρ', ὀλοφύρομαι* eadem ratione interpretabatur Aristarchus, pro *ἵνα ὀλοφύρωμαι* dictum esse ratus; non recte tamen, est enim praesens indicativi, in parenthesi adiectum, *obsecro*.

γ 17 sq. *ἀλλ' ἄγε νῦν ἴθὺς κίε Νέστορος ἱπποδάμοιο· | Ϝείδομεν ἦν τινα μῆτιν ἐνὶ στήθεσσι κέκευθε*.

Hinc *ι* 356 pro *ἵνα τοι δῶ ξείνιον* coniecimus *δώω ξεινήιον* (vid. § 122), et Fick *λ* 561 pro *ἀλλ' ἄγε δεῦρο, ἄναξ, ἵν' ἔπος καὶ μῦθον ἀκούσῃς* probabiliter rescripsit *ἀλλὰ Ϝάναξ ἄγε δεῦρο, Ϝέπος* etc.; ecquid etiam *κ* 320 huc pertinet, ubi vulgata hiatum exhibet manifeste vitiosum, *ἔρχεο νῦν συφεόνδε, μετ' ἄλλων λέξο ἑταίρων*? Nos ibi *λέξε'(ο)* recepimus e cod. I, sed fortasse ita interpretanda est ea lectio, ut *λέξεαι*, subiunctivum aoristi (cf. *Δ* 131 etc.), voluerit poeta. In textu tamen tradito *prima* tantum persona, ut modo vidimus, ita adhibita reperitur.

A recentioris linguae usu non discrepant loci, ubi formulam *ἀλλ' ἄγε* vel *εἰ' ἄγε* (§ 328[6]) sequitur prima persona subiunctivi hortativi,

e. g. ζ 126 *ἀλλ' ἄγ' ἐγὼν αὐτὸς πειρήσομαι ἠδὲ ϝἰδωμαι*, ι 87 *εἶ' ἄγε τοι καὶ νόστον ἐμὸν πολυκηδέ' ἐνίσπω.*

II. Subiunctivus, qui *dubitativus* vel *deliberantis* dicitur, usurpatur:

1) post particulam interrogativam, e. g.

ὤ μοι ἐγὼ τί πάθω; τί νύ μοι μήκιστα γένηται; ε 465.

Item *Α* 150 *Κ* 62 sq. *Σ* 188 *ο* 509 *π* 74-76 *τ* 525-528 *χ* 167 sq. — Hanc constructionem in *prima* persona servavit dialectus Attica.

2) post negationem (*οὐ*). E. g.

οὐ γάρ πω τοίους 'ϝἰδον ἀνέρας οὐδὲ ϝίδωμαι. *Α* 262.
οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ οὐδ' ἔσσεται οὐδὲ γένηται. *π* 437.
μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ϝεκάτοιο. h. Ap. 1.

Item *Η* 197 *ζ* 201 *ο* 349. Etiam negativis huiusmodi enunciatis particula *κε*, quam in affirmativis necessariam esse supra vidimus, saepe inseritur; e. g.

πληθὺν δ' οὔ κεν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω *Β* 488 (cf. *δ* 240 *λ* 328, 517).

Item *Γ* 54 *Λ* 387 *Ο* 349 (?) *ζ* 221.

In enunciatis secundariis subiunctivus post *εἰ*, *ὅτε*, *ὡς*, *ὅς* etc. passim usurpatur, modo addita particula *κε* (*ἄν*), ut postea fieri solebat, ad res futuras significandas, modo omissa, ubi sententia profertur generalis vel comparatio instituitur; cf. La Roche Hom. Untersuch. II p. 124 sqq. — E. g.:

οὔ τοι ἔτι δϝηρόν γε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης | ἔσσεται οὐδ' εἴ πέρ ϝε σιδήρεα δέσματ' ἔχῃσι. *α* 203 sq.
αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τόν γε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών. *Π* 453. [1])
ἐσθλὸν καὶ τὸ τέτυκται, ὅτ' ἄγγελος αἶσιμα ϝείδῃ. *Ο* 207.
ὁππότε δαῖτα γέρουσιν ἐφοπλίζωμεν Ἀχαιοί. *Λ* 344.
ὡς δ' ὅτε κινήσῃ Ζέφυρος βαθὺ λήϊον ἐλθών. *Β* 147. Item *Κ* 183 *Μ* 278.

---

[1]) Talibus locis haud raro genuinae particulae *εἰ* et *ἐπεί* in recentioris aevi voculas *ἤν* et *ἐπήν* abierunt (Hom. *αἴ κε* et *ἐπεί κε*); e. g. *σ* 269, *αὐτὰρ ἐπὴν δὴ παῖδα γενειήσαντα ϝίδηαι*, ubi *ἐπεί*, quod olim restitueramus, nunc in optimo codice F repertum est; *τ* 515 *αὐτὰρ ἐπὴν νὺξ ἔλθῃ*, leg. *ἐπεί* cum codice H. — Vid. § 326.

Alium errorum fontem indicavit Monro² § 283*b*, qui suspicatur olim ab eiusmodi sententiis indefinitis constanter fere afuisse particulam *κε*, postea vero eam irrepsisse in multos locos ubi poeta *τε* dixisset; e. g. *Α* 218 pro *ὅς κε θεοῖσ' ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ* Monro *ὅς τε* legendum censet.

ὡς δὲ λέων ἐν βουσὶ θορὼν ἐξ αὐχένα ϝάξῃ. Ε 161.
'βῆ ῥ' ἴμεν' ὥς τε λέων ὀρεσίτροφος, ὅς τ' ἐπιδευὴς | δϝηρὸν ἕῃ κρειάων. *M* 299.
τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι, | ἥ τις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. α 351 sq.
ϝίδμεν δ' ὅσσα γίνηται ἐπὶ χθονὶ πολυβοτείρῃ. μ 191.

Etiam Herodotus subiunctivum sine particula ἄν frequenter ita usurpavit. Reperitur post relativum I 216 II 85 IV 46, 66, post ὡς I 132 IV 172, post ἐπεί τε VIII 22, post ἄχρι οὗ I 117, post μέχρι IV 119, post ἐς ὅ III 31 VIII 108, post οὐ πρότερον ἤ I 199 IV 196 IX 86, 87, 93, post οὐ πρὶν ἤ I 19 VI 82, 133 VII 197 IX 117. Nec non tragicorum aliorumque poetarum dictioni proprium est hoc genus enunciatorum.

§ 109. A simplici narrandi genere, quo gaudet ars epica, alienae sunt sententiae longiores et artificiose perplexae; narrationis autem decursus ubi fert ut verba aliena a poeta afferantur, tantum non constanter Olympius vel mortalis suo nomine loquens inducitur; praesens adest, praesenti igitur tempore et prima persona utitur. Facile hinc intellegitur orationis obliquae exiguas admodum in carminibus epicis esse partes; optativus autem, qui indicativum orationis directae refert, nonnisi paucis quibusdam locis occurrit, qui in Odyssea tantum non omnes reperiuntur:

η 17 καὶ ἐξερέοιθ' ὅτις εἴη.
ι 89 = κ 101 προΐην πεύθεσθαι ἰόντας | οἵ τινες ἀνέρες εἶεν.
ι 333 ὅς τις τολμήσειεν... | τρῖψαι... ὅτε τὸν γλυκὺς ὕπνος ἱκάνοι.
κ 110 ἕκ τ' ἐρέοντο | ὅς τις τῶνδ' εἴη βασιλεὺς καὶ τοῖσιν ἀνάσσοι (ultima corrupta).
τ 464 ἐξερέεινον ἅπαντα, | οὐλὴν ὅττι πάθοι.
ω 287 (μερμήριξε...) ϝειπέμεν' ὡς ἔλθοι καὶ ἵκοιτ' ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ε 85 Τυδεΐδην οὔ κε γνοίης ποτέροισι μετείη.
ο 423 εἰρώτα δὴ ἔπειτα τίς εἴη καὶ πόθεν ἔλθοι.
ρ 368 ἀλλήλους τ' εἴροντο τίς εἴη καὶ πόθεν ἔλθοι.

Cognata sunt enunciata, in quibus optativus post tempus historicum idem valet quod subiunctivus post tempus primarium. Videantur quae de enunciatis a *deliberandi* verbo suspensis in § 327 observata sunt; item post *dubitandi* verba reperitur optativus δ 789 ο 804, post *verendi* (μή) Σ 84 φ 395 etc., post *inquirendi* Γ 317 Z 177

etc. [1]), et passim post *μή* et ὅς (τις) et particulas (ὡς, ἦος, εἰ, ἐπεί etc.).

Optativus futuri in lingua Homerica non extat [2]); quod nemo mirabitur post ea quae supra disputavimus, nam hoc tempus nunquam nisi orationi obliquae inserviit, hunc igitur in usum a posteriore aetate est inventum. Olim *Λ* 191 *ἐναρίξοι* legebatur pro *ἐναρίζοι*, quod vitiosum esse intellexit Spitzner, invitis autem codicibus ita scriptum esse postea apparuit; neque ferendam esse quorundam codicum lectionem *οὐδέ κε... ἀλύξοι* *ρ* 547 vix opus est observari, verum est *ἀλύξαι* (cf. § 113).

Compluribus locis in textu tradito legitur optativus, ubi et posterioris aevi usus et ipsa epicae linguae ratio indicativum flagitant. videantur:

Γ 453: *οὐ... γ' ἐκεύθανον εἴ τις ἴδοιτο* (locus manifeste vitiosus).

E 311 *καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο... | εἰ μὴ ἄρ' ὀξὺ 'νόησε.*

E 388 *καί νύ κεν ἔνθ' ἀπόλοιτο... | εἰ μὴ... ἤγγειλε.*

M 465 *οὔ κέν τίς μιν ἐρυκάκοι ἀντιβολήσας*, Ar. recte *ἐρύκακεν.*

P 70 *ἔνθα κε ῥεῖα φέροι*, recte v. l. *φέρεν.*

υ 138 *ἀλλ' ὅτε... μιμνήσκοιτο* (de actione iterata non est sermo).

III. *De terminationibus personarum.*

A. De terminationibus activi.

§ 110. Indicativi plusquamperfecti, qui stirpi subiunctum habet imperfectum verbi *εἰμί*, in numero singulari terminationes sunt *-εα -ησθα -εε(ν)*, e. g. 1ª pers. *Ϝείδεα* Ξ 71 (elisum *Ϝείδε'* Θ 366 *δ* 745 *ν* 340), 3ª pers. *Ϝείδεε* *B* 409 etc.

Secunda persona nonnisi duobus locis reperitur, ubi textus traditus praebet *ἐκ Διὸς ἠείδεις* (vel *-δης*) *τὸν ἐμὸν μόρον* *X* 280 et *πάντα γὰρ εὖ ἤδησθ'(α)* *τ* 93, sed uterque locus minus recte est traditus, nam graviter offendit articulus ante possessivum (cf. § 96),

---

[1]) Fortasse huc referendus est versus, quem modo laudavimus, *E* 85; quod si conceditur, in Iliade certe nullus reperitur optativus orationis obliquae, qui *indicativo* orationis directae respondeat.

[2]) Ante Pindarum (Pyth. IX 116 *σχήσοι*) in Graecorum monumentis litteratis non reperitur.

neque syllabae ἠ- multoque minus contractae ᾐ- quae sit ratio apparet; Nauckio praeeunte utrobique restituendum videtur *εὐείδησθα* sive *ἐϝϝείδησθα*, ex *ἐϝεϝείδησθα* concisum [1]), nam simplex digamma ad producendam syllabam initialem non sufficit; vid. pag. 110. Tribuimus igitur vati haec verba: *πάντα γὰρ ἐϝϝείδησθ'(α)* et *ἐκ Διὸς ἐϝϝείδησθα ἐμὸν μόρον*. Hinc efficitur in versum α 337 *Φήμιε, πολλὰ γὰρ ἄλλα βροτῶν θελκτήρια οἶδας* (*ϝοῖσθα*) non esse recipiendam lectionem Zenodoteam *ᾔδεις* (*θελκτήρι' ἐϝείδης*), quae sententiae quoque minus est accommodata.

Loci, ubi tertiae personae suffixum contractum est, ita ut nascantur formae in *-ει* vel *-ειν* quibus aetas recentior utebatur, suspicionem movent. Ex his qui syllabam *-ει(ν)* sive *-η* (sic enim verbi *ϝοῖδα* plusquamperfectum perperam exaratum est passim in mscriptis) in thesi habent positam ante vocalem unamve consonam, facile ad normam revocari possunt; vid.

B 38 *νήπιος οὐδὲ τὰ ᾔδη (-ει) ἃ ῥα Ζεὺς μήδετο ἔργα.*
Υ 466 *νήπιος οὐδὲ τὸ ᾔδη (-ει) ὃ οὐ πείσεσθαι ἔμελλε.*
Λ 741 *ἦ τόσα φάρμακα ᾔδη (-ει) ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών.*

Quibus locis legendum est *'ϝείδε'(ε)*, quemadmodum trisyllaba forma extat integra *B* 409 *ᾔδεε* (*'ϝείδεε*)· *γὰρ κατὰ θυμόν*, item *B* 832 *Λ* 330 *P* 402, *ᾔδεεν Σ* 404 *ψ* 29. Sed non raro in arsi aut in versus exitu collocata est syllaba finalis, neque igitur potest distrahi. Vid. *ὃς ᾔδη (-ει)* versus initio *A* 70 *Z* 351, *ἠείδη (-ει)* ibidem *ι* 206, *εἰ ᾔδη (-ει)* ibidem *ψ* 220, *ᾔδη (-ει)* in fine versus *B* 213 *E* 64, 326 *N* 355, 674 *T* 115 *β* 16, 108 (= *ω* 144) *ι* 189 *ξ* 433 *τ* 248, *βεβλήκει(ν) Ξ* 412, *ἐβεβρύχει μ* 242, *δεδειπνήκει(ν) ρ* 359 ante caesuram, *βεβλήκει(ν) E* 661 *χ* 258, 275 et *ἑστήκει(ν) P* 133 *X* 36 *Ψ* 691 *σ* 344 initio versus, *ἀμφιβεβήκει(ν) Θ* 68 in fine versus. Itaque, nisi vitii aliquid his locis subest (vid. infra), dubitari nequit quin haec contractio in veterum cantorum lingua concessa fuerit neque inter sequioris aetatis vestigia sit recensenda.

Perperam inter plusquamperfecta relatum est *ἀνώγει(ν)* vel *ἠνώγει(ν)*, quarum formarum prior *B* 280 etc. in exitu hexametri reperitur, altera versus initio *H* 386 *K* 394 *M* 355 et post pedem primum *Z* 170 *Ω* 190 *γ* 174 *ε* 99, 112 *μ* 160 *ξ* 336. Rescribendum est *ἄνωγε* et *ἤνωγεν*, unus locus *E* 899 *ἀνώγειν ἰήσασθαι* repugnat, ubi una littera ni fallor est inserenda: *ἄνωγέ μιν* (aut *ϝε*) *ἰήσασθαι*; vid.

[1]) Item *ἐϝϝοίδει* (= *ἐϝεϝοίδει*?) *ι* 206. Videantur tamen quae de verbo *ϝοῖδα* reduplicatione destituto in fine § 133 observata sunt.

§ 225. Olim *ΕΝΟΓΕΝ* scriptum fuisse *Z* 170 *ε* 112 etc. effici posse videtur e lectione Aristarchi *ἠνώγειN*, haud inepte autem contuleris versum *Γ* 388 *ἧσκειν* (sic Ar.) *εἶρια καλά*, ubi trisyllabam formam *ἧσκεεν* poscit dictio epica, *ἧσκει* vero (sine littera paragogica) vulgata est forma. Ne tamen nimis multum tribuamus huic argumento, alii loci obstant; nam Aristarchus etiam *δεδειπνήκειN* scripsisse fertur *ϱ* 359 et *βεβλήκειN* *E* 661, sed *βεβλήκει* *Ξ* 412, *ἑστήκει* *X* 36 *Ψ* 691, sive ludificant nos scholiastarum mutilae notulae, ut suspicantur La Roche Textkritik p. 194 et Kayser in Philologo XXI p. 328, sive a veterum librorum inconstantia discedere religioni habuit Aristarchus, id quod Ludwich Aristarch. I p. 380 satis credibile ducit.

Tertia persona pluralis numeri apud Homerum nihil habet insoliti, exit enim in *-σαν* [1]; sed *-ον* est terminatio formae Hesiodeae *ἐπέφυκον* Theog. 152, 673 Oper. 149 Scut. 76, cui tam similia sunt Homerica verba *ἐμέμηκον* *ι* 439 (§ 233), *ἐπέπληγον* *Ψ* 363 *Φ* 264 (§ 238), ut fortasse haec quoque forma non aoristo sit adscribenda sed plusquamperfecto; quamquam contrarium suadent medii formae *'πεπλήγετο* et *-οντο* *M* 162 etc., quae ad plusquamperfectum commode referri nequeunt. Patet autem ex hac aliisque formis, quam exiguo intervallo distent aoristus II et plusquamperfectum, cf. Curtius Verbum II[2] p. 256, G. Meyer[2] § 565 sq. [2]); quapropter haud scio an aliquid sit tribuendum suspicioni quae identidem mihi recurrit, locis ubi tertiam personam sing. in *-ει* praebet textus traditus (vid. supra), poetas pronunciasse *-ε(ν)* [3]). Quales formas non alienas certe fuisse ab indole linguae Graecae docet tituli Aeolici Cymae reperti (Bullet. de Corr. Hell. 1888 p. 360) verbum *[ἐ]π[έσ]τακε* = *ἐφειστήκει*; vid. Kühner-Blass II p. 113 [4]). Eadem est Mekleri opinio zur Bildung des Gr. Verbums Dorpat 1887.

§ 111. Numeri singularis terminum *-σι̯*, qui e recentiore dic-

---

[1]) Terminus *-εσαν* nonnisi in *'ϝεϝοίκεσαν* *N* 102 reperitur.

[2]) „Das plqmpf. scheint... als griechische Neubildung betrachtet werden zu „müssen, welche mit alten Formen des Aoristsystems zusammen geschmolzen wor„den ist."

[3]) Quae si vera sit suspicio, verbum *ἐϝείδεε* - *ἤδει* alia plqmpfecta in sui imitationem pertraxerit.

[4]) Erunt opinor qui etiam praeteritum *δείδιε* (*'δέδϝιε*), quod in *ἴδϝιε* mutavimus *Σ* 34 *Ω* 358 (§ 149[2]), hac ratione defendi posse contendant; vid. Kühner-Blass II p. 402: „Plusq. mit imperf. Endungen."

tione prorsus evanuit, linguae epicae forma *ἐσσί* (§ 302) praebet integrum.

In dictione epica partes aliquanto maiores quam in dialecto Attica agit terminus *-σθα*, quem veteres cantores non solum in praeteritis (*ἔ*)*ησθα* *Ϝοῖσθα* *ἰ*(*Ϝ*)*Ϝειδησθα* *ἔφησθα* (Att. *ἦσθα οἶσθα ᾔδησθα ἔφησθα*) usurparunt sed aliis quoque indicativi subiunctivi optativi formis nonnunquam subiunxerunt. Reperiuntur in carminibus epicis formae sequentes, quae tamen omnes praeter *ἐθέλησθα* rarae sunt.

Indicativi:

praes. *δίδοισθα* *T* 270.
εἶσθα (a verbo *εἶμι*) *K* 450 *π* 313? *τ* 69 *υ* 179 Hes. Theog. 208?
τίθησθα (alii *τιθεῖσθα*) *ι* 404 *ω* 476.
φῆσθα *Φ* 186 *ξ* 149.

fut. *σχήσεισθα* (mss. *σχήσησθα*) h. Cer. 366.

Subiunctivi:

praes. *βουλεύησθα* *I* 99.
δηθύνησθα *μ* 121.
ἐθέλησθα *A* 554 *I* 288 etc. (locis 17).
εὕδησθα *Θ* 445.
ἔχῃσθα *T* 180; etiam h. Cer. 367 *κεν ἔχῃσθα* legendum videtur auctore vHerwerden, pro codicis lectione *σχήσησθα*.
ἴῃσθα *K* 67.
σπένδῃσθα *δ* 591.

aor. *ἐλάσῃσθα* *Ψ* 844.

aor. II. *βάλῃσθα* *μ* 221.
Ϝείπῃσθα *Υ* 250 *λ* 224 *χ* 378.
πάθῃσθα *Ω* 551 et l. a. *σ* 107.
πίῃσθα *Z* 260.

Optativi:

imperf. *κλαίοισθα* *Ω* 619.

aor. II. *βάλοισθα* *O* 571.
προφύγοισθα *χ* 325.

Cf. Curtius Verbum I² p. 50 sqq.

Recentioribus carminum partibus has formas videmus proprias esse aut omnes aut fere omnes. Prorsus alia est ratio perfecti *Ϝοῖσθα*, quod viginti locis reperitur [1]), qui partim certe antiquissimae aetati artis epicae tribuendi sunt, *A* 85 etc.; nec non *ἔφησθα*

[1]) Etiam *α* 337 pro *οἶδας* quin ita legendum sit dubium non videtur.

A 397 etc. et (*ἴ*)*ησθα E* 898 etc. inter probas formas epicas sunt recensendae, quibus addendum videri *ἐϝϝειδησθα* supra vidimus. A formis autem *ϝοῖσ-θα* i. e. *ϝοιδ-θα* et *ἧσ-θα* initium cepit haec conformatio, deinde ad harum analogiam conficta sunt *ἔφησθα* et *ἐϝϝειδησθα*, quae litteram sigma habent adventiciam [1]), et mox plena haec atque sonora terminatio inter ornamenta dictionis epicae est recepta.

§ 112. Prima tertiaque personae in numero singulari subiunctivi praesentis et aoristi II et perfecti nonnunquam desinunt in syllabas *-ωμῐ* et *-ησῐ(ν)*. Tertiae personae exemplum aptissimum reperitur *τ* 111 sq.:

εὐδικίας ἀνέχῃσι, φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
πυροὺς καὶ κριθάς, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῷ.

Frequentissima est forma *ἐθέλησι(ν) A* 408 etc.; notatu autem dignae sunt formae quae a stirpibus vocali thematica carentibus ducuntur: praesentis *ἔῃσι B* 366 *λ* 434 (= *ο* 422 *ω* 202), *ἴῃσι I* 701, *μεθίῃσι N* 284, aoristi II[1] *δώῃσι A* 324 *M* 275, *παραφθήῃσι K* 346 (sic Thiersch, Aristarchus et codd. *παραφθαίῃσι* [2])), perfecti *ἐρρίγῃσι Γ* 353 (cf. § 159) et *ὀρώρῃσι N* 271 (sic scripsimus pro *ὀρώρηται*). Propter contractionem suspecta sunt *φῇσι α* 168, *ἧσι O* 359, *θῇσι π* 282, *φθῇσι Ψ* 815, quae in *φήῃ, ἧῃ, θήῃ, φθήῃ* mutanda videntur, cf. § 122, item *κίχῃσι μ* 122 in *κιχήῃ* propter causam quae in § 149[72] est indicata.

Prima persona in *-ωμι*, quae multo est rarior quam tertia in *-ησι*, a librariis in *-οιμι* corrumpi solebat [3]); extat autem hisce locis:

praes. *ἐθέλωμι A* 549 (*-οιμι* mss., correxit Hermann) *Θ* 28 (?) *I* 397 *φ* 348.
ἵκωμι I 414, metrico cum vitio (vid. § 231); Nauck *ἵωμι*.
τεύχωμι O 70 (mss. *-οιμι*, correxit Cobet).
[*ἔσσωμι π* 79 in scholiis commemoratur lectio vitiosa pro *ἔσσω μιν* aut *μέν*.]

---

[1]) Ita rem explicavit Bopp; cf. G. Meyer[2] p. 408. Obloquitur Curtius Verbum I[2] p. 52 sq.

[2]) Traditam lectionem sanam censet J. Schmidt in Kuhns Zschr. XXIII p. 298 sqq. a verbo aliunde ignoto *παραφθαίω* repetens; cui assentitur G. Meyer[2] p. 410.

[3]) Ex editionibus aliquando evanuerat, sed revocata est a Wolfio, praeeunte G. Hermanno de emend. ratione grammaticae gr. p. 263.

aor. II. *ἀγάγωμι* Ω 717.
Fεἰπωμι χ 392 (*-οιμι* mss., correxit Wolf).
Fίδωμι Σ 68. Sed *X* 450 pro *ἴδωμ' ὅτι(ν')* *ἔργα τέτυκται* legendum est *Fίδω τίνα Fέργα τέτυκται.*
κτείνωμι τ 490.
τύχωμι *E* 279 *H* 243 χ 7.
πάθωμι *T* 321 (sic pro *-οιμι* scripsimus).

Iis quoque locis, quibus nihil adscripsi, codices multi habent optativi formam *-οιμι* (*-αιμι* τ 490), sed Θ 23 *I* 397 subiunctivus Aristarchi auctoritate est munitus.

§ 113. Optativus aoristi plerisque locis easdem habet terminationes atque dialectus Attica. Tertia persona plur. uno loco *P* 733, qui corruptus esse videtur, insolitam habet formam *σταίησαν* pro eo quod alibi est *σταῖεν* (Θ 218 *ν* 50); et Ω 38 Aristarchus legebat *ἐν πυρὶ κήαιεν καὶ ἐπὶ κτέρεα κτερίσαιεν*, ubi *κτερίσειαν* olim praeferebant alii coll. *A* 42 *τίσειαν*, et nunc habent codd. nonnulli, neque causa apparet ulla cur *κήαιεν* legendum sit potius quam *κήειαν*.

Terminum *-αιν* temere in versum Φ 611 invehere conatus est Bekker, *γοῦνα σαώσαιν* pro *-σαν*, vid. infra. Neque recipienda est Dindorfii Bekkerique Hom. Blätt. p. 112 et 219 coniectura *ἄλφοιν* pro *ἄλφοι ν* 383, sed servandum ibi esse singularem deleto versu praecedenti, propter quem pluralis videbatur requiri, intellexit Bergk, quem vide ad Theogn. 52. Eandem terminationem Nauck sine iusta causa commendavit *α* 414, postquam in libro de Aristoph. Byzant. p. V cum veteribus grammaticis statuit scenicis in prima persona *-οιν* pro *-οιμι* dicere licuisse: Aesch. Sept. 719 *ἐκφύγοιν*, Suppl. 429 *θέλοιν*, Suppl. 808 *τέμνοιν*, Soph. Ai. 384 *ἴδοιν*, Eur. Troad. 225 *ναίοιν*, Hel. 263 et fr. 362[1] Dind. *λάβοιν*, fr. 895 *τρέφοιν*, Cratin. fr. 55 Kock *ἁμάρτοιν*; eadem est Hermanni Dindorfii aliorum opinio, cf. Curtius Verbum I[2] p. 46, Kühner-Blass II p. 52. Quae admodum lubrica mihi quidem videtur quaestio (terminum *-οιν* commenticium ducit Rutherford Phrynich. p. 451), sed quoniam ad crisin Homericam non pertinent quae de prima persona sing. disputarunt viri docti, nunc eam mittere licet; tertiae autem personae pluralis numeri terminus contractus *-οιν* relinquendus videtur Doricae dialecto aevi recentioris, in qua identidem reperta sunt *παρέχοιν* Delphic. Collitz 1686[8], 1697[3], 1698[3], 1703[11] etc., *ποιέοιν* 1689[7], *θέλοιν* 1708[10] (saeculi a. C. II[i]). Integra forma *ἀποτίνοιαν* extat in inscriptione Elea 1150 Coll., neque vocali carentem terminationem

fert vetustioris linguae ratio, (*-οἰντ* i. e. *-οιαντ* sive *-οιαν*, quod in *-οιεν* abiit).

Secunda tertiaque personae numeri singularis sequentibus locis non *-ειας* et *-ειε(ν)* sed *-αις* et *-αι* habent terminationes:

pers. 2ª: *ὀρίναις* *A* 792.
[*ἐπακούσαις* *T* 250 leg. *-σῃς*.]
ἀντιβολήσαις *δ* 547 (Nauck *ἀντήσειας* coniecit) *ν* 229 (l. a. *-σῃς*).
καυάξαις (i. e. *καϝάξαις*, cf. pag. 153) Hes. Oper. 666, 693.

pers. 3ª: *γηθήσαι* *A* 255.
ἀκούσαι *H* 129 *T* 81.
ἀείραι *H* 130.
ἀμύναι *M* 334 (Nauck *ἀλάλκοι* coll. *Φ* 539).
χεύαι *Ξ* 165 (codd. *χεύῃ*, corr. Naber).
δηώσαι *Π* 650 (codd. *-σει* vel *-σῃ*, corr. Naber).
ἐνείκαι *Σ* 147 (l. a. *ἐνείκοι*, cf. § 311).
[*κήαι* *Φ* 336, leg. *κήῃ*].
σαώσαι *γ* 231; hoc loco pro *κ' ... σαώσαι* Nauck cum cod. U² *γ' ... σαώσει* rescripsit, non male; redit forma *δ* 753, ubi *-σῃ* verum videtur, et *Φ* 611 Aristarchus legebat *γοῦνα σαώσαι*, sed recte ibi (*ἐ*)*σάωσαν* habent mscripta [1]).
ἀλύξαι *ρ* 547, l. a. *-ξει* vel *-ξοι*, cf. § 109; fortasse *ἀλύξῃ* est legendum et *γένηται* pro *γένοιτο* in versu praecedenti.

Nonnullis locis terminatio *-ειε* eliditur; sic *T* 102 pro *πε ... νικήσει* Bentley addito elisionis signo scripsit *νικήσει'*, item *I* 386 Wolf *πείσει'* pro *πείσει*; vid. etiam *N* 57, ubi Christ pro *ἐρωήσαιτ'* restituit *ἐρωήσει'*(*ε*), et *B* 4, ubi nonnulli *τιμήσει'* legebant olim (vulg. *-σῃ*), quod recepit Bekker. His locis ne *νικήσαι*, *πείσαι*, *ἐρωήσαι*, (*τιμήσαι*) rescribamus obstat hiatus, qui post *-αι* rarissimus est (vid. pag. 76); accedit quod terminationes *-αις* et *-αι* paucis tantum recentibusque fere locis in textu tradito reperiri vidimus, quapropter Nauck Mél. Gréco-Rom. IV p. 348 coniecturis eas inde removere conatus est. Quod tamen non est laudandum consilium, non enim iusta causa apparet cur omnino abiudicentur hae terminationes a dictione epica, neque igitur improbandi videntur critici, qui eas iubente syntaxi in locos nonnullos invexerunt.

§ 114. Optativum temporum, quae carent vocali thematica, dictio epica perinde atque Attica dialectus in *-ίην* *-ίης* *-ίη* formare

[1]) De Bekkeri coniectura ad hunc locum vid. supra.

solet, sed optativus imperfecti verborum in *-άω -έω -όω* his suffixis non utitur. Epicae igitur sunt formae *δρᾴοιμι* *o* 317, *φθονέοιμι* *λ* 381, *ὁμοφρονέοις* *ι* 456, *φιλέοι* *o* 305, aliae.

Excipiuntur *φιλοίη* in versu spurio *δ* 692 (ubi verborum contextus poscit subiunctivum *φιλέῃ*, adversante tamen metro) et *φοροίη* *ι* 320. Eiusdem conformationis est *ἐπισχοίης* *Ξ* 241, si sincera est haec lectio (*-σχοίας* vel *-σχοιες* alii).

Verbi *εἶμι* (§ 308) optativus est *ἰε-ίη* *T* 209, quae forma radicem *ἰ-* habet auctam in *ἰε-*, cf. Curtius Verbum II² p. 99; sed in flexionem thematicam abiit *ἴοι* *Ξ* 21, *ἴοιεν* h. V 12, ut apud Atticos.

Nihil insoliti habet optativus *εἴην* *Ξ* 107 *O* 82, *εἴη* *Ω* 139 *ξ* 496, *essem esset*, sed fuere qui has formas perperam ad *eundi* verbum referrent; cuius erroris, de quo vid. Curtius l. l., luculentum testimonium praebet epigramma, quod sepulcro pueri Q. Sulpicii Maximi insculpendum curarunt parentes; cuius inscriptionis ultima sunt verba *εἴης χῶρον ἐς ἠλύσιον* (Kaibel 618 a[3]).

Commemoratu dignae sunt formae *δυίη* *ι* 377 *σ* 348 *υ* 286 et (loco spurio et fortasse corrupto) *Π* 99 *-δυῖμεν* a radice *δυ* (§ 167). Non recte iota harum similiumque formarum, de quibus cf. § 120, omitti solet, nam analogia fert ut radicis sonus *υ* ante optativi vocalem iota corripiatur, quemadmodum a *γνω* fit *γνο-ίην*, a *στᾱ* *στα-ίην*, a *θη* *θε-ίην*; itaque nihil obstare potuit quominus soni *ŭ* et *ι* in veram diphthongum *υι* iungerentur. Quam si quis Homeri locis laudatis scribere recusat, etiam *ὑός* et *μεμαῦα* et similia scribito expuncta littera iota.

Homerum imitatus Theocritus XV 94 optativi forma *φύη* (*φυίη*) usus est [1]).

§ 115. 3[a] persona numeri dualis temporum historicorum in *-την* solet debetque desinire. Sed tribus locis legitur *-τον* in textu tradito: *διώκετον* *K* 346, *ἐτεύχετον* *N* 346, *λαφύσσετον* *Σ* 583, qui loci communi quodam vinculo iuncti sunt, nam suspectam terminationem ante diaeresin bucolicam collocatam habent omnes. Veterum his de vitiis — nam vera sunt vitia, etiamsi ipsis vatibus sint tribuenda — opiniones tetigit Friedländer in Philolog. VI p. 669 et Aristonic. p. 4. Primo loco maxime placet Naberi coniectura *διώκαθον*, licet haec aoristi forma, quae aliunde est notissima, in Homeri textu nusquam reperiatur; cf. § 151. Reliquis locis aptum

[1]) Extat *φύη* in Cyprica inscriptione Coll. 126, si certa est ea lectio.

remedium hactenus nemo attulit, fortasse igitur poetae, qui hos versus composuerunt, tertiam personam numeri dualis assimularunt secundae, de qua mox dicturi sumus. Cf. Curtius Verbum I² pag. 76 sqq. [1]).

Eidem errori debetur medii imperfecti forma *δύ' ἀνέρε θωρήσσεσθον* Π 218, ubi aut recipienda est lectio *θωρήσσοντο*, quam plerique codices praebent, aut *θωρησσέσθην* est scribendum (cf. *N* 301). Vid. etiam l. a. *N* 613 et Ψ 506.

Secunda persona dualis numeri temporum historicorum nonnisi tribus locis reperitur: Θ 448 *καμέτην*, *K* 545 *λαβέτην*, *Λ* 782 *ἠθελέτην*. Aristarchus vero, a Zenodoto discrepans, *-τον* scribebat his locis. Utramque vocalem fert metrum, Aristarchum autem verum vidisse veri simile est si rationem habemus linguae Sanscriticae, in qua secunda persona dualis habet suffixum *-tam* (= Graecum *-τον*), tertia vero *-tām* (= Graecum *-την*); vid. Curtius Verbum I² p. 77. Itaque Attica dialectus, quae secundam personam assimulavit tertiae (vid. Elmsley ad Acharn. vs. 733, Cobet Miscell. Crit. p. 279 sqq., Curtius l. l.), fortasse deterrere nos non debet quominus Aristarchum locis allatis sequamur.

Medii vero quae reperitur 2ª persona dualis ita conformata *ἵκεσθον* Θ 456 videtur errori deberi; recipiendum ducimus *ἵκεσθε*, quod habet codex Cant. cum hiatu legitimo.

§ 116. Imperfecta et aoristi, a quorum flexione abest vocalis thematica, tertiam numeri pluralis personam saepe in *-ᾰν -εν -ŏν* exeuntem habent, e. g. *ἔβᾰν*, *ἔφᾰν*, *ἶεν*, *ἔδŏν*; nec tamen rarae sunt formae ampliores *ἔβησαν*, *ἔφᾰσαν*, *ἔδῡσαν* etc.

In hymno Cer. 328, 437 et Hes. Oper. 139 reperitur *ἔδιδον*, item *ἔδον* extat Hes. Theog. 30 et CIG. 1511 (= Dittenb. Syll. 34, Cauer² 11), *ἔγνον* h. Cer. 111 Pind. Pyth. IX 136 et in tabulis Heracleensibus, *ἀνέθεν* Simonid. fr. 137, Dittenb. Syll. 30, Arg. Coll. 3262, 3263, 3279, 3281, 3282, Arcad. 1229, 1230, 1258. Adde *ἦν* = *ἦσαν* Hes.

---

[1]) Non huc pertinet Hesiodi locus Oper. 197 sqq., ubi testis antiquissimus lapis apud Kaibel Epigr. 1110 habet:

καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
λευκοῖσιν φαρέεσσι καλυψαμένα χρόα καλὸν
ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον etc.,

codices vero plerique *ἴτην*. Nam illud *ἴτον* non pro imperfecti forma vitiosa est habendum, sed pro futuro, quod aperte illic requiritur et olim a Bentleio e coniectura est restitutum.

Theog. 321, 825 et saepius in dialecto Dorica (apud Epicharmum, in titulis Delphicis, Dittenb. Syll. 207 etc.). Cf. Kühner-Blass II p. 54.

Eandem conformationem plerisque locis habet aoristus passivi, e. g. *ἐϝέλιχθεν* Z 109, *ἔμιγεν* ι 91, *ἤγερθεν* *A* 57 etc.; aliquanto autem pauciores numero sed tamen haud quaquam suspectae sunt formae quales sunt *ἐϝελίχθησαν* *E* 497 Z 106 *Λ* 214 *P* 843, *ἐμίγησαν* Θ 268, *τάρπησαν* Ω 633 *γ* 70 *δ* 47 *ε* 201 *κ* 181, *ἐτέρφθησαν* Θ 131, *ἐχάρησαν* *Γ* 111 *E* 514 *H* 307 *T* 74, *θωρήχθησαν* *Γ* 340 *Ψ* 813, aliae.

Formae *ἔβαν* similiumque syllabam finalem sub ictu nonnunquam esse productam, e. g. *ὣς ἄρ' ἔφαν ἀπιόντες* ι 413, *ἔβαν ἐπὶ θῖνα θαλάσσης* π 358, *ἀλλήλοισιν ἔφῡν ἐπαμοιβαδίς* ε 481, non est mirabile (cf. § 19) et vix videtur notatu dignum [1]). Sed in thesi eiusmodi productio fieri non potuit; quapropter vitiosum esse apparet versum *Δ* 146:

τοῖοί τοι, Μενέλαε, μιάνθην αἵματι μηροὶ
εὐφυέες κνῆμαί τε ἰδὲ σφυρὰ κάλ' ὑπένερθε,

cuius loci incerta est correctio [2]), nec nisi dubitanter proposui *βρότῳ μηροί τ' ἐμιάνθεν* etc.; sed vetusto poetae vulgatam lectionem non deberi, id certo certius videtur, licet terminus *-ην* tertiae personae pluralis in Doricis inscriptionibus sermone pedestri conceptis saeculi II[1] fere a. C. identidem reperiatur: *ἀπέσταν καὶ ἀπελύθην* Delph. Coll. 1919 (= Dittenb. Syll. 450) anni 170 a. C., *τοίδε ἐστεφανώθην* in lapide Coo Cauer Del.[2] 164, *διελέγην* in titulis Cretensibus anni 193 a. C. Cauer Del.[2] 123[7], 124[7] et anni fere 160 a. C. ibidem 128[15]. Contrario errore *ἔζεσθεν* fuere qui scriberent Θ 74 pro *ἐζέσθην* (dual.).

Insolitas formas 3[a] persona numeri pluralis habet etiam locis sequentibus:

1) *-αίησαν* pro *-αιεν* in optativo *P* 733, *σταίησαν*; vid. § 113.

2) *-είτων* pro *-εόντων* in imperativo praes. Θ 109:

---

[1]) Non recte, certe non satis accurate, G. Meyer[2] § 526 ann. 5: „3. plur. *ἔφῡν*..., ununsprünglich *ἔφῡν* ε 481," non enim grammaticalis, ut ita dicam, sed metrica haec est productio. Sed suspicor Meyerum his verbis usum esse ut indicaret ad explicandam syllabae *νν* productionem non esse adhibenda quae observavit Curtius Verbum I[2] p. 73 de accentu Doricarum formarum, qualis est *ἀπίσταν*, e pristina forma *-ίσταννν* pro *-ίστανς* superstite.

[2]) Probabilis non est Buttmanni opinio *dualis* formam esse *μιάνθην* (= *μιάνσθην*); unde enim medii terminus?

τούτω μὲν θεράποντε κομείτων, τώδε δὲ νῶι
Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισ' ἰθύνομεν etc.

Quo loco expectatur *κομεόντων*. Nam *dualis* hanc esse formam aliunde ignotam (vid. Kontos in *Λογίῳ Ἑρμῇ* I p. 66, Curtius Verbum II² p. 67) credibile non videtur, cum praesertim metrum quam maxime displiceat propter contractionem suspectam (§ 191) et diaeresin post quartum spondeum (vid. pag. 15). Quapropter non dubito quin recte de hoc loco observatum sit in *ἐπιμερισμοῖς* (Anecd. Oxon. I p. 397) *οὐδέποτε δυϊκῷ προστακτικῷ τρίτου προσώπου ἐχρήσατο Ὅμηρος*, et vitiosi insit aliquid verbis traditis, quae ne certa quidem omnino olim fuisse apparet, Zenodotus enim, ab Aristarcho reprehensus ideo, *κομείτην* scribebat, et ad hunc usque diem ita variant mscripta. Equidem poetam futuro indicativi *κομήσετον* (aut si quis mavult *κομίσσετον*) usum esse suspicor, licet hexametri exitum pro certo restituere nequeam; fortasse fuit *κομήσετον, ἦμε δὲ τώδε* vel *αἶψα δὲ νῶι*.

Imperativum *ἔστων*, qui *A* 338 *α* 273 legitur et fortasse *ξ* 393 est restituendus, ad dualem multi rettulerunt; et priore sane loco de duobus praeconibus adhibitus est, altero vero de *diis* in universum dicitur *θεοὶ δ' ἐπὶ μάρτυροι ἔστων*, quibus verbis solos Ditem atque Proserpinam spectari ingeniosius quam rectius ni fallor demonstrare studuit Monro² § 173,1 coll. *I* 456 et 569. Certum est apud Atticos ceterosque Graecos (vid. Curtius Verbum II² p. 63) formam *ἔστων* postea valuisse *sunto* de pluribus dictum: quidni apud Homerum quoque valuerit?

Aliis locis non reperitur verbi *εἰμί* 3ª persona imperativi.

8) *-ᾶσι* pro *-ᾱσι* dictum est loco omnium consensu recentissimo *η* 114, si Herodiano fides est habenda: *δένδρεα μακρὰ πεφύκᾶσι τηλεθόωντα*, sed mscripta illic habent *πεφύκει τηλεθόωντα* (*-θάωντα*, *-θάοντα*), ut recte legitur *ε* 63. Plusquamperfectum tamen non quadrat in huius loci contextum; poeta nisi egregie fallor dederat *πεφύκᾱσιν θαλέθοντα*.

Redit terminatio *-ᾶσι* pro *-ᾱσι* *λ* 304, ubi de Dioscuris dicitur *τιμὴν δὲ λελόγχασιν ἶσα θεοῖσι*. Quamquam nihil obstat quominus obtemperemus Barnesio *λελόγχασ' ἶσα θεοῖσι* scribenti, quod fieri posse etiam Eustathius observavit; digamma certe adiectivi *ϝῖσος* nemo causabitur, non enim in eundem versum quadrant vetusta forma *ϝίσος* et recentioris Iadis terminus *-ᾶσι* pro *-ᾱσι*. Itaque genuinum

non esse locum apparet; in antiquiore autem poesi perfectum verbi λαγχάνειν non reperitur, sed redit hymn. V 2 et XVIII 6 nec non Hes. Theog. 208 (cf. § 241[4]). Quapropter non multum refert utram rationem sequamur in versu qui vetusto vati non debeatur. Apud recentiores poetas Ionicos frequentem fuisse syllabae -α- correptionem Herodianus contendit, affert autem μεμαθήκᾰσι et πεφήνᾰσι e Xenophane et νενεύκᾰσιν ex Antimacho; Empedocles γεγᾰᾶσι et λελόγχᾰσι et πεπήγᾰσιν dixit, Nicander ἐσκλήκᾰσι; vid. Nauck Mél. Gréco-Rom. V p. 170, Curtius Verbum II[2] p. 186.

4) De terminationibus -αιν et -οιν, quas pro -αιεν (-ειαν) et -οιεν in locos quosdam e coniectura invehere voluerunt critici, vid. § 113.

B. De medii passivique terminationibus.

§ 117. Suffixa -σαι et -σο secundae personae numeri singularis ubi stirpi in vocalem desinenti subiunguntur, obediunt legi, quae litteram sibilantem [1]) inter duas vocales intercidere iubet; in athematica tamen flexione sigma suum servare solent. Quamquam hic illic e talibus quoque formis sigma evanuit. Sic in imperativo παρίσταο *K* 291 scribebant Zenodotus et Aristarchus; ubi praestat tamen id quod in hodiernis mscriptis legitur παρίστασο, quemadmodum *Λ* 314 (= *P* 179 *χ* 233) ἵστασο est in codd. aut omnibus aut plerisque, et cum elisione syllabae finalis ἵστασ'(ο) *N* 448 (= *P* 31 *Υ* 197 Hes. Scut. 449); cf. La Roche Textkritik p. 292. In versibus *O* 475 *Π* 497 traditum accepimus μάρναο, licet μάρνασο quivis expectaverit; item φάο *π* 168 = *σ* 171, θέο *Λ* 76 *Δ* 410 etc. [2]). Accedunt imperfecta δαίνυ'(ο) *Ω* 63 (l. a. δαίνυσ') et ἐμάρναο *χ* 228, aoristus ἔσσυο *Π* 585 *ι* 447, praesentia δίζηαι *λ* 100 et κατάκειαι h. Merc. 254, ubi recte κατάκεισαι scripsit Gemoll, perfecta βέβληαι *E* 284 *Λ* 380 (⏑⏑) *N* 251 et μέμνηαι *Φ* 442. Ultima tamen potius videntur scribenda esse βέβλησαι et μέμνησαι, et *Ψ* 648 id ipsum legitur in codicibus; grammaticorum autem codicumve testimonia ad hanc similesque quaestiunculas dirimendas ne satis valere credamus, dissuadent alii loci minime rari, ubi suffixi syllaba -ο vel -αι in unum sonum confluxit cum vocali praecedenti, ita ut

---

[1]) Non huc pertinere sigma quod primitus *duplex* fuerit, ἧσο pro ἧσ-σο (a stirpo ἅσ), vix est cur observem.

[2]) Addendum videtur ἄμπνυο e coniectura Cobeti X 222, codd. ἄμπνυε; cf. § 186.

nascerentur formae quibus recentior aetas uti solebat, e. g. *οὐ μέμνῃ ὅτε τ' ἐκρέμω O* 18, *δαμνᾷ ἀθανάτους Ξ* 199, *πειρᾷ ὥς κε Τρῶες Φ* 459, *ἠρῶ ἀθανάτοισι σ* 176 [1]). Talibus de locis quomodo sit iudicandum statim intellegitur, postquam observatum est id quod cunctis versibus qui huc pertinent congestis demonstravi in Mnemosyne 1886 p. 335-359, perpaucis versibus exceptis secundae personae formas contractas non reperiri nisi in thesi et iis tantum locis ubi sequatur vocabulum a littera vocali incipiens. Hinc enim apparet contractas quas textus traditus praebet formas in *-ου -ευ -ω -η* nihilo melioris esse notae quam dativos in *-ει* vel *-αι* desinentes, de quibus quantum satis videbatur diximus § 13 pag. 62 sq., vid. etiam § 7 pag. 44; et emicat haec lex, quae cum indole linguae epicae aliunde cognita optime congruit: verborum formae in *-εαι -ηαι -εο -αο* desinentes numquam contrahuntur apud Homerum, sed, perinde atque alia vocabula, elisione possunt minui.

Genuinae igitur in dictione epica sunt hae verborum formae:

Indicat. *βούλεαι, ἐβούλεο, ὄψεαι, ἐλῦσαο, ἵκεο, κεχολώσεαι.*

Subiunct. *νέμηαι, δαινῦεαι Θ* 243, *Ϝερύσσεαι, ἵκηαι, -βλήεαι Υ* 335.

Imperat. *ἔρχεο, βήσεο, θέο, φάο.*

aliaeque multae; item cum elisione syllabae finalis:

Indicat. *μετατρέπε'(αι) Α* 160, *πειρᾶε'(αι) Φ* 459, *ηὔχε'(ο) Γ* 430, *γνώσε'(αι) Β* 365, *ἐκτήσα'(ο) ω* 193, *μέμνησ'(αι) Ο* 18 *Υ* 188 *Φ* 396 *ω* 115, *κεκλήσε'(αι) Γ* 138.

Subiunct. *ἐντύνη'(αι) Ζ* 33, *δαινῦε'(αι) τ* 328, *μνήσε'(αι) Θ* 462.

Imperat. *ἔρχε'(ο) ζ* 280 etc., *ἕλε'(ο) Ν* 294, *κεῖσ'(ο) Φ* 184, etc.; multo frequentiores esse formas integras quam elisas (6 : 1) nemo mirabitur.

Vera scribendi ratio in ipsis mscriptis observata est *Δ* 404 *ψεύδε'(ο), Ι* 260 *παύε'(ο), α* 340 *ἀποπαύε'(ο), ἧσ'(αι) Ο* 245, *κεῖσ'(ο) Φ* 184, *δαίνυ'(ο) Ω* 63, *εὔχε'(ο) Γ'* 430 *δ* 752, *ἔπε'(ο)* Aristarchus *Κ* 146 (ubi codd. *ἔπευ*), *ἕκλε'(ο) Ω* 202 (hoc tamen vix sanum, cf. § 183), *ἵστασ'(ο) Ν* 448 *Ρ* 31 *Υ* 197 Hes. Scut. 449; in versibus *Ο* 18 *Υ* 188 *Φ* 396 *ω* 115 non *ἦ οὐ μέμνῃ ὅτε* olim in libris fuisse sed *μέμνησ'* videtur effici ex imitatione Theocriti V 116 *ἦ οὐ μέμνασ' ὅκα* etc., neque quisquam, opinor, iam moratur Herodianum a praesenti *μέμνομαι* illud *μέμνῃ* repetentem [2]); etiam in Ar. Av. 1054 *μέμνησ'* legitur.

---

[1]) De vitio metrico, quo ultimi loci inquinati sunt, vid. § 14 pag. 74.

[2]) Quamquam adstipulati ei sunt Lobeck, Curtius (Verbum II² p. 239), alii.

Separatim indicandae sunt formae *μυθεῖαι* Θ 180 et *νεῖαι* λ 114 μ 141, ubi *μυθέεαι* et *νέεαι* rescribendum esse nemo non videt (cf. pag. 45 sq.); pro *μύθεαι* β 202 scribatur *μυθέε'(αι)*, *αἰδεῖο* Ω 503 ι 269 quomodo sit corrigendum non constat.

Knightium autem quid rei esset optime perspectum habuisse apparet ex eius editione, in qua formas genuinas passim substituit contractis; neque aliud erat Ahrensii iudicium in commentatione über die Conjugation auf *μι* im Homerischen Dialekte 1838; vid. etiam Christ in proleg. Iliad. p. 182 sq., Nauck Mél. Gréco-Rom. V p. 103 sqq., Menrad de Contractione 1886 p. 149 sqq.

Ex iis quae disputavimus patet non *ἴδῃ* (= *ἴδηαι*) legendum esse *Λ* 203 *Γ* 163 *Δ* 205 *N* 449 *O* 32 λ 94 ο 76, 432 [1]) auctore Aristarcho, sed *ἴδῃς*, quod in mscriptis est plerisque; activi autem esse formam *ἐπαύρῃ* σ 107 hinc efficitur. Pro *γνώσεαι δ'* *B* 367 Barnes recte scripsit *γνώσεαι* deleta vocula *δέ*, *Δ* 264 *T* 139 Nauck restituit *ὄρσο πτόλεμόνδε* pro lectione tradita *ὄρσευ ποτ.* (cf. p. 118); *P* 142 pro *πολλὸν ἐδεύεο* scribatur *°'δεύεο πολλόν*, Ω 290 poetam non *ἀλλ' εὔχευ σύ γ'* dedisse sed *ἀλλὰ σύ γ' εὔχε'* vidit Christ, idem Ω 434 pro *ὅς με κέλῃ* scripsit *ὅς κέλεαι*; cf. *M* 235. Etiam δ 812 et ε 174 in verbis *καί με κέλεαι* et *ἦ με κέλεαι* delendum esse pronomen olim vidit Ernesti; δ 395 pro *φράζευ σὺ* legatur *°σὺ φράζε* coll. λ 22 h. Ven. 128; simili verborum traiectione sanari possunt ρ 401 *μητέρ' ἐμὴν ἄζευ* et ψ 20 *ἄψ ἔρχευ*, leg. *°ἄζεο μητέρ' ἐμὴν* et *°ἔρχεο ἄψ*; π 313 pro *εἴσῃ ἑκάστου* Bekker rescripsit *εἶσθα Fεκάστου* (cf. § 111); σ 10 pro *μὴ δὴ τάχα καὶ ποδὸς ἕλκῃ* (= *ἕλκηαι*) legendum videtur *°μή τις τάχα καὶ ποδὸς ἕλκῃ*. Ferendum est fortasse *ἔσσεαι* ζ 33 in hexametri exitu, dubia autem aut non plane certa est emendatio locorum sequentium: *N* 818 Ω 390, 433 ε 377 ζ 297 λ 251 κ 337, 526 ο 310 ρ 22, 282 ψ 254 ω 323. In hymnis offendunt *ἔσσεαι* Merc. 34, *ἐδύνω* Merc. 405, *ἐπάσω* Cer. 398; Hesiodea carmina contractas formas nonnisi in recentibus quibusdam corruptisve Operum versibus exhibent: vs. 299, 312, 339, 341, 408, 477, 545 sq., 738.

§ 118. Numeri pluralis persona 1ª habet terminum *-μεθᾰ* aut *-μεσθᾰ*. Posterior terminatio recentioris conformationis esse videtur quam *-μεθα* et e rhythmo dactylico veluti excrevisse, adiuvante

---

[1]) Locos attulit La Roche Textkritik p. 286.

analogia suffixorum *-σθα -σθε -σθαι*; cf. G. Meyer[2] § 468 [1]). Exempla sunt *ἰσόμεσθα β* 61, *καθεζώμεσθα T* 186 = *α* 372, *δεδμήμεσθα E* 878, *ἐπισταίμεσθα N* 238. In Hesiodeis duae tantummodo huiusmodi formae reperiuntur: *ἐκγενόμεσθα* Theog. 648 et *μαρνώμεσθα* Scut. 110.

In *Ψ* 485 insolita forma *περιδώμεθον* tradita est, quam dualis esse putabant grammatici, — de duobus enim illic sermo est, — sed vitio deberi vel inde apparet quod contracta syllaba *-ω-* pro *-ωο-* a dictione epica est aliena; vid. § 122. Quid dixerit poeta e lectione altera *περιδώμεθα* facile efficitur; scribendum est *δεῦρο νῦν, ἦ τρίποδος περιδωόμεθ' ἠὲ λέβητος* [2]). Ex Aeolica terminatione *-θεν* pro *-θα*, quam aliquando extitisse testatur Apollonius de Adverb. p. 604, licet in nostris fontibus nusquam compareat (vid. R. Meister, Dial. p. 45), corruptum illud *-θον* prodiisse acute suspicatus est Ahrens.

Apud Sophoclem El. 950 traditum accepimus *μόνᾱ λελείμμεθον* in fine trimetri, et Philoct. 1079 *νῦν μὲν οὖν ὁρμώμεθον*. Quae si scripsit ipse Sophocles, inde efficitur eum in suo Homero legisse vitiosum illud *περιδώμεθον*, et ad huius verbi analogiam finxisse novas inauditasque [3]) formas dualis in *-μεθον* desinentes. Sed veri multo similior videtur opinio Elmslei (ad Aristoph. Acharn. 733), cui adstipulati sunt Nauck Mél. Gréco-Rom. IV p. 69-71 et alii, tragicum utrobique dixisse *-μεθα*, ut aliis locis multis, qui consimiles sunt, eum ceterosque Graecos dixisse constat.

§ 119. Termini *-νται* et *-ντο* personae 3[ae] numeri pluralis cum subiungendi sunt stirpi quae in consonam desinit, in *-ᾰται* et *-ᾰτο* abeunt, quemadmodum fert indoles linguae Graecae aliunde cognita; eadem lege teneri accusativi sing. et plur. conformationem in vulgus notum est. Lingua autem Homerica terminos *-ᾰται* et *-ᾰτο* etiam in optativo et post longas vocales adhibet, hisce igitur verborum figuris utitur [4]):

---

[1]) Contrariam opinionem defendere conatus est Curtius Verbum I[2] p. 92 sqq.

[2]) Conferantur quae de more syllabas elisas *ἐκ πλήθους* perscribendi pag. 63 sq. observavimus.

[3]) „Die erste Dualperson auf *-μεθον* hat in verwandten Sprachen nirgends ihres „Gleichen und ist offenbar nach der 2. 3. Dual auf *-σθον* aus *-μεθα* des Plurales „umgemodelt, ja vielleicht überhaupt nur von Grammatikern des Systems wegen „erfunden". G. Meyer[2] p. 420.

[4]) Exempla selecta quaedam afferemus; exhausit hanc materiem Curtius Verbum I[2] p. 97 sqq.

1) in optativo:

πευθοίᾶτο, ἐπυλίᾶτο, ἐλασαίᾶτο, δαινυίᾶτο (§ 120) etc. [1]).

Dudum correcti sunt qui soli olim discrepabant loci: *Λ* 344 *μαχέοιντο Ἀχαιοί*, ubi metrum fert quod Barnes PKnight Ahrens Hoffmann alii substituerunt *μαχεοίατ'*, sed verbi flexio et ipsa enunciati structura flagitat futurum *μαχέονται*, quod rescripsit Thiersch; *P* 681 *ἴδοιντο*, ubi meliora mscripta cum Aristarcho singularem *ἴδοιτο* exhibent; *χ* 444 *ἐκλελάθοιντ'(ο)*, ubi activum *-θοιτ'(ε)* praebet lexicon Apollonii, subiunctivus autem, quem poscit verborum contextus, est in cod. G, *ἐκλελάθωντ'(αι)*; legendum est *ἐκλελάθητ'(ε)*, quod primus proposuit GHermann. In versu *Ψ* 198 pro *ὕλη τε σεύαιτο καήμεναι* perperam olim *ὕλην τε σεύαιντο* legebant quidam, ab Aristarcho merito reprehensi; neque quidquam tribuendum lectioni (an coniecturae?) veterum grammaticorum *εἰ πλέονές οἱ ἔποιντο β* 251 pro verbis importunis sane quae praebet textus vulgatus *εἰ πλεόνεσσι μάχοιτο*; versum iure expunxit Duentzer. Denique hinc apparet genuinum esse non posse versum aliunde ignotum, cuius exitus in Iliadis fragmento vetustissimo, quod detexit Flinders Petrie [2]), inter versus *Λ* 509 et sequentem legitur: *ΧΗΕΛΟΙΝ..*, unde Menrad probabiliter effecit *Τρῶες ὑπέρθυμοι καὶ ἀπ' ὤμων τεύχη* (i. e. *τεύχε'*) *ἕλοιντο*.

2) in indicativo perfecti et plusqmpfecti:

ἐρρᾰ̆δᾰ̆ται ἐρρᾰ̆δᾰ̆το, εἰρύᾰται εἰρύᾰτο, ἧᾰται ἧᾰτο, βεβλήᾰται βεβλήᾰτο, etc.

Discrepant: *εἴρυντο M* 454 a verbo *ῥύομαι* § 164, ubi *ἐρύοντο* probabiliter coniecit P. Knight (cf. § 132); *εἴρυντο Σ* 69 a verbo *Fερύω* § 293; *ἧντο Γ* 153, qui versus spurius videtur; *'μέμνηντο P* 364, ubi fortasse pro *'μέμνηντο γὰρ αἰεί* poeta dixit *'μεμνήατο δ' αἰεί* aut *μεμνημένοι αἰεί*; *δεδάκρῡνται X* 491 *υ* 204, 353, quam formam quominus in *δεδακρῦσται* mutemus metrum non obstat. In versu *γ* 304 nulla est causa cur *'δέδμηντο δὲ λαὸς* (*λαοὶ*?) potius scribamus ex auctoritate Aristarchi quam quod est in codicibus *δέδμητο*.

Perfecta *κέχυνται E* 141 etc. et *λέλυνται B* 185 etc., quae terminum *-νται* brevi vocali subiunctum habent, suspicione carent. Sed

---

[1]) Poetae scenici ab huiusmodi optativis minime abstinuerunt; vid. Aesch. Pers. 451, Soph. O. C. 44, Eur. Here. 547, Ar. Pac. 209 etc.

[2]) Cf. § 73 pag. 221, 3.

analogiae studio debentur formae *κεκλίᾶται Π* 68 *δ* 608, *ἐληλάᾶτο* (?) *η* 86, a perfectis *κέκλῖμαι ἐλήλᾶμαι* ductae [1]).

Perfecta, quorum stirpem claudit muta gutturalis aut labialis, in *-χᾶται -χᾶτο, -φᾶται -φᾶτο* desinunt [2]). E. g.:

ὀρωρέχᾶται Π 834, *ὀρωρέχᾶτο Λ* 26, a verbo *ὀρέγω* § 234.

ἐπιτετράφᾶται B 25, 62, *'τετράφᾶτο K* 189, a verbo *τρέπω* § 251. Item *δειδέχᾶται, εἴρχᾶται, κεκρύφᾶται* Hes. Oper. 386.

3) in indicativo praesentis et imperfecti verborum quae vocali thematica carent:

κείᾶται (*κέᾶται*) et *κείᾶτο* (*'κέᾶτο*), a verbo *κεῖμαι* § 169.

Pro *κεῖντο Φ* 427 Curtius restituit *κεῖαι'*, et pro *θύραι δ' ἐπέκειντο φαειναί ζ* 19 corrigendum est **θύρη δ' ἐπέκειτο φαεινή*. Nihil insoliti habent *'ρήγννντο N* 718 *Υ* 55, *'κίννντο Λ* 281, 332, 427.

4) in indicativo aoristi II[1]:

ἐρρύᾶτο Λ 186 *O* 274 *Σ* 515 *X* 303 *ϱ* 201, a verbo *ῥύομαι* § 150[36] et 164.

ἐφθίᾶτο Λ 251 (et fortasse alibi, cf. § 150[27]), a verbo *φθίνω* § 150[27] et 166. — Quoniam breve est iota, *ἔφθιντο* potius expectaveris.

ξυμβλήᾶτο φ 15, a verbo *ξυμβάλλω* § 258. Codices *ξυμβλήτην*, correxit Nauck; cf. § 2 pag. 5.

Sed *ξύμβληντο Ξ* 27 *Ω* 709 *κ* 105 et *ἔπληντο Λ* 449 *Θ* 63 *Ξ* 468 (*Φ* 607 l. a.) *Φ* 16, 57 terminum immutatum servarunt.

Fuisse aliquando inter Homeri lectores qui veram potestatem terminorum *-ᾶται -ᾶτο* non cognossent, luculenter testatur versus *γ* 438, ubi codices tantum non omnes praebent *κεχαρόᾶτ' ἰδοῦσα* pro *κεχάροιτο*. Nec non *Π* 243 huc pertinet, si Zenodotus revera scripsit quod ei tribuitur in scholiis *ἐπιστέαται* pro *ἐπίστηται* (*-στέᾶται*? Cf. § 122). Qualia quis miretur, siquidem ex Callimachea illa verbulorum cascorum vel absurdorum sentina huius quoque erroris exempla sunt eruta: *Λειπνιὰς ἔνθεν δειδέχαταί μιν* dixit Callimachus

---

[1]) De correptione metrica syllabae initialis formarum *ἧαται ἧατο κεῖαται 'κεῖατο* cf. § 17; talibus locis *ἑ-* et *κί-* scribi solet. In Ionica dialecto late grassata est haec correptio; cf. Curtius Verbum I[2] p. 98.

[2]) E *secunda* persona dual. et plur. (*τέτραφθον τέτραφθε*) in tertiam plur. irrepsisse adspiratam probabiliter statuit J. Schmidt in Kuhns Zschr. XXVIII p. 309. — Huiusmodi perfectis etiam Herodotus et antiquiores scriptores Attici usi sunt, e. g. *τετρίφαται* Herod. II 93, *κατειλίχατο* VII 76, *ἰσσάχατο* (a verbo *σάσσω*) saepius, *ἰφθάραται* Thuc. III 13, *ἱστάχατο* IV 31 V 6 VII 4 etc. — Cf. Curtius Verbum II[2] p. 239 sq.

teste Stephano Byz. in v., et *παρείατο κούρη* teste Anecd. Oxon. I p. 373. Fures quid faciant, audent cum talia reges! [1]).

§ 120. Stirpium, quas claudit vocalis *-ι* vel *-υ*, optativus in *-ίμην* etc. desinit; cf. § 114. Reperitur locis sequentibus:

1) in imperfecto *δαινυῖτο* Ω 665, *δαινυίᾶτο* σ 248, a verbo *δαίνυμι* § 205. Tertia huiusmodi forma *ἄνν(ι)το* in codd. nonnullis reperitur Σ 473, eamque probarunt Buttmann Ahrens Schulze coll. ε 243; vid. § 257 [2]).

2) in aoristo II° *-φθίμην* κ 51, *φθῖτο* λ 330, a verbo *φθίνω* § 166. Longum iota e contractione prodiit, primitus enim fuit *φθῐ̄μην φθῐ̄το*. Quae tamen formae Homero tribuendae non videntur, licet metrum non obstet quominus ita recitemus.

3) in plusquamperfecto *λελυῖτο* σ 238 a verbo *λῡ́ω*. Cf. § 159.

Textus traditus habet *δαίνυτο*, *δαινύατο*, *λέλυτο*, sed litteram iota non esse omittendam in § 114 vidimus.

Aevo posthomerico huiusmodi optativi displicuerunt, quapropter aut in flexionem thematicam sunt detorti (*δαινύοιτο* etc.) aut paraphraseos ope evitati (*λελυμένος εἴη*). Verbi *εἶμι* autem optativus inde ab ipsa Homeri aetate thematicam vocalem adscivit (*ἴοι* Ξ 21, cf. § 114).

Subiunctivo subsimili *δαίνῡται* poetam usum esse O 99 non recte suspicabatur Ahrens (*εἴ̆ τῐς ἔτι νῦν δαίνῡται ἐύφρων* pro *εἴ̆ πέρ τις ἔτι νῦν δαίνῠται εὔφρων*); quae forma cum fide caret tum ratione, non enim in unum sonum confluere poterant vocales *-νε-* subiunctivi *δαινῦεται* [3]). Vid. § 122, item de formis subiunctivo perperam adscriptis *ζώννυνται*, *ῥήγνυνται*, *ῥήγνῡται*.

§ 121. Flexionis thematicae dominium sensim in lingua Graeca crevit. Hinc a multis verborum formis, quas recentior dictio huic flectendi rationi debet, in poesi epica vocalis thematica abest. Videantur quae de conformatione temporis praesentis in § 145 dicta sunt, de aoristo II' in § 150, de perfecto in § 160.

---

[1]) Contrario errore Pindarus Pyth. IX 32 *οὐ κεχείμανται φρένες* dixisse fertur, sed *φρένα;* (acc. partis) rescribi nihil vetat.

[2]) Ex Hipponacte addendum videtur *ῥηγνῡ́το*, vid. § 122.

[3]) Secunda persona *δαινῦαι* restituta est Φ 243 τ 328 pro codicum lectione vitiosa *δαινύῃ*; cf. § 117.

§ 122. Subiunctivo temporum, quae vocali thematica carent, dictio epica non longam vocalem *η* vel *ω* sed brevem *ε* vel *ο* tribuere solet. Personarum terminationes ita conformatae reperiuntur in activo *-ετον -ομεν -ετε* et in medio *-ομαι -εαι -εται -όμεσθα*. Cf. Ahrens Conjugation aut *μι* p. 8, Curtius Verbum II² p. 70 sqq.

Quatuor sunt tempora, quibus propria est vetusta haec flectendi ratio:

1) *praesens verborum in -μι*. E. g.:

ἴομεν, ὄφρα κε Θᾶσσον ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα. *B* 440.
ὄφρα κεν Ἕκτωρ κείετ' ἐνὶ κλισίῃσιν ἀκηδής. Ω 554.

Pertinent huc formae *ἴομεν* (*ῑ B* 440 *I* 625 *M* 328 *Ξ* 374 *Φ* 438 *ω* 432, *ῐ Z* 526 etc. 21 locis) § 308 [1]), et *κείεται X* 163? Ω 554 sive *κέεται T* 32 *β* 102 *ε* 395 *τ* 147 § 169. Posterioris verbi syllaba initialis in thesi corripitur secundum legem quam in § 17 exposuimus. Mscripta non *κείετ'(αι)* vel *κέεται* habent sed *κῆται* aut *κεῖται*; verum restituit von Hartel.

Addendum est *δαινῦεαι*, quod P. Knight et Ahrens *Θ* 243 *τ* 328 restituerunt pro vitiosa codicum lectione *δαινῦῃ*. Denique hic commemoranda est forma suspecta *ἐρείομεν* (vel potius *ἐρήομεν*) *Λ* 62, pro qua *ἐρέωμεν* aut *ἐρώμεθα* expectatur.

Non subiunctivi sed indicativi sunt formae *ζώννυνται ω* 89 [2]) et *ῥήγνυνται* Hes. Scut. 377. In Hipponactis autem fragmento 19 *ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔδωκας... οὔτ'... | ἔκρυψας, ὡς μή μοι χίμετλα ῥήγνῦται* scribendum esse optativum *ῥηγνῦ(ι)το* (cf. § 120) clamat syntaxis, neque hoc fugit Meinekium.

Vix in dictionem epicam quadrare videtur itaque suspicionem movet longa vocalis *η* formarum *δύνηαι Z* 229 (§ 305[3]) et *ἐπίστηται Π* 248 (§ 196[5]); posterior disolvi potest in *ἐπιστάεται* et fortasse debet [3]), priore vero loco pro *πολλοὶ δ' αὖ σοὶ Ἀχαιοὶ ἐναιρέμεν' ὅν κε δύνηαι* poeta fortasse dedit **ὅν κεν ἵκηαι*, quod aliquanto videtur concinnius, languet enim verbum *δύνασθαι* in hoc enunciato [4]).

---

[1]) Opinionem Schulzii de verbi *ἴομεν* vocali iota commemoravimus pag. 97.

[2]) Praecedens versus vitio laborat, quod nondum est correctum.

[3]) Zenodotus scripsisse fertur *ἐπιστίαται* (cf. § 119), *ἐπίσταται* autem habent codices complures. Sed ipse subiunctivus incommodus est, quapropter *ἐπιστάμενος* tentabat Nauck. Indicativum esse *ἐπίστηται* non multi opinor credent G. Meyero² p. 504, 2.

[4]) Itaque nolim conferre subiunctivos vetusta ratione conformatos, qui in titulis Arcadicis et Cretensibus reperti sunt, *δύνᾱμαι* etc., de quibus cf. Curtius Verb. II² p. 81, G. Meyer² § 581, Kühner-Blass II p. 201, et vid. infra pag. 308.

Certum est ferri non posse vocalem brevem in subiunctivis ad flexionem thematicam pertinentibus, quapropter dudum notati et probabiliter correcti sunt loci sequentes:

A 66 sq. *αἴ κεν ... | βούλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι*, ubi P. Knight correxit *βούληϑ'*, item Curtius Verbum II³ p. 72, sed gravius subesse vitium docet spondaica pronominis forma *ἡμῖν* (cf. § 92), quapropter rescripsimus **ἀντιάσας ἧμιν βούληϑ' ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι*.

M 41 sq. *ὡς δ' ὅτ' ἂν ἔν τε νύνεσσι .... στρέφεται*, ubi Monro Hom. Gramm.² § 82 coll. *T* 67 restituit poetae verba *ὡς δ' ὅτ' ἔναντα νύνεσσι .... στρέφεται*, qua correctione egregia simul removit particulam vix Homericam *ἄν* pro *κεν* (vid. § 326).

Ξ 484 *τῷ καί κέ τις εὔχεται ἀνήρ*, immo *τῷ καί τέ τις* ut est in codicibus Vind. et Vrat., sive quod mavult Monro *τῷ καί τίς τ'*.

δ 672 *ὡς ἄν (κεν) ἐπισμυγερῶς ναυτίλλεται*, immo *ναυτίλλεται* (aor., vid. infra), quam lectionem e coniectura restituit J. Paech, de vetere coniunctivi Graeci formatione, 1861 (vid. Curtius Verbum II³ p. 88), deinde in optimo codice F repperit Ludwich.

K 360 sqq. *ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω κύνε, ϝειδότε θήρης, | ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγετον ἐμμενὲς αἰεί | χῶρον ἀν' ὑλήεντα, ὃ δὲ προθέῃσι μεμηκώς*, sic Ar., sed codices *ὑλήενθ'*, *ὃ δέ τε*, ex qua lectionis varietate Paech optimo iure effecit poetae verba esse *ὑλήεντα*, *ὅ τε προθέῃσι*, relativum igitur esse pronomen *ὅ* et novum inde enunciatum ordiri, neque quicquam obstare quominus *ἐπείγετον* indicativi formam esse dicamus; cf. *N* 64 et *ρ* 519, ubi eadem ratione indicativum excipit *ὅ τε* cum subiunctivo.

σ 419 *ὄφρα σπείσαντες κατακείομεν οἶκαδ' ἰόντες*. Verbi *κείω* (§ 169), sive praesens est sive futurum, subiunctivus in *-ομεν* formari non potuit, neque adverbium truncatum *οἶκαδε* pro *ϝοίκαδε* vetustam decet dictionem. Quamquam duriusculum est quod praeeunte Fickio rescripsimus *ὄφρα σπείσαντες κείωμεν ϝοίκαδ' ἰόντες*, cum praesertim subiunctivus huius verbi alias non reperiatur.

Immerito pro subiunctivo quidam habuerunt verbum *κελεύομεν* *Ψ* 659 = 802; quibus locis indicativus bene habere videtur, neque igitur necessaria est Christii coniectura *κελώμεϑα*. In versu *Ψ* 75 verbum *ὀλοφύρομαι* Aristarchus interpretabatur *ἵνα ὀλοφύρωμαι*; qui si verum vidit, aoristo *ὠλοφυράμην* hic subiunctivus est adscribendus, praesentis enim esse nequit; sed errasse Aristarchum, parentheseos enim loco interpositum esse verbum *ὀλοφύρομαι precor*, satis certum duco; cf. § 108 pag. 282.

Lex metrica, quam in § 17 tetigimus, videtur effecisse ut vocalis *η* subiunctivorum *μίσγηαι* et *κατίσχηαι B* 232 sq. corriperetur; nam *μίσγῃ᾽* et *κατίσχῃ᾽* scribi quamquam sinit metrum, vetat tamen aurium iudicium.

Ex Hesiodi Operibus hic commemorandi sunt duo loci: vs. 330 *ἀλιταίνεται*, ubi *ἀλιταίνητ᾽* correxit Rzach, et vs. 646 sq. *εὖτ᾽ ἂν ἐπ᾽ ἐμπορίην τρέψῃς ἀεσίφρονα θυμόν, | βούλεαι δὲ χρέα τε προφυγεῖν καὶ λιμὸν ἀτερπέα*, quo loco particulam *τε* codices aliquot omittunt, alii *τε φυγεῖν* habent, poeta autem fortasse dedit *εὖτέ κ᾽ ..., | βούληαι δὲ φυγεῖν χρῆος καὶ ἀτερπέα λιμόν*.

2) Sequitur *aoristus II vocali thematica carens*. E. g.:

Ἵστορα δ᾽ Ἀτρεΐδην Ἀγαμέμνονα θήομεν ἄμφω. Ψ 486.
ὁππότ᾽ ἀνὴρ περὶ ϝοῖσι μαχειόμενος κτεάτεσσι | βλήεται. ϱ 471.
αὐτὰϱ ἐπεί κ᾽ ἢ δουρὶ τυπεὶς ἢ βλήμενος ἰῷ | εἰς ἵππους ἅλεται. Λ 191.

Activi formae huc pertinentes reperiuntur: 3ª pers. dualis *παϱστήετον* σ 183 (2ª dualis deest), 1ª pers. pluralis *-βήομεν K* 97 ζ 262 *κ* 334, *στήομεν O* 297, *θήομεν Λ* 143 Ψ 244, 486 *ν* 364 *φ* 264, *κιχήομεν Φ* 128, *γνώομεν π* 304, *δώομεν H* 299, 351 *π* 184. Medii extant 1ª sing. *-θήομαι Σ* 409 *X* 111 *τ* 17, 2ª sing. *συμβλήεαι Υ* 335 (sic Cobet, *-βλήσεαι* codd.), **ὀνήεαι Z* 260 (*ὀνήσεαι* codd.), **ὑποθήεαι δ* 168 (*ὑποθήσεαι* codd.), **φθίεαι β* 368 (*φθείης* vel *φθίῃς* codd.), 3ª sing. *βλήεται ϱ* 472, **ξυμβλήεθ᾽ η* 204 (*-βληται* vel *-βλητο* codd.), *φθίεται Υ* 173, *ἅλεται Λ* 192 = 207 [1]), 1ª plur. *φθιόμεσθα Ξ* 87, **-δωόμεθ᾽(α)* Ψ 485, mss. *-δώμεθον* vel *-δώμεθα* (cf. § 118).

Etiam *aoristus passivi* hoc loco commemorandus est, e. g.

εἰς ὅ κεν ἢ ὔμες Τροίην ἐύπυργον ἕλητε
ἢ αὐτοὶ παϱὰ νηυσὶ δαμήετε ποντοπόϱοισι. *H* 71 sq.

Unus tantum subiunctivus, praeter *δαμήετε* illud quod attulimus, in textu tradito ita formatus reperitur, *τϱαπήομεν* (§ 250) *Γ* 441 = *Ξ* 314 *Θ* 292; sed tertius e coniectura est addendus, ab aoristo in *-θην* ductus, *νεμεσηθήομεν Ω* 53 (vid. infra pag. 308).

Mscripta non vocalem *H* sed diphthongum *EI* exhibere solent in subiunctivi formis quas modo recensuimus, e. g. *βείω Z* 113, *δαμείω* σ 54, *στείῃ E* 598, *μιγείῃς* ε 378, *τϱαπείομεν*. Littera iota in secunda tertiaque personis facile nasci poterat ex errore, in quem nunquam non proclives erant librarii, ut cum optativis eos confunderent; vid. e. g. l. a. *P* 631 *Ω* 417, 531, 688, Eustath. 653, 42 (ad

[1]) Sed *ἅληται* est *Φ* 536.

Z 432), La Roche Textkritik p. 405 sqq. — Omnino autem ferenda non est diphthongus *ει* in subiunctivis qui ducti sunt a stirpibus in vocalem *α* desinentibus, haec enim aperta sunt vitia transscribentium, qui e. g. litteras Atticas *ΠΕΡΙΣΤΕΟΣΙ P* 95 interpretati sunt *περιστείωσι*, cum *περιστήωσι* esset scribendum; putabant nimirum brevem vocalem *ε*, quam ex Iadis forma *στέωσι* norant aut in contracta Attici sermonis forma *στῶσι* latitare sciebant, a poetis epicis metrica quadam licentia productam esse, productione autem metrica ex sono *ε* non *η* sed *ει* in lingua Graeca prodire [1]). Verum hoc loco vidit Aristarchus, idem *θίῃς* scribebat *Z* 432, *σαπήῃ T* 27, *φανήῃ X* 73, et consimile aoristi *ἔκεια* et participii *τεθνειώς* vitium passim corrigebat [2]); quapropter aliis locis eum aliter de huiusmodi formis iudicasse credibile non est; certe non conficitur haec res verbis scholii, mutili nisi fallor, quod ad *Ψ* 244 legitur: *θείομεν*] *ἡ διπλῆ ὅτι συνέσταλκεν ἀντὶ τοῦ θείωμεν*, multoque minus scholio ad *Γ* 436 *δαμασθῇς*] *Ἀρίσταρχος δαμείης*, ubi *δαμήῃς* optimo iure rescripserunt Spitzner Bekker La Roche Ludwich. Sincera lectio *ἀνήῃ* in mscriptis reperitur *B* 34.

Ante terminationes *-ω -ομεν -ωσι* scribendam esse diphthongum *ει*, sed *η* ante terminationes *-ῃς -ῃ -ετον -ετε*, proba igitur flexionis Homericae paradigmata esse *βείω βήῃς βήῃ βήετον βείομεν βήετε βείωσι* et *δαμείω δαμήῃς δαμήῃ δαμήετον δαμείομεν δαμήετε δαμείωσι*, contenditur in Epimerismis p. 202,19 Crameri, sed male sanae huius sapientiae [3]) auctor non fuit Aristarchus, hunc enim *P* 95 in tertia persona plur. non *-στείωσι* sed *-στήωσι* scripsisse supra vidimus [4]); huiusmodi autem errores laete per vetusta mscripta pullulasse testantur absurda illa dudumque damnata vocabula *δείους σπείυς ἀκλειῶς ἐυρρεῖος* aliaque quae iis sunt similia, et quae vix minus sunt vitiosa *ἀκαχείαται εἴαται χέρεια χρεῖος εἴως*.

---

[1]) Vid. Herodianus II p. 267 Lentz, allatus a Curtio Verbum II[2] p. 71.

[2]) Vid. *λ* 74 *ν* 26 de aoristo *ἵκηα* (§ 153[2]), et *Z* 71 *H* 89, 409 *I* 633 *K* 343, 387 *Π* 16, 526, 858 *P* 161, 229 *Σ* 537, 540 *α* 289 de participio *τεθνηώς* (§ 160[12]).

[3]) A Curtio iure vocatur „eine völlig willkürliche phonetische Theorie", Verbum II[2] p. 75 sqq. — Vocalem iota subiunctivo vindicare et hac ratione traditas formas partim certe defendere conati sunt Ahrens, Naber Quaest. Hom. p. 81, Christ proleg. Iliad. p. 106 et 148 sq.

[4]) Alteri testimonio, quo viri docti uti solent (e. g. Monro Hom. Gramm.[2] p. 384), *Ἀρίσταρχος βήομαι X* 431, Ludwich optimo iure fidem denegasse videtur, certum autem est ab hac forma alienam esse vocalem *H*, aut enim *βι-* aut *βει-* (ut habent mscripta) esse scribendum (vid. § 147[1]).

Longam stirpis vocalem in huiusmodi formis corripi sinit lex quam in § 17 tetigimus; hac igitur usi libertate poetae epici dixerunt *στᾰ́ομεν Λ* 348 *X* 231, *κτᾰ́ομεν χ* 216 (codd. *στέωμεν κτέωμεν* vel *στέομεν κτέομεν* [1]), correxit L. Meyer), *ᾰ̆ομεν*(?) *T* 402 (codd. *ἕωμεν* vel *ἕομεν*), *θέομεν ω* 485, *ἀφέῃ Π* 590, *ἀνέῃ σ* 265 (codd. *ἀνέσει*, corr. Thiersch), *θερέω*(?) *ϱ* 23, *μιγέωσι B* 475. Fortasse addenda est forma *πτῆται O* 170, quae si a *πτάσθαι* ducitur, scribenda est *πτᾰ́εται*, sed fortasse ad *πτέσθαι* est referenda.

Sed a dictione vetusta abhorrent loci ubi vocalis, quae metri causa correpta est, deinde synizesi aut contractione cum syllaba sequenti confluxit. Quapropter suspicionem movent formae sequentes:

(*α*): *ἀναβῇ β* 358, *διαβῇ* Hes. Op. 740. Requiritur *-βήῃ*, quod *I* 501 *Π* 94 legitur.

ἀναστῇ σ 334. Sincera forma *στήῃ* legitur *E* 598; item *στήῃς P* 30.

φῇ τ 122, *φῇσι Θ* 153(?) *α* 168 (leg. **φήῃ* coll. *λ* 128 = *ψ* 275), cf. § 112.

φθῇσι Ψ 805 (l. a. *φθήῃ*, quod praeferendum). Cf. § 112.

ἐπιβῆτον ψ 52 (Bekker *ἐπιβήῃ*, vid. contextus).

φθέωμεν π 383 (pro *ἀλλὰ φθέωμεν* correximus **ἀλλ' εἰ φθαῖμεν*, vid. contextus).

βῶσιν ξ 86 (pro *ἀλλοτρίης βῶσιν* verum videtur **βήωσ' ἀλλοτρίης*).

φθέωσι ω 437 (versus inutilis pluresque ob causas suspectus).

(*η*): *ἧσι O* 359 (leg. *ἥῃ* coll. *B* 34 *P* 631 *ε* 471). Cf. § 112.

θῇσι π 282 (recipienda est l. a. *θήῃ* coll. *κ* 301 *ο* 51). Cf. § 112.

κίχῃσι μ 122 (leg. **κιχήῃ*). Haec tamen forma non contractione est nata sed a sequioris aetatis aoristo *ἔκιχον* ducta. Cf. § 112 et 149[12].

μεθῶμεν K 449 (pro *ἠὲ μεθῶμεν* scribi potest **ἢ μεθέωμεν*, nisi aliud vitium latet), *ἀφῶμεν* hymn. VI 22.

συνώμεθα N 381. Cum vis verbi tum forma suspecta; quid legendum sit non constat.

δαῶμεν B 299 (**Ϝίδωμεν*?).

ξυμβλῆται η 204 (leg. **ξυμβλήεθ'*, vid. supra pag. 305).

φανῇ I 707 Hes. Op. 598.

ἀμερθῇς X 58.

ἰανθῇς T 174.

---

[1]) Vitium textus traditi facile explicant ea quae pag. 33 sqq. exposuimus; *ΣΤΗΟΜΕΝ* et *ΚΤΗΟΜΕΝ* quin aliquando in libris Ionicis fuerit dubium non videtur.

χολωθῇς *I* 33 (*χόλωσαι).

[ἀασθῇ pro ἀάσθη est Schaeferi coniectura Hes. Op. 288, quam recipere non debebat Rzach.]

ἐπαληθῇ *o* 401.

ἰανθῇ *χ* 59.

πειρηθῆτον *K* 444 (leg. *πειρήθητον, imperat.).

πιστωθῆτον *φ* 218 (versus spurius videtur).

πειρηθῶμεν *X* 381 *Θ* 100 (fortasse recipienda est l. a. posterioris loci πειρήσωμεν).

νεμεσσηθέωμεν *Ω* 53 (pro μὴ ἀγαθῷ περ ἐόντι νεμεσσηθέωμέν οἱ ἡμεῖς restitui *μή *F'* ... νεμεσσηθήομεν ἧμες, partim ex Hermanni Bekkerique auctoritate).

διακρινθῆτε *ω* 532.

(ω): δῶ *ι* 356 (ἵνα τοι δῶ ξείνιον, leg. *δώω ξεινήιον coll. *Ξ* 268 *γ* 490. De structura vid. § 108), *ν* 296 (*Fοι καὶ ἐγὼ δῶ ξείνιον, nos *Fοι δώω ξεινήιον).

δῷς *H* 27 (δῷς, ἐπεὶ οὔ τι, verum videtur *δώῃς· οὔ τι).

γνῷς *χ* 378 (ὄφρα γνῷς, scripsimus *ὡς γνώῃς).

δῷσι *A* 129 (δῷσι πόλιν Τροίην, probabiliter P. Knight δώῃσι Τροίην), *α* 379 = *β* 144 (αἴ κέ ποθι Ζεὺς δῷσι, propositum est αἴ κε Ζεὺς δώῃσι), *Θ* 318 (ἀποδῷσιν ἔFεδνα, leg. *ἀποδώῃ). — Sincera forma δώῃ *Z* 527 etc. legitur, nec non extat in inscriptionibus Delphicis.

γνῷ *A* 411 = *Π* 273 (γνῷ δὲ καὶ, leg. *γνώῃ δ' coll. *Ω* 688).

γνῶτον *φ* 218 (ὄφρα μ' ἐὺ γνῶτον πιστωθῆτόν τ' ἐνὶ θυμῷ. Versus spurius videtur).

δῶμεν *Ψ* 537 (ἀλλ' ἄγε δή Fοι δῶμεν ἀέθλια), *Θ* 389 (ἀλλ' ἄγε Fοι δῶμεν ξεινήια), *ν* 18 (ἀλλ' ἄγε Fοι δῶμεν τρίποδα), quibus locis P. Knight male proposuit ἀλλ' ἄγε (Fοι) δώωμεν, requiritur enim δώομεν.

γνῶμεν *X* 382. — Integra forma γνώομεν extat *π* 304.

περιδώμεθον *Ψ* 485. Pro vitiosa hac forma legendum esse -δωόμεθ' in § 118 vidimus.

δῶσι *Γ* 66 (versus spurius videtur).

γνῶσιν *Z* 231 (pro γνῶσιν ὅ τι legatur γνώωσ' ὅ).

Non recentes neque contractione natas sed veneranda antiquitate insignes esse formas subiunctivi, quales sunt ἧσι (ᾖσι), δῶμεν, δῶσι, δύνηαι etc., primitus enim a stirpibus in vocalem desinentibus subiunctivos sine ope vocalis thematicae esse ductos, censet Monro Hom. Gramm.[2] § 81; cf. supra pag. 303 ann. 4. Qui si

verum vidit, pars formarum modo enumeratarum sine suspicione poterit dimitti, vel sic tamen restabunt, quas contractionem passas esse constat: -βῇ, -ὦμεν, φανῇ etc.; sed observasse mihi videor corruptis potissimum vel recentis originis versibus illas formas, quas vetustissimas vir doctus ducit, occurrere; quapropter adstipulari ei vereor.

3) Tertium huc in censum venit *perfectum activi*. Quod duos habet subiunctivos ita formatos, *πεπολθομεν κ* 385 et *Fείδομεν A* 363 etc. (cf. § 159 et § 160[7 et 9]); e. g.:

ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα Fείδομεν ἄμφω. *A* 363.

Simillima *medii* forma extat uno loco, Hesiod. Oper. 480 sq.: *εὖτ' ἂν (εὖτέ κ')... προσαρήρεται ἱστοβοῆι* (§ 135[2]), ubi alii legebant *προσαρήσεται* et *προσαρήρηται* (i. e. *προσαρήρητ'*). Suspectus autem est subiunctivus *μεμνώμεθα* ξ 168, nam *μεμνηόμεθα* expectatur; fortasse *μνᾱώμεθα*, quod coniecit Fick, dedit poeta, aut *μνησώμεθα* (ut *O* 477 etc.). Corruptam denique cum Herwerdeno ducimus formam *ὀρώρηται N* 271 (§ 135[11]).

4) Quartus commemorandus est hoc loco *subiunctivus aoristi primi activi et medii*, nam huic quoque tempori vocalis thematica deest; *ἔλυσα* ex *ἔλυσ̯μι* prodiit, deinde vocalis *α*, quam pepererat liquida, invasit ceteras activi personas et genus medium [1]). Breves igitur vocales *ε* et *ο* subiunctivo aoristi sigmatici sunt propriae in dictione epica, et perfrequentes in carminibus Homericis sunt formae huc pertinentes; e. g.

αὐτοὶ δ' ἀγρόμενοι κυκλήσομεν ἐνθάδε νεκροὺς *H* 332 sqq.
βουσὶ καὶ ἡμιόνοισιν· ἀτὰρ κατακήομεν αὐτούς.
τύμβον δ' ἀμφὶ πυρὴν ἕνα χεύομεν ἐξαγαγόντες
ἄκριτον ἐκ πεδίου· ποτὶ δ' αὐτὸν δείμομεν ὦκα
πύργους ὑψηλοὺς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν,
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας,
ὅφρα δι' αὐταῶν ἱππηλασίη ὁδὸς εἴη·
ἔκτοσθεν δὲ βαθεῖαν ὀρύξομεν ἐγγύθι τάφρον.
μὴ νῦν μοι νεμεσήσετ', Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες. *O* 115.
νῦν δ' ἄγε νῆα μέλαιναν ἐρύσσομεν εἰς ἅλα δῖαν, *A* 141 sqq.
ἐν δ' ἐρέτας ἐπιτηδὲς ἀγείρομεν, ἐς δ' ἑκατόμβην
θήομεν, ἂν δ' αὐτὴν Χρυσηίδα καλλιπάρῃον

[1]) Cf. Westphal Metrik[1] p. 280, Curtius Verbum II[2] p. 282, G. Meyer[2] p. 464.

βήσομεν, εἰς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω....
ὄφρ' ἤμιν Ϝεκάεργον ἱλάσσεαι ἱερὰ ῥέξας.
ὁππότε χ' ἡβήσῃ καὶ Ϝῆς ἰμείρεται αἴης. α 41.
ὄφρ' ἱλασόμεσθα Ϝάνακτα. Α 444.

Prima persona pluralis medii invenitur Α 444, quem versum supra attulimus, et praeterea Χ 50 *ἀπολυσόμεθα*, π 288 sq. *δυνησόμεθα* et *διζησόμεθα*, formae vero in *-ομεν -ετε* etc. tot locis occurrunt ut hic enumerari nequeant.

Huiusmodi subiunctivi, exceptis iis quorum stirps clauditur littera liquida [1]), a futuris non discrepant; supra autem in § 108 vidimus, subiunctivi fines tempore Homerico aliquanto latius quam postea in lingua Graeca patuisse. Quae causae effecerunt ut Homerus indicativum futuri particulae *κε* (*ἄν*) sociare potuisse crederetur; sic *περισσήν* esse voculam *κε* in versibus, quales sunt *ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι ἤ κεν ἐάσεις* Υ 311 vel *οἵ κέ με τιμήσουσι* Α 175, docebat Aristarchus; cf. Friedländer Ariston. p. 8 sqq. Sed neque alibi hanc iuncturam ferendam esse multi demonstrarunt [2]), neque Homero concedendam esse ostendit van Herwerden in Revue de Philologie 1882 p. 22-27. Nempe e locis ubi haec structura reperitur alii spurii sunt (Α 139) aut manifeste corrupti (Α 176 Θ 404 sq. Υ 102 σ 265), alii levem requirunt correctionem vitii quod litteratura vetusta peperit (*-ουσι -ωσι*, *-ει -η*, olim *-OΣI* et *-EI*); alibi *κε* vel *ἄν* in alienum locum irrepsit (*κ'* del. Ξ 239, *κε* leg. *γε* Α 523 Γ 138, *κεν* leg. **τοι* Ρ 515, *κε* leg. *τε* Ψ 675, *κ'* leg. **τ'* Χ 70, *κεν* leg. *μὲν* Ο 213, *ἂν* leg. **μὲν* Ι 167, Χ 66 *ἂν* leg. **ἄρ* et *κ'* leg. **τ'*); denique alia ratione probabiliter sanati sunt loci sequentes: Ζ 260 *κ' αὐτὸς* (aut *καὐτὸς*, cf. § 9) *ὀνήσεαι* leg. **ὀνήσεαι*, Υ 335 *ὅτε κεν συμβλήσεαι* leg. *συμβλήεαι* (Cobet) [3]), Ξ 269 *κε ... δώσω* leg. *δώω* (vHerwerden).

Nulla autem requiritur correctio Ε 212, ubi *-όψομαι* subiunctivus aoristi intermortui *ὄψασθαι* esse videtur (cf. § 309), et Χ 42 pro *τάχα κεν ... ἔδονται* praesto est lectio Aristarchi *ἔδοιεν*.

---

[1]) Et ne hos quidem olim discrepuisse docent vetustioris conformationis in *-λσα* et *-ρσα* vestigia, quae in lingua epica extant (vid. § 254).

[2]) Vitiosi sunt loci, quales afferuntur in Anecd. Bekkeri p. 127: *οὐδὲν ἂν ... πολεμήσειν* etc., et certum omnino est quod illic p. 126 statuitur ex veterum grammaticorum sententia: *ἂν μέλλοντι οὐ συντάσσεται.*

[3]) Tertius locus in quem idem vitium irrepsit est δ 163 *ὄφρα ... ὑποδήσεαι*, leg. **ὑποδήεαι*. Vid. etiam β 368 σ 265.

Postquam tractavimus subiunctivi formas quae brevem habent vocalem, perpendamus oportet difficultatem quae inest reliquis personis eiusdem conformationis. Nempe si textui tradito fides est habenda, flexio athematica in lingua epica hasce peperit subiunctivi figuras:

-ω -ῃς -ῃ -ετον -ομεν -ετε -ωσι,
-ομαι -εαι -εται -ησθον -ομεθα -ησθε -ωνται.

Formae igitur, de quarum vocali metrum certiores nos reddere potest, brevem eam habent, ceterae longam. At quis praestat longas illas vocales *η* et *ω* genuinas esse? Antiquitus enim litterae *-EIΣ -EI* et *-ῃς -ῃ* significabant et *-εις -ει*, *-EΣΘON -EΣΘE* cum *-ησθον -ησθε* poterant valere tum *-εσθον -εσθε*, *-OΣI -ONTAI* utrum *-ωσι -ωνται* essent reddenda an *-ουσι -ονται* incertum erat; quapropter facile fieri potuit ut verborum figurae, quas praeberet lingua vulgata, in textum Homericum irreperent culpa transscribentium. Id ipsum autem, quod analogia poscit, in mscriptis legitur locis ubi aoristus sigmaticus particulam *κε* (*ἄν*) sibi additam habet, e. g. *οἵ κέ με τιμήσουσι A* 175, *ἤ τίς κε Ϝερύσσεται ἠδὲ σαώσει K* 44, quales formas pro futuris olim habitas esse supra vidimus. Denique accedunt lapidum testimonia minime contemnenda, quae dehortantur ne cum transscriptoribus formas *-σῃς -σῃ -σωσι* etc. Homero tribuamus; nempe in vetustis inscriptionibus Ionica dialecto conceptis, nec non in Cretae lapidibus antiquissimis et in tabulis Heracleensibus, subiunctivus *aoristi primi* habet terminationem *-EI*, *praesentis* vero et *aoristi secundi* subiunctivus summa constantia in *-HI* exit. Videantur tituli quos indicaturi sumus:

Inscriptio Ephesia saeculi V[1], CIG. 2953 [1]): *ἢν μὲν ἀποκρύψει* (ter) et *ἐπάρει* (bis).

CIG. 3044 [2]) lapis Teïus anni fere 470 a. C.: *ὃς ἂν ... κατάξει ἢ ... ἐκκόψει ἢ ... ποιήσει.*

IGA. 381 [3]) lapis Chius: *ἤν τις ... ποιήσει* et *ἢν δὲ μὴ πρήξοισιν* (bis), sed *ἐξέλῃ, μεθέλῃ, μέλλῃ, ὄφλῃ, ποιῇ, λάβωισιν.*

Gortynia inscriptio minor, in qua litterae *H* et *E* distinctae sunt, habet subiunctivos *δείξει, πᾰρόσει, φυτεύσει, πράξοντι*, sed *ᾖ* et *τεθνάκῃ.*

Tabulae Heracleenses exhibent subiunctivum *γράψει*, alias *νέμῃ φέρῃ λάβῃ* scriptum est.

Titulus Laconicus saeculi III[1] Cauer[2] 27: *ὅν κα γράψει.*

---

[1]) Cauer Del.[2] 478, Kirchhoff Alph.[3] p. 12, Roberts Epigraphy p. 173.
[2]) Cauer 480, Kirchhoff p. 13, Roberts p. 168.
[3]) Cauer 496, Roberts p. 181 sqq.

Gravissima haec vetustorum titulorum testimonia quomodo essent diudicanda, nimirum non esse confundenda cum locis, ubi lapidarii scripserunt *φέρει* pro *φέρῃ* et similia [1]), primus intellexit W. Schulze; vid. Hermes 1885 p. 491 sqq.

Haec omnia qui secum perpenderit, vix dubitabit quin subiunctivis, qui thematica vocali carent, in dictione Homerica breves tantum vocales *ε o* et diphthongi *ει ου* sint propriae, ita ut forma *ἴομεν* e. g. necessario fere secum trahat formas *ἴεις ἴει ἴουσι*, forma *ἱμείρεται* pluralem *ἱμείρονται* fuisse doceat, forma *ϝείδομεν* flagitet cognatas formas *ϝείδεις ϝείδει ϝείδουσι*, forma *γνώομεν* formas *γνώεις γνώει γνώουσι*.

Quin igitur simplici hac utilique observatione ita utimur ut passim in Homerico textu scribamus formas quas postulat analogia, et e. g. Ω 688 edamus *αἴ κ' Ἀγαμέμνων | γνώ ει σ' Ἀτρεΐδης, γνώ ουσι δὲ πάντες Ἀχαιοί?* — Multa obstant, opinor. Quadamtenus prodire se posse putabat L. Meyer Griechische Aoristen p. 11, *-ονται* enim et *-ουσι* scribendum autumabat, singularis numeri formas non tangens; cautior etiam fuit Christ, qui medii formam ex Meyeri sententia mutavit, sed activum refingere non est ausus, vid. prol. Iliad. p. 114. Sed nisi omnes formae quae huc pertinent eodem remedio possint sanari, satius est profecto ne unam quidem ex iis tetigisse. A perfectis autem ut abstineamus, monet nos Cretica subiunctivi forma quam modo attulimus *τεθνάκῃ*, neque igitur aoristos secundos, quorum conformatio artissimis vinculis cum perfecto cohaeret, tentabit quisquis est mentis subactae. Itaque solus subiunctivus aoristi sigmatici restat, cui sine temeritate termini *-εις -ουσι* etc. tribui possint. Attamen ne hoc quidem ausi sumus, quoniam haud ita rari in carminibus epicis sunt loci ubi reperiuntur terminationes vulgares *-σητον, -σωμεν, -σηται, -σώμεθα*, quae quominus sollicitentur obstat metrum:

ἀντιάσητον M 356, *ἐποτρύνητον Z* 83.

βουλεύσωμεν π 234, *ὄρσωμεν H* 38, *παύσωμεν H* 29, *πέμψωμεν υ* 388, *ἐνιπλήξωμεν M* 72 (*φθίσωμεν π* 369 leg. *-αιμεν*).

ἀλλήλους τρώσητε καταισχύνητέ τε δαῖτα π 293 = *τ* 12, *δϝείσητε Ω* 779, *ὄρσητε Ψ* 210, *περάσητε ο* 458.

δηλήσηται Γ 107, *ἀνήνηται I* 510, *ἄληται Φ* 536.

---

[1]) Huiusmodi vitia non sane rara sunt, sed in recentioribus demum lapidibus frequenter occurrunt. Vid. e. g. Cauer Del.[2] 47, Curtius Verbum II[2] p. 89, G. Meyer[2] § 72.

παυσώμεθα H 290 *Φ* 467, *μνησώμεθα O* 477 etc.

Quales formae neque recentibus tantum corruptisve locis reperiuntur [1]) neque metri necessitati debentur, nam *ὄρσομεν* vel *δηλήσεται*, ut his exemplis utamur, et dici sinebant numeri dactylici et dixerunt alibi cantores epici, vid. *Δ* 16 *Ξ* 102 *Θ* 444 *χ* 368.

Itaque cum ne summa quidem audacia efficere possit ut Homerus in subiunctivi conformatione omnino sibi constitisse videatur, superest ut in hac quoque grammaticae parte agnoscamus libertatem illam et inaequalitatem dictionis epicae, et concedamus fines, intra quos subiunctivi termini *-ῃς -ῃ -ωσι -ωνται* aevo epico regnabant, neque a nobis pro certo posse constitui neque olim a transscriptoribus potuisse [2]). Quod qui concedit, a lectione tradita non temere discedendum esse concedit.

Id unum certum videtur, aut ubique *-σει -σουσι -σονται* et similia esse scribenda aut nusquam, neque igitur tolerandum esse in textu hodierno illud *οἵ κέ με τιμήσουσι* quaeque sunt eiusmodi [3]). Nam aoristi subiunctivum alios habuisse sonos si praecederet particula *κε* quam si a particula *μή* vel *ὄφρα* suspensus esset, id nemo qui quidem sanae sit mentis contendet.

---

[1]) Primitus non aoristi sed *praesentis* subiunctivum plerisque huiusmodi locis fuisse suspicatur Monro Hom. Gramm.[2] § 32.

[2]) „Wie weit bei Homer das alte reicht, und wo das neue anfängt, vermag, wo „uns das Metrum im Stiche läßt, kein menschlicher Scharfsinn zu ermitteln". Curtius Verbum II[3] p. 285.

[3]) Loci qui huc faciunt reperiuntur *Α* 175 (cf. *Ι* 155 sq., 297) *Β* 229 *Ι* 62 *Κ* 44, 282 *Ι'* 241, 515 (?) *δ* 753 *ε* 36 sq. *π* 298, 438 *ϱ* 547 (?). Talibus locis Cauer terminos *-σει -σουσι* etc. servandos duxit, concedens tamen subiunctivi, non futuri esse; vid. quae observavit proleg. Il. p. xxxv et ad *β* 248.

CAPUT II.

De nominibus verbalibus.

I. *De infinitivo* [1]).

§ 123. Infinitivus in dictione epica praesertim adhibetur ad indicandum finem quem quis assequitur aut vult assequi, e. g.:

πῶς τίς τοι πρόφρων ϝέπεσιν πείθηται Ἀχαιῶν *A* 150 sq.
ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι ἠ' ἀνδράσι ϝῖφι μάχεσθαι;

Propria nimirum infinitivo, id est dativo nominis actionis, primitus est significatio *consecutiva* sive *finalis* quae dici solet, et ex ea cetera locutionum genera, quibus infinitivus sensim adaptatus est, profluxerunt omnia. *Praesentis* autem infinitivus actionem continuatam vel iteratam indicat, *perfecti* peractam, *aoristi* nunc vel antehac ingressam [2]), *futuri* futuram.

Notatu dignae sunt hae formulae loquendi:

'βῆ ('βῆν, 'βάν) δ' ἴμεναι Δ 199 etc., *'βῆ δὲ θέειν B* 183 etc.,
'βῆ δ' ἐλάειν N 27, *ὦρτο πέτεσθαι N* 62.
'μάστιξεν δ' ἐλάειν E 366 etc.

§ 124. Infinitivus saepe (locis fere 200) fungitur vice 2ae personae *imperativi*; quales locos *τῇ διπλῇ* notare solebat Aristarchus; vid. Friedländer Ariston. p. 14. Exemplo sit *α* 290 sqq.:

νοστήσας δὴ ἔπειτα φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν
σῆμά τέ ϝοι χεῦαι καὶ ἐπὶ πτόρθον τερεΐξαι
πολλὰ μάλ', ὅσσα ϝέϝοικε, καὶ ἀνέρι μητέρα δοῦναι.

Videantur praeterea *A* 582 *E* 124 *K* 65 *Λ* 788 sq. *P* 691 sq. *Υ* 335 *X* 259 *δ* 408 *λ* 441 sqq. etc.

Multis locis, ubi infinitivus hoc sensu adhibitus reperitur, praecedit imperativus; e. g. *B* 8 sqq. *βάσκ' ἴθι ... ἀγορευέμεν' ὡς ἐπιτέλλω*. Vid. praeterea *A* 323 *Γ* 459 *Δ* 71 *H* 79 *Φ* 341 *δ* 416, 419 etc.

Tertia quoque imperativi persona nonnunquam exprimitur ope infinitivi; e. g. *Z* 86 sqq.: *ϝειπὲ δ' ἔπειτα | μητέρι σῇ καὶ ἐμῇ· ἣ*

---

[1]) De infinitivi apud Homerum usu singulari cura egit La Roche Hom. Untersuchungen II 1893 p. 1-78 (Der Infinitiv bei Homer).

[2]) Praesentis et aoristi infinitivi quomodo differant optime exposuit La Roche l. l. p. 87 sqq.

δὲ.... | θεῖναι etc., *H* 78 sq. *τεύχεα συλήσας φερέτω κοίλας ἐπὶ νῆας,* | *σῶμα δὲ Ϝοίκαδ' ἐμὸν δόμεναι πάλιν,* Ψ 245 sqq. ...*ἄνωγα,* | ...*ἔπειτα δὲ καὶ τὸν Ἀχαιὸν* | *εὐρύν θ' ὑψηλόν τε τιθήμεναι* [1]).

A mandatis ad preces, quae ad deos fiunt, facilis est transitus. *Accusativus cum infinitivo* pro 3ª persona imperativi ita usurpatur compluribus locis:

Ζεῦ κύδιστε μέγιστε, κελαινεφὲς, αἰθέρι ναίων, *B* 412 sqq.
μὴ πρὶν ἔτ' ἠέλιον δῦναι καὶ ἐπὶ κνέφας ἐλθεῖν,
πρίν etc.
Ζεῦ πάτερ, ἢ Αἴαντα λαχεῖν ἢ Τυδέος υἱὸν *H* 179 sq.
ἢ αὐτὸν βασιλῆα πολυχρύσοιο Μυκήνης.
Ζεῦ Ϝάνα, Τηλέμαχόν μοι ἐν ἀνδράσιν ὄλβιον εἶναι. ρ 354.

Proxime autem a precibus distant *decreta*:

Τρῶας ἔπειθ' Ἑλένην καὶ κτήματα πάντ' ἀποδοῦναι, *Γ* 285 sq.
τιμὴν δ' Ἀργείοισ' ἀποτινέμεν' ἥν τε Ϝέϝοικε.

Nominativus cum infinitivo hisce duobus locis post *αἴ γάρ* usurpatur in precibus:

αἴ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον, η 311 sqq.
τοῖος ἐὼν οἷός ἐσσι, τά τε φρονέων ἅ τ' ἐγώ περ,
παῖδά τ' ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι
αὖθι μένων.
αἴ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον,... ω 376 sqq.
τοῖος ἐών τοι χθιζὸς ἐν ἡμετέροισι δόμοισι
τεύχε' ἔχων ὤμοισιν ἐφεστάμεναι καὶ ἀμύνειν
ἄνδρας μνηστῆρας.

Priore loco optativus, posteriore indicativus expectatur; quamquam nihil est in utrovis loco quod corruptelae suspicionem moveat, sed liberior est utriusque structura.

§ 125. Tempora activi, quae vocali thematica carent, infinitivo utuntur in syllabas *-μεναι* excurrenti. Cum his consentit aoristus passivi.

Item infinitivorum, qui ad flexionem thematicam pertinent, frequens in lingua epica est terminus *-έμεναι*, frequentior tamen aliquanto vulgaris ille terminus *-ειν* [2]).

---

[1]) Non huc pertinet *P* 155 ni fallor, ubi *ἴμεν* indicativi prima persona pluralis numeri mihi esse videtur, non infinitivus. Cf. § 126.

[2]) Soli flexioni athematicae olim proprios fuisse terminos *-μεναι* et *-(ε)ναι* suspicatur G. Meyer[2] § 597 ann. 2.

Exempla huius conformationis sunt:

Sine vocali thematica:

praes. *ἱστᾰ́μεναι, τιθήμεναι* [1]), *ἴμεναι(ϝ)* [2]), *ζευγνῦμεναι.*
aor. II *στήμεναι, δόμεναι, Ϝᾰλώμεναι.*
aor. pass. *μῐγήμεναι, ὁμοιωθήμεναι.*
perf. *Ϝίδμεναι, δεδϜίμεναι.*

Cum vocali thematica:

praes. *ἀμῡνέμεναι* et *ἀμῦνειν* [3]).
fut. *ἀξέμεναι* et *ἄξειν.*
aor. II *Ϝειπέμεναι* et *Ϝειπεῖν.*

Elisione obscurari potest diphthongus finalis *-αι*, vid. § 13. E. g. *ζευγνῦμεν' O* 120 [4]), *δόμεν' Σ* 458 etc., *Ϝίδμεν' Λ* 719, *ἀμυνέμεν' I* 602 etc., *ἀξέμεν' Ψ* 111 etc., *Ϝειπέμεν' H* 373 etc.; qualibus locis mscripta omittere solent signum elisionis, accentus tamen indicio est terminationem *-(ε)μεν* vetustis grammaticis non integram visam esse sed ex *-(ε)μεναι* ortam. Neque apostrophus ab huiusmodi infinitivis omnino abest in codicibus, immo locis satis multis illud signum cernitur; sic *I* 688 *Ξ* 397 *T* 22 Genevensem habere *εἰπέμεν' καιέμεν' ἔμεν'* refert Nicole; *κ* 22 *ὀρνύμεν'* habent PHK, integramque formam *ὀρνύμεναι* more vetusto [5]) perscriptam exhibet codex T; in *χ* 210 *ἔμμεν'* habent FH alii, *ἔμμεναι* est in X, et hic certe infinitivus per totum Homerum elisionis signo munitus est pluribus locis quam caret [6]). Alia exempla ex Ludwichii apparatu critico ad Odysseam mihi enotavi *δ* 528, 700 *ε* 475 *ζ* 257 *κ* 381 *λ* 32 *ξ* 332 *ο* 15 *π* 107, 419 *ϱ* 81, 404, 509 *σ* 127, 183, 357 *τ* 64, 191, 222, 289, nec dubium quin multo plura possint colligi.

Editores vero recentiores longe plurimi *-μεν* scribere maluerunt

---

[1]) Huius infinitivi, qui nonnisi *Ψ* 83 et 247 extat, longam vocalem *η* analogiae deberi suspicatur Curtius Verbum II[2] p. 115. Vid. § 195.

[2]) Longum est iota *Γ* 365, si sanus ille locus; sed probabiliter corrigi posse videtur.

[3]) Notatu dignum est sesquipedale verbum *πορτοποριεύμεναι ε* 277, quod versus alteram partem explet.

[4]) Suspectus propter vocalem *υ* productam est infinitivus *ζευγνύμεν' Π* 145. Nam brevem esse sonum *υ* cum aliunde constat tum ex Homeri versibus *Γ* 260 *Ο* 120. Cf. § 195.

[5]) Cf. pag. 68 sqq.

[6]) Etiam in chori cantico apud Sophoclem, Antig. vs. 623, quo uno loco tragoedia vetus nobis praebet epicum hunc infinitivi terminum, optimus testis codex Laurentianus habet *ἴμεν'*. Praeterea ex Atticis poetis nonnisi Aristoph. Av. 930 et 973 afferri possunt; vid. Gerth in Curt. Studien I 2 p. 257.

quam *-μεν'* cum elisionis signo. Apostrophum addendi initium fecit P. Knight, qui e. g. *B* 126 *διακοσμηθήμεν'* excudendum curavit; sed non satis hac in re sibi constitit. Nos in grammaticae Homericae minoris proecdosi (anni 1883) quid rei esset significavimus, moxque Christ in Iliadis proleg. p. 145 (anno 1884) idem docuit [1]); qui quod addit, grammaticos recentiores neglexisse originationem termini *-μεν* ex ampliore terminatione *-μεναι*, id in nos certe non cadere ex iis quae modo scripsi apparet. Ante nos autem Bekker Hom. Blätt. I p. 69 observavit terminum *-μεν post breves vocales* tantum non constanter esse collocatum, et — quod eodem redit — Simmerle Progr. Innsbruck 1874 docuit *ante vocales* omnes fere huiusmodi infinitivos esse collocatos (cf. Kühner-Blass II p. 58), pluresque idem vidisse credibile est, nam res ferit oculos.

Metrum dactylicum quoniam non obstabat quominus in infinitivorum exitu syllabis *-εμεν'* substitueretur terminus *-ειν*, facile intellegitur fuisse periculum ne vetusta terminatio, sicubi elisionem perpessa esset, evanesceret et locum suum cederet vulgaribus infinitivorum formis. Neque meram hanc esse suspicionem luculenter demonstrant manuscriptorum testimonia quaedam. *Il* 834 codices tantum non omnes habent *ποσσὶν ὀρωρέχαται πολεμίζειν· ἔγχεϊ δ' αὐτὸς* etc., quae cur auribus paulo exercitatioribus non displicere nequeant, supra pag. 15 sq. vidimus; at testis qui omnium est antiquissimus, Syriacus rescriptus, praebet id quod suadent versus numeri et epicae dictionis indoles, *πολεμιζέμεν(')*. Eodem auctore *T* 140 sine umbra dubitationis scribimus *δῶρα δ' ἐγὼν ὅδε πάντα παρασχέμεν(')*, *ὅσσα τοι ἐλθὼν*, licet ceterorum codicum optimus quisque *παρασχεῖν* habeat. Eadem est varietas *T* 79, ubi lectio *ἑσταότος μὲν καλὸν ἀκουέμεν(') οὐδὲ ἔοικε* idoneis testibus non caret, licet trisyllaba infinitivi forma *ἀκούειν* in Veneto A extet et in scholio Aristarchi auctoritate muniatur, quod testimonium confirmatur consimili ad *o* 392 sq. nota, ubi in codicibus recte legitur *ἔστι μὲν εὖδειν, | ἔστι δὲ τερπομένοισιν ἀκουέμεν(')· οὐδέ τί σε χρὴ* etc., Aristarchus vero *ἀκούειν* scripsit, sive vicino infinitivo *εὕδειν* pellectus, ut scholia ferunt, sive alios fontes secutus. In *T* 30 Aristophanes scribebat *τῷ μὲν ἐγὼ πειρήσω ἀλαλκέμεν(') ἄγρια φῦλα*, et hodie quoque ita legitur in manuscripto uno et altero: pleraque tamen habent *ἀλαλκεῖν*.

[1]) In ea tamen quae Christius illic disputavit de locis ubi *-μεν* ante consonam reperitur, nonnulli errores irrepserunt.

Versum Φ 455 Aristarchus ita constituebat: στεῦτο δ' ὅ γ' ἀμφοτέρων ἀπολεψέμεν(') οὔατα χαλκῷ, alii ἀποκοψέμεν(') scribebant; in optimo vero codice Veneto A exaratum est ἀποκόψειν. Initium versus Ψ 197 est ἐλθέμεν('), ὄφρα τάχιστα etc., si fides est auribus optimisque codicibus, sed in aliis mscriptis legitur ἐλθεῖν. In Υ 100 alii διελθεῖν habent, alii διελθέμεν('), Ι 356 Ν 9 Ψ 197 Σ 258 similia reperiuntur, vid. La Roche Textkritik p. 429 sq. — In υ 294 plerique codices consentiunt in lectione adulterata οὐ γὰρ καλὸν ἀτέμβειν οὐδὲ δίκαιον, sed id quod requirimus ἀτεμβέμεν(') in uno certe codice eoque minime contemnendo, Veneto Marciano 647, repertum est. Eodem auctore (Ϝ)ειπέμεν(') pro εἰπεῖν restitui licet χ 288. Traditum est ῥέξειν hexametrorum initio κ 523 ρ 51, 60, sed olim ῥεξέμεν(αι) ibi lectum fuisse credibile reddit versus recentioris poetae epici Antimachi, apud Athenaeum XI p. 468a allatus, qui ab eodem infinitivo orditur: ῥεξέμεν(')· ἐν μὲν ὕδωρ, ἐν δ' ἀσκηθὲς μέλι χεῦαν. Denique allatus esto λ 102, ubi vulgata praebet λήσειν, sed in altera lectione, quam corruptam affert scholion, λήσειεν, videtur latere id quod requirimus λησέμεν(') [1]).

Itaque dubium non est quin compluribus locis sana corrumpere, non vitiosa emendare studuerit Bekker, qui miro quodam spondeorum amore permotus [2]) in primo hexametrorum pede terminationem -ειν sincero termino -έμεν(') passim substituit invitis mscriptis, e. g. κ 18 ξ 374 ο 15 σ 183 τ 222, 569 χ 432 [3]). Immo contrariam viam esse ineundam, nempe ad exemplum horum similiumque locorum pro -ειν rescribendum esse -έμεν' sicubi sinant versuum numeri, intellexit P. Knight, cui Nauckius aliique obtemperaverunt. Itaque plerique loci, qui huc faciunt, ante nos sunt correcti; videantur e. g. Γ 393 Κ 359 Σ 255 β 370 γ 93 δ 98 ζ 327, Cauer praef. Iliad. p. xxxv. Solum χραισμεῖν Α 242, 589 Λ 117 Ο 652 Φ 193 nobis relictum erat, quoniam verbi contracti tempus praesens esse videbatur (cf. § 191), nos χραισμέμεν' excudendum curavimus, ab aoristo (aut si quis mavult, imperfecto) ἔχραισμε Ε 53 Η 144 Ξ 66 (cf. § 283) repetentes.

---

[1]) Numquid eodem tendit l. a. τερπνήν pro τέρπειν θ 45?

[2]) Vid. pag. 23.

[3]) Etiam contractas verborum formas illa hexametri sede de suo fingere sustinuit Bekkerus ut e dactylo fieret spondeus, e. g. Χ 295 ᾔτει pro eo quod recte traditum est ᾔτεε.

Infinitivi terminus *-ήμεναι* nusquam elisionem passus est, si fides est habenda textui tradito, sed in *-ῆναι* talibus locis abiit. Dubium tamen non videtur quin hic quoque appareant recentioris aetatis vestigia; quid enim obstare potuit quominus *-ήμεν'* diceretur, quemadmodum *ἔμμεν'* et *-έμεν'* et *-άμεν'* dicebatur? Quapropter *-ήμεν'* passim rescripsimus, e. g. *π* 410:

μνηστήρεσσι φανήμεν' ὑπέρβιον ὕβριν ἔχουσι.

Item *σ* 160, 165, *δαμήμεν' N* 603, *προμιγήμεν' I* 452, *στήμεν' Φ* 266 *ξ* 270 *ρ* 439, *βήμεν' N* 459 *Ξ* 24.

Neque aliter iudicandum est de infinitivis *δῦναι Λ* 537 *Υ* 76 *υ* 30, *εἶναι E* 173, 636, 639 etc., sed restituenda sunt *δύμεν'* et *ἔμμεν'*, quemadmodum *ι* 455 in parte codicum legitur; multum autem ad persuadendum valent versus *Z* 488 et *ι* 455 inter se comparati: *μοῖραν δ' οὔ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν* et *Οὔτις ὃν οὔ πώ φημι πεφυγμένον εἶναι* (immo *ἔμμεν'*) *ὄλεθρον*. Item pro *δοῦναι Λ* 319 *O* 216 revocandam esse formam trisyllabam *δόμεναι* docent loci minime rari, ubi *δόμεναι* et *δόμεν(')* reperiuntur in textu tradito (*δόμεναι Λ* 98 et passim, *δόμεν' Σ* 458 etc.).

Infinitivi termino *-ναι* dictio epica non utitur [1]); nullus igitur infinitivus in syllabas *-ἄναι* vel *-εναι* vel *-οναι* vel *-ὔναι* excurrens apud Homerum reperitur. Nam quae sola hic commemorari potest forma *ἰέναι Λ* 227 etc., ea terminum *-ναι* non purum ostendit sed vocali *ε* auctum, Homero autem est abiudicanda, constanter enim scribendum esse *ἴμεναι*, quam formam multis locis aut omnes codices praebent aut pars codicum, optime perspexerunt P. Knight, L. Meyer, Curtius Verbum II[2] p. 117, alii; vid. *E* 167 *Υ* 82 etc. et v. l. *Σ* 14 *Υ* 184 *β* 298, 394. Bekkeri vero consilium, qui contrariam viam ingressus vetustum infinitivum *ἴμεναι* vulgari formae *ἰέναι* etiam invitis mscriptis passim cedere iussit, satis mirari nequeo, magisque etiam miror quod Ameisii (ad *β* 298) aliorumque assensum tulit. Fuerunt etiam qui alteram formam Iliadi, alteram Odysseae vindicare conarentur; quos omnes refutat elisa forma *ἴμεν(')* cum Iliadi tum Odysseae propria nullisque machinis extirpanda.

---

[1]) Aoristos in *-ναι*, qui ducti sunt a stirpibus in litteram *ν* desinentibus, e. g. *ἀνακλῖναι* vel *κτεῖναι*, huc non pertinere nemo non videt. Quamquam vetustos poetas non *κτεῖναι* dixisse, quae forma syllabam priorem perpetuo in thesi habet (*E* 261 *Λ* 141 etc.), sed *κτἄμεναι* (cf. *E* 301 etc.), multi sunt suspicati.

Post *longas* vocales et diphthongos terminus *-ναι* in carminibus epicis minime rarus est; sed huiusmodi formae in exitu praesertim versuum reperiuntur. Hinc efficio metricae licentiae eas deberi, non in ipsa poetarum lingua vixisse, nempe *syncopen* perpessas esse; *μιγῆναι* e. g. ex *μιγήμεναι-μιγῆμναι* prodiit, ni fallor, *δοῦναι* ex *δόμεναι-δόμναι*, *εἶναι* ex *ἔμμεναι-ἔμναι* [1]). Alii *contractionem* potius in huiusmodi infinitivis agnoscunt collato infinitivo Cyprico *δόϝεναι* in inscr. Coll. 60[5, 15], qui linguae Vedicae infinitivo *dāváné* ex asse respondet, vid. Curtius Verbum II[2] p. 126, Max Müller Chips IV p. 56; quibus quominus adstipuler retinet me ipsa contractio syllabarum quas olim diremerit digamma, nam linguam epicam ab huiusmodi contractione quam maxime abhorruisse constat [2]).

Exempla infinitivorum in *-ναι* hexametrum claudentium sunt:

εἶναι A 91, 228, 564 *B* 82 etc.
δοῦναι Ψ 593 *α* 292.
ἀῆναι γ 183 *κ* 25 (§ 195).
φορῆναι B 107 *H* 149 *K* 270 *ϱ* 224 (§ 195).
μιγῆναι I 133, 275 etc.
ϝαλᾶναι M 172 *Φ* 281 *ε* 312 *ω* 34.
βιῶναι K 174 *O* 511 *ξ* 359.

His igitur similibusque locis si quis integras formas *ἔμμεναι*, *ϝαλώμεναι*, *μιγήμεναι* etc. in fine hexametrorum collocet, insolite faciat, nec tamen vitiose me iudice, nam vetustos cantores ita fere locutos esse (♩ ♪ ♪.) persuasum habeo.

In mediis vero versibus infinitivi in *-ναι* desinentes non possunt non suspecti esse; sinit autem metrum locis longe plerisque iis substitui formam sinceram in *-μεν'(αι)*, vocalis enim solet sequi; videantur exempla quae pag. praec. attulimus. Rari sunt versus qui repugnant, e. g. *δῦναι B* 413 *Γ* 322 *H* 131 *K* 221, *γνᾶναι β* 159 *ν* 312 *ω* 159, *διαγνῶναι H* 424, et ex his quoque unus et alter probabiliter possunt corrigi.

§ 126. Hactenus in infinitivorum conformatione duos tantum terminos, vulgarem illum *-ειν* et vetustum *-μεναι*, Homero tribui-

---

[1]) Videantur quae de hexametri exitu in pag. 11 observavimus. Fortasse hac ratione defendi potest forma propter diphthongum suspecta *διδοῦναι Ω* 425; quam si ex *διδόμεναι* — *διδόμναι* prodiisse statuimus, non est cur miremur secundam syllabam productam.

[2]) Cf. § 7.

mus. Sed metrum dactylicum obstabat quominus poetae uterentur infinitivis quales sunt *ἄγέμεναι φερέμεναι βᾰλέμεναι φᾰγέμεναι*. Fortasse expectaverit quispiam cantores veteres huiusmodi verborum primam syllabam producturos fuisse, quemadmodum *ἀθάνατος* et *ζᾱφυρίη* (§ 21) dicere ausi sunt. Aliam tamen rationem inierunt; scilicet aures offensura erat syllaba initialis verborum usitatissimorum, quae brevis ab ipsis poetis quovis fere in versu haberetur et in lingua communi audiretur saepissime, in solis infinitivis producta; in nonnullis autem infinitivis, e. g. *πεφραδέμεναι* vel *ἐκγεγάμεναι*, ne poterat quidem confugi ad metricam hanc licentiam. Quapropter maluerunt syllabam finalem huiusmodi infinitivorum abicere, usi fortasse vulgaribus verborum formis, quas postea certe in lingua Graeca extitisse docent dialecti [1]), *ἄγέμεν*, *φερέμεν*, *βᾰλέμεν*, *φᾰγέμεν*. Rarius tamen eas adhibuerunt, unde apparet non vere epicas esse has infinitivorum figuras.

Extant quae huc pertinent locis sequentibus:

Praes.:

ἄγέμεν *A* 328, 443 *H* 418, 420, 471 *T* 195 *ξ* 27.

ἐγέμεν *Δ* 302 *E* 492 *I* 708 *N* 2 *P* 476 *T* 148 *δ* 419 *η* 313 *θ* 529 Hes. Oper. 217, 457 Scut. 369.

ἐσθΐέμεν *β* 305 *φ* 69. Hi tamen loci me iudice non integri ad nos pervenerunt, poeta enim dicere potuit **ἐσθέμεναι*.

μενέμεν *E* 486 *O* 400 *ι* 97 *ν* 330; fortasse addendus est quintus locus *φ* 239. Dubitaverit quispiam an verum sit *μίμνειν*.

φερέμεν *Ε* 234 *I* 411 *Ω* 119 (= 147, 176, 196) Hes. Oper. 215.

κατίμεν *Ξ* 457 (an **ἴμεναι*?).

θεέμεν *Θ* 247 (codd. *θέομεν*, correxit criticus apud Nauckium).

μελέμεν *σ* 421.

Aor. II:

μεθέμεν *Λ* 288 *Δ* 94, *προέμεν* *κ* 155.

πῖέμεν *o* 378.

πεφρᾰδέμεν *η* 49 Hes. Oper. 766.

τρᾰφέμεν *H* 199 *Σ* 436 *γ* 28.

φᾰγέμεν *κ* 386 *o* 378 *π* 143 *ρ* 404 *σ* 3.

Perf.:

βεβάμεν *P* 359, 510.

ἐκγεγάμεν *E* 248 *T* 106, 209.

---

[1]) Vid. Ahrens Dor. p. 315, Curtius Verbum II² p. 114, G. Meyer² § 595, Kühner-Blass II p. 56 sq.

Eundem autem infinitivorum terminum restituendum esse locis fere centum, ubi textus traditus praebet aoristos secundos in *-έειν* excurrentes, intellexit L. Meyer Vergl. Gramm. II p. 284. Formas quales sunt *βαλέειν*, *ἰδέειν*, *θανέειν* etc. recentioris aetatis homines effinxerunt e vulgaribus formis, quae propter accentum contractae iis videbantur, *βαλεῖν ἰδεῖν θανεῖν*; nimirum norant Homericum esse *φιλέειν*, vernaculum vero *φιλεῖν*. At huiusmodi aoristorum prorsus aliam rationem esse quam verborum contractorum constat, neque diducti infinitivi in Hesiodi Theogonia Operibusve [1]) aut apud Ionicos scriptores aut in lapidibus reperti sunt ulli; videantur quos laudant Curtius Verbum II² p. 119 sq. et Christ in proleg. Iliad. p. 145: Förstemann de dialecto Hesiod. p. 33, Rzach Dialect des Hesiod p. 441, Bredow de dialecto Herodotea p. 324 sqq., Renner de dialecto antiquioris Graecorum poesis elegiacae et iambicae (in Curt. Studien I 2 p. 32 sqq.). Egregie autem L. Meyeri opinio corroboratur metro, quod nusquam non sinit scribi *-έμεν* pro traditis litteris *-έειν*; aut enim positione longa est syllaba finalis aut propter caesuram insequentem produci potest (e. g. *T* 15 Ω 608); solis versibus Δ 263 [2]) ε 349 [3]) μ 446 τ 477 υ 313 paullo insolentior est syllabae *-μεν* productio, sed tamen haudquaquam vitiosa aut suspecta, cf. § 19; in Hesiodi autem versu Theog. 480 ipse textus traditus syllabam *-μεν* praebet ita productam:

Κρήτῃ ἐν εὐρείῃ τραφέμεν ἀτιταλλέμεναί τε.

Videantur etiam *H* 418, 420. Praeterea Homeri textus traditus aoristos, quales poscimus, praebet locis compluribus, quos supra recensuimus, e. g. ο 378 *καὶ φαγέμεν πιέμεν τε*. Denique versus nonnulli, ubi *Ϝιδεῖν* pro *ἰδέειν* restituere nos cogit metrum, luculenter demonstrant terminum *-έειν* culpa posteriorum ex *-ειν* potuisse prodire; vid. Θ 453 *πρὶν πόλεμόν τ' ἰδέειν πολέμοιό τε μέρμερα ἔργα*, Φ 410 *σοὶ δὲ θεοὶ ἅλοχόν τ' ἰδέειν καὶ πατρὶδ' ἱκέσθαι*, ubi olim fuisse *τε* (*Ϝ*)*ιδεῖν* nemo iam negat [4]).

Quae cum ita sint, nimis cautum me iudice se praestitit Christ, qui cum de vitiosis aoristi formis in *-έειν* acute disputasset in pro-

---

[1]) In Scuto sex occurrunt: vs. 231 et 304, 240, 252, 332, 337.

[2]) Hic *πιέμεν* pro *πιέειν* e codice Veneto N potuit restitui.

[3]) Hoc loco *βαλέμεν* *Ϝ*'(ε) scripsimus.

[4]) Non tamen idem remedium Christio auctore (prol. II. p. 147) adhibendum esse δ 475 (= ε 41, 114 ζ 314 ι 532) *φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι* docet metrum (cf. pag. 18 sqq.); hic igitur *φίλους Ϝιδέμεν καὶ ἱκέσθαι* est scribendum coll. κ 473 *σαωθῆναι καὶ ἱκέσθαι*.

legomenis Iliadis p. 145 sqq., iamque pronus esset ad corrigendum, deterreri, ut ipse dicit, se passus est versu *X* 426, quo loco aures laedit id quod rescribendum est *ὡς ὄφελεν θανέμεν ἐν χερσὶν ἑμῇσι*. Equidem tali argumento nihil tribuerim, cum praesertim ipse Christius docuerit quam facile vitari possit illa cacophonia scribendo *ὡς ὤφελλε* (*ὤφειλε*) *θανεῖν*, in vetusta enim litteratura *ΟΦΕΛΕΘΑΝΕΝ* et *ΟΦΕΛΕΘΑΝΕΕΝ* vix quicquam discrepasse.

Neque assentior viris doctis, qui ex antiquissimorum librorum signis ambiguis *EEN* originem formarum vitiosarum in *-έειν* repetiverunt, non *-έειν* sed *-έεν* has litteras significasse contendentes. Quam opinionem protulit Renner l. l., probavit Curtius Verbum II[2] p. 120 et 129, aliique multi adstipulati sunt, in his Rzach ad Hes. Scut. 231 [1]), G. Meyer[2] § 598, ex parte etiam Fick Iliad. p. 548 [2]). Sed iure observavit Christ l. l., non extare sed prius excogitari debuisse infinitivos, quales illi restitutum iverunt, in *-έεν* excurrentes, „in tota autem graecitate medii digammi unum exemplum „*δόϝεναι* in tabula Idaliensi [3]), mediae litterae *ϝ* prorsus nulla in„dicia extare"; quapropter Leonis Meyeri sententia et ei potior videtur et nobis unice probabilis.

---

[1]) Longius etiam progressus Rzach praesentis temporis infinitivum *ἀποδρίπειν* e coniectura scripsit Hes. Op. 611, ubi alii codices claudicante metro habent *ὦ Πέρση τότε πάντας ἀποδρίπειν οἴκαδε βότρυς*, alii *ἀπόδρεπε*, quod quin verum sit propter vocis *οἴκαδε* digamma initiale ne dubium quidem mihi videtur.

[2]) „Aus dem kyprischen dialecte erkläre ich auch die schreibung des inf. aor. „*εειν* statt *εμεν* bei Homer, wie in *παθέιειν*: *παθέμεν*. Es kann nicht genügen, nachzu„weisen, dass diese form nicht aus *παθεῖν* durch „zerdehnung" hervorgegangen ist, „wir müssen auch begreiflich machen, wie eine solche form entstehen konnte. *παθέιειν* „ist zunächst aus *ΠΑΘΕΕΝ* hervorgegangen und dies ist die richtige erinnerung an „die in den kyprischen partieen dem äolischen *πάθεμεν* entsprechende kyprische „form. Wenn nämlich kyprisch *δόϝεναι* dem äolischen *δόμεναι* und damit kyprisch „*ϝεναι* dem äolischen *μεναι* entspricht, so muss auch dem äolischen *μεν* in *πάθεμεν* „kyprisch *ϝεν* in *παθέϝεν* entsprochen haben, und dieses, ohne inneres digamma *παθέεν* „geschrieben, ist mit dem homerischen *παθέειν* gemeint. Wir müssen dabei freilich „annehmen, dass diese form ursprünglich auf den Oitos und die sonstigen kyprischen „partieen beschränkt war, und von hier aus sich später über den ganzen Homer „verbreitet habe, eine annahme, welcher schwerere bedenken nicht entgegenstehen."

Ergo Cypriis tantum quae ipsi videntur (nam compertum hac de re nihil habemus) carminum epicorum partibus infinitivos in *-εειν* tribuit Fick, vetustis vero cantoribus, quos Aeolica dialecto usos esse sibi persuasit, cum L. Meyero denegat.

[3]) Huius autem formae suffixum non *-ϝεναι* esse suspicor, id quod statuunt e. g. Curtius Verbum II[2] p. 126 G. Meyer[2] p. 512, sed *-εναι*, digamma autem ex praecedenti sono excrevisse, ut in *Εὐϝαγόρας* aliisque vocibus, minime igitur inde sequi Graecos etiam *θέϝεναι* vel *ἵϝεναι* aliquando dixisse.

Indicandi denique restant loci unus et alter, ubi termini *-μεναι* sonus finalis abiectus est sine ulla necessitate metrica. Quales loci post omnia quae disputavimus non possunt non esse suspecti, videatur autem lectionis varietas *Σ* 14. Cunctos indicabo:

Praes.

ἴμεν pro *ἴμεναι* legitur *Λ* 170 (*Σ* 14 Ar.) *Φ* 297 *Θ* 283 *κ* 537 (= *λ* 50, 89) *λ* 148 *ο* 79 (*δειπνήσαντες ἴμεν*, leg. **-σαντ' ἴμεναι*). — Non huc refero versum *P* 155, ubi *ἴμεν* indicativi est 1ª persona plur., ni fallor (cf. pag. 315,1).

ἔμεν = *ἔμεναι* *Λ* 299 *E* 316 *ε* 257 *λ* 364.

Aor. II.

θέμεν = *θέμεναι* *φ* 3 (= 81 *ω* 168), sed dubium non videtur quin pro *μνηστήρεσσι θέμεν* rescribendum sit **μνηστῆρσιν θέμεναι*, cum praesertim *θέμεναι* in praestantissimis codicibus legatur. Redit *θέμεν* Hes. Oper. 67, *ἐν δὲ θέμεν κύνεόν τε νόον καὶ ἐπίκλοπον, ἦθος*, ubi fortasse fuit olim **ἐν δὲ νόον κύνεον θέμεναι*, versum autem non antiquum aut non integrum esse arguit digamma vocis *ἦθος* neglectum.

δόμεν = *δόμεναι* *Δ* 379 *καί ῥα μάλα λίσσοντο δόμεν*, ubi deleta vocula *ῥα*, quae e versu praecedenti irrepserat, rescripsimus **καὶ μάλα λίσσοντο δόμεναι*, et *I* 571 *δόμεν θάνατον*, ubi verum videtur **μόρον δόμεναι*.

Perfect.

ϝίδμεν pro *ϝίδμεναι* *Λ* 719 *μ' ἔφη ἴδμεν*, ubi cuiusvis est restituere **με ϝίδμεν' ἔφη*, et *Θ* 213, ubi **ϝιδέμεν* verum esse suspicamur.

In choricis canticis Aeschyli infinitivos in *-ῆν* pro *-ῆναι* desinentes Dindorfius hic illic deprehendere sibi visus est, e. g. *χριμφθῆν* Suppl. 790, item *ἀναδῶν* Choeph. 808. Lesbi autem revera aliquando vixerunt infinitivi ita decurtati; cf. Curtius Verbum II² p. 121 et 358.

II. *De participio et adiectivo verbali.*

§ 127. Participio aoristi aevo cantorum epicorum nondum inhaerebat notio temporis peracti; inservire igitur poterat ad enuncianda ea quae non ante actionem primariam facta essent sed eam comitarentur. E. g.:

μειδήσασα δὲ παιδὸς ἐδέξατο χειρὶ κύπελλον, *Λ* 596.

quae vertenda non sunt *postquam subrisit* sed *ridens poculum a*

filio sibi oblatum accepit. Item *ὁμοκλήσας προσέφη* vel *ὁμοκλήσας Ϝέπος ηὔδα alta voce clamavit* E 489 Z 54 etc., *ὅσον τ' ἐγέγωνε βοήσας quousque clamando quis vocem transmittere potest* ε 400 etc.

Flexioni periphrasticae in dictione epica solum participium perfecti passivi inserviisse observavit Lehrs Arist.[2] p. 367 sqq.; reperitur autem hoc genus loquendi locis sequentibus:

κεκλημένος εἴην B 260, *εἴης* h. Ven. 243, *εἴη* ζ 244.
τετελεσμένος -ον [1]) *ἐστί, ἦεν, εἴη, ἔσται* A 212, 388 etc.
πεφυγμένος ἦεν α 18, *πεφυγμένον ἐστί* h. Ven. 34, *πεφυγμένον ἔμμεναι* Z 488 ι 455, *πεφυγμένον ... γενέσθαι* X 219.
ἀκαχημένος εἴη E 24.
λελασμένος ἐσσί Π 538, *λελασμένος ἔπλεο* Ψ 69.
πεφυλαγμένος εἶναι Ψ 343.
κεκρυμμένον εἶναι λ 443.
Ϝεϝρημένος ἔστω Θ 524.
μεμιγμένον ἐστί Θ 196.
πεπρωμένον ἐστί Γ 309.
τεθυωμένον ἦεν Ξ 172.

Participio futuri indicatur consilium quo quis impellitur, sive finis quem vult assequi; antecedere solet verbum *movendi*, quod abest tamen E 46 (= Π 343) Σ 309 Ψ 379 λ 608. Soli participio *ἐσσόμενα* A 70, *ἐσσόμενοι* B 119 etc. *futuri* temporis notio inest integra.

§ 128. Adiectivum verbale quod dici solet, in *-τός* desinens, apud Homerum participii munere, quod primitus ei proprium fuit, permultis locis fungitur, nullum enim inter *ποιητός* et *factus* est discrimen, sive vim sive conformationem utriusque vocis spectes, e. g. *κυνέην ... ῥινοῦ ποιητήν* K 261 sq., item *τυκτός, κλυτός, πινυτός, ἄπαστος* aliaque multa.

Non tamen *passivo* praecipue proprium est suffixum *-τός*, sed *ἄκλαυτος* e. g. δ 494 dicitur *qui non flet*, X 386 alibi *qui non defletur*, *ἄπυστος* δ 675 ε 127 est *ignarus*, α 242 *ignotus*; *ἄπιστος* ξ 150 ψ 72 est *qui fidem denegat*, *ἄπνευστος* ε 456 *qui spiritum ducere nequit*, etc.

Nonnunquam euphoniae causa inserta est vocalis ε; videatur *ἀριδείκετος* a radice *δεικ*, et quae in substantiva abierunt *κάπετος* atque *ὀχετός* a radicibus (σ)καπ et (Ϝ)εχ. Comparari potest terminatio

---

[1]) Σ 4 *τετελεσμένα ἦεν*, leg. *-ον*.

-(ε)ρος, e. g. in αἰσχρός λιγυρός et κρατερός πενθερός etc.; vid. etiam ἰκ-έ-της.

In adiectiva ἄκλαυτος X 386 δ 494 λ 54, 72 et ἄγνωτος β 175 ν 191, 397 plus semel irrepsit littera σ, ita ut vitiosae formae ἄκλαυστος et ἄγνωστος in mscriptis minime rarae sint.

Quemadmodum autem indicativus aoristi non ea tantum indicat, quae certa quadam occasione facta sunt, sed etiam quae fieri solent si modo occasio se offerat, quem *gnomicum* aoristi usum dicere consuevimus, sic adiectivum verbale in -τός a vera certaque rerum condicione ad credibilia vel verisimilia saepe deflectitur, quoniam „ab esse ad posse" ut loquuntur „valet consequentia." Sic κτητά atque λητστά I 406 sqq. vocantur ea quibus potiri licet, ἀμβατός dicitur urbs ad quam adscendere licet (Z 434), ἄλαστον est id quod nemo non memoria retinet, hinc quod quis non facile e mente sua pellere queat, etc.

Memoratu autem dignae inprimis sunt formulae loquendi quae sequuntur:

μὴ... οὐκέτι φυκτὰ πέλωνται Π 128, ὃ τ' οὐκέτι φύκτ' ἐπέλοντο Φ 299, οὐκέτι φυκτὰ πέλονται ξ 489, *non iam patet fugae via.*

οὐκέτι πιστὰ γυναιξί λ 456, *non iam fides habenda est mulieribus.*

πάλιν τιτὰ Ϝέργα γενέσθαι α 379 β 144, ἅντιτα Ϝέργα γένοιτο Ω 213 ρ 51, 60, ubi τιτὰ Ϝέργα *ultionem* valent.

οὐκ ἐξιτόν ἐστι *non est exitus* (i. e. *exire non licet*) Hes. Theog. 732.

Similem potestatem habet participium τετελεσμένος in formula εἰ τετελεσμένον ἐστί Ξ 196 Σ 427 ε 90 *si effici potest*, ubi idem igitur valet τετελεσμένος quod τελεστός [1]).

Nec non alia nomina semel et iterum a poetis ita adhibita reperiuntur:

φύξιμον εἶναι ε 359 = καταφυγὴν εἶναι (φυκτόν).

οὐχ ἕδος ἐστί Λ 648 Ψ 205 *non iam tempus est sedendi, non iam sedere licet.*

τότε δὴ σκάφος οὐκέτι Ϝοινέων Hes. Op. 572 *tunc non amplius est tempus fodiendi in vineis*, quo tamen loco cum insolita vocis σκάφος vis tum recens genitivi Ϝοινέων terminatio suspicionem movet.

Fortasse etiam Λ 801 = Π 48 ὀλίγη δέ τ' ἀνάπνευσις πολέμοιο huc pertinet.

Ex adiectivo in -τός procrevit alterum verbale in -τέος. Quae

[1]) Quod adiectivum nonnisi praefixa negatione usurpatur, ἀτέλεστος.

conformatio quamquam ab indole linguae epicae non est aliena (vid. *ἄγαμαι-ἀγαθός-ἠγάθεος, βροτός-βρότεος* § 61 etc.), apud Homerum tamen non reperitur. Unum fortasse huc pertinet adiectivum *ἑτεός*, si quidem recte a radice verbi *εἶναι* repetitur; quae originatio significatione huius adiectivi confirmari videtur, propter sigma tamen neglectum minime certa est.

Primum huiusmodi adiectivum apud Hesiodum extat in locutione *οὔ τι φατειός ineffabilis, nefandus*, Theog. 810 Scut. 144, 161; quid enim hoc est nisi *ἄφατος*? Mox vero decrevit diphthongus *-ει-*, et quemadmodum e *χρύσειος* factum est *χρύσεος*, sic verbalia in *-τειος* terminationem *-τεος* acceperunt, qua Pindarus Ol. II 6 et post eum multi usi sunt.

§ 129. Substantivorum verbalium cum per totam linguam Graecam tum praesertim in dictione poetica magna est abundantia.

Sic nomina agentis in *-τωρ* desinentia, e quo genere una vox *ῥήτωρ* postea superstes fuit, apud Homerum reperiuntur *ἀμύντωρ ἐπιβώτωρ ϝίστωρ ἡγήτωρ δώτωρ μήστωρ* aliaque multa. Brevis solet esse horum nominum vocalis *o*, e. g. *δῶτορ* Θ 335; nonnulla tamen longo stirpis sono *ω* utuntur, e. g. *μηστῶρα φόβοιο* Θ 108 etc.; artissimis autem vinculis cohaeret suffixum *-τωρ* cum suffixo *-τηρ*, de quo iam dicturi sumus, cuius suffixi nusquam non producitur vocalis.

Terminatione *-τήρ*, cuius femininum est *-τειρᾰ*, ad homines indicandos sermo pedester postea uti non solebat [1]), sed Homero *sacerdos ἀρητήρ* dicitur, *pastor βοτήρ* (fem. *-βότειρα*), *arator ἀροτήρ*, *orator ῥητήρ*, *praedator ληϊστήρ*, *procus μνηστήρ* etc.; nec non *instrumenta* huius suffixi ope indicantur, translata voluntatis consiliique notione ad res inanimas, e. g. *ζωστήρ, ἀορτήρ, ῥυτήρ, ῥαιστήρ, κρητήρ, λαμπτήρ* [2]). Cui usui etiam verbalia in *-εύς* nonnulla inserviunt, e. g. *ὀχεύς ἀμφιφορεύς*.

Verbalia in *-μος* aut *-θμός* (cf. § 84) multa occurrunt: *δασμός κλισμός δεσμός πλόκαμος πότμος ϝόλμος* etc., *κλαυθμός ὀρχηθμός* etc.

---

[1]) Nam voces *πατήρ μήτηρ θυγάτηρ γαστήρ ἀστήρ ἀνήρ*, quae brevem habent vocalem, huc minus pertinent.

[2]) Item nos *trekker, blaker, drager, houder, hamer* etc. — Eadem ratione *trabes* dicuntur *δοκοί*, quia molem superimpositam *excipiunt* sive *fulciunt*; et *ἀμείβοντες Ψ* 712 vocantur tecti *tibicines*, qui sibi invicem *occurrant* et extremitate iunguntur, perinde atque tibiae dextra ac sinistra.

Inter actionis nomina feminina notatu digna sunt quae in *-τύς* exeunt, e. g. *βοητύς*, de quibus videatur pag. 227, et quae suffixo utuntur *-ωλή* sive *-ωρή*: *τερπωλή*, *φειδωλή*, *παυσωλή*, *Ϝελπωρή*, *ἀλεωρή*. Priscam terminationem *-τις*, cuius littera *τ* in sigma solet mutari, integram exhibent voces *μῆτις*, *φατίς* [1]) et quae non actionem sed agentem indicant *χερνῆτις*, *ληΐτις*, *ἄκοιτις*.

E neutris commemoranda videntur quae in syllabam *-τρον* sive *-θρον* excurrunt, e. g. *ἄροτρον*, *δαΐτρον*, *ζῶστρον*, *λέκτρον*, *φέρτρον*, *λίστρον*, *μέτρον*, *λόετρον*, *λύθρον*, *ποδάνιπτρον*, *θρέπτρον*, *ῥέεθρον*.

CAPUT III.

De augmento et de reduplicatione.

I. *De augmento.*

§ 130. Indicativo temporum historicorum in lingua Graeca proprium est augmentum. Quod in inscriptionibus inde ab antiquissimis temporibus suo loco reperitur semper, neque a poetis vel scriptoribus pedestribus unquam est omissum; librariorum enim quantumvis crebri errores neminem iam ludificant. Soli Homerus atque Hesiodus horumque imitatores hac in re a ceteris Graecis discrepant, passim enim augmentum neglexerunt et nullo quidem discrimine, quod ad verborum structuram vimve enunciatorum pertineat, neglexerunt. Quae res neminem mirum haberet si in ipsa Graecia natum esset augmentum; sic enim statuere liceret, circa ea tempora esse natum quibus exculta est poesis dactylica, vetustissimae igitur linguae aetati| tribuendas esse verborum figuras, quae augmento carent. Sed prorsus aliter res sese habet. Nam augmentum Graeco sermone antiquius est. Graeci hunc sonum, qui integra olim fuit vocula *ἄ-* [2]), cum ipsa lingua acceperunt a pro-

---

[1]) Praeterea post *consonam* suffixum *-τις* superest integrum in *βούβρωστις*, *ἔντησις*, *κνῆστις*, *μνῆστις*. Vocabulum quod postea pervulgatum fuit *πίστις* in lingua epica non occurrit, sed extat in sententia *πίστιες δ' ἄῳ* (Rzach *πίστιες ἄῳ*) *τοι ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὥλεσαν ἄνδρας*, Hes. Oper. 372.

[2]) Vetustum sonum superesse in voce Laconica *ἀπόνυϜα* IGA. 61[a] = Cauer Del[2]. 7 et in inscriptione Elea *Ϙωσμαποισεν* (i. e. *Κοϊὸς μ' ἀπόησεν*) Coll. 1176 (= IGA. 557), quibuscum conspirant glossae Hesychianae *ἄδωρεν ἄβραχεν ἄσβεσθε*, multi crediderunt,

avis suis, unde Indiae quoque Armeniaeque incolae eum duxerunt; ceterae vero gentes, quae ex eadem stirpe sunt prognatae, in verborum flexione aut nunquam usurparunt hoc praefixum aut mature amiserunt. Quae labes si Graecorum quoque linguam tempore antiquissimo invasisset, ita ut augmentum, quod olim fixum atque stabile fuisset, aevo cantorum epicorum coepisset vacillare, nemo non expectaret sonum illum magis magisque in desuetudinem abiturum tandemque interiturum fuisse, quemadmodum digammi — ut hoc exemplo utamur — dominium sensim imminutum esse scimus. At alia omnia fieri videmus; augmenti enim usus ut proprius est Graecis, ita extra poesin epicam constans iis fuit et perpetuus. Quapropter veri dissimile videtur Homerica aetate vim huius praefixi ita fuisse debilitatam ut nihil interesset addereturne verbis necne; immo inter Homeri aequales augmenti usum aeque constantem fuisse atque Athenis aetate Periclis non possumus non suspicari.

Quin certa, ut arbitror, ratione evinci potest diu ante aevum Homericum, perinde atque postea, firmum constantemque fuisse augmenti usum. Nam prius natum est augmentum syllabicum, postea temporale inde prodiit; in Graecorum autem ore soni *εα εε εο* contracti longas vocales *ᾱ η ω* efficere non potuerunt, sed nati sunt hi soni aevo quod Graecae linguae natales antecessit [1]), ad horum autem analogiam deinde *ϝ* et *ϝ̆* in *ι* et *υ* abierunt. Quae omnia quoniam apud Homerum minime rara sunt [2]), patet aetate vatum epicorum augmentum longo usu omnino fuisse stabilitum. Itaque si unquam fuit tempus quo Graeci augmentum pro libito sive addere sive omittere possent, — id quod vix crediderim, — Homericam certe aetatem illud tempus diu antecessit.

Quae cum ita sint, e metri legibus videntur repetendae esse causae, quae effecerunt ut permultis locis carminum epicorum augmentum desideretur. Coniunctim autem sunt consideranda quae

---

cf. Kühner-Blass II p. 6, 1; sed probabilius G. Meyer[2] § 474 statuere mihi videtur non ex communi patria populorum Indogermanicorum illud alpha superesse sed e sono *ā-* in ipsa Graecia denuo esse natum, qualia in Elea certe dialecto minime rara sunt.

[1]) „Bereits in indogermanischer Zeit" G. Meyer[2] § 473 et § 480.

[2]) Certe vocalium *a- e- o-* productio apud Homerum passim reperitur. Verba ab *ϝ-* vel *ϝ̆-* ordientia in lingua Graeca non esse frequentia, Homerum vocalem *ϝ* paucis tantum in formis (*ἴκανε A* 431 etc., *ἶκτο Γ* 56 etc., *ἵκετο A* 362 etc., *ἰάλυτο κ* 359, *ἰπτήλεν χ* 49) produxisse, a vocali *ϝ̆* nullum verbum Homericum incipere, docuit Curtius Verbum I[2] p. 133 sq.

ad augmentum syllabicum quaeque ad temporale pertinent; nam etsi illud antiquius hoc recentius est, utrumque tamen diu ante aevum epicum et ante ipsam adeo linguam Graecam natum esse vidimus.

Rogantibus igitur quid moverit veteres cantores ut verborum partem minime supervacaneam passim negligerent, viam nobis indicat ars statistica; haec enim docet augmentum frequentius (3:2) usurpatum ab iis esse quam neglectum; e formis autem, quae augmento syllabico destitutae sunt, quartam quamque initio versus reperiri. Hae igitur collocatae sunt illa sede hexametri, ubi periit syllaba quam habebat metrum antiquissimum; nam e duplicatis versiculis, quorum schema est

⏑–⏑⏑–⏑⏑–⏑

prodiisse versum heroicum supra pag. 9 vidimus.

Aphaeresis igitur, quam dicere consuevimus, cernitur locis qualis est *A* 34:

(ἐ)βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,

neque est cur credamus vetustos cantores initialem illam syllabam, quae extra hexametri numeros esset posita, omnino reticuisse. Immo eadem ratione eam habuerunt, nisi omnia nos fallunt, qua utebantur in syllabis elisione offuscatis; hae quoque quam brevissime enunciabantur et veluti absentes aderant, vel si quis mavult, aberant praesentes; percipiebat eas auris, non numerabat; sententiam explebant, non onerabant metrum; utiles denique erant audientibus neque canenti molestae [1]). Nostro igitur iure talibus locis aphaereseos signum praefigimus, quo indicemus Homerum, ut reliquos Graecos, *ἔβη* dixisse, *προβατίου* — ut cum Cratino loquar — *τὸ βῆ βῆ λέγειν* esse rati. Eiusmodi autem versus *προκεφάλους* vocare licebit nomine e veterum grammaticorum arte desumto [2]).

Eadem argumentatione evincitur, augmenti temporalis iacturam post caesuram femininam nihil habere quod miremur, quoniam in prisca arte anceps fuit haec syllaba; videantur quae pag. 11 observavimus. Omnino autem post caesuram, etiam post masculinam tertii quartique pedum caesuram, facile excusatur augmenti suppressio, nec non post diaeresin bucolicam; quibus locis novum

---

[1]) Pronunciandi hunc morem, quem apud Romanos quoque invaluisse nemo nescit, optime illustrat Gellii disputatio XIII 21, quo loco Vergilianum *turrim in praecipiti stantem* iucundioris gracilitatis esse contendit quam si per *e* litteram dicas *turrem*.

[2]) Vid. schol. Hephaestion. p. 149 et 181 Gaisford, Christ Metrik[3] p. 195.

numerorum nasci ordinem satis superque docet aequanimitas, qua hiatum illic toleraverunt poetae epici. Denique post primum dactylum quadamtenus concessa est augmenti syllabici aphaeresis, quoniam illa quoque sede hexameter pausam admittit. Vid. § 14 et 15.

Ergo, ut exemplo allato rem clariore in luce ponamus, versum *Π* 230:

νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας, ἀφύσσατο δ' αἴθοπα Ϝοῖνον

sic potius aliquando cantatum esse libenter credimus:

ἐνίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας, ἠφύσσατο δ' αἴθοπα Ϝοῖνον,

aut, si producta vocalis *ā* linguae Homericae concedenda videtur, *ἀφύσσατο*. Egregie autem hanc opinionem confirmat ratio, qua imperfecto *ἠμείβετο* usi sunt poetae epici; quod octoginta locis legitur integrum, imminuta vero forma *ἀμείβετο* nonnisi post caesuram femininam reperitur (*Γ* 171, 228 *N* 823 *δ* 382, 398 *ι* 272, 287, 368 *λ* 180, 215, 563 *μ* 115), aut post vocalem in loquendi formula *καὶ ἀμείβετο μύθῳ* (*Ω* 200, 424 *ζ* 67 *ο* 434, 439), quae correptio quomodo sit interpretanda mox videbimus, aut in composito *ἀπᾰμείβετο*, quod nisi correpta syllaba *-α-* metro dactylico inseri non poterat.

Ultima autem observatio alteram causam nobis indicat, quae ad imminuendam augmenti syllabam poetas epicos saepissime impulit, immo coegit. Nempe verba permulta, in his autem quae sunt antiquissima et prae ceteris usitata, abundant formis, quae postquam additum est augmentum metro dactylico aut omnino refragantur aut facile adaptari nequeunt. Ad prius genus, quod infinitam fere complectitur verborum copiam, pertinent:

1) ⏑⏑– vel ⏑⏑⏑: *ἐφερόμην, ἐπιθόμην, ἐκεχάροντο, ἐκεκάδοντο, ἐτετύκοντο, ἐκονάβησαν, ἐγένετο, ἐδύνατο, ἐβάλετο, ἐκέχυτο, ἐλέλαθον, ἐνέβαλε, ἐνέπεσε, ἀνεϜέρυον* [1]);

2) –⏑– : *ἠγόρευε, ἠράβησε, ἠτίταλλε, ὠλέκοντο, ὠνόμαζε* [2]);

3) ⏑––⏑: *ξυνέβλητο, ἐβουλεύσατο, ἀπημείβετο* [3]) aliaque permulta; cf. § 28.

---

[1]) Composita, quale est *ἐνίβαλε*, pronunciata sunt ♪ ♪ ♪ ♪, quod deinde, cum magis confirmati sunt numeri dactylici severioribusque legibus adstricti, abiit in ♩ ♪ ♪ (*ἔμβαλε*).

[2]) Verba ab anapaesto incipientia, quorum prima syllaba est *ἀ-*, enumerat La Roche, das Augment des Griechischen Verbums p. 15, quaeque a syllaba *ὀ-* ordiuntur ibid. p. 18.

[3]) Vid. supra.

E posteriore vero genere sunt *ἔπαθον*, *ἔϝιδον*, *ἔλαθον*, *ἔταμον*, *ἔβαλε*, *ἔφερε* aliaeque formae sexcentae imperfecti atque aoristi, quae tribrachyn efficiunt; aut enim postrema harum syllaba elisione erat decurtanda vel positione amplificanda, aut abicienda erat syllaba initialis. Idem valet de formis antispastum quem dicunt efficientibus (⏑ – – ⏑) *ἐβόμβησε*, *ἀνώρουσε*, *ἐπίτναντο* etc.

Sic in arte vetustorum cantorum sensim increbruit mos pro nihilo numerandi augmentum cum syllabicum tum temporale. Silentio unquam ab iis fuisse praetermissum, id non magis credibile videtur quam syllabas quae elidendae erant ab iis esse recisas, ita ut inter *ἔγχε(ι)* et *ἔγχε(α)* vel inter *εὔχε(αι)* et *εὔχε(ο)* nullum percipere retur discrimen. Sed quod ad numeros dactylicos attinebat, perinde erat utrum adesset augmentum necne; ratio versuum ubi ferebat, syllabicum augmentum extra versus numeros collocabatur [1]), quaeque temporali augmento extensae erant vocales, pro syllabis ancipitibus habebantur.

Quem vero morem pepererunt verborum Graecorum indoles et metrica necessitas, is deinde latius latiusque efloruit; passivum *ἀγόμην*, quod necessarium erat, peperit activum *ἄγον*, quo ars epica supersedere potuisset; et mox quodlibet augmentum qualibet hexametri sede extra numeros versus collocari posse videbatur, passimque ea libertate usi sunt cantores; formae *ἄγε* (*ἦγε*) - *ἄγε* vel *εἶλε* - *ἕλε* eodem iam iure tenebantur quo *Ἄρες* - *Ἄρες*, *μείλινος* - *μέλινος* aliaque huiusmodi, quae in lingua epica haudquaquam rara sunt (vid. § 18 et 38). Concessa autem haec libertas in iis praesertim sonis videri debuit, quos sequitur vocalis: *ἄεσαν*, *διάει*, *ἀάσθην*, *ἄειρε*, *ἄειδε*, *ἀέξετο*, *ἄιεν*, *ἀολλίσθησαν*, *ἄνσαν*, *ἔασας*, *ἰαίνετο*, *ἴαλλον*, *ἴανον*, *προΐαψε*, *ἴει*, *ὀιζύομεν*, *ὀίσατο*, etc.; vid. § 17. Multo autem frequentius temporale augmentum quam syllabicum sine iusta causa neglectum est.

Nempe iusta causa tum demum deest cum verbi, quod sine molestia hexametro inseri potest, augmentum negligitur *post consonam*, neque antecedente caesura aut diaeresi. E. g.

---

[1]) Si quis mavult, ita sibi informato rem, eodem enim redit: augmenti syllabici quantitatem fuisse moras dimidiatae (♪), syllabae autem temporali augmento extensae morarum 1½ (♩.), hinc poetas pro re nata syllabicum augmentum modo pro nihilo modo pro tota mora (♪) numerasse, temporale modo pro duobus moris (♩) modo pro una (♪).

'κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο. *Λ* 56.
ὣς ἔφαθ'· αἶ δ' ἄρα τῆς μάλα μὲν 'κλύον ἠδ' ἐπίθοντο. *ζ* 247.
καὶ τὰς μὲν 'σεῦαν ποταμὸν πάρα δινήεντα. *ζ* 89.

Aphaeresis autem syllabici augmenti, quae huiusmodi locis cernitur, neque ex Homericae dictionis indole satis apte potest explicari neque cum recentioris linguae proprietate comparari. Post *vocales* vero syllabici augmenti suppressio postea quoque pervulgata permansit inter poetas; qua de re mox plura erunt dicenda.

Subiungam nunc computationem, quae debetur ferreae industriae amici mei Mendes da Costa; hic enim locos Homericos, qui huc faciunt, cunctos collegit, disposuit, diudicavit, et schedas, in quibus consignata habebat quae magno labore indagaverat, liberaliter mihi commodavit, ut pro meo arbitrio iis uterer.

Ex huius igitur viri docti catalogis didici quae iam cum lectoribus communicabo:

I. Augmentum *syllabicum*

legitur locis	5294 [1]		
addi potest locis	982 [2]		
			6276
abest a formis quae hexametro alioqui inseri non poterant	450		
abest versus initio	1053		
post caesuram	843		
post pedem quartum	510		
post primum dactylum	41		
		2447	
abest post vocalem longam	411		
„ „ brevem	95		
		506	
			8403
			9679

[1]) Non tantum locorum, ubi mscripta inter se consentiunt, in hac computatione habita est ratio, sed si modo in uno pluribusve codicibus legeretur augmentum, adesse in textu tradito statuit amicus.

[2]) In hanc summam amicus recepit etiam locos satis crebros, ubi augmentum ut addi possit, feminea caesura in masculam est mutanda. Quales mutationes habere quod displiceat ex iis quae pag. 9-14 disputavimus sequitur; sed quoniam quicquid hinc demitur, infra addendum est summae locorum ubi augmentum post vocalem brevem neglegitur, ultima huius computationis ratio vel sic constabit.

abest post consonam	810	
in compositis	330	
		1140.

Ergo locorum, ubi certas ob causas neglectum est augmentum syllabicum, et locorum ubi iusta causa nulla indicari potest, ratio est 9679/1140 sive 17/2.

II. Augmentum *temporale*

legitur locis	3518		
addi potest	428 [1]		
		3936	
metro cogente negligitur	407		
ante vocalem negligitur	195		
		602	
			4538
sine iusta causa negligitur	1095		
negligitur in compositis	258		
			1353

Ergo causa neglecti augmenti temporalis apparet locis 4538, locis vero 1353 secundum Mendesium non apparet, ita ut ratio intercedat 4538/1353, sive 7/2. A summa autem locorum excusatione carentium detrahere licet etiam versus, ubi augmentum temporale *post caesuram* femininam negligitur, quales hexametros iusta causa haudquaquam carere docuit Usener, cf. supra pag. 11 et 330; nec non aliquatenus minui mihi videtur licentia ubi *post vocalem* neglectum est augmentum temporale. Vel sic tamen constat veteres poetas multo facilius adduci potuisse ut syllabam augmento temporali gravatam pro brevi, quam ut augmentum syllabicum pro nihilo haberent.

Coniunctim autem in hisce computationibus tractavi Iliadem et Odysseam, cavendum esse intellegens ne lectorem numeris obruerem. Quamquam non eodem iure tenetur utrumque epos, aliquanto enim maior in Iliade quam in Odyssea est augmenti contemtus.

Hactenus de proferendi tantum ratione locuti sumus: nunc de ratione scribendi nonnulla sunt observanda. Vetusta litteratura

[1]) De hac summa idem valet quod de syllabici augmenti restitutione observavi in annotatione praecedenti.

augmentum temporale verborum, quae a sono ε- vel ο- incipiunt, oculis ostendere non poterat; fluxit hinc e. g. discrepantia mscriptorum *T* 259, ubi litteras vetustas *ΣΑΚΕΙΕΛΑΣΕ* alii interpretati sunt *σάκεϊ Πλασ'*, alii *σάκε' ἤλασεν*, cf. § 18. Vocalium ι- et υ- autem productio nunquam potuit scripto indicari. Neque in Aeolica Doricave dialecto cernitur augmentum verborum quae a littera α- incipiunt; *ΑΓΟΜΕΝ* enim sitne *ἄγομεν* pronunciandum an *ἄγομεν*, id ex verborum contextu debet effici, non ex litterarum figuris. Homerica autem lingua quam innumeris locis inter vocales *H* et *A* fluctuet in § 6 vidimus; itaque credibile est, ut minimum dicam, in carminibus epicis talia auribus tantum, non oculis distincta esse olim; si autem verbi, quod aperit littera alpha, syllaba initialis positione producebatur, quomodo sciri poterat voluissetne poeta *ἄρχε* proferri — ut hoc exemplo utar — an *ἄρχε* (*ἦρχε*)? *αἴδετο* an *ᾄδετο* (*ἤδετο*)?

Ergo verborum formae, quae integrum habent augmentum temporale quaeque imminutum, metro tantum, non scripto distinguebantur olim, et nostri est arbitrii singulis locis statuere quid ferat sana ratio.

Syllabicum vero augmentum fueritne aliquando iis quoque locis scriptum ubi morae vicem non explet, an in mscriptis inde ab antiquissimis temporibus illic fuerit omissum, id pro certo statuere nequeo. Fortasse aliquid ad hanc quaestionem dirimendam valet inscriptio Corcyraea CIG. 1914 (= Kaibel Epigr. 183):

ἦ μάλα δὴ περὶ σεῖο λυγρὸμ πότμον ἔκλυε πάτρα,
Ἀλκή[ν], Ἀμφιλόχωγ γαῖα Θρασυπτολέμων,
οὕνεκεν Ἰλλυριοῖσιν ὑφ' ἱππομάχοισι δαμάσθης·
ὀστέα δ' ἐν νάσ[ω]ι [τ]αῖδ' ἕταροι ἐκτέρισαν etc.,

ubi in quarto versu *ἐκτέρισαν* scriptum sed *'κτέρισαν* pronunciandum est, nec non in primo versu ni fallor *πὄτμον 'κλύε* dici voluit poeta. Sed quoniam in versu tertio non constat haec ratio neque perantiquus est titulus, praestat opinor non multum huic monumento tribuisse. Aliquanto plus ad persuadendum valet versus Hesiodeus Theog. 281:

ἐξέθορε Χρῦσάωρ τε μέγας καὶ Πήγασος ἵππος,

ubi legendum esse *ἔκθορε*, quod unus codex praebet, vidit Guyetus. Et satis certa res mihi videtur Theog. 856:

ἔπρεσε Θεσπεσίας κεφαλὰς δεινοῖο πελώρου,

nihili enim formam *ἔπρεσε* pro *ἔπρησε torruit* peperit vetusta litteratura. Omnino igitur hoc de loco mihi staret sententia, nisi clum-

bes fierent numeri scribendo *'πρῆσεν Θεσπεσίας* etc.; fuitne olim *Θεσπεσίας 'πρῆσεν*?

Sed haec hactenus, nihil enim quod satis certum sit atque exploratum ex tenuibus hisce indiciis effici potest. Nos aphaereseos signum appinximus formis quae augmento syllabico carent, non quo indicaremus antiquitus in mscriptis plene perscriptum fuisse, sed quoniam dum vivebat poesis epica ex ore cantorum semper auditum esse putamus. Posterioris aetatis rhapsodos augmenti nullam omnino rationem habentes dixisse *βῆ* et *ἕλε* ut *βῆναι* et *ἑλεῖν* dicebant, nullumque inter *ἄγομεν ducimus* et *ἄγομεν ducebamus* fecisse pronunciandi discrimen, id si quis perhibet, equidem quominus in animum sibi inducat non intercedo, contrarium enim demonstrari nequit, et Alexandrina certe aetate nemo dubitabat quin epicae linguae fuisset proprium augmentum spernere.

Haec si probabiliter sunt disputata, sequitur ut augmentum scribamus ubicunque per metrum liceat, quoniam metri tantum causa negligi solet. Itaque si nihil habent numeri versus quod alteram litteras dividendi rationem magis commendet, scribemus *οὐδ' ἐδύναντο, σ' ἔτρεφε, δ' ἔνιψ'* aliaque eiusmodi. Ubi in lectione tradita omissum est augmentum temporale, quod additum metro non sit nociturum, addemus; *ἦρχε* igitur cum Heynio scribemus *Γ* 447, ad exemplum ceterorum locorum, ubi hoc imperfectum legitur; item *ἤδετο Φ* 468 *ζ* 66, 329 *θ* 86 et *ἤδεσθεν H* 93, collato *ἠδέσατο φ* 28 aliisque verbis eiusdem conformationis; *ἦνεον ἤρεον*; si quis autem Fickium secutus, aliisve argumentis perductus, ionicam vocalem *η* per totum Homerum in *ᾱ* mutandam esse sibi persuaserit [1]), *ᾄδετο, ᾄδεσθεν, ἄρχε, ᾶνεον, ᾶρεον* etc. constanter scribet, quemadmodum in textu recepto scribitur *ἄασε ἄιον ἄεσα* propter vocalem insequentem. Neque codicum reverentia deterrere nos poterit quominus *ὦτρυνε ὠπλίσσατο ὦρνυτο ᾤχετο εἶλκε εἶντο* et similia scribamus, etiamsi *ὄτρυνε* vel *ἕλκε* in omnibus mscriptis et nunc legatur et ab Aristarcho lectum sit. In diudicandis autem verbis, quae a syllaba *ευ-* vel *ει-* incipiunt, recordabimur mscriptorum nullam omnino esse fidem, quae vel Atticis scriptoribus summa pervicacia obtrudere soleant formas quales sunt *εὖδον, εὔχετο, εἴκαζε*, licet ex lapidibus veterumque grammaticorum testimoniis satis superque constet Graecos olim

---

[1]) Vid. § 6.

ηὖδον etc. dixisse et scripsisse [1]). Cuius moris vestigia in Homeri versu Ω 678 servant papyri musei Britannici dignitate et vetustate insignes CXIV (Bankes.) et CXXVIII, in utroque enim exaratum est *HTΔON*, quod alia deinde manus in *ETΔON* mutavit.

Hexametri vero origo et indoles dehortantur ne augmenti in gratiam femineae caesurae substituamus masculam aut e dactylo faciamus spondeum; licet versus, quales sunt *Α* 284 *ἰνόησ' || Ἀγαμέμνονα* et *Ψ* 296 *ἔδωκ' || Ἀγχισιάδης*, ad huiusmodi mutationes defendendas possint afferri. In carminum Homericorum recensione nostra hanc rem non satis perpendimus, in secunda autem quae paratur editione non scribemus e. g. *Α* 56 *τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδ' ἐκαλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς*, sed *ἀγορήνδε 'καλέσσατο*. Omnino autem vitiosos esse hexametros qui post quartum trochaeum incidantur, in § 8 pag. 18 sqq. vidimus, quales tamen versus P. Knight augmenti causa passim in textum Homericum invexit, neque multo cautiorem se praestitit Fick in Odysseae Iliadisque recensione. In exitu vero hexametri voces tetrasyllabas minus placere quam trisyllabas, ideoque scribendum esse *ὅσσε φάενθεν Α* 200 et similia, non recte statuisse videtur Bekker; videantur quae pag. 23 disputavimus.

Manuscriptorum autem ut in quaestiunculis, quae ad formam magis verborum epicorum quam ad ipsa verba pertinent, sublesta omnino est fides, sic in augmento addendo vel omittendo summa est inconstantia; modo enim adiciunt augmentum quod caesurae causa est recidendum, modo negligunt augmentum quod sine ullo numerorum detrimento potest addi, passim autem inter se discrepant. Itaque aut Kirchhoffio concedamus necesse est certi nihil hac de re proferri posse ideoque singulis locis, utpote in summa argumentorum inopia rerumque desperatione, standum esse auctoritate codicum [2]), aut nostro iudicio hanc quaestionem permissam esse putabimus. Neque veterum grammaticorum auctoritas hic potest debetve valere ulla, his enim ad dirimendam hanc controversiam

---

[1]) Grammaticorum testimonia affert e. g. La Roche Augment p. 21, lapidum Atticorum Meisterhans Grammatik d. att. Inschr.[2] p. 136; adde *ἀνῆρε* in inscriptione Epidauria 3340[25] Collitz.

[2]) Videantur quae scripsit Odyssee[3] Vorwort p. XII: „wenn ... gegenüber der „Frage vom Gebrauche des Augmentes die Regulirung unterlassen und die Auswahl „eine geradezu principienlose ist, so habe ich zu bemerken, dass diesem Verfahren „die Absicht zu Grunde liegt ausdrücklich darauf hinzuweisen, dass wir meines „Erachtens hier einem mit unsern Mitteln nicht lösbaren Probleme gegenüber „stehen", quaeque ibi sequuntur.

meliora argumenta quam nobis qui nunc vivimus quomodo tandem potuerunt praesto esse? Quod autem multis locis in scholiis legitur, Aristarchum „ἰαχῶς" omisisse augmentum [1]), id quod nunquam nisi optimorum librorum auctoritate fretum eum fecisse per me licet cum Schmidtio et Ludwichio statuamus, — id nihil probat; nam ἰαχῶς in talibus loquendi formulis idem valet quod ὁμηρικῶς, neque igitur argumenti loco additur, ut indicetur *cur* Aristarchus augmentum omiserit, sed mera est observatio critica, in Aristarchi editionibus *more epico* hic, ut alibi, omissum fuisse augmentum [2]). Si vero sumat quispiam adverbium ἰαχῶς vertendum esse *more Ionicae dialecti*, et inde efficiat Aristarcho iudice ab Iade alienum fuisse augmentum, manifesti erroris Aristarchum insimulet quique monumentorum litteratorum ope facile refelli queat; nam quae sermone pedestri conceptae sunt inscriptiones Ionicae inde ab antiquissimis temporibus augmentum nunquam omiserunt; verba ἦλθον et ἔγραψαν saeculo VII° cruribus statuarum, quae in loco Abu Simbel etiamnunc supersunt, insculpserunt milites Psammetichi, et sic porro; ne umbra quidem licentiae vel dubitationis hac in re deprehenditur, satisque hinc apparet quomodo de mscriptorum fide sit iudicandum locis Herodoteis, ubi augmentum frustra quaeritur.

Manifestum et admodum absurdum est vitium, quod augmenti temporalis iactura peperit *H* 434:

τῆμος ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κριτὸς ἔγρετο λαὸς Ἀχαιῶν,

immo ἦγρετο, quod restituerunt Duentzer Cobet La Roche, a verbo ἀγείρειν, non enim circa bustum nondum scilicet extructum Argivorum exercitus totam noctem *dormivit*, sed nunc *colligitur* ad opus peragendum; redit error Ω 789. Atticas igitur litteras *ΕΓΡΕΤΟ* fefellisse transscriptores nemo non videt. Talia autem vitia quoniam invita sententia irrepsisse videmus, dubitari nequit quin in plures locos irrepere potuerint et tantum non debuerint. Et nonne

---

[1]) Videantur *A* 162, 314, 464 *B* 35, 205, 427, 682, 751 *Γ* 415 *Δ* 213, 329, 367, 517 *E* 900 *Z* 157, 373 *I* 86 *K* 359 *M* 420 *Ξ* 114, 171 *O* 601 *Π* 120, 207 *Σ* 549 *Φ* 84 *Ψ* 455, 691 *δ* 39. Aristarchus augmentum omisisse dicitur praeterea *Γ* 262 *H* 420 *Θ* 55 *I* 492, 574 *Λ* 457, 600, 773 *M* 446 *N* 383 *Π* 406, 409, 504 *Γ* 139, 395 *Σ* 557 *X* 36 *Ψ* 106 *γ* 335 *ε* 43, 124 *ι* 544 *κ* 453 etc., La Roche Textkritik p. 423 sqq., M. Schmidt in Philologo IX p. 426 sqq., Ludwich Aristarch. I ad *Δ* 329 *Ξ* 171 *δ* 252, et II p. 112 sq.

[2]) Recte Ludwich Aristarch. II p. 122 ann. 93: „eine ionische, d. i. Homerische „Eigenthümlichkeit."

Athenienses *ηὐξάμην* et *ηὗρε* et *ἧκαζον* dixisse scimus? mscripta tamen formas, quae a diphthongis *ευ-* et *ει-* incipiunt, semper iis tribuunt aut fere semper. Nonne certum est in Attica indicativum plusquamperfecti augmento syllabico nihilo magis caruisse quam cetera indicativi tempora historica [1]? et tamen passim capite truncae huiusmodi formae reperiuntur in mscriptis. Nonne tragicos comicosque verborum formis augmento syllabico carentibus passim usos esse crediderit tiro qui ex obsoletis tantum editionibus eorum familiaritatem contraxerit? nonne comicos Ionica verbi *ἐθέλειν* forma ad libitum uti potuisse multi crediderunt? et tamen certo est certius Aristophanem nisi in parodia et in formula illa *εἰ θεὸς θέλει* formam disyllabam *θέλω* non usurpasse, neque tragicos unquam omisisse augmentum syllabicum [2] nisi versuum initio in *ἀγγέλων φήσεσιν*, ubi ad epicam amplitudinem eorum dictio assurgit [3]; cf. supra pag. 11. Scilicet *aphaereseos* signum omissum olim doctos indoctosque ludificabat [4], hodie nemo opinor dubitat quin semper et ubique sit praemittendum, nisi quis mavult talibus locis integram perscribere vocalem *ἐ-*, id quod e. g. fecit Nauckius in suis scenicorum editionibus. *Post vocalem* enim augmentum negligi poterat, e. g. *ἐγὼ (ἐ)δόκουν* (Soph. Ant. 557), *μισθοῦ (ἐ)πόρευε* (Soph. Trach. 560), *δὴ (ἐ)βόησε* (ibid. 772), *ἐπεὶ (ἐ)δάκρυσα* (Philoct. 860), *ἦ (ἐ)τολμήσατε* (ibid. 369); „qua vocalis initialis elisione vel, ut accuratius dicamus, deminutione efficitur ut neque hiatum creet neque morae vicem sustineat" [5]; nihil autem discrepat augmenti syllabici aphaeresis a suppressione primae litterae vocis *ἐστι* vel *ἐγώ*; conferantur etiam

---

[1]) „Augmentum plusquamperfecti saepissime omiserunt inferiorum temporum scriptores, nusquam omiserunt Attici veteres", Dindorf ad Aristoph. Acharn. vs. 10. — „Das syllabische Augment des Plusquamperfects wird in der klassischen Zeit nie „weggelassen", Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 135. — Ergo loci crebri, e codicibus a La Rochio Zeitschr. f. öst. Gymn. 1874 p. 408 sqq. et Augment p. 37 sq. collecti, ubi tale augmentum in scriptorum pedestrium textu tradito deest, nihil docent nisi librarios passim hac in re errasse.

[2]) Temporale nunquam ab iis est neglectum.

[3]) Vid. Aesch. Pers. 376, 416, 458, 506 Choeph. 738 fr. 298[3], Soph. Oed. R. 1249 Col. 1606, 1624 (?) El. 715 sq. Trach. 904, 915, Eur. Hec. 1153 (?) Phoen. 1246 (?) Bacch. 767, 1066, 1084, G. Hermann in praefatione Bacccharum, Matthiae Gramm.[3] p. 294 sq., Ahrens de crasi et aphaeresi 1845 p. 23 (= kl. Schr. I p. 77). — Suspecti sunt Aesch. Pers. 313 Soph. Phil. 371 Eur. Hec. 580 (?) Bacch. 1134, ubi in medio trimetro neglectum est augmentum; nec non correctus est versus Aesch. Choeph. 930 in stichomythia collocatus, cuius initio augmentum desideratur.

[4]) Conferri possunt quos citat Matthiae l. l. p. 293.

[5]) Sunt verba Ahrensii de crasi et aphaeresi p. 22 (= kl. Schr. I p. 76).

pulum evellunt cognatae conformationis tempora historica εἶχον εἴχετο εἷλον εἵλετο εἶπον εἵπετο εἴασα εἴαον εἶσαν παρείθη (Ψ 868) etc., quae quin vere Homericae sint formae ne dubitare quidem nos sinunt versuum numeri. Attamen intactos reliquimus aoristos ἑσπόμην et ἑζόμην, qui licet ex ἐ-σε-σπόμην et ἐ-σε-σδόμην (a radicibus σεπ *sequor* et σεδ *sedeo*) sint nati, noluimus tamen formas εἱσπόμην et εἱζόμην, quibus ne posterioris quidem aevi homines usi sunt, Homero obtrudere.

§ 131. Verba, quorum stirps in ipsa lingua Homerica a littera ϝ incipit, augmento syllabico uti, vix opus est observari. Et multae huiusmodi formae satis integrae sunt traditae, e. g. ἔ(ϝ)αξαν γ 298, ἐ(ϝ)άγη Γ 367, ἐ(ϝ)άλη Ν 408, ἔ(ϝ)εργε Θ 213, ἔ(ϝ)ειπε Β 194, ἐ(ϝ)είσαο Ι 645, ἐ(ϝ)ίσατο Ο 415 (mss. ἐείσατο, vid. § 201). Aliae lenem correctionem requirunt: ἔϝϝαδε Ξ 340 etc. (mss. εὔαδε, vid. § 40 pag. 154), ἐϝοινοχόει Δ 3 υ 255 (mss. ἐῳνοχόει vel ἐνῳνοχόει), ἐϝάνασσε Κ 33 etc. (mss. ἤνασσε, sed sincera forma ἐάνασσε extat e. g. in Alcaei fr. 64), ἐϝάνδανε Η 45 Ω 25 γ 143 (mss. ἐφήνδανε, ἐήνδανε, ἑήνδανε), ἐϝέλιξε Α 530 etc., ἐϝελίχθη Χ 448 ξ 306, ἐϝέλιχθεν Ζ 109 (mss. ἐλέλιξε, ἐλελίχθη, ἐλέλιχθεν, vid. § 41[24]), ἐϝέϝικτο δ 796 etc. (mss. ἤικτο), ἐϝέϝισκε δ 247 (mss. ἤισκε), ἐϝεϝίσκομεν Φ 332 (mss. ἠίσκομεν), ἐϝεϝόλπει Τ 328 φ 96 (mss. ἐώλπει, item ω 312), (ἐ)ϝεϝόργει δ 693 (mss. ἐώργει) ξ 289 (mss. ἐεώργει aut ἐώργει), (ἐ)ϝεϝοίκει Β 58 etc. (mss. ἐῴκει). Nonnulli loci gravius sunt corrupti, e. g. ι 419 οὕτω γάρ πού μ' ἤλπετ'(ο), ubi Cobet scripsit οὕτω γάρ τί μ' ἐϝέλπετ'(ο); ω 313 θυμὸς δ' ἔτι νῶιν ἐώλπει, ubi fortasse legendum est θυμὸς δ' ἔτι ἦμ'(ι) ἐϝεϝόλπει; λ 162 οὐδ' εἶδες, ubi ηὗρες poetam dedisse suspicamur, etc.

Etiam aoristus ἕηκα in lingua epica huiusmodi augmento utitur, licet littera spirans, unde radix ση- primitus incepit, interierit [1]); item ἔωσα Π 410 ι 81, ἐώθει h. Merc. 305 [2]); nec non aoristus ἑάφθη *ruit* Ν 543 Ξ 419, cuius incerta est origo (ab ἰάπτω? cf. pag. 351, 3) hic est commemorandus.

Verbi ὁρᾶν augmentum apud Homerum nusquam apparet. Notatu denique dignum est verbum ὀίγνυμι (§ 241[1]), impf. ὠιγν- etc. [3]), Att. ἀνοίγω vel ἀνοίγνυμι, ἀνέῳγον.

---

[1]) Multo magis mirabile est verbi ἵημι perfectum passivi, quo Herodotus utitur in compositione, μεμετιμένος V 108 etc.

[2]) Sed sine augmento (syllabico) ἀπῶσε Ρ 649 etc.

[3]) Eadem ratione formatum est augmentum verbi ὀίω sive ὀίομαι § 292*, Att. οἴ(ο)μαι.

§ 132. De formis verborum, a litteris *λ*, *μ*, *ν*, *ϝ*, *σ* incipientium, quae post augmentum syllabicum iteratam habent stirpis litteram initialem, *ἔλλαβε*, *ἐλλάβετο*, *ἔλλαχε*, *ἐλλισάμην*, *ἐλλίσσετο*, *ἐλλιτάνευε*, *ἐλλιτάνευσα*, *ἔμμαθες*, *ἔμμαθε*, *ἔμμορε*, *ἀπεννίζοντο*, *ἐϝϝαδε*, *ἐϝϝείδησθα*, *ἐϝϝείδει*, *ἔϝϝιδε*, *ἐσσείοντο*, *ἐσσεύοντο*, *ἔσσευα*, *ἔσσυμαι*, quae observanda videbantur in § 27 pag. 109 sq. diximus. Priscas formas *ἐλέλαβε*, *ἐλελάβετο*, *ἐλέλαχε*, *ἐμέμαθε(ς)* fuisse cum Froehdio Bezzenb. Beitr. III p. 16 illic coniecimus, idem autem de radicis *ϝιδ-* formis suspicari licet (*ἐϝεϝείδησθα*, *ἐϝεϝείδει*, *ἐϝέϝιδε*); ceterae stirpes olim a duabus consonis incipiebant (*ἔ-σϝαδε*, *ἐ-σϝείοντο* etc.).

Quae autem a consona *ϱ* incipiunt verba, eorum littera liquida post augmentum syllabicum constanter in epica dictione, ut in Attica, geminatur. Excipiendae tamen sunt formae Homericae *ἐράπτομεν* *π* 379, *ἐρῦετο* *ἔρῡτο* *ἐρῦσατο* *Z* 403 *Δ* 138 *Λ* 363 etc., et fortasse *ἔρεζε* *ἔρεξα* *B* 400 *Λ* 361 *I* 453 etc. (§ 224[3]), nisi pro his *ἔϝερξε* et *ἔϝερξα* est legendum. Vid. § 27 pag. 103.

Aliena a lingua Homeri est augmenti syllaba *ἠ-* pro *ἐ-*. Nam *ἤικτο* *ἤισκε* *ἠίσκομεν* sine dubio in *ἐϝέϝικτο* *ἐϝέϝισκε* *ἐϝεϝίσκομεν* sunt mutanda (vid. § 131); *ἠείδησθα* et *ἠείδει* similem, nisi fallor, habent originem (vid. supra); pro *νεήνισιν εἰοικυῖαι* *Σ* 418 non *ἠοικυῖαι* est legendum, quod Curtio (Verbum II[2] p. 151) aliisque placuit, sed *νεήνισσιν ϝεϝικυῖαι*; *ἤμελλον* est lectio Zenodoti *M* 34 *ὥς ἤμελλον*, sed ibi omnino praestat quod Aristarchus legebat et hodierna manuscripta praebent *ὡς ἄρ' ἔμελλον*. Etiam in Hesiodi Theogonia vs. 478, 888, 898 occurrit hoc imperfectum, quod sero demum creatum est, fortasse ad verbi *ἤθελον* exemplum [1]); sed horum locorum primus manifesto vitio laborat: *ἤμελλε τεκέσθαι*, quod certa emendatione sustulit Fick rescribens *τέξεσθαι ἔμελλε* (cf. vs. 468 et § 107); neque integri videntur reliqui duo; si sunt, fieri non potest quin infimae debeantur aetati [2]).

Perperam Curtius huc referebat formam *ἤειρε* *K* 499, a radice *σερ* (*ἔερμαι* § 277) repetens; nam ad *ἀείρειν* pertinere docet *O* 680; cf. § 256. Imperfecti *ἤια* (§ 308) denique origo nimis est obscura quam ut certi quidquam inde possit effici; disyllabas formas *ἦα* *ἦε*

---

[1]) Nempe imperfectum *ἤθελον*, quod ab *ἐθέλειν* ductum est, a breviore huius verbi forma *θέλειν* ductum videri poterat. Vid. G. Meyer[2] p. 422.

[2]) Apud bonae aetatis poetas *ἠμελλ-* praeterea hisce tantum locis repertum est: Theognid. vs. 259 *πολλάκι δ' ἠμείλησα*, ubi nihil vetat cum multis mscriptis *δὴ μείλησα* scribi, Arist. Ran. 1038 *τὸν λόφον ἠμελλ' ἐπιθήσειν*, in quibus verbis plura molesta sunt, Eccles. 597 *τοῦτο γὰρ ἤμελλον ἐγὼ λέξειν*, leg. *τουτὶ γὰρ ἔμελλον*?

a stirpe pleniore *εἰ* ductas esse, trisyllabas vero ad exemplum verbi *ἧδεα* (*ἐϝείδεα*) esse creatas et *ἧεα* igitur *ἧεε ἧεμεν ἧεσαν* esse scribendas, suspicantur Wackernagel Kuhns Zschr. XXV p. 266 et G. Meyer² p. 422 et 429; quibus ex asse adstipularer, nisi epica carmina testarentur antiquiores esse formas trisyllabas, quae metaplastae dicuntur, recentiores vero bisyllabas, quae ex integra stirpe profluxisse creduntur.

§ 133. Poetae epici, ea ratione usi quae postea quoque in Graeca lingua valuit, verbis, quae a duabus consonis vel a littera ϱ incipiunt, reduplicationis loco praefigunt sonum *ἐ-*. Excipienda tamen sunt verba quorum stirps incipit a consonis positionem debilem efficientibus (cf. § 25); haec enim in dictione Homerica, ut postea, vera reduplicatione utuntur.

Leguntur igitur apud Homerum formae *ἐξευγμέναι Σ* 276, *ἐστεφάνωται E* 739, *ἐσφήκωντο P* 52, *συνέρρηκται Φ* 137, *διέφθορας O* 128, etc.; de littera ϱ initiali cf. § 134.

Multo rarius in dictione epica reduplicationis loco producitur vocalis initialis; cuius moris haec tantum reperiuntur exempla: *-ἦπται B* 15 *Z* 241 *μ* 51 etc., *ἧσκηται K* 438 *ϱ* 266, *ἠσχυμμένος Σ* 180, *κατήκισται* (leg. *καταϝείκισται*) *π* 290 = *τ* 9, *ἀφῖχθαι ζ* 297, *παρῴχηκε K* 252. Reliqua verba, quae a brevi vocali incipiunt, Attica quae dicitur reduplicatione in perfecto utuntur, vid. § 135.

Non eandem autem libertatem veteres sibi sumserunt in reduplicationis syllaba *ἐ-* atque in augmento syllabico, nunquam enim eam omiserunt. Neque syllabam reduplicationis loco productam pro brevi unquam usurparunt, nisi uno loco *Ω* 125 *ἰέρευτο*, ubi metro cogente longa vocalis *ι* propter vocalem insequentem correpta est (cf. § 17).

Perfectorum *ἕρμαι σ* 295 et *ἕστηκα* prima syllaba vera est reduplicatio, primitus enim fuit *σέσερμαι, σέστηκα*. Idem valere de traditi textus formis *ἔαδα, ἔελμαι, ἔολπα, ἔοργα*, nempe scribendum esse *ϝέϝαδα ϝέϝελμαι ϝέϝολπα ϝέϝοργα*, nemo non videt, neque aliter est iudicandum de perfectis *εἰλύαται* (§ 265), *εἰρύαται* (§ 293), *εἴρηται* (§ 306), quae *ϝεϝλύαται ϝεϝρύαται ϝέϝρηται* sunt scribenda; eadem autem est origo formae *εἵμαρτο* = *'σέσμαρτο* (§ 271).

Pro *ἔρχαται Π* 481 *κ* 283 et *ἔρχατο P* 354 *ι* 221 ξ 73 Christ optimo iure rescripsit *εἴρχαται* et *εἴρχατο* (cf. § 230); nam quamquam *ϝεϝέρχαται* et *(ἐ)ϝεϝέρχατο* illis locis expectatur, multo minus officit forma in qua solum digamma est neglectum quam traditi

textus formae, quae etiam reduplicationis sonum abiecerunt; recentioris aevi sunt formae contractae, quas restituit Christ, sed nullius aevi fuit perfectum ἔργμαι pro ϝέϝεργμαι. Transitum parat forma ἐέργατο κ 241 pro (ἐ)ϝεϝέργατο, ubi digamma utrumque periit sed nondum in unum sonum confluxerunt vocales εε. Gravius corrupta est forma ἐργατόωντο ξ 15: πεντήκοντα σύες χαμαιευνάδες ἐργατόωντο, ad quem locum ingeniosam coniecturam proposuit I. M. Hoogvliet 'ϝέργατο π. σ. χ. ἐντός, pro *aoristi* forma illud ἐϝέργατο habens; nos εἴργατο νυκτός tentavimus.

Abest reduplicatio a perfecto ϝοῖδα § 160[7] (Sanscr. *véda*); sed ϝεῖμαι (= ϝέσ-μαι), quod eandem ob causam a multis commemoratur (cf. Monro Hom. Gramm.[2] § 28,5), praesens potius quam perfectum est dicendum; cf. § 303 [1]).

II. *De reduplicatione.*

§ 134. Notatu digna sunt perfecta nonnulla, quae vera reduplicatione utuntur, licet positione haec syllaba producatur. Si mittimus perfecta, quorum syllaba initialis producitur positione *debili*, e. g. ϝέϝρηται, κεκριμένος, τέθνηκα, τέτληκα [2]), haec commemoranda restant:

1. βέβλαμμαι *Π* 660 a verbo βλάπτω § 244 [3]).
2. βέβλημαι a verbo βάλλω § 258.
3. δέδϝεγμαι [4]) *Δ* 4 *I* 667 *X* 435 *η* 72 a verbo δεδϝίσκομαι § 139, mss. δειδέχατ(αι).
4. δέδϝια sive δέδϝοικα § 168, mss. δείδια et δείδοικα.
5. δέδμημαι a verbo δάμνημι § 296.
6. δέδμημαι a verbo δέμω § 262.
7. μέμβλωκα a verbo βλώσκω § 285[4].

---

[1]) Ne a verbo οἶδα quidem reduplicationem omnino afuisse concedendum esset, si constaret plusquamperfecti 2am personam ἰϝϝειδήσθα Homero vindicandam, ex ἰϝεϝειδήσθα autem natam esse; vid. § 110. Sed Curtio Verbum II[2] p. 213 diphthongum ει formarum ϝείδομεν ϝειδές ϝειδείην etc. eadem ratione explicare conanti, ante Homeri nimirum aevum e ϝε(ϝ)ῖδομεν ϝε(ϝ)ϊδές ϝε(ϝ)ϊδείην etc. contractione natas esse statuenti, non est adstipulandum.

[2]) Quamquam horum quoque prima syllaba in epica dictione nusquam non producitur; qui solus repugnabat versus ψ 110 a nobis correctus est.

[3]) Item Theognid. vs. 228. — Similis conformationis est perfectum πεπτερύγωμαι, quo Sapphonem usam esse testatur Herodianus in Et. M. p. 662, 32 (Sapph. fr. 38).

[4]) Non prorsus constat ita scribendam esse hanc formam, quae initio tantum versuum reperitur.

8. *μέμνημαι* a verbo *μεμνήσκω* § 204.
9. *πεπτηώς* a verbo *πτήσσω* § 238[2].
10. *πέπτωκα* a verbo *πίπτω* § 160.
11. *πέπτᾰμαι* a verbo *πίτνημι* § 300.
12. *ἕστηκα* a verbo *ἵστημι* § 196[1].

Verbi *πτάομαι* perfectum uno tantum loco *I* 402 occurrit, ibi autem non *πέπτημαι* est sed *ἔπτημαι*, ut apud Aesch. Prom. 795 et alibi. Vulgatae formae testis antiquissimus superest Hesiodi versus Oper. 437.

Verba, quae a littera *ϱ* incipiunt, reduplicationis loco habent syllabam *ἐ-*, quia primitus spirans *σ* aut *Ϝ* liquidam antecedebat, cf. § 27. Reperiuntur apud Homerum formae *ἐρρᾰ́δαται ν* 354, *ἐρρᾰ́δατο M* 431, *συνέρρηκται Θ* 137, *ἔρρῑγα P* 175, *ἔρριγε H* 114, *ἐρρίγει ψ* 216, *ἐρρίγησι Γ* 353, *εἰρῦμαι Λ* 239 etc. (vid. § 164).

Sed legem hanc, cui postea quoque lingua Graeca paruit, participium *ῥερυπωμένα ζ*. 59 migrat, quod verbum sine hac licentia metro dactylico adaptari non poterat [1]). Eadem ratione apud Anacreontem (fr. 166) formatum esse participium *ῥεραπισμένος* et apud Pindarum (fr. 314) infinitivum *ῥερῖφθαι*, annotarunt veteres grammatici.

Verba, quae a littera *Ϝ* incipiunt, vera reduplicatione uti nemo non intellegit, cf. § 133. Reperiuntur apud Homerum: *Ϝέϝᾱγα Λ* 559? Hesiod. Oper. 534, *Ϝέϝᾱδα* § 221[4], *Ϝεϝᾰ́δηκα*? § 41[2], *Ϝέϝελμαι* § 265, *Ϝεϝέλιγμαι* § 41[14], *Ϝέϝοικα* § 160[6], *Ϝέϝολπα* § 211[6], *Ϝέϝοργα* § 224[2], *Ϝέϝρημαι* § 306[2].

Sed perfectum *εἴωθα* (*E* 766 etc.) natum est priusquam radicis *σϝεθ* spirans initialis periit, fuit enim primitus *ἔσϝωθα*. Deest autem reduplicatio verbo *Ϝοῖδα* (Sanscrit. *véda*) apud Homerum et apud recentiores, cf. § 133 in fine.

§ 135. Stirpes, quae a brevi vocali incipiunt, in lingua epica multo plures quam in recentiore utuntur vera reduplicatione, quam *Atticam* vocaverunt grammatici. Et antiquam admodum esse hanc reduplicandi rationem facile intellegitur, quoniam haec sola optimo iure reduplicatio potest vocari; huiusmodi enim verborum stirps si

---

[1]) Quamquam dicere licebat *ῥυπόεντα*. Apud Hippocratem quoque *ῥερυπωμένος* aliquoties legitur.

monosyllaba est, bis pronunciatur tota, e. g. *ἀρ ἄρηρα, ὀπ ὄπωπα ἀκ ἀκαχμένος*, sin duarum pluriumve est syllabarum, prima certe eius syllaba iteratur [1]).

Quae in carminibus epicis extant perfecta ita formata haec sunt (cf. § 158):

1. *ἀνήνοθε* Θ 365 ϱ 270, a radice *ἀνεθ*, cuius brevior forma nota est e substantivo *ἄνθος*. Cf. § 12, et vid. *ἐπανθεῖν* ab Aristophane Vesp. 1065 Eccl. 908 aliisque recentioribus eadem vi adhibitum. Minus recte igitur *ἐνήνοθεν* traditum est Θ 365 in omnibus, ϱ 270 in multis mscriptis, et ab Aristarcho legebatur.

   Aoristus est *ἐπανήνοθε* (mss. *ἐπεν.*) *B* 219 *K* 134, *ἀνήνοθεν* *Λ* 166. Cf. § 149[11].
2. *ἄρηρα* a verbo *ἀραρίσκω* § 285[1].

   Dubius est subiunctivus medii *προσαρήρεται* Hes. Oper. 431, cf. § 122 pag. 309.
3. *ἐγρηγόρθᾱσι* etc. § 161 (Att. *ἐγρήγορα*).
4. *ἐδηδώς ἐδήδεται* § 307 (Att. *ἐδήδοκα*) cum substantivo *ἐδωδή*.
5. *ἐλήλᾰμαι* § 287[3].
6. *ἐ(ι)λήλ(ο)υθα* § 160[1].
7. *(κατ)ερήρῐπα* Ξ 55, *ἐρέριμμαι* Ξ 15, a verbo *ἐρείπω* § 245.
8. *ὄδωδα* Att. *ὄζω*.
9. *ὅλωλα* § 284[3].
10. *ὄπωπα* § 309.
11. *ὄρωρα*, a verbo *ὄρνῡμι* § 284[1].

    Corruptae sunt medii formae *ὀρώρεται* τ 377, 524 (vHerwerden *ὀρίνεται* cum Eust.), *ὀρώρηται* *N* 271 (vHerwerden *ὀρίνηται*, nos *ὀρώρῃσι*, § 112). Cf. § 122 pag. 309.
12. *ἀγήγερμαι*, a verbo *ἀγείρω* § 255.
13. *ἀρήρομαι* *Σ* 548, a verbo *ἀρόω*.
14. *ἐρήρεισμαι* *Γ* 358 = *Λ* 136 *H* 252 *Λ* 436, a verbo *ἐρείδω*.

    Notetur prima syllaba formae *ἠρήρειστο* augmento extensa. 3. plur. *ἐρηρέδᾰται* et *-δᾰτο* Ψ 284, 329 *η* 95. Quae *-ῐδαται -το* scribi iussit Fick, perfectum *ἐρήρισμαι* fuisse ratus.
15. *ὀδώδυσμαι*, aor. *ὠδυ(σ)σάμην* § 294.

---

[1]) In verbi *ἐγείρειν* perfecto activo stirps bisyllaba, quae duas consonas complectitur, tota iteratur: *ἐγρήγορα*. — Cum reduplicatione comparandae sunt locutiones quales leguntur Hom. Ξ 81, Herod. V 95, Eur. Phoen. 1216, Arist. Ach. 177, Plat. Hipp. mai. 292*a*, nec non *νοσεῖν νόσον* et similia.

16. *ὀρώρεγμαι*, a verbo *ὀρέγω* § 234.
17. *ἀλάλημαι*, a verbo *ἀλάομαι*.
18. *ἀλάλύκτημαι K* 94, a verbo *ἀλύω* sive *ἀλύσσω*.
19. *ἀκάχημαι*, a verbo *ἀκάχίζω* § 240.

Corrupta est 3. plur. *ἄκηχέδἄτ'(αι) P* 687, requiritur enim *ἀκάχήατ(αι)*, quemadmodum *ἀκάχήατο* legitur *M* 179. Buttmann deleta quae maxime offendit littera *δ* rescribi iussit *ἀκηχέατ'*, sed gravius latet vitium.

Suspecta est etiam participii forma *ἀκηχεμένη -ναι* pro *ἀκάχημένη -ναι E* 364 *Σ* 29 h. Cer. 50, licet seri imitatores saepius ea sint usi, e. g. Apoll. Rh. III 101, Coluth. 290, Quint. Smyrn. V 578 etc.

20. *ἀκαχμένος*. Cf. *ἄκων*, *acuere* etc.

A perfecti stirpe reduplicata derivatum est nomen *ἀκωκή*, quocum *ἀγωγή* et *ἐδωδή* et *ὀπωπή* nec non Atticum *ἀνοκωχή* conferenda sunt.

21. *συνοκωχότε* (sic Hesych. mss. *συνοχωκότε*) *B* 218 [1]), a verbo *συνέχω*.

Vocalis *ω* etiam in adverbium *συνωχαδόν continue* (= *συνεχῶς* Att.) Hes. Theog. 690 irrepsit, nec non in 3^am^ personam plur. *ἐπώχατο M* 340, si ita scribenda est haec forma et a verbo *ἐπέχειν* ducenda (= *clausae erant*), quae tamen minime certa est res; cf. Curtius Verbum II[3] p. 218.

Ex Herodoto accedit *ἀραίρηκα ἀραίρημαι* a verbo *αἱρέω*.

§ 136. Etiam aoristi secundi reduplicatio in Homerica lingua frequentior est multo quam in dialecto Attica. E. g.

(*φραδ*) *φράζω* aor. II *ἐπέφράδον* § 220[3].
(*ἀρ*) *ἀράρίσκω* „ „ *ἤράρον* § 285[1].
(*ὀρ*) *ὄρνῦμι* „ „ *ὤρορον* § 284[4].

Aoristos, qui ita sunt conformati, in § 149 recensebimus omnes.

Notabiles admodum sunt aoristi *ἠνίπἄπε* (*B* 245 etc.) § 243[3] et *ἠρὔκἄκον* (*E* 262, 321 *Z* 80 etc.) § 228, in quibus non prior sed posterior stirpium *ἐνιπ* et *ἐρυκ* syllaba est iterata.

§ 137. Ab aoristis nonnullis, quibus inest reduplicatio, derivatur futurum:

---

[1]) Vid. Valckenaer ad Ammon. p. 24, Cobet Miscell. Crit. p. 304.

1. *κεκἄδήσω* ab *ἐκέκἄδον spoliavi* § 220[1].
2. *πεπῐ̈θήσω* „ *ἐπέπῐ̈θον* § 217.
3. *πεφῐ̈δήσομαι* „ *ἐπεφῐ̈δόμην* § 219.
4. Item *κεκἄδήσομαι* a verbo *κήδω laedo* § 218, etsi aoristus *ἐκέκἄδον* ab hac stirpe formatus non extat. Cf. etiam *κεχἄρήσω -σομαι* § 282.

De reduplicatione praesentis et imperfecti vid. § 188 et 189.

CAPUT IV.

De praesentis conformatione.

I. *De stirpe praesentis.*

§ 138. Nonnullae stirpes monosyllabae in praesenti et imperfecto totae iterantur:

1. (*βαν*) *βαμβαίνω*, vid. *βαίνω* § 202.
2. (*φαν*) *παμφαίνω* / *παμφᾰ́νάω* vid. *φαίνω* § 280.
3. (*ἀρ*) *ἀρᾰ́ρίσκω* ξ 23, vid. § 140[25] et 285[1].
4. (*ἀφ*) *ἀπᾰ́φίσκω* λ 217 Hes. Theog. 537, vid. § 140[24] et 149[13].
5. (*ἀχ*) *ἀκᾰ́χίζω*, vid. § 240.
6. (*μερ*) *μερμηρίζω*, vid. § 222[11].

Eiusdem conformationis sunt verba sequentia, quae paucis tantum locis in carminibus epicis occurrunt neque postea in usu fuerunt:

7. (*ἐ*)*πάρκαιρε* Υ 157.
8. *μαρμαίροντες -ροντα* Γ 397 etc. — Cohaerent *μάρμαρος marmor* (cum adi. *μαρμάρεος*) et *μαρμαρῠ́γαί* Θ 265 h. Ap. 203.
9. *μορμῠ́ρων* Ε 599 Σ 408 Φ 325, *ἀνεμορμῠ́ρεσκε* μ 288. Cf. *murmur* et *μῠ́ρομαι*.
10. (*ἐ*)*πόρφῡρε* Φ 551 δ 427, 572 κ 309, *πορφῠ́ρῃ* Ξ 16. Cf. *φύρω* § 254[8].

Adde adiectivum (*ξύλα*) *κάγκανα* Φ 364 σ 308 h. Merc. 112, 136 cum composito *πολυκαγκέα δίψαν* Λ 642, quae a verbo *κάω* ducta sunt, nomen *πορπή* a stirpe *περ* (*πείρω*), nomen *εἴρερος* a stirpe *σερ* (§ 277).

Nec non reduplicatio quaedam cernitur in hisce verbis:

11. *δαρδάπτω* Λ 479 Ξ 92 π 315 = *δάπτω vorare* Ε 858 Λ 481 Ν 831 Π 159 Φ 398 Ψ 183 Χ 359 γ 259 π 92.
12. *μενοινάω*
13. *μαιμάω* } a radice *μεν μα* (*μη*) § 190.
14. *δαιδάλλων* Σ 479 ψ 200 cum nominibus *Δαίδαλος*, (*τὰ*) *δαίδαλα*, *δαιδάλεος*. — Consimilem conformationem habet adiectivum dubiae potestatis *παιπάλόεις* (*confragosus*?) Μ 168 Ν 17 etc.
15. *δενδίλλων* Ι 280.
16. *παπταίνω* Δ 200 etc.
17. *παιφάσσω* Β 450 Ε 803, cf. § 280.
18. *ποιπνύω* Λ 600 etc. [1]).
19. *κωκύω* Σ 78 cum subst. verbali *κωκῡτός*.
20. *κύκάω* Ε 903 etc., cum substantivo *κύκηών* Λ 624, 641 κ 290, 316. Cf. etiam *κύκλος*, *κυκλέω*.
21. *ἀνακηκίω* Η 262 Ν 705 Ψ 507 ε 455.
22. *ὀπιπεύω* Δ 371 Η 243 τ 67, cum nomine *παρθενοπῖπα* Λ 385. Cf. § 309.
23. *ἀτῖτάλλω* Ε 271 etc. = *ἀτάλλω* Ν 27 cum adiectivo *ἀταλόφρων* Ζ 400.
24. Etiam verbum *ἄίσσω* huc rettulerunt Osthoff alii, vid. G. Meyer[2] § 64: „*ἄίσσω* = *αἰίσσω* aus *αἰϝίσσω* *ϝαι-ϝικ-jω*".

§ 139. Quae modo attulimus verba *ὀπιπεύω ἀτιτάλλω*, in quibus reduplicationi inservit iota, transitum parant ad verba quae initialem stirpis consonam in praesenti atque imperfecto repetunt subiuncta vocali ῑ:

1. (*γεν*) *γίγνομαι* § 261.
2. (*ϝαχ*) *ϝῐϝᾰ́χω* § 229. In arsi syllabam *ϝι* habet forma (*ἐϝ*)*ἰϝαχε* (*Λ* 482 etc.). Etiam verbi *πῐφαύσκω* § 140[19] = *φαίνω* § 280 syllaba initialis in arsi est Κ 502 Σ 500 h. Merc. 540, et verbi *ἵημι* § 196[7] Χ 80 alibi.
3. (*λασ*) *λῐλαίομαι* § 286[3]. Radicis vera forma in Dorico verbo

---

[1]) Ductum est hoc verbum a stirpe *π(ι)νυ*, quae in *πινῡτός*, *ἀπινύσσειν*, *πεπνῦσθαι πεπνῡμένος*, *ἄμπνῡτο* apparet et *mentis compotem esse* significat, cf. § 186. Iure autem Schulze Quaest. Epic. p. 328 sq. a verbo *πνίω* haec omnia separavit, praesens autem activi *πνί(ϝ)ει* Ρ 447 σ 131 (*sich rühren*) pro *πνεῖει* scribendum esse coniecit coll. Latina voce *gnavus* (*rührig*), hoc tamen audacius, neque recte iudice poeta qui hymnum Cereris fecit (vid. h. Cer. vs. 366 ab ipso Schulzio indicatus); neque iusta causa apparet cur *ποιπνύοντα*, *'ποίπνυον* scribamus Schulzio auctore.

λῆν [1]) *velle* cernitur; cf. scholii *Γ* 399 pars prior. — Cohaerere participium λελῑημένος, quod legitur *Δ* 465 *E* 690 *M* 106 *Π* 552, probe perspexit Herodianus (in schol. *M* 106). Servata igitur reduplicatione λελῑημαι dictum est olim, ut δεδί-δαγμαι a radice δα, deinde unum labda euphoniae causa extrusum est [2]).

4. (μεν) μίμνω = μένω.
5. (νεσ) νίσσομαι (i. e. νίνσϳομαι) = νέομαι § 292.
6. (πετ) πίπτω § 160.
7. (σεδ) ἵζω, ἵζάνω, cf. § 220[2].
8. (σεχ) ἴσχω, ἰσχᾰ́νω, ἰσχανᾰ́ω, cf. § 144.
9. (ταν) τῑτάινω § 279.
10. (τεκ) τίκτω (pro τί-τκ-ω) § 236[1].

et accedente suffixo inchoativo: κικλήσκω = καλέω, τῑτύσκομαι § 236[3], etc.; vid. § 140.

Reduplicationis syllaba penitus cum stirpe concrevit in verbis δεδάσκω (δεδάσκαλος) § 203, δέζημαι § 200, ἰάλλω, ἰάπτω [3]), ἰαύω § 174, ita ut in futuro quoque et aoristo permaneat. Vid. etiam (σεδ) κάθι(σ)σα? § 220[2], τῑτήνας = τεῑνας § 279, et quod supra tractavimus participium λελῑημένος. Nec non servata est reduplicatio in voce ἑστός a verbo ἵστημι ducta. Eandem originem habere voces τῑθήνη τῑθᾰσός τῑθᾰσεύω, quarum prima tantum apud Homerum (Z 132) legitur, apparet collato verbo θῆσθαι § 195; fortasse ab eadem stirpe ductum est verbum τιθαιβώσσω (ν 106) § 144.

Similis anomalia cernitur in verbis ϝεϝίσκω *comparo* § 242[2] et δεδϝίσσομαι *terreo* § 168, quae servant reduplicationis syllabam perfectis ϝέϝοικα et δέδϝοικα propriam. Prioris verbi praesens tantum et imperfectum occurrunt, sed a radice δεδϝικ praeter praesens δεδϝίσσομαι etiam futurum δεδϝίξομαι *T* 201, 432 Scut. 111 et aoristus ἐδεδϝιξάμην *Σ* 164 ducta sunt. Eandem sortem in Attica habuit radix κραγ (ἀνέκρᾰγον, κραυγή), quae non solum perfectum κέκρᾱγα peperit sed etiam futurum κεκρᾰ́ξομαι et verbalia κεκρᾰ́κτης (Ar. Eq. 137, 303?), κεκρᾱγμός (Eur. Iph. Aul. 1357), κέκρᾱγμα (Ar.

---

[1]) λῆς Arist. Acharn. 749, 766, 772, 776, 788, 814, λᾷ Lys. 981, 1174, λῆτε Lys. 1105, λῶμες Lys. 1162, λῆτε Lys. 1105; apud Epicharmum saepius λῶντι, λῇ, λῴη etc. leguntur, item apud alios scriptores Doricos, nec non hic illic apud Tragicos.

[2]) Nimis artificiosam rationem nuper ad participium λελῑημένος interpretandum iniit Bechtel (vid. Kühner-Blass II p. 474).

[3]) Sed fortasse aoristus ἰάφ?η *N* 543 *Ξ* 419 a stirpe non reduplicata ductus est (sic Ebel in Kuhns Zschr. IV p. 167 alii).

Pac. 637), *κεκρᾱξιδᾰμας* (Arist. Vesp. 596). Simile quid cernitur in adiectivo *βέβαιος*, quod a stirpe perfecti *βέβηκα* ductum est. Nec non eadem ratione videtur esse formatum verbum *δεδϝίσκομαι saluto* cum perfecto *δέδϝεγμαι* § 134 (mss. *δειδίσκομαι*, *δείδεγμαι*).

§ 140. Terminatione inchoativa [1]) *-σκω* poetae epici utuntur in verbis sequentibus:

1. (*βα*) *βάσκω*, vid. *βαίνω* § 202.
2. (*ἰλα*) *ἱλάσκομαι* sive *ἱλάομαι* § 295[2].
3. (*γηρα*) *γηράσκω* § 150.
4. (*ἀλα*) *ἠλάσκω B* 470 *N* 104 sive *ἠλασκάζω Σ* 281 (*ι* 457 leg. *ἠλυσκάζει*). Cf. *ἀλάομαι* § 185.
5. (*βο*) *βόσκω*.
6. (*ἀλυ-κ*) *ἀλύσκω χ* 363 = 382 sive *ἀλυσκάζω E* 253 *Z* 443 (*ι* 457) *ρ* 581 sive *ἀλύσκἄνε χ* 330. Vid. § 242[1], et conf. *ἀλέ(ϝ)ομαι* § 180.
7. (*ἀλδ-α*) *ἀλδήσκω Ψ* 599. Cf. *ἀλδαίνω*, *ἄναλτος* (*ἀναλδής* Att.).
8. (*θαν-θνα*) *θνῄσκω*.
9. (*μολ-μλω*) *βλώσκω*
10. (*θορ-θρω*) *θρώσκω* } vid. § 39 et 285[3,4].
11. (*αὐρ*) *ἐπαυρίσκομαι N* 733, vid. § 285[3].
12. (*εὑρ*) *εὑρίσκω τ* 158.
13. (*μιγ*) *μίσγω* (i. e. *μίγ-σκω*) § 242[3].
14. (*ἐρ*) *ἔρχομαι* (i. e. *ἔρ-σκομαι*) § 308 [2]).
15. (*παθ*) *πάσχω* (i. e. *πάθ-σκω*).

Et praeeunte reduplicatione:

16. (*γνω*) *γιγνώσκω*.
17. (*κλη*) *κικλήσκω* = *καλέω*.
18. (*μνα*) *μιμνήσκω* § 204.
19. (*φαυ*) *πιφαύσκω* § 280. — Producitur *πι-* *K* 502 *Σ* 500 h. Merc. 540; cf. *ϝιϝάχω* § 139[2].
20. (*τυ-κ*) *τιτύσκομαι* § 236[3].

---

[1]) Inchoativum suffixum verborum cum *substantivis deminutivis* in *-ισκος*; *-ισκη* optimo iure comparaverunt viri docti; qua de re Curtius Verbum I[2] p. 274 sic disputat: „dasselbe Suffix, das in *adolescens* den Verbalstamm charakterisirt, kennzeichnet im „gleich bedeutenden *νεανίσκο-ς* den Nominalstamm, und leicht erkennen wir das Band, „welches das kleine als werdendes eng mit der werdenden oder allmählich sich „realisirenden Handlung verknüpft". — Quamquam in epica dictione nulla deminutiva reperiuntur; quae recentioris igitur originis esse apparet.

[2]) Non plane certa est haec originatio, speciem enim habet opinio Autenriethi, quam probarunt G. Meyer[2] p. 62, 1 aliique, cohaerere verba *ἄρχω*, *ἔρχομαι*, *ὄρχαμος*.

21. (δα-κ) διδάσκω § 139 et 203.
22. (Fικ) ϝεϝίσκω § 139 et 242[2].
23. (δϝι-κ) δεδϝίσκομαι § 139 et 168.
24. (ἀφ) ἀπάφίσκω λ 217 Hes. Theog. 537, vid. § 138[1].
25. (ἀρ) ἀρἄρίσκω ξ 28, vid. § 285.

De formis *iterativis*, quae dici solent, vid. § 146.

§ 141. Productio ope soni ι (ϳ), quae in verbis, quorum stirps in mutam vel liquidam desinit, notissima est, in dictione epica etiam stirpibus, quae sono ν (ϝ) vel σ terminantur, propria est. E. g.:

καίω (καϝϳω) § 177.
πνείω (πνεϝϳω) § 186.
τελείω (τελεσϳω) § 286[8].

Cuncta quae huc pertinent verba in § 173 sqq. et § 286 afferemus.

§ 142. Magnas partes in verborum conformatione agit elementum θ, quod e radice verbi τιθέναι (*thun*, *doen*) prodiisse multi suspicati sunt.

Huius elementi ope stirps verborum sequentium aucta est:

1. (ἐδ) ἔδω - ἔσθω (ἔδ-θω) - ἐσθίω § 307.
2. (βα) ἔβην - βιβάσθων (βι-βα-δ-θων) § 202.
3. (τελεσ) τελέω (τελείω) - τελέθω § 286[8].
4. (ἀχ) ἄχομαι sive ἄχνὔμαι - ἄχθομαι cum substantivis ἄχος et ἄχθος, quae levissimo tantum discrimine a se distant. Cf. § 240.
5. (φλεγ) φλέγω - φλεγέθω.
6. (θαλ) θάλλω sive θηλέω ε 73 - θἄλέθω - τηλεθάω § 160.
7. (νεμ) νέμω - 'νεμέθοντο Λ 635.
8. (ὀρ) ὄρνῡμι sive ὀρίνω - ὀροθύνω § 284[1].
9. (ἀγερ) ἀγείρω - ἀγερέθομαι § 255.
10. (ἀερ) ἀείρω - ἀερέθομαι § 256.

} De prima syllaba cf. § 21.

Simili ratione e radice ἀρδ sive ῥαδ (§ 89) prodierunt participium ἀρέθουσα, quod in *fontium* nomen proprium abiit (vid. ad ν 408), et substantivum ῥαθἄμιγξ Λ 536 etc. Nec non huc pertinet ἐρέθω Λ 519 etc. sive ἐρεθίζω Λ 32 etc., quod cum verbo ἐρίζω cohaeret. Prorsus autem congruit participium φαέθων a radice φα § 280 ductum.

Notabile est incrementum radicis φθι § 166; quae primo in

φθί-νω (id est φθινυω-φθίνϝω) abiit, deinde in φθῐ-νῡ́-θω, mox autem hinc ducta est iterativa forma ἐφθῐνῡ́θεσκε Λ 491, vid. § 146.

Eadem est figura verbi μῐνῡ́θω O 492 etc. (Lat. *minuo*), et ex ἐρ sive ἐλ, quae verbi ἔρχομαι (ἔρ-σκομαι) est stirps [1]), eadem ratione prodiit ἐλῠθ (ἤλυθον, ἐλήλυθα, § 308) sive ἐλθ (ἦλθον). Conferantur praeterea βᾰρῡ́θω Π 519 Hes. Op. 215 a radice βᾰρῠ (βᾰρύς), πλήθω a radice πλη § 196[3] (πλῆθος, πληθύς), γηθέω a radice γαϝ (γαίων § 175), ἐνέπρηθον I 389 a radice πρη § 196[4] (Att. πίμπρημι) etc.

De elementi θ in aoristo secundo activi usu vid. § 151. Idem autem elementum inserviit aoristo passivi in -θην efformando. Nempe e stirpibus verborum transitivorum prodierunt novae stirpes sono ē auctae, quae non actionem sed condicionem indicant; e. g. κᾱ(ϝ)- *urere*, κᾰη- *uri*; ϝᾱγ- *frangere*, ϝᾰγη- *frangi*; μιγ- *miscere*, μῐγη- *misceri*; cf. Curtius Verbum II[2] p. 358 sqq. — Hae stirpes, quae more prisco sine vocali thematica flectebantur, pepererunt praeterita quae aoristos passivi vocare consuevimus. Inde ab epico autem aevo plerique huiusmodi aoristi (6 : 1 secundum Curtium l. l. p. 363) infixum habent elementum θ; ducti sunt nimirum a verbi stirpe, quae elemento θ aucta est [2]). Sunt etiam verba, quae aoristum passivi modo in -ην modo in -θην cadentem habent; e. g. Hom. ἐκᾰ́ην, Att. ἐκαύθην; Hom. ἐμῐ́γην sive ἐμίχθην. Vid. § 154 et 155.

Praeterea formae insolitae ἐγρηγόρθᾱσι K 419 (§ 161) et βεβρώθοις Δ 35 (§ 159 et 307) hic commemorandae sunt; in nominum autem figuris crebrum est elementum θ stirpi superadditum; exemplo sint ἀγαθός, μέγεθος, πλῆθος, ψάμαθος (ψάμμος), ὄλεθρος, ῥέεθρα, γενέθλη, κλαυθμός, σταθμός, μηνιθμός, μυκηθμός (cf. § 129), ὀφθαλμός. Patrocli epitheton ἱπποκέλευθε Π 126, 584, 839, si integrum est, a verbo κελεύω repetendum et hoc igitur loco commemorandum est. Denique conferantur quae in § 34 observavimus.

---

[1]) Videatur tamen pag. 352,2.

[2]) Aliam aoristo in -θην originem tribuit Wackernagel Kuhns Zschr. XXX p. 305. Qui postquam observavit in Homerica lingua complures aoristos medii et passivi promiscue adhiberi, e. g. ἐλύμην et ἐλύθην, coniecit secundae personae sing. medii terminum -*thās*, e lingua Indica notum, etiam Graecae linguae primitus proprium fuisse, olim igitur ἐλύμην ἐλύθης ἔλυτο etc. Graecos dixisse, deinde, cum ἐλύθης forma a stirpe λυθη ducta videretur, primam personam ἐλύθην ceterasque eiusdemmodi formas succrevisse. Ingeniosam explicationem reticere nolui, quamquam et nimis artificiosa mihi videtur et propter crebrum elementi θ in stirpibus amplificandis usum minus probabilis; aoristos ἐμίγην et ἐμίχθην originem habere prorsus diversam creditu difficile est.

§ 143. Verba, quorum praesens in *-ᾰ́νω* desinit, ex Attica dialecto satis sunt nota; quamquam liberius aliquanto hac terminatione utuntur poetae epici; videantur *ἀλυσκᾰ́νω* (= *ἀλύσκω* vel *ἀλυσκάζω*) χ 330, *κυδᾰ́νω* (= *κυδαίνω*) Ξ 78 Υ 42? [1]). Sed insolitum est alpha longum, quo Homerus constanter utitur in verbis poeticis *ἱκᾰ́νω* (*ἵ*) = *ἵκω* § 231 (Att. *ἀφικνοῦμαι*) et *κῐχᾰ́νω* § 208. Haec productio soni *α*, quae etiam in verbo *φθᾰ́νω* (§ 207) dictioni epicae propria est, debetur elemento *ϝ* sive *ϝ*, quod post litteram *ν* evanuit; olim enim fuit *ἱκᾰ́-νϝω κιχᾰ́-νϝω φθᾰ́-νϝω* sive *ἱκάνϝω κιχάνϝω φθάνϝω*, id quod primus nisi fallor perspexit Ahrens Conjugation auf *μι* p. 21 et 34. Cf. supra § 38.

§ 144. Magna cum libertate lingua Homerica e monosyllabis verborum stirpibus, quae in consonam desinunt, nova verba effinxit quorum stirps terminatur vocali. Qualibus verbis intensiva vel frequentativa vis est propria, id quod luculenter docet Latinorum verborum in *-tare* (*-sare*) exeuntium comparatio; quamquam epici poetae primitivis verbis et derivatis sine ullo fere discrimine saepe usi sunt. Videantur:

τρέμω - *τρομέω*.

φέρω - *φορέω* § 114, 195, 311.

τρέπω - *τροπάω* - *τροπαλίζομαι* § 251.

στρέφω - *στροφάω* - *στροφᾰλίζω* cum substantivo *στροφᾰ́λιγξ* § 248. — Simili ratione a stirpe verbi *τρέφειν* ductum est substantivum *τροφᾰ́λίς* (Ar. Vesp. 838 etc.), quod apud Homerum tamen non extat.

ἅπτω - *ἁφάω*.

πέρθω - *πορθέω* § 211[8].

στείχω - *στῑχάω*.

ἔχω teneo - *ἴσχω relineo* - *ἰσχᾰ́νω* - *ἰσχᾰνᾰ́ω*. *ὀχέω*.

εὔχομαι - *εὐχετάομαι*.

Eadem ratione e substantivo *μῆτις* prodiit *μητιέτα* § 54.

λάμπω - *λαμπετάω*.

ναίω - *ναιετάω*. — Conf. verbum posthomericum *μελετᾶν studere* a *μέλω cordi sum*.

---

[1]) Tragicorum dictioni propria sunt *φυγγᾰ́νω*, *λιμπᾰ́νω*, *κιγχᾰ́νω*. Notatu etiam dignum est tragicum verbum *πίτνω*, quae praesentis forma usurpari solet pro *πίπτω* sicubi metrum non spondeum poscit sed iambum.

ἄντομαι - *ἀντιάω*.
κέλομαι - *κελεύω* - *κελευτιάω* § 266.
θάλπω foveo - *θαλπιάων calens* τ 319.
δέρκομαι - *δερκιάομαι* Hes. Theog. 911.

Item a disyllaba radice verbi *ἀείδω* novum verbum *ἀοιδιάω* ε 61(?) κ 227 ducitur, et eiusdem conformationis est participium *φαληριάοντα* *N* 799, quod cum voce *φάλαρα* cohaeret; cf. etiam *ἵζω*(*σεδ*) - *ἕδρη* - *ἑδριάομαι* (§ 220[3]). Post aetatem autem Homericam multa verba in *-ᾶν* et *-ιᾶν* nata sunt, quibus *studium* aliquod vel *morbus* indicatur; qualia sunt *προσδοκᾶν*, *τοκᾶν* Cratin. fr. 449, *φονᾶν* Soph. Ant. 117 Phil. 1209, *ναυτιᾶν*, *κλαυσιᾶν* Ar. Plut. 1099 etc.; in epica lingua nullum huiusmodi verbum extat.

Absunt etiam a carminibus epicis desiderativa in *-σείω* vel *-ητιᾶν*, quibus postmodo Graeci frequenter satis usi sunt; e. g. *δρασείω*, *ναυμαχησείω*, *πολεμησείω*, *διαβησείω*, *ξυμβησείω*, *ἐργασείω*, *παραδωσείω*, *ἐνδωσείω*, *μαθητιᾶν*, *ὠνητιᾶν*. Unum huiusmodi verbum extat Ξ 87 *ὀψείοντες ἀυτῆς καὶ πολέμοιο*, *videre cupientes*, sed neque constat illic lectio (*ΟΨΑΙΟΝΤΕΣ* alii legebant) neque *videndi* verbum in contextum quadrat neque suspicione caret hoc verbum genitivo iunctum; quapropter potior videtur Zenodotea lectio *ὄψ' ἀίοντες*, nisi gravius latet vitium; *ἀντιάοντες* coniecit vHerwerden. Sed manifesta apparet vis desiderativa, licet sigma desit, in verbo *κείω* (i. e. *κε-ιω*?) *cubitum eo*, quod futuri loco usurpatur; vid. § 147.

Separatim commemoranda sunt verba *νεύω* *ἀγείρω* *ἕλκω* *ϝερύω*, unde nova verba *νευστάζω* *ἀγυρτάζω* *ἑλκυστάζω* *ῥυστάζω* ducta sunt. Cf. etiam *πτώσσω* *πτωσκάζω*, *ἀλύσκω* *ἀλυσκάζω*, *ὄνομαι* *ὀνοτάζω*. Simili ratione ex *ἀμ(α)ρτ* factum est *ἀβροτάζω*, cuius una forma *ἀβροτάξομεν* *K* 65 aetatem tulit (vid. pag. 373).

Denique notabilis est terminatio *-ωσσω*, quae in Homericis verbis duobus occurrit, *ἀγρώσσω* ε 53 *venari* a radice *ἀγρ* (*ἄγρη* etc.) et *τιθαιβώσσω* ν 106 incertae originis et potestatis de *apibus* dictum, quod fortasse cum voce *τιθήνη* etc. cohaeret, cf. § 139. Cetera verba quae ita formata sunt, e. g. *λιμώσσω*, *καρδιώσσω*, *ὀνειρώσσω*, recentioris sunt aevi, item deminutiva *πλανύττω*, *ἐξαπατύλλω* etc., quae vulgari vel iocoso dicendi generi potissimum propria sunt. Homericum verbum *μιστύλλω* cum his non videtur esse comparandum.

Verba nonnulla, quorum radix in *-ᾰδ* desinit, aliquot formas ducunt a breviore stirpe, quae consona finali *δ* caret:

ἀνιάζω - *ἀνιάω*.
βιάζω - *βιάω* § 157.

εὐνάζω - *εὐνηθῆναι, εὐνηθείς.*
γουνάζομαι - *γουνάομαι* (mss. perperam *γουνοῦμαι*; vid. varia lectio κ 521, et cf. § 191).
Ϝειλῠφάζω - *Ϝειλῠφάω* § 265.
ἀγαπάζω - *ἀγαπάω.*
Ϝισάζω - *Ϝισά-σκετο* Ω 607.
ὀπάζω - *ὀπάων.*
πειράζω - *πειράω.* Hinc novum ducitur verbum *πειρητίζω.*
σκιᾰ́σῃ Φ 232 - *σκιάω* β 388 μ 436 etc.

Addendum foret *ἀτιμάζω* - *ἀτιμάω*, nisi evicisset Nauck posteriorem formam non esse genuinam sed vitiis librariorum deberi. Sed commemoranda hic sunt verba *ἀντιάω* § 211[5] et *σκεπάω* ν 99, quorum forma extra Homerum est *ἀντιάζω* et *σκεπάζω.*

Etiam *-ν* finale praesentis temporis in paucis quibusdam formis mobile est:

ὐφαίνω - *ὐφᾰ́ω* η 105.
φαίνω - *'φάε* ξ 502 § 280. Cf. adv. *ἀναφανδόν* sive *ἀμφᾰδόν.*
κραδαίνω - *κραδάω.*

Duplici stirpe, in *-ᾰδ* vel in *-ᾰν* desinenti, utitur verbum:

θαυμάζω - *θαυμαίνω* Θ 108.

Separatim commemorandum est verbum *ὑλακτέω* sive *ὑλᾰ́ω.*

Satis frequentia sunt verba in *-ίζω* desinentia, quae altera praesentis forma in *-έω* utuntur:

αἰτίζω - *αἰτέω.*
αἰνίζομαι - *αἰνέω.*
κομίζω - *κομέω.*
ὀχλίζω - *ὀχλέω M* 448?
ὁπλίζω - *ὁπλέω* ζ 78 (*T* 172 = *Ψ* 159?).
χατίζω - *χατέω.*
στεναχίζω - *στοναχέω* (alii *στεναχέω*, vid. La Roche Textkritik p. 351-354).
ἐξεναρίζω - *ἐξεναρέω* Hes. Scut. 329.

Adde verbum *ἑτα(ι)ρίζω N* 456 Ω 335 h. Ven. 96, quod postea fuit *ἑταιρέω*, nec non huc faciunt *ἀναχίζω* - *ἀναχήσω ἀνάχησα ἀνάχημαι* § 240, *οὐτάζω* - *οὖτα* § 150, *κοναβίζω* - *'κονάβησα*, *μοχθίζω B* 723 - *μοχθήσω K* 106, *καναχίζω* - *'κανάχησα.*

Raro terminatio *-ίζω* vim habet causativam: *δειπνέω ceno*, *δειπνίζω cenam praebeo*; aevo posthomerico multo plura verba in *-έω* et *-ίζω* ita distincta sunt.

Denique hoc loco indicanda sunt verba quorum terminatio modo *-εύω* est modo *-έω*:

ἀχεύω - ἀχέω § 240.

δινεύω - δινέω.

Sic *ζητεύης* Hes. Op. 400 dicitur, *ζητεῖν* in lingua recentiore, *ματεύω* aoristum habet *ματησ-* (vid. § 286[3]), *ἐπιδημεύω* est *π* 28 quod *ἐπιδημεῖν* dicunt Athenienses, *πολεύειν* *χ* 223 a radice verbi *πέλομαι* sive *πωλέομαι* (§ 275) ducta est forma, item compositum *ἀμφιπολεύειν* *υ* 78, pro quo *ἀμφιπολεῖν* dicunt Pindarus et Sophocles. Contra *ἐμόχλεον* *M* 259 et *ἐδίσκευον* *Θ* 188 leguntur, *μοχλεύειν* et *δισκεύειν* apud recentiores. Comparanda sunt praeterea *δεύομαι* Att. *δέομαι*, *χέω - ἔχευα* § 189, *ἀλέομαι* *ἠλευάμην* § 180, *ἐρέω - ἐρευνάω* § 264, et extra Homerum *ἐπιτηδεύω* ab adiectivo *ἐπιτηδής* etc.; vid. etiam § 190 in fine.

In diversa abierunt *δοκεύω* *observare* et *δοκέω* *putare* § 193[1]; artissime tamen haec quoque verba cognata esse cum alia testantur tum participium *δεδοκημένος* *O* 780.

II. *De flexione quae vocali thematica caret.*

§ 145. In praesenti atque imperfecto frequentior apud Homerum quam in lingua recentiore est flexio quae caret vocali thematica sive flexio in *-μι*. Cuncta fere quae huc pertinent congessit et acute diudicavit H. L. Ahrens in commentatione praestantissima über die Conjugation auf *μι* im Homerischen Dialekte 1838 (kl. Schriften I pag. 1—30).

Praesertim notatu dignae sunt formae vocali thematica carentes quae ducuntur a verbis ceteroquin ad coniugationem thematicam pertinentibus. Tales formae sunt:

φέρτε *I* 171, 2. plur. imperat. praes. verbi *φέρω* § 311.

ἔδμεναι *Δ* 345 etc., infin. praes. verbi *ἔδω* § 307.

τάνῦται *P* 393, 3. sing. ind. praes. pass. verbi *τανύω* § 279.

δέχᾶται *M* 147, 3. plur. ind. praes. verbi *δέχομαι* § 227.

Aliae formae, quae huc referendae sunt, in § 195 indicabuntur.

In aoristo secundo eadem libertas obtinet; exemplo sit aoristi *ἔκλυον* imperativus *κλῦθι* *κλῦτε* § 149[5].

Inversa autem ratione apud Homerum ad flexionem thematicam pertinent formae nonnullae, quae in dictione Attica vocali thematica carent. E. g.:

πίε Att. *πῖθι*.
τιθεῖ ἰεῖ sive *τίθησι ἵησι*
διδοῖς διδοῖ Att. *δίδως δίδωσι* } vid. § 196 [1]).

Praesertim verborum, quae in praesenti adsciscunt syllabam *νυ*, frequentes sunt formae vocali thematica auctae. Extant in textu tradito carminum epicorum:

ὀμνύέτω T 175, *ὤμνύε(ν) Ξ* 278 *κ* 345 *τ* 288, *-ώμνυον μ* 303 *ο* 437 *σ* 58, *-ομνύω* Pind. Nem. VII 103.

ὤρνυον M 142, *ὤρνυε(ν) O* 613 *φ* 100 Pind. Pyth. IV 302, *ὀρνύει* Pind. Ol. XIII 15.

ζεύγνυον T 393 v. l. *Ω* 783.

Corruptum est *-είννυον* (ab *-ἔννυμι*) *Ψ* 135, leg. *-είλυον*.

Alibi autem inveniuntur similes formae:

δεικνύει Hes. Op. 451, *δείκνυι* Hes. Op. 526, *δεικνύε(ν)* Hes. Op. 502 Pind. Pyth. IV 391 Moschus II 100.

ὄλλυε, ὀλλύεις Archiloch. fr. 26.

σβεννύεις Pind. Pyth. I 8.

μίγνυον Pind. Nem. IV 35.

Etiam apud Herodotum talia minime rara sunt, cf. Kühner-Blass II p. 209; de Attica dialecto cf. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[3] p. 153 sq., Kühner-Blass II p. 194 sq.; docet autem verbum Homericum *τάνύω*, cuius una tantum forma *τάνύται* (vid. supra) thematica vocali caret, nihil quod vitiosum aut ab epica dictione alienum sit huic conformationi inesse [2]). Quapropter nihil videtur tribuendum esse observationi Ahrensii (Conjugation auf *μι* pag. 21), ex cunctis Homericis formis, quas modo attulimus, excepta sola *ὀμνύέτω*, expelli posse vocalem thematicam; numeros scilicet versuum non obstare quominus *ὤμνῡ, -ώμνῡσαν, ὤρνῡ, ὤρνῡσαν, ζεύγνῡσαν* scribamus. Neglexit autem versum *κ* 345, ubi metrum nihilo magis fert huiusmodi mutationem quam *T* 175, e recentioribus autem quos indicavimus poetis hae formae sine vi et audacia expelli nequeunt.

Verborum, quorum praesens cadit in *-μι*, 3ª persona numeri pluralis in indicativo sine ulla anomalia formatur ope suffixi *-ντι*: *ἱστᾶσι, τιθεῖσι, ἰεῖσι, διδοῦσι, ῥηγνῦσι, εἰσί* (= *ἱστα-ντι, τιθε-ντι, ἰε-ντι, διδο-ντι,*

---

[1]) Nullam hisce formis contractionem inesse, scribendum autem esse *τίθεις δίδοι* etc., opinati sunt Ahrens Bergk alii; cf. Kühner-Blass II p. 203.

[2]) Videantur etiam *φθάνω ἰκάνω κιχάνω*, quae ex *-νυω* nata sunt verba; § 38 et 143.

ῥηγνυ-ντι, *ἐσ-ντι*). Suffixo *-ᾱσι* vero (i. e. *-αντι*), quod postea in horum praesentium flexione regnavit, dictio epica utitur tantum in verbi *εἰμί* forma altera *ἔᾱσι(ν)*, quae multis locis reperitur, et in verbi *εἶμι* 3ª persona pluralis *ἴᾱσι* (*B* 87) *Π* 160, et praeterea in perfectis *ϝίσᾱσι*, *μεμάᾱσι*, *βεβάᾱσι* etc. [1]).

Accentus formarum, quas attulimus, *ἱστᾶσι* etc. sitne ex antiquissima flectendi ratione desumtus, an debeatur errori grammaticorum, qui formas Homericas ex vulgarium *τιθέασι διδόασι* etc. contractione natas esse putarent, dubitatur. Hoc cum Brugmanno Curt. Stud. IX p. 296 veri similius ducimus collato consimili vitio, quod commissum est in verbo *ἀγᾶσθε* ε 129, ubi *ἄγασθε* legendum esse intellexit Herodianus; vid. § 305[1].

Satis autem credibile est fines flexionis in *-μι* multo latius, quam e textu Homerico nunc apparet, aliquando patuisse; pro *ὁρᾶτο* e. g. potius *ὅρατο* vel *ὅρητο* esse scribendum; cf. *κίρνᾱ ἐδάμνᾱ* etc. a verbis *κίρνημι δάμνημι* etc., et vid. § 6 et 195.

CAPUT V.

De formis iterativis.

§ 146. Stirpis incrementum *-σκ-*, quo multa verba utuntur in cunctis formis praesentis atque imperfecti (vid. § 140), nonnullis stirpibus in *indicativo* tantum *imperfecti* vel *aoristi* adicitur. Multae huiusmodi formae — centum et triginta numeravit Curtius — in epicis carminibus occurrunt, pleraeque tamen paucis tantum locis reperiuntur, ita ut pro re nata ab ipsis poetis fictas esse appareat. *Iterativae* dici solent, quoniam iteratam actionem indicant. Quamquam primitiva haec notio multis locis ita evanuit, ut inter simplices formas et iterativas vix quicquam in dictione epica intersit; e. g. *ἤσκον ἤσκε* non significant *saepe* vel *identidem eram, erat*, neque *fiebam, fiebat*, sed *eram, erat*, ut *ἦα* et *ἦεν*. Nomine autem et usu magis quam re inter se discrepant *inchoativae* et *iterativae* formae imperfecti; illa enim voce a grammaticis designantur si accedit

---

[1]) Perfecti terminum non *-αντι* (= *-ᾱσι*) sed metaplasticum suffixum *-σαντι* fuisse putat Curtius, qui et aliis persuasit et mihi. Obloquitur tamen G. Meyer.

praesens in *-σκω* formatum, hac vero, si a praesenti tempore suffixum *-σκ-* abest.

Stirpibus, quae clauduntur vocali simplici, suffixa *-σκον -σκες* etc. mera adiciuntur; si vero in diphthongum vel consonam stirps exit, thematica intercedit vocalis *ε*. Aoristus sigmaticus ante suffixa iterativa habet vocalem *ă*, quam e prima persona singularis numeri in ceteras huius temporis formas irrepsisse vidimus pag. 309.

Exempla huius conformationis e multis allata sunto quae sequuntur:

imperf. *εἶα-σκον*, *ἵστα-σκε*, *'μνά-σκετο*, *'πωλέ-σκετο*, *ἐμυθέ-σκοντο*, *'ρήγνυ-σκε*, *'ρύ-σκεο*.
'ναί-ε-σκε, *'παυ-έ-σκετο*, *ἀριστεύ-ε-σκε*, *ἔχ-ε-σκες*, *ἐφθινύθ-ε-σκε*, *ὀλέκ-ε-σκε* *T* 135.

aor. II *ἔστα-σκε*, *οὔτα-σκε*, *ἔδο-σκον*, *ἔδυ-σκε*.
ἐϝίδ-ε-σκε, *'γεν-έ-σκετο*.

aor. I *ἐλάσ-α-σκε*, *ἐκρύψ-α-σκε*, *ὤρσ-α-σκε*, *ἐδασ-ά-σκετο*.

Prima persona pluralis numeri uno loco extat, *'νικάσκομεν* *λ* 512, secunda singularis medii duobus, *X* 433 *'πελέσκεο* et *Ω* 730 *'ρύσκεο*; ceterae formae iterativae cunctae in *-σκον -σκες -σκε(ν) -σκετο -σκοντο* desinunt.

Separatim etiam forma *ἐφᾰ́νεσκε* *Λ* 64 *λ* 587 *μ* 241 sq. Hes. fr. 33[3] Rzach indicanda est, quoniam haec sola ab aoristo *passivi* qui dici solet ducta reperitur.

Verbi *εἰμί* formae iterativae non adsciscunt vocalem thematicam, sed stirpis sigma cum elemento sigma suffixi confluxit: *ἔσ-σκον*, *ἔσ-σκε*, quae *ἔσκον ἔσκε* scribi solent, vel addito augmento (vid. infra) *ἦσκον ἦσκε*.

Nonnullarum stirpium, quae vocali terminantur, suffixa non sunt *-σκον* etc. sed *-εσκον* etc.; e. g. *'γοᾰ́-εσκε* Φ 92, *'ναιετᾰ́-εσκον* *B* 539 etc., *'φορέ-εσκον* *B* 770 etc., *'βουκολέ-εσκες* *Φ* 448, *'φιλέ-εσκε* *Z* 15 etc.; alia exempla extant *Θ* 363 *O* 723 *T* 28 *Φ* 448 *δ* 368 *ε* 480 *ψ* 353 *ω* 390 Hes. Scut. 162. Quales formas fortasse peperit necessitas metrica, numeri enim obstant quominus *'ναιέτασκον* et similia dicantur; non omnium tamen huiusmodi formarum origo ex necessitate metrica potest repeti, nam forma *ἐφίλεσκε* exempli gratia hexametro aptior etiam erat quam *ἐφίλέεσκε*. Itaque analogiae hae similesque formae, quae multis locis metro stabilitae sunt (*N* 372, 398 *O* 646 etc.) deberi videntur, collatis autem formis qualis est *νεικε(ι)ω* - *'νεικείεσκε*, intellegimus eas e *'ναιετά(ι)-εσκον* etc. prodiisse.

Vitio natae sunt formae anomalae *'κρύπτασκε* *Θ* 272 (leg. **'κρύ-*

ψασκε coll. *'δύσκε* vs. 271) Hes. Theog. 157 (leg. **'κρύπτεσκε*) et *'ρίπτασκον -σκε O* 23 *Ψ* 827 *θ* 374 *λ* 592 *τ* 575 Hes. Scut. 256, quibus locis *'ρίψασκον -σκε* (*Ψ* 827 potius *'ρίπτεσκε*) scribendum esse claro apparet collato versu *λ* 592 cum vicinis 585 sq. (*κύψειε, ἀπολέσκετο*) et 597 (*ἀπεστρέψασκε*); id quod ante me perspexit Kirchhoff. Ipsos poetas ita errasse nemo iam credit, opinor.

Iterativas formas augmentum prae ceteris respuisse communis veterum grammaticorum est opinio; vid. Etym. Magn. p. 295, 14, Spitzner de versu heroico p. 211 et 213, Schaefer apud Brunckium in ed. Apollonii Rhodii II p. 175. Sed satis certum videtur de nihilo fictam esse, ex Homero saltem nequit comprobari, qui praebeat formas *εἴασκον E* 802, *εἴασκε(ν) Λ* 125 *T* 408 *χ* 427, *ἐμισγέσκοντο υ* 7, *ἐβίβασκεν* h. Ap. 133, *ἔφασκον -κες -κε(ν) -κετο N* 100 etc., *παρεκέσκετο ξ* 521, quarum ultima tantum salvo metro potest augmento spoliari; praeterea in parte codicum est *ὤρσασκες P* 423, *ἀνεμορμύρεσκε μ* 238; conferatur etiam *T* 135. Hisce igitur locis perpensis iusta causa nulla obstare videtur quominus alias quoque, sicubi sinant versuum numeri, huiusmodi formis praefigatur augmentum; id quod vel necessarium est *Ω* 755, *πόλλ' ἐρρυστάζεσκεν*, quoniam in vulgata lectione *πολλὰ ῥυστάζεσκεν* sonus finalis *-ᾰ*, qui in thesi est collocatus, insolite admodum producitur; vid. § 26. Verbi *εἰμί* iterativam formam *ἧσκε* apud Alcmanem reperiebant veteres grammatici: Anecd. Oxon. I 159 *ὁ μὲν ποιητὴς τὴν ἄρχουσαν συστέλλει ἐν τῷ ἔσκεν, ὁ δ' Ἀλκμαν φυλάττει· „ἧσκέ τις σκάφευς ἀνάσσων"* (fr. Alcm. 67), — quidni epici quoque poetae ita locuti fuerint? Nemo certe e tradito textu contrarium potest demonstrare, nostri enim arbitrii est utrum litteras *ΕΣΚΕ*, quas in vetustis exemplaribus fuisse scimus, cum Graecis ipsis velimus *ἔσκε* interpretari an potius *ἧσκε*. Neque e scenicorum locis, ubi iterativae formae reperiuntur, quidquam effici potest; nam Aeschyli versum fr. 298[2]

κλαίεσκον ἔνθα νυκτέρων φαντασμάτων

e *nuncii* alicuius narratione desumtum esse contextus docet; qualibus locis quam sibi libertatem sumserint tragici vidimus supra pag. 389,3; neque loci lyrici Soph. Antig. 950, 963 fr. 491 Pind. Nem. III 90 argumentum praebent, eiusmodi enim in versibus nullum non augmentum omitti potuit; *ἔσκεν* autem Aesch. Pers. 656 si quis *ἧσκεν* scribere mavult, metrum certe non obstat. Aristophanes denique duas in fabulis superstitibus adhibuit formas iterativas, quarum altera legitur Equit. 1242 *ἠλλαντοπώλουν καί τι καὶ βινεσκό-*

μην, ubi nihil obstat quominus ἐβινεσκόμην scribamus, in altera manifesta est imitatio dictionis epicae, ipsi autem numeri versus heroici obstabant quominus illic adhiberetur augmentum, Pac. 1070:

εἰ γὰρ μὴ Νύμφαι γε θεαὶ Βάκιν ἐξαπάτασκον.

Apud Herodotum omitti solet huiusmodi formarum augmentum; sed cum reputamus quam multa in textu Herodoteo mutanda fuerint editoribus ut scriptoris verba conciliarent cum iis quae iubent sana ratio et dialectus Ionica ex inscriptionibus cognita, nullam hac certe in re mscriptorum esse auctoritatem facile nobis persuademus; vid. Schweighaeuser ad Herod. IV 130.

CAPUT VI.

De futuri littera σ carentis conformatione.

§ 147. Elementi σ in futuro omissi eadem fere apud Homerum est ratio quae postea fuit [1]), sed eiusmodi futura contractione non utuntur; id quod neminem mirum habere potest, qui indolem dictionis epicae a contractione alienam norit; cf. § 7. Exemplo sit versus σ 186:

ἀγγελέουσα γυναιξὶ καὶ ὀτρυνέουσα νέεσθαι.

Alia exempla sunt:

1) a stirpe in liquidam exeunti: σημανέω, βαλέει, ὀλέεσθαι.

2) a stirpe in ᾰ̔(σ) exeunti: κρεμᾰ́ω, δαμᾰ́ει, ἐλᾰ́ειν, ἀντιᾰ́ων. — Sed παρελάσσεις Ψ 427. Contracta forma legitur Λ 61 πόλεμός τε δαμᾷ, ubi corrigendum videtur *πόλεμος δαμάει.

De stirpium in α(σ) desinentium *diectasi* quae dicitur videatur § 191.

3) a stirpe in ε(σ) exeunti: τελέω, τελέουσι, τελέεσθαι, κορέεις, κορέει, καλέων, καλέουσα.

Verbi ὄλλυμι futurum est ὀλέσσω et ὀλέω (cf. § 284[2]), et verbi μάχομαι μαχέσσομαι et μαχέομαι (cf. § 291). Pro μαχεῖται Υ 26 legatur μάχηται cum cod. C[1].

Commemoratu digna sunt etiam verbi πίπτω futurum πεσέονται πεσέεσθαι Λ 824 Ι 235 etc., et verbi εἰμί rara forma ἐσσεῖται (ἐσσέεται?) § 302.

---

[1]) Excipienda sunt verba in -ίζω, de quibus videatur § 210.

Nonnullis locis verborum, quorum stirps terminatur liquida, futura contracta reperiuntur, cf. Menrad de Contract. p. 143 sqq.; quae partim probabiliter possunt corrigi, passim sunt toleranda. En horum versuum recensionem:

βαλῶ P 451 (*᾽βάλον*, alii aliter), *βαλεῖν* h. Merc. 374.

ἐκφανεῖ T 104 (*ἐκφανεῖ, ὃς πάντεσσι*, Menrad *ἐκφανέει, ὃς πᾶσι*).

κτενεῖ O 65, 68 (spur.), *κατακτενεῖ Ψ* 412 (*δ᾽ ὔμμε κατακτενεῖ*, Christ *δὲ κτενέει ὔμμ᾽* (*δ᾽*)).

τελεῖ Δ 161 (*ἔκ τε καὶ ὀψὲ τελεῖ*, Zen. *ὀψὲ δὲ καὶ τελέσει*. Scripsimus *ὀψὲ δὲ καὶ τελέει*, pro *praesentis* autem forma habemus).

ἀμφιβαλεῦμαι χ 103.

καμεῖται B 389.

ὀλεῖται B 325 (= *H* 91 *ω* 196 h. Ap. 156). Pro *ἀπολεῖσθαι* (Arist.) *Θ* 246 scribendum est quod mscripta habent *ἀπολέσθαι*, recte enim ibi habet aoristus; *ι* 496 vero pro *αὐτοῦ ὀλέσθαι*, ubi futurum requiri vidit Cobet, non *αὐτοῦ ὀλεῖσθαι* est legendum sed *αὖθ᾽ ὀλέεσθαι*.

ὀμοῦμαι Δ 233 *I* 132 *Φ* 373 *υ* 229 h. Merc. 274, *ὀμεῖται I* 274 Hes. Oper. 194. — Haec probabiliter mutari nequeunt, nisi futurum *ὀμόσσω ὀμόσσει* aliquando extitisse collato aoristo *ὤμο(σ)σα* sumas.

ὀρεῖται T 140 (l. a. *ὄρηται* et *ἐτύχθη*. Ferri nequit subiunctivus; fortasse *ἔτοιμον* vel simile quid fuit olim).

τελεῖσθαι ψ 284.

φανεῖσθαι μ 230.

Insolita est forma *ἐσσεῖται B* 393 *N* 317 *τ* 302 a verbo *εἰμί* § 302, cuius futurum alias est *ἔ(σ)σεται* vel *ἔσται*. Metrum sinit scribi *ἐσσέεται*, sed formae origo non satis apparet.

Notatu dignum est futurum, praesenti tempori consimile, verborum trium in *-ύω* excurrentium:

ἄνδω (§ 257) *Δ* 56? *Λ* 365 (= *T* 452). — Sed *ἀνύσσομαι* est *π* 373.

Fερδω (§ 293) *Λ* 454 *O* 351 *P* 235, 396 *X* 67, medium *Fερδεσθαι Ξ* 422 [1]).

τἄνδω (§ 279) *φ* 97, 127, 174, medium *φ* 92 *ἐντἄνδεσθαι*.

Praeterea futuris annumeranda sunt, certe futuri temporis vim habent, quae sequuntur:

---

[1]) Vitio debetur *ἐρύσσθαι* futuri loco adhibitum *Υ* 195, ubi *ῥύσσασθαι* scripsimus; cf. § 164.

βίομαι (ῑ) *vivam* O 194 Π 852 X 481 Ω 181 h. Ap. 528. — Vid. § 194.

δήω inveniam I 418 etc. — A stirpe *δα* § 208 haec forma videtur ducta esse.

πείω Θ 315 alibi, *cubitum eo.* — Vid. § 169.

et quae ex Attica dialecto nota sunt: *ἔδομαι* § 307 et *πίομαι*.

Verbo *εἶμι* (§ 308) Homerus saepe futuri vim tribuit, qua apud Atticos constanter usum est. Etiam praesens verbi *νίσσομαι* sive *νέομαι redeo* (§ 292) futuri significatione potest usurpari; vid. Γ 257 Σ 101 (= Ψ 150), 186 Ψ 76 δ 663 λ 114 (= μ 141), 176 ξ 152 υ 156 Eur. Alc. 737. Transitus quam sit facilis inter notiones *redeo* et *rediturus sum* sive *redibo* docent loci qualis est ν 61 *χαῖρέ μοι ... αὐτὰρ ἐγὼ νέομαι*, qui locus utramvis versionem recipit.

Verbi *χέω* futurum in carminibus epicis non occurrit; nam β 222, ubi extare videbatur, non legendum est *σῆμά τέ Ϝοι χεύω* sed **σῆμά κέ Ϝοι χεύω, aoristi* enim est forma *χεύω*, ut *χεύομεν* H 336 (cf. vs. 337) et *χεῦαι* loco parallelo α 291; vid. § 108 pag. 281.

CAPUT VII.

De aoristo secundo.

I. *De aoristo II activi et medii.*

§ 148. Multo frequentior in dictione epica quam in lingua posteriore [1]) est simplex illa et perantiqua conformatio, quae *aoristus secundus* vocari solet, qua stirpi verbi breviori nullisque incrementis auctae adiunguntur temporum historicorum suffixa. Ab *imperfecto* nomine tantum et usu non forma aut origine discrepat, sed caeca fortuna sensim effecit ut alia praeterita *imperfecti* notionem in lingua Graeca obtinerent, aliis, quae iis consimilia sunt, *aoristi* potius significatio tribueretur; nulla enim in ipsis formis est causa cur *ἔγραφον* significet *scribebam*, *ἔβαλον* vero ad actionem peractam

---

[1]) Curtius docuit in lingua Graeca reperiri aoristos 117 thematica vocali instructos ex his 84 extare in carminibus epicis, quorum 30 permansisse in sermone pedestri; ex aoristis autem qui apud Homerum non occurrunt unum *ἀλσθίσθαι* vixisse in lingua quotidiana, 15 apud antiquos poetas inveniri, ceteros deberi poetis recentioribus Homericam dictionem imitantibus.

(*ieci*) indicandam usurpetur. Sed in huius verbi flexione actionem continuatam vel iteratam exprimebat praeteritum stirpis productae ἔ-βαλλ-ον, *scribendi* vero verbum praesentis stirpem non auxit sed novum praeteritum procreavit sigmaticum ἔγραψα. Nullum — apud Homerum certe — est conformationis aut flexionis discrimen inter praeterita ἔφην et ἔβην, sed illud imperfectum dici solet, quoniam praesens est φημί, hoc aoristus, quia praesens et imperfectum ab aucta stirpe sunt ducta.

In aoristi II[1] flexione solet *vocalis thematica* usurpari; quae tamen non raro abest, nec solum — ut apud Atticos — ab aoristis quorum stirps terminatur vocali, e. g. ἔβην, sed etiam post stirpes nonnullas generis *medii*, quas claudit consona, omissa est, e. g. ὦρτο § 284[4], ϝάσμενος § 221[4] [1]).

Ubi adest thematica vocalis, aoristi secundi amant *reduplicationem* (cf. § 136); cuius syllabae liberior est usus, compluribus enim aoristis, quos mox recensebimus, poeta prouti luberet reduplicationem modo tribuit modo denegavit.

Omnino autem magna libertate usi sunt poetae epici in verborum formis effingendis, ita ut uni eidemque verbo haud raro duos vel etiam plures aoristos tribuerent sine ullo notionis discrimine. Exemplo sit verbum τέρπεσθαι *delectari* § 250, cuius quinque ad minimum aoristi circumferuntur in carminibus Homericis: ἐταρπόμην vel ἐτεταρπόμην vel ἐτερψάμην vel ἐτέρφθην vel ἐτάρπην; sexto loco recenseri potest illud τραπήομεν, quod per metathesin (§ 39) ex ἐτάρπην prodiit; septimus denique addendus esset aoristus ἐτάρφθην (τ 213, 251 φ 57 ζ 99), nisi spuria videretur haec forma. Multum valuisse necessitatem metricam ad novas formas in lucem evocandas, nemo non intellegit.

Recensebimus iam cunctos aoristos secundos, qui in carminibus epicis reperiuntur:

§ 149. A. *Aoristi secundi cum vocali thematica.*

1) *Stirpes in vocalem* [2]) *desinentes.*

1. (δα) ᾽δέδαε [3]) ζ 233 Θ 448 ν 72 ψ 160, δεδαέσθαι Λ 831 (?) π 316. — Vid. § 203.

---

[1]) Rectius fortasse a nonnullis viris doctis hodie statuitur *sigmatici* aoristi medii has esse formas ratione vetustissima (sine vocali α igitur) formatas: ἄρ-σ-το, ϝάδ-σ-μενος. Vid. G. Meyer[2] § 530.

[2]) Vocalis aut est ι vel υ aut intercidit semivocalis: δα-σ, φα-ϝ, χρα-ϝ.

[3]) Semper post caesuram.

2. (*φα*) '*φάε* Ξ 502. — Vid. § 280.

3. (*δϝι*) '*δϝίον* (?) *X* 251 (cf. § 199), *ἔδϝιε* (sic correximus, ms. *δείδιε*) *Σ* 34 *Ω* 358 [1]), '*δϝίε* *E* 566 *I* 433 *Λ* 557 *P* 666 *χ* 96. — Vid. § 168.

Perperam ad verbum *δίω fugio* (§ 199) referri solet forma *δίε*.

4. (*ἐντυ*) *ἦντυε* *Ε* 720 *Θ* 382 h. Cer. 377, *ἦντυον* *ψ* 289 (et *ψ* 199?), imperat. *-έντυε* *Θ* 374. — Vid. § 268.

In mscriptis est *ἔντυε ἔντυον*, sed quoniam certum est primam syllabam non praepositionem *ἐν* esse sed cum voce *ἕντεα* verbum cohaerere, nulla est causa cur augmentum omittatur.

5. (*κι*) *ἔκῐον* passim, vid. § 172.

Aoristi II esse formas *κίῃς*, *κίοι*, *κίε* (imperat.), non praesentis *κίω*, quod nullum fuit in dictione epica [2]), neque igitur *κίων* et *κίειν* sed *κιών* et *κιεῖν* esse scribenda, probe perspexerunt veteres grammatici, cf. e. g. Et. Gud. 324,21. Recte Curtius hanc proposuit proportionem: *κι-εῖν*: *κί-νῦμαι* = *ἀρ-έσθαι*: *ἄρ-νῦμαι* (§ 284[1]).

6. (*κλυ*) *ἔκλῠον -ες -ε* et 3. plur. *-ον* passim [3]). Vocali thematica caret imperativus: *κλῦθι* (*Λ* 37 etc.) *κλῦτε* (*B* 56 etc.) vel *κέκλῦθι* (*K* 284 etc.) *κέκλῠτε* (*Γ* 86 etc.); cf. § 145.

Imperativus exclamationis initium est; quapropter nunquam non hexametrum aperit. Hinc productionem vocalis *υ* in formis *κλῦθι* et *κλῦτε*, quae neque ab analogiae parte satis tuta est neque in formis reduplicatione ornatis invenitur, ictui deberi suspicatus est Schulze, vid. supra pag. 97.

Adi. verbale *κλῠτός* (cum multis compositis) significat *inclytus*, *clarus*, participium autem *Κλύμενος Κλυμένη* (thematica vocali destitutum) propriorum tantum nominum vicem obtinet. — Arte cognatum est *κλείω* verbum § 188.

Plerisque locis Homericis hoc verbum non *audio* tantum (id quod *ἀκούω* vel *ἀίω*) significat, sed *aures praebendi* sive *exaudiendi* potius vim obtinet, ut Atticum *ἐπακούειν*; quapropter de *coelitibus* praesertim usurpari solet.

Genitivus addi potest ad indicandam soni qui percipitur originem,

[1]) Aoristo reduplicationem a vetustis cantoribus praemissam esse, ita ut perfecto consimilis fieret, credibile non videtur, licet apud Quintum Smyrnaeum V 282 *ἰδείδιον* legatur; conf. ibidem VII 298, 305 X 450 etc.; vid. tamen quae de plusquamperfecti aoristique pristina similitudine observavimus pag. 287,4.

[2]) Legitur tamen *κίεις* Aesch. Choeph. 680, et *οὐ κίεις* scribendum putat Bergk in Anacreontis fr. 4 pro *οὐκ ἀίεις*, quod metro invito legitur in cod. (alii *οὐ κλύεις*).

[3]) Praesens *κλύω*, quo caret dictio Homerica, extat Hes. Op. 726 (*οὐ γάρ τοί γε κλύουσιν*) et apud tragicos pervulgatum est.

e. g. *K* 47 *οὐδ' ἔκλυον αὐδήσαντος*; sed saepe subiungitur *dativus* commodi, e. g. *E* 115 *κλῦθί μοι*, Hes. Theog. 474 *οἳ δὲ θυγατρὶ φίλῃ μάλα μὲν 'κλύον ἠδ' ἐπίθοντο*; vid. praeterea *K* 278 *β* 262 *δ* 762 *ζ* 239, 324 Hes. Op. 726. Restituendum esse dativum *Γ* 86 etc., ubi textus traditus habet *κέκλυτέ μευ*, docet genitivus contractus, qui a dictione epica alienus est, vid. pag. 257; fortasse aliis quoque locis, qui his sunt similes, e. g. *Λ* 37, olim fuit dativus.

7. (*πι*) *ἔπῐον* etc. passim. Imperativus non *πῖθι* est, ut in dialecto Attica, sed *πῖε* (*ι* 347); cf. § 145.

8. (*χρα*) *ἔχρᾰε Φ* 369 *ε* 396 *κ* 64, *ἐχρᾰέτε φ* 69, *ἐπέχρᾰον Π* 352, 356 *β* 50. — Vid. § 179.

Suspecta sunt *'γόον* · *Z* 500 et *'λάε λάων τ* 229 sq. h. Merc. 360. Corruptam autem formam *-ενήνεον H* 428, 431 *α* 147 *π* 51, quae aoristus reduplicatus esse credebatur, optimo iure in imperfectum *-ενήεον* mutavit Bekker ad exemplum versuum *Ψ* 139, 163 *Ω* 276. — Alias extant *ἐνήει Ψ* 169, *νηήσας I* 358 etc.

2) *Stirpes in consonam desinentes.*

a) *Cum reduplicatione.*

9. (*ἀγ*) *ἤγᾰγον* passim.

10. (*ἀλκ*) *ἄλαλκε Ψ* 185, *ἀλάλκησι κ* 288, *ἀλάλκοι Φ* 138 (= 250), 539, 548 *X* 348 *-κοις ν* 319, *-κοιεν X* 196 *δ* 167, *-άλαλκε δ* 766, *ἀλαλκέμεναι P* 158 *T* 80 *γ* 237, *ἀλαλκών I* 605. — Vid. § 288[3] et cf. § 83[2].

11. (*ἀνεθ*) *-ἄνήνοθε B* 219 *K* 134 *Λ* 266 h. Cer. 280 Hes. Scut. 269 Ap. Rhod. I 664 IV 276.

Prima syllaba non praepositio est sed debetur reduplicationi stirpis *ἀνεθ*, cuius brevior forma *ἀνθ* e nomine *ἄνθος* nota est. Quapropter non est recipienda lectio altera *-ενήνοθε*, licet Aristarchi auctoritate freta sit; vid. § 135[1] de versibus *θ* 365 *ρ* 270, ubi *perfecti*, non temporis *historici*, vice fungitur forma *(ἐπ)ανήνοθε*.

12. (*ἀρ*) *ἤρᾰρε Δ* 110 *Ψ* 712 *δ* 777 *ε* 95 (= *ξ* 111) h. Merc. 50, *ἄρᾰρον M* 105 *Π* 214, *ἀρᾰρεῖν Π* 212, *ἀρᾰρών ε* 252, *-όντε π* 169. — Vid. § 285.

13. (*ἀφ*) *ἥπᾰφε Ξ* 360 *ξ* 379, 488, *-ἀπᾰφων ψ* 79, *-ἀπᾰφοῦσα* h. Ap. 379 Ven. 88, et eodem sensu med. *ἀπᾰφοιτο I* 376 *Ξ* 160 *ψ* 216. — Vid. § 138[4].

Eiusdem radicis *ἀπᾰτη* et *ἀπατᾶν* esse videntur.

14. (*ἀχ*) *ἤκᾰχε Π* 822 *ο* 357 *π* 427. — Medium *ἀκᾰχοντο π* 342, *ἀκᾰχοίμην α* 236, *ἀκᾰχοιτο Θ* 207 *N* 344, *ἀκᾰχοίμεθα Π* 16. — Vid. § 240.

15. (γων?) *ἐγέγωνον* (*-νευν* mss.) *μ* 370 *ϱ* 161, *ἐγέγωνε Ξ* 469 *X* 34 *Ψ* 425 *Ω* 708 *θ* 305 *φ* 368 et in formula *ὅσον τ' ἐγέγωνε* [1]) *βοήσας ε* 400 *ζ* 294 *ι* 478 *μ* 181, 3. plur. *ἐγέγωνον* (*-νευν* mss.) *ι* 47, infin. *γεγωνέμεναι Θ* 223 = *Λ* 6, *-νεῖν M* 337.

Fortasse participium *γεγωνών* [2]) pro *γεγωνώς* scribendum est in versu *ἦυσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώς Θ* 227 (= *Λ* 275, 586 *M* 439 *N* 149 *P* 247), ubi Nauck *γεγωνός* (adiect.) mavult. Ahrens (Jahresbericht des Lyceums zu Hannover 1866 p. 5, = kl. Schr. I p. 426) *γεγώνων* rescribebat, ad *praesens γεγώνω* cunctas quas attulimus formas referens; quae dirimi nequit quaestio, quoniam praesens nusquam in carminibus epicis legitur; recentiores vero *γεγωνέω* aut *γεγωνίσκω* dicebant. — Vid. § 260.

16. (*ἐνεκ*) *ἤνεικα*, Att. *ἤνεγκον*, passim. — Vid. § 153[5] et 311.

17. (*ἐνιπ*) *ἐνένῑπε O* 546 etc., et (in versuum fine) *ἠνίπαπε μύθῳ B* 245 *Γ* 427 *E* 650 *P* 141 *ν* 17, 303. — Vid. § 243[3].

18. (*ἐρυκ*) *ἠρῡκάκε E* 321 etc., *ἐρῡκάκῃ H* 342, *ἐρῡκάκε N* 751, *-κετε Z* 80, *ἐρῡκακέμεν* (cf. § 126) *E* 262 *γ* 144 *λ* 105 *ν* 318. — Vid. § 228.

19. (*Ϝεπ*) *ἔϜειπον* (ex *ἐ-Ϝε-Ϝπ-ον*) passim [3]), cf. § 306[2] et de terminis *-πας* etc. § 153[6].

[19*. Fortasse hoc loco commemorandus erat aoristus *ἔϜ(ε)Ϝιδε*, vid. infra n° 67].

20. (*κᾰδ*) *κεκᾰδών Λ* 334 (*spoliandi* vi adhibitum), *'κεκάδοντο Δ* 497 *O* 574 (*cessarunt*). — Vid. *χάζομαι* § 220[1].

[20*. Si sincerae essent formae *κεκάμω*, *κεκάμωσι*, *κεκάμῃσι*, hoc loco afferendae essent; sed vid. infra n° 71.]

21. (*κελ*) *ἐκέκλετο Z* 66 et passim, *'κέκλοντο Ψ* 371, *κεκλόμενος -νοι O* 353 etc. — Vid. § 266.

---

[1]) Ita scribendum esse, non *γέγωνε*, docet metrum; cf. pag. 18 sqq. et vid. Nauck Mél. Gréco-Rom. IV p. 41 sqq. — Aoristo *ἐγέγωνον* etiam tragici utuntur (Aesch. Prom. 657 etc.).

[2]) Neutrum *γεγωνόν* extat Antiphan. com. fr. 196; vid. etiam Hesych. s. v.

[3]) Qui factum sit ut *ἔϜειπον*, non *ἔϜεπον*, diceretur, nescimus; neque causa apparet cur in vetusta litteratura Attica vera diphthongus *ΕΙ* aoristo *εἶπον* sit tributa; vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 135, Vogrinz Gramm. d. hom. Dial. p. 123, G. Meyer[2] § 529. Si in re incerta hariolari licet, suspicor aoristum *εἶδον*, qui cum pervulgatus tum sono atque conformatione simillimus est, effecisse ut etiam in *dicendi* verbo, ut in *videndi*, Graeci diphthongo *ει* uterentur. In Homericis tamen haec explicatio nihil valet, tunc enim temporis *ἔϜιδον* dicebatur. Itaque fieri potest ut *ἔϜεπον* forma dictioni epicae sit tribuenda.

22. (κυθ) *κεκύθωσι* ζ 308, et sine reduplicatione *'κύθε* γ 16. Praeterea *'κύθον* videtur esse legendum Γ 453. — Vid. § 214.

23. (λαβ) *λελαβέσθαι* δ 388; etiam formis *ἔλλαβε* Γ 34 etc. et *ἐλλάβετο* ε 325 reduplicationem inesse, ex *ἐλέλαβε* enim et *ἐλελάβετο* urgente metro prodiisse, cum Froehdio (Bezzenb. Beitr. III p. 16) suspicamur; cf. supra pag. 109. — Multo vero frequentiores sunt formae reduplicatione carentes *'λάβε*, *λαβών* etc., quae passim occurrunt. — Vid. § 243[1].

24. (λαθ) *ἐκλέλαθον* B 600, *λελάθῃ* O 60, *ἐκλελάθητε* χ 444, *ἐκλελάθοῦσα* h. Ven. 40, *memoriam adimere*. Med. *'λελάθοντο* Δ 127, *ἐκλελάθοιτο* γ 224, *λελάθέσθω* Π 200, *ἀπεκλελάθέσθε* ω 394, (*ἐκ*)*λελάθέσθαι* Z 285 T 136, *oblitum esse*. — Multo frequentiores sunt formae reduplicatione carentes *ἔλαθε* etc. *latuit* et *'λάθετο* etc. *oblitus est*. — Vid. § 221[6].

[24*. De forma *'λελάκοντο* vid. n° 77.]

25. (λαχ) *λελάχητε* Ψ 76, *λελάχωσι* H 80 O 350 X 343 *participem facere*. — Passim autem sine reduplicatione *ἔλαχον* etc. *participem esse*. — Vid. § 241[4].

Augmenti syllaba producta est h. Cer. 86 sq.: *ἔλλαχε*, cf. § 27.

[26. (μαρπ) *ἐμέμαρπον* Hes. Scut. 245, *μεμάποιεν* (alii codices metro invito *μεμάρποιεν*) Scut. 252, et sine reduplicatione *μάπέμεν* (codd. *μαπέειν*, cf. § 126) Scut. 231, 304. De perfecto vid. § 158[10].

Verbo *μάρπτειν* Homerus utitur Φ 489 etc.; syllabae *μαρπ* correptio componenda est cum iis quae pag. 112 sunt observata.]

27. (μελ) *'μέμβλετο* (ex *ἐμέμλετο*, cf. *μέμβλωκα* § 285[1]) T 343 Φ 516 χ 12 Hes. Theog. 61 [1]) Apoll. Rh. IV 1470, Callim. fr. 169 Bentley. — Vid. § 270.

28. (μηκ) *ἐμέμηκον* ι 439. — Vid. § 233, et conferantur quae pag. 287 sunt observata.

29. (ὀρ) *ὦρορε* B 146 δ 712 τ 201 ψ 222 *excitavit*, N 78 Θ 539 ω 62 *ortus est*. — Vid. § 284[4].

30. (παλ) *ἀμπεπάλών* Γ 355 (= E 280 H 244 Λ 349 Ρ 516 X 278, 289 ω 522) Υ 438, med. *πεπαλέσθε* H 171, *πεπαλέσθαι* ι 331 (sic Doederlein, mss. *πεπαλάσθε* vel *πεπάλαχθε -θαι*). — Vid. § 274.

31. (πιθ) *'πέπίθε* h. Ap. 275, *παραιπεπίθησι* χ 213, *πεπίθωμεν* I 112, *πεπίθοιμεν* Α 100, *-οιεν* I 181 Ψ 40, *πεπίθεῖν* I 184 h. Ven.

---

[1]) Hic enim pro *μέμβλεται ἐν στήθεσσι* legendum est **'μέμβλετ'(ο) ἐνὶ στήθεσσι*. Apollonius Rh. II 217 *μέμβλωσθε perfecti* loco habuit. Praesens *μέμβλεται* extare non potuit.

7 (= 33), *παρπεπίθών* ξ 290, *-θόντες* Ψ 37 ω 119, *(παραι)πεπίθουσα* Ξ 208 *O* 26, *exorare*. — In medio autem *πεπίθοιτο* *K* 204 et passim *'πιθόμην* etc. *obsequi*. — Vid. § 217.

32. (*πλαγ*) *ἐπέπληγον* *E* 504 (an hoc loco *ἐπ-έπληγον* intellegi oportet?) Ψ 363 Θ 264, conferantur quae pag. 287 sunt observata; *πεπληγέμεν'(αι)* *Π* 728 Ψ 660. — Med. *'πεπλήγετο* *M* 162 (= *O* 113, 397 *ν* 198), *ἐπεπλήγοντο* *Σ* 81, 51. — Vid. § 238[1].

33. (*πυθ*) *πεπύθοιτο* *Z* 50 (= *K* 381 *Λ* 135). Eodem sensu *'πύθόμην* etc. sine reduplicatione passim. — Vid. § 221[7].

34. (*σεδ*) *ἕζετο* etc. passim (id est *'σέ-σδετο*). — Cf. § 220[3].

35. (*σεπ*) *ἕσπετο* etc., *ἕσπωνται*, *ἑσπέσθαι*, *ἑσπόμενος*, id est *'σέσπετο*, *σεσπέσθαι*, *σεσπόμενος*. De reduplicatione formis Homericis nullo non loco propria videantur Aristarchus in schol. *K* 246, La Roche ad *E* 423, van Leeuwen Mnemos. 1885 p. 198 sq. [1]). Pro *σπεῖό μοι* *K* 285 correxi *ἑσπέο μ'(οι)*. Sed *χ* 324 forma novicia *σπέσθαι* ferenda videtur [2]). — Vid. § 247.

Activi aoristus *-ἑσπον* reduplicatione caret.

36. (*ταγ*) *τετἄγών* *Λ* 591 *O* 23, Leschae fr. 7, Apoll. Rhod. II 119. Stirps *tang-tng* sive *tag* superest etiam in Latino verbo *tetigi tactum tangere*.

37. (*τεμ*) *ἔτετμε* *Δ* 293 *Z* 374, 515 *α* 218 *γ* 256 *ε* 58, 81 h. Cer. 343, *'τέτμον* h. Cer. 179, *τέτμῃ* Hes. Theog. 610, *τέτμῃς* *o* 15, *τέτμοιμεν* Theocr. XXV 61.

Huius aoristi, qui *inveniendi* sensu usurpatur (nostrum *aantreffen*), sitne eadem stirps atque verbi *τέμνειν*, an fallat nos inanis sonorum similitudo, incertum est. Fieri sane potest ut *secandi* notio ad *iter* translata sensim abierit in *occurrendi*, *offendendi* significationem, cum praesertim *secandi* stirps *τεμ-τμαγ* similem notionis mutationem ostendat in aoristo passivi *διέτμάγεν* (§ 154[10]), quae forma non *dissecti sunt* significat sed *discesserunt*. Sed durior tamen videtur structura *ἔτετμε τὸν δεῖνα*, velutsi dicas *secare aliquem*, pro *obviam ei fieri*, *iemands pad krúisen*; neque tum cum homines in via sibi occurrunt usurpari solet, sed potius cum quis domi sedentem aliquem reperit. Quapropter veri videtur similius a stirpe

---

[1]) Etiam Pindarus, Apollonius Rh., Callimachus alii saepius usi sunt formis *ἑσπέσθαι ἑσπόμενος* etc. Vid. Pind. Ol. VIII 15 IX 123 Pyth. X 26 Isthm. V 25, Apoll. Rh. I 103, 470 III 35, 615 IV 434, Callim. h. Ap. 55, Mosch. II 148, Orph. Lith. 100, 143.

[2]) Contrariam viam ingressus Bekker syllabam *ἑ-* soli indicativo concessit, cf. Nauck Mél. Gréco-Rom. IV p. 323 sqq.

aliunde ignota hunc aoristum ductum esse; Fick Bezzenb. Beitr. I p. 59 collato substantivo *τέκμωρ* a stirpe *τετμε* = *τεκμε* repetivit, quam e stirpe *τεκ* § 236 procrevisse opinatur; cf. n° 39.

38. (*ταρπ*) *'τετάρπετο T* 19 *Ω* 513, *τεταρπώμεσθα Ψ* 10, 98 *λ* 212, *τεταρπόμενος α* 310 *ξ* 244, *-οι I* 705. Sine reduplicatione *ταρπώμεθα Ω* 636 (= *δ* 295 *ψ* 255). — Vid. § 250.

39. (*τυκ*) *τετύκεῖν o* 77 = 94. Medium *'τετύκοντο Λ* 467 (= *B* 430 *H* 319 *π* 478 *ω* 384) *Θ* 61 *μ* 307 *ν* 390, *τετύκοίμεθα μ* 283 (= *ξ* 408), *τετύκέσθαι φ* 428, *parare* (med. *sibi parare*), nempe *cenam* (*δαῖτα* vel *δεῖπνον*). — Vid. § 236[1].

40. (*φεν*) *ἔπεφνον* etc. passim, *πεφνέμεν' Z* 180, *πεφνών Π* 827 *P* 539. — Vid. § 281.

41. (*φιδ*) *πεφίδοίμην ι* 277, *πεφίδοιτο Υ* 464, *πεφίδέσθαι Φ* 101. — Vid. § 219.

42. (*φραδ*) *ἐπέφραδον K* 127, *ἐπέφραδε* et *διεπέφραδε Λ* 795 *Σ* 9 etc., *πεφραδέμεν η* 49 *τ* 477, *πεφράδοι Ξ* 335. — Vid. § 220[1].

43. (*χαρ*) *'κεχάροντο Π* 600 *δ* 344 *ρ* 135, *κεχάροιτο β* 249 *γ* 438, *κεχάροίατο Λ* 256. — Vid. § 282.

Reduplicationem ab aoristo modo ascisci modo sperni vidimus in stirpibus 22 *κυθ*, 23 *λαβ*, [26 *μαρπ*], 31 *πιθ*, (32 *πλαγ*?), 33 *πυθ*, 35 *σεπ*, (37 *τεμ*?) 38 *ταρπ*. Stirpibus autem 24 *λαθ* et 25 *λαχ* reduplicatio *causativam* vim tribuit.

Syncopen, quae dicitur, patiuntur stirpes 16 *ἐνεκ*, 19 *Fεπ*, 21 *κελ*, 27 *μελ*, 34 *σεδ*, 35 *σεπ*, 36 *τανγ*, 37 *τεμ*, 40 *φεν*.

b) *Sine reduplicatione.*

Nonnullos aoristos, qui huc pertinent, modo attulimus; vid. supra 22 *κυθ*, 23 *λαβ*, 24 *λαθ*, 25 *λαχ*, [26 *μαρπ*], 31 *πιθ*, 32 *πλαγ*?, 33 *πυθ*, 35 *σεπ*, 37 *τεμ*?, 38 *ταρπ*.

Ceteri aoristi secundi activi mediique, quibus Homerus thematicam vocalem tribuit sed reduplicationem denegavit, hi sunt:

44. (*ἀγερ*) *ἤγρετο* (mss. *ἔγρετο*, vid. pag. 374,2) *H* 434 *Ω* 789, *ἤγροντο* (mss. *ἀγέροντο*) *B* 94 *Σ* 37, 245 *Θ* 321 *λ* 36 *ν* 277, *ἀγρέσθαι* (mss. *ἀγέρεσθαι*) *β* 385, part. *ἀγρόμενοι* etc. *B* 481 et saepius. — Vid. § 255.

45. (*ἀλιτ*) *ἤλῖτε I* 375 Hes. Scut. 80, et eodem sensu med. *ἄλῖτοντο ε* 108, *ἄλῖτωμαι Ω* 570, *ἀλῖτηται Υ* 265 *Ω* 586, *ἀλῖτέσθαι δ* 378.

Ab eadem stirpe ductum est participium praes. ἀλιτήμενος δ 807 et cum vitio Hes. Scut. 91 (vid. § 195). Alia ratione praesens conformatum est Hes. Op. 330 ἀλιταίνεται (rectius Rzach subi. ἀλιταίνητ', cf. § 122 pag. 305).

Nec non eodem pertinent nomina ἀλιτρός, ἀλῑτήμων, ἀλείτης Γ 28, νηλείτιδες π 317 (= τ 498 χ 418).

46. (ἀλφ) ἤλφον Φ 79, ἄλφῃ ϱ 250, ἄλφοι ο 453 υ 383 [1]).

Praesens ἀλφάνω legitur Eur. Med. 298 fr. 328[2] Aristoph. fr. 308 Eup. fr. 258 Kock, aoristus ἄλφῃ extat in inscriptione CIA. IV 53[a,15].

Derivatum est epitheton (παρθένοι) ἀλφεσίβοιαι Σ 593 h. Ven. 119, quod etiam in nomen proprium abiit. Inde a Pindari autem Aeschylique aetate in usu fuerunt adiectivum τῑμαλφής (Aesch. fr. 53 etc.) et verbum τῑμαλφεῖν *honorare* (Aesch. Ag. 922 Eum. 15, 626, 807 etc.).

47. (ἀμαρτ) ἤμβροτον φ 425 χ 154, ἤμβροτες Ε 287 Χ 279, ἤμβροτε η 292 φ 421 ἀπήμβροτε Ο 521 Π 466 (= 477) sive ἤμαρτε Θ 311 etc. ἀφάμαρτε Θ 119 etc., ἤμβροτον Π 336, ἀμάρτῃ Ι 501 ν 214, ἁμαρτών Χ 505 Ψ 857 ἀφαμαρτούσῃ Ζ 411, ἁμαρτέμεν'(αι) φ 155.

Ex ἀ(ν)- et μερ (§ 271) natum est ἀμ̥τo sive ἀμαρτο- *non particeps*, cui spiritus asper unde accreverit ignoratur. De metathesi, qua radix ἀμαρτο abiit in ἀμ(β)ροτο, videantur § 12 et 39. Eadem ratione natum est futurum ἀβροτάξομεν (i. e. ἀμ̥τάξομεν) Κ 65, de quo vid. § 28 pag. 112 et § 144 pag. 356. Conf. etiam ἀμέρδω *privo* § 211[3].

Lyricis tragicisque propria sunt aor. ἀμπλάκεῖν, perf. pass. ἠμπλάκηται, ἀμπλακία, ἀμπλάκημα, quae verba eadem peperit radix, postquam liquidae ϱ vicem subiit cognatus sonus λ. Ex ἀμ̥ igitur prodiit ἀμ(π)λα-κ-. De primae syllabae ἀ(μ)πλ- correptione vid. supra pag. 112.

48. (ἀϱ) ἀϱόμην Ψ 592, ἄϱηαι, ἀϱοίμην, ἀϱέσθαι etc. passim. Per errorem, quem peperit verbi αἴϱειν (§ 256) similitudo, legitur ἤϱατο Γ 373 α 240 etc. (Pind. Ol. IX 19), ἤϱα'(ο) ω 33 (Simonid. 147 Xenophan. 5), ἠϱάμεθα Χ 393; ubi ἤϱετο, ἤϱε'(ο), ἠϱόμεθα est scribendum ex Cobeti (Misc. Crit. p. 400) sententia. — Cf. § 284[1].

49. (αὐϱ) ἐπαύϱῃ Λ 391 σ 107, ἐπαύϱοι Ν 649, ἐπαυϱέμεν'(αι) Σ 302 ϱ 81 sive ἐπαυϱεῖν Λ 573 (= Ο 316) Ψ 340 [2]), et med.

---

[1]) De hoc loco cf. pag. 290.

[2]) Cf. Pind. Pyth. III 63. — Hesiod. Oper. 240 pro ἀπηύϱα vel ἐπαυϱεῖ legendum est *ἐπηῦϱε, item Eur. Androm. 1029. Sed Hes. Oper. 419 quid sit ἐπαυϱεῖ nescio.

ἐπαύρηαι *O* 17, ἐπαύρωνται *Λ* 410 [1]). — *Attingere*, hinc *participem fieri*, *frui* (ironice). — Vid. § 285[2].

50. (βαλ) ἔβαλον etc. passim, plur. ὑπειρέβαλον *Ψ* 687 (cf. § 315[7]), iterat. -βάλεσκε ε 331, opt. βάλοισθα *O* 571 (§ 111). — Vid. § 258.

51. (βραχ) ἔβρᾰχε *Δ* 420 etc.

52. (γεν) 'γενόμην etc. passim. — Vid. § 261.

53. (δακ) 'δάκε *E* 498, δακέμεν (mss. δακέειν, cf. § 126) *P* 572 *Σ* 585.

54. (δραθ) κατέδρᾰθον η 285 ψ 18, ἔδραθε υ 143, παρέδραθε υ 88, καδδραθέτην ο 494, κατέδραθον ϑ 296, καταδράθω ε 471, παραδραθέμεν (mss. -έειν, cf. § 126) *Ξ* 163.

Praesens (δαρθάνω, cf. § 89) apud Homerum non reperitur. De stirpis metathesi (vel potius syncope) cf. § 89.

55. (δρακ) ἔδρᾰκον *Ω* 223 κ 197, -έδρακε *Ξ* 436 ι 146 τ 476, -δράκοι *Ξ* 344.

Participium δράκων notionem substantivi (*serpens*) accepit. — Vid. § 226, et de stirpis metathesi quae dicitur cf. § 89.

56. (δραμ) -έδρᾰμον, *Ψ* 636, ἔδραμε *E* 599 *Λ* 354 etc., 'δραμέτην *K* 354 *Ψ* 393 etc., ἔδραμον *Σ* 30 ξ 30 etc. — Vid. § 310.

57. (ἐγερ) ἤγρετο (mss. ἔγρετο) *B* 41 *K* 124 *O* 4 ζ 117 ν 187 υ 57 [2]), ἔγροιτο ζ 113, ἔγρεο *K* 159 ο 46 ψ 5, ἐγρόμενος *Ξ* 256 κ 50, ἐγρέσθαι ν 124. — Vid. § 161.

58. (ἐλυθ) ἤλῠθον -θες -θε -θον et ἦλθον etc. passim. — Vid. § 308.

Stirps ἐρ (ἔρχομαι i. e. ἔρσκομαι) sive ἐλ in ἐλυθ abiit eodem incremento quo ex φθιν prodiit φθινῦθω. Cf. pag. 354.

Brevior forma ἦλθον etc., quae postea sola in usu hominum permansit, sitne per syncopen ex ἤλυθον ficta an sua sponte ex stirpe ἐλ excreverit, non constat; hoc tamen veri similius, quoniam elementum ϑ stirpibus amplificandis passim in lingua Graeca inservit (vid. § 142).

59. (ἐρ) ἤρετο ἤροντο (alii rectius εἴρετο εἴροντο imperf.) *Λ* 513 ι 402 etc., ἐρώμεθα ϑ 133, ἐρέσθαι γ 69 etc. (mss. ἔρεσθαι). — Vid. § 264.

60. (ἐρικ) ἤρῐκε *P* 295. Praesens ἐρείκω extat (sed transitive adhibitum) *N* 441.

---

[1]) Cf. Pind. Nem. V 90, Aesch. Prom. 28 (Elmsley ἀπηύρου, mss. ἀπηύρω vel ἀπηύρω), Eur. Hel. 469 Iph. Taur. 529, Herod. VII 180, Andocid. II § 2, Comic. adesp. 1207 Kock.

[2]) Non ad hoc verbum sed ad ἀγερ (n° 44) pertinet ἔγρετο, leg. ἤγρετο, *H* 434 *Ω* 789. Vid. supra pag. 338.

61. (ἐριπ) ἤριπε *E* 47 etc., ἐρίπῃ(σι) Ξ 414 *P* 522, ἐρίπών -οῦσα *E* 309, 357 etc. — Vid. § 245.

62. (ἐρυγ) ἤρυγε *T* 403, 404, ἐρυγόντα *T* 406. Praesens ἐρεύγομαι extat *O* 621 *II* 162 *P* 265 ε 403, 438 ι 374.

63. (εὐρ) ηὗρον etc. passim.

64. (ἐχθ) ἤχθετο *Γ* 454 Z 140, 200 Θ 551 (= Ω 27) *I* 300 ξ 366 τ 338, ἀπέχθηαι *I* 614, -ηται κ 74, -ωνται Δ 58, -έσθαι Φ 83 δ 756, -όμενος δ 502 κ 75 π 114 σ 165.

65. ((σ)Fαδ) ἔ(F)Fάδε *M* 80 Ξ 340 etc. [1]), ἔFαδον h. Ven. 10, Fάδῃ h. Ap. 75, Fάδοι ζ 245 υ 327, ἀδεῖν(?) *Γ* 178. — Vid. § 221[5].

66. (Fελ) εἷλον etc. passim. — De digammi vestigiis vid. § 41[21].

67. (Fιδ) ἜFιδον etc. passim. — Vid. § 309.

Nonnullis locis coniectura invehendae videntur formae ἜFFιδε etc. (Λ 112 Ξ 18 etc.), quas per syncopen ex ἜFεFιδε esse effictas suspicamur, cf. pag. 109 sq.

68. (θαν) ἔθᾰνον etc. passim. — Vid. § 160[12].

69. (θορ) ἔθορον etc. passim. — Vid. § 285[3].

70. (ἰκ) ἱκόμην etc. passim. — Vid. § 231.

71. (καμ) ἔκᾰμον etc. passim. — Vid. § 158[74].

Fuere qui *A* 168 legerent κεκάμω, *H* 5 κεκάμωσιν, *P* 658 κεκάμῃσι, quam opinionem primo loco commendat metrum (vid. pag. 20); attamen recte Aristarchus κε κάμ. scripsisse videtur.

[72. (κιχ) κίχεν Ω 160 γ 169 [2]), κίχον Σ 158, κίχῃσι μ 122, κιχών (l. a. κιών) ο 157. Sed legendum esse 'κίχη, 'κίχεν, κιχήῃ, κιχείς tantum non certum fit collatis aliis locis, ubi aoristus ἐκίχην reperitur, vid. infra § 150[10] et § 208; id quod probe perspexit Ahrens Conjug. auf μι p. 21, nec non L. Meyer Bezzenb. Beitr. V 102 sqq. ita scribi iussit. Quapropter ω 284 pro κίχεις vel κιχεῖς, quod nihil est, non κίχες sed 'κίχης scribendum est [3]).]

73. (κραγ) ἀνέκρᾰγον § 467.

---

[1]) De mscriptorum lectione tradita εὕαδε vel εὐ ᾱδε vid. pag. 154. Alexandrini saepius verbo εὕαδε usi sunt: Apoll. Rhod. συνεύαδε III 80 etc. (hunc igitur probe perspexisse syllabam ευ non adverbium esse sed augmentum apparet), Callim. h. Dian. 183, 187, Bion. VI 7 Mosch. V 7.

[2]) In ρ 212 pro κίχεν praestat l. a. κίχαν(εν).

[3]) Recentiori linguae aoristus ἵκεχον relinquendus est; vid. κίχεν Callin. fr. 1[15], Simonid. 122, Pind. Nem. X 141, Eur. Bacch. 903, κίχε Simonid. 65, Pindar. Pyth. II 92 IX 45, κίχοι Tyrt. 7, Mimnerm. 6, Theogn. 340, Solon. 20, Soph. Oed. R. 1257, κίχον Apoll. Rh. I 1158, κίχῃ Solon. 13[35], cf. Soph. Ai. 657, Eur. Alc. 22 Suppl. 1069, κιχεῖν Theogn. 1300, Bacchyl. fr. 29, κιχών Pind. Pyth. III 76 Apoll. Rh. II 285 etc.

74. (κρικ) *'κρίκε Π* 470.

75. (κταν) *ἔκτἄνον* etc. passim. — Vid. § 269.

76. (κτυπ) *ἔκτὔπε Θ* 75 etc. — Praesentis formae sunt *κτυπέει N* 140, *κτυπέων H* 479, *-ουσαι Ψ* 119. Cf. substantivum *κτύπος*.

77. (λακ) *'λάκε N* 616 *Ξ* 25 *Υ* 277 et cum reduplicatione *'λελάκοντο* h. Merc. 145. — Vid. § 289[2].

78. (λιπ) *ἔλἴπον* etc. passim.

79. (μαθ) *'μάθον Ζ* 444, *ἔμμαθες σ* 362, *ἔμμαθε ρ* 226. De ultimis locis, qui si sani sunt, reduplicationis vestigia servare videntur, cf. pag. 104 et 110. — Verbum, quod postea pervulgatum fuit, epicae dictioni vix proprium esse apparet.

80. (μακ) *μἄκών Π* 469 (= *κ* 163 *σ* 98 *τ* 454). — Vid. § 233.

81. (μολ) *ἔκμολε Λ* 604, *πρόμολον ο* 468, *μόλῃ Ω* 781, *πρόμολε Σ* 392, *μολών Λ* 178 etc. — Vid. § 285[1].

82. (μυκ) *'μύκε Υ* 260, *'μύκον Ε* 749 *Θ* 393 *Μ* 460. — Vid. § 239[1].

83. (ὀλ) *ὀλόμην ὤλετο* etc. passim. Part. *ὀλόμενος* (mss. *οὐλόμενος*, vid. § 21) adiectivi vicem obit = *perditus, infelix, perniciosus*. — Vid. § 284[3].

84. (ὀλισθ) *ὄλισθε Υ* 470 *Ψ* 774.

85. (ὀρ) *ὤρετο Μ* 279 *Ξ* 397 *Χ* 102, *ὄροντο γ* 471, *ὄρηται π* 98 (= 116) *υ* 267, *ὄροιτο ξ* 522. — Vid. § 284[1].

86. (ὀφελ) *ὄφελον* etc. *Σ* 367 et saepius. — Vid. § 278.

87. (παθ) *ἔπἄθον* etc. passim.

88. (πελ) *ἔπλεο Λ* 418 etc., *ἔπλετο Β* 480 etc.; corrupta est activi forma *ἔπλε Μ* 11. — Vid. § 275.

89. (πετ) *πτῆται Ο* 170, *-πτέσθαι Δ* 126. — Vid. § 150[14] et 216.

90. (πορ) *ἔπορε* etc. passim. — Vid. § 276.

91. (πραθ) *ἔπρἄθον ι* 40, *διεπράθομεν Α* 367, *ἐξεπράθομεν* (?) *Λ* 125, *ἔπραθον Σ* 454 *Φ* 514, *διαπραθέμεν* (mss. *-έειν*, cf. § 126) *Η* 82 *Ι* 582 (*Λ* 788?) *Σ* 511. Medium (passivi loco adhibitum) *διεπρἄθετο ο* 384. Vid. § 211[3].

De metathesi (vel potius syncope), qua stirps *περθ* in *πρθ* sive *πραθ* abiit, vid. § 39.

92. (πταρ) *ἔπτἄρε ρ* 541, 545. Verbum in Homericis non recurrit.

93. (σεπ) *ἐνί-σπες Ω* 388 (*ξ* 509?), *ἐνί-σπε Β* 80 *Ζ* 438, *ἐνί-σπω Λ* 839 *ι* 37 *'β* 187, *ἐνί-σπῃ 'Η* 447 *γ* 327 *Φ* 101 (= 251) *ρ* 529, *ἐνί-σποις δ* 317, *ἐνί-σποι Ξ* 107, *ἐνί-σπε Λ* 186 etc. (fuere qui *ἔνισπες* scribendum ducerent, vid. *Λ* 186 *Ξ* 470 schol. *Ω* 388, La Roche Hom. Textkr. p. 255, Ameis-Hentze Anhang ad *γ* 101; quae tamen forma metro nusquam commendatur, *δ* 642 aperte damnatur), *ἔσπετε*, id est

ἔν-σπετε [1]), *B* 484 (= *Λ* 218 *Ξ* 508 *Π* 112), *ἐνι-σπεῖν* *γ* 93 *δ* 328. — Vid. § 246.

Quoniam ex multis indiciis apparet Graecis verbum *ἐννέπω* mature integrum esse visum (vid. § 246), ausi non sumus addito augmento scribere *ἐν-ἔσπες* et *ἐν-ἔσπε*, licet ratio id ferat; retraximus tamen accentum, vulgo enim *ἔνισπες ἔνισπε* scribitur.

Homeri locis, ubi *εἶπω* vel *εἰπέ* (imper.) legitur neglecto digammo, poetam *ἔσπω*, *ἐσπέ* dedisse iure suspicatus est Fick; vid. *H* 68 *α* 10 *ι* 279 etc.

In Elea inscriptione 1152 Coll. quae leguntur formae *ἐπένποι*, *ἐπενπέτω*, *μἤνποι* (*μὴ ἔνποι*), quin ex *ἐπ-ἐν-σποι*, *ἐπ-εν-σπέτω*, *ἔν-σποι* sint natae dubium non videtur. Praeterea Latinum *inseco* comparandum esse viri docti dudum intellexerunt.

94. (*σεχ*) *ἔσχον* etc. et *ἐσχόμην* etc. passim. De optativi forma *-σχοίης* *Ξ* 241 vid. § 114.

95. (*στιχ*) *-ἐστῐχον* *μ* 333, *-ἐστιχε* *μ* 143 *ν* 78, *ἔστιχον* *Π* 258, *-στιχε* *Λ* 522. — Praesentis *στείχω* complures formae extant, et aoristi sigmatici participium *περιστείξας* legitur *δ* 277 [2]).

A breviore stirpe vox ducitur (*αἱ*) *στίχες*, quae novum verbum peperit *ἐστῐχάοντο* *B* 92 etc., act. *στιχάει* *O* 635 (*ὁμοῦ στιχάει*, mss. *ὁμοστιχάει*, correxit Bekker).

96. (*στυγ*) *κατέστῠγε* *P* 694, *κατὰ... ἔστυγον* *κ* 113. — Vid. § 239[3].

97. (*ταμ*) *'τάμε* etc. passim. — Vid. § 278.

98. (*ταφ*) *ταφών* *I* 193 (= *Λ* 777 *Ψ* 101 *π* 12) *Λ* 545 (= *Π* 806 *Ω* 360). — Vid. § 249.

99. (*τεκ*) *'τεκον* etc. et *'τεκόμην* etc. passim. — Vid. § 236[1].

100. (*τμαγ*) *διέτμᾰγον* *η* 276. — Vid. § 235.

101. (*τορ*) *ἔτορε* *Λ* 236. Eiusdem stirpis legitur aoristus sigmaticus *ἀντετόρησε* *E* 337, *ἀντιτορήσας* *K* 267; vid. etiam h. Merc. 42, 119 [2]). Artissime cohaerent *τείρω* et substantivum *τέρετρον*. Cf. Atticum *τετραίνω*.

102. (*τραπ*) *ἔτρᾰπε* etc. et *ἐτρᾰ́πετο* etc. passim. — Vid. § 251.

103. (*τραφ*) *ἔτρᾰφ' B* 661 *Φ* 279, *ἐτρᾰφέτην E* 555, *τραφέμεν H* 199 *Σ* 436 *γ* 28 (cf. § 126). Ex hisce locis constat aoristum *ἔτραφον* in dictione epica intransitiva uti potestate; hinc Buttmann Ausf. Sprachl. II

---

[1]) Recte schol. *B* 484 *ἴσπετε ἀπὸ τοῦ ἰνίσπετε*, quamquam quod addit *κατὰ συγκοπήν* error est manifestus, nam praepositionis iota omissum syncope non erat dicenda.

[2]) *παραστ(ε)ίξῃς* Herod. Mimiamb. V 50.

[3]) Per iocum Aristophanes Pac. 381 finxit futurum *τετορήσω*.

p. 307 pro τράφη Γ 201 Λ 222, ἐτράφημεν Ψ 84, ἔτραφεν Λ 251, 266 Ψ 348 δ 723 κ 417 ξ 201, quae aoristi passivi ἐτράφην apud Homerum alias non obvii sunt formae, restituit τράφεν, ἐτράφομεν, ἔτραφον. — Vid. § 252.

Pro ἔτραφε Ψ 90 corrigatur ἔτρεφε, quae est lectio altera.

104. (τυχ) ἔτῠχες etc. passim. — Vid. § 236[1].

105. (φαγ) ἔφᾰγον etc. passim. — Vid. § 307.

106. (φυγ) ἔφῡγες etc. passim. — Vid. § 237.

107. (χαδ) ἔχᾰδε Λ 24 (= Θ 461) Λ 462, χαδέμεν (mss. χαδέειν, cf. § 126) Ξ 34. — Vid. § 221[5]. Stirpis χενδ *pre-hend-o* forma brevior χηδ abiit in χᾰδ.

108. (χαν) 'χάνε Ψ 79 h. Cer. 16, χάνοι Λ 182 (= Θ 150) Z 282 P 417, χανών Π 350 Υ 168 μ 350. De perfecto vid. § 158[35].

109. (χραισμ) ἔχραισμε E 53 H 144 Ξ 66 O 32 (χραίσμῃ mss.), χραίσμῃ Λ 28 Γ 54, χραίσμῃσι Λ 387, χραίσμωσι Λ 566, χραισμέμεν' (mss. χραισμεῖν, vid. § 125) Λ 242, 589 Λ 117 O 652 Φ 198. — Vid. § 283.

Syncopen quae dicitur passae sunt stirpes 44 ἀγερ, 57 ἐγερ, 58 ἐλυθ(?), 88 πελ, 89 πετ, 93 σεπ, 94 σεχ, item quae in mutam praecedente liquida exeunt: 47 ἁμαρτ, 54 δαρθ, 55 δερκ, 91 περθ, 107 χενδ, harum autem liquida furtivam peperit vocalem, ita ut stirpes evadant ἀμ(β)ροτ, δρᾰθ, δρᾰκ, πρᾰθ, χαδ.

Alienus a lingua epica est aoristus δικεῖν, quo Pindarus (Pyth. IX 128 Ol. XI 72) et tragici utuntur, cum nomine subst. τὸ δίκος (*vas*) et adiectivo ὑπέρδικος (= ὑπερβάλλων) *superior*. Quamquam stirps, unde hoc verbum ductum est, epicis quoque poetis cognita fuit, siquidem iure eo refertur vox δίσκος (= δίκσκος), qua Homerus saepius usus est.

§ 150. B. *Aoristi secundi sine vocali thematica.*

1) *Stirpes in vocalem desinentes.*

1. (βα) ἔβην -ης -η, dual. ἐβήτην Λ 327 etc. et ἐβήτην Z 40 etc., ἔβημεν, 3. plur. ἔβησαν Θ 348 etc., ὑπέρβᾰσαν M 469, ἔβᾰν Λ 391 etc. (vid. § 116), subi. βήω etc. (de flexione et de contractis formis vid. pag. 307), opt. βαίην etc. Ω 246 etc., imperat. -βηθι etc. ψ 20 etc., inf. βήμεναι et βῆναι, part. βάς etc. — Vid. § 202.

2. (γηρα) *ἐγήρᾱ* *H* 148 *P* 197 *ι* 510 *ξ* 67, *γηρᾶς* *P* 197 Hes. Oper. 188. Praesens *γηράσκω* legitur *B* 663 et alibi.

3. (δα) *ἐδάην* *Γ* 208 *δ* 267, *δαήω* *K* 425 *Π* 423 *Φ* 61 *ι* 280, *δαήῃς* h. Merc. 565, *δαῶμεν* (leg. **ϝἰδωμεν*? cf. § 122) *B* 299, *δαείη* Zen. non recte *α* 261, *δαήμεναι* *Z* 150 etc., *προδαείς* *δ* 396. — Vid. § 203.

4. (δρα) *ἀποδρᾶς* *π* 65 *ρ* 516. Verbum in epica dictione non recurrit.

5. (*ϝρα*) *ἀπέϝρᾱν* *I* 131 *T* 89 *Ψ* 560, 808 *ν* 132, *ἀπέϝρᾱς* *Θ* 237, *ἀπέϝρᾱ* *Z* 17 etc., *ἀπέϝρᾶσαν* *A* 430, *ἀποϝρᾶς* *A* 356 etc. — Futurum *ἀποϝρήσουσι* *X* 489 [1]).

Textus traditus non has, quas excripsimus, praebet formas, sed *ἀπηύρων*, *ἀπηύρας*, *ἀπηύρα*, *ἀπηύρων*, *ἀπούρας*, *ἀπουρίσσουσι*, quae quomodo cohaereant, nempe digamma in vocalem *υ* abiisse et posteros male interpretatos esse litteras *ΑΠΕΥΡΑ* etc., verbum obsoletum cum *ἐπαυρίσκω* (vid. § 149[19] et § 285[2]) confundentes, primus docuit Ahrens Etymologische Untersuchungen zum Homer 1836, in Zschr. f. Alterth.wissenschaft 801 sqq. (= kl. Schr. I p. 543 sqq.), et brevius in Conjugation auf *μι* 1838 p. 23; quem secutus est Hinrichs de Homericae elocutionis vestigiis Aeolicis; cf. etiam L. Meyer gr. Aor. p. 89, G. Meyer[2] § 524. Videtur autem stirpis *ϝερ*, quae praesens *ϝέρρω* et aoristum *ἔϝερσα* peperit (§ 254[3]), forma debilior *ϝρα* (*ϝῠ*) in hoc aoristo esse agnoscenda. Participii forma obstat quominus terminum *-ων* primae personae sing. tertiaeque plur. relinquamus aut, quae lenior foret mutatio, in *-αον* dissolvamus.

In Hes. Scut. 173 legitur participium *ἀπουράμενοι* (*ἀποϝράμενοι*), passive adhibitum.

6. (κτα) *κατέκτᾰν* *Δ* 319, *ἔκτᾰ* *B* 662 *Z* 205 etc. [2]), *ἔκτᾰμεν* *μ* 375 *ψ* 121, *ἔκτᾰν* *K* 526 *τ* 276, *κτᾰ́ομεν* *χ* 216 (vid. § 122), *κτᾰ́μεναι* *E* 301 etc., *κατακτᾰ́ς* *N* 696 etc. — Pass. *ἀπέκτατο* *O* 437 *P* 472, *-κτάσθαι* *O* 557, *-κτάμενος* *Γ* 375 *Δ* 494 *π* 106 etc. — Vid. § 269. Stirpis *κτεν* forma brevior *κτη* in *κτα* abiit.

7. (*κῡδα*) *ὑπερκῡδᾱς* (*praepotens*) *Δ* 66, 71 Hes. Theog. 510. Comparari potest Cyprica vox Coll. 31 sq. *μεγακεύδαντος*, similem autem

---

[1]) Pro *ἀποῤῥαίσει* *α* 404 Schulze coniecit *ἀπουρήσει* (*ἀποϝρήσει*), et *π* 428 pro *ἀποῤῥαῖσαι* idem tentavit *ἀπούρασθαι* (*ἀπόϝρασθαι*). Medium tamen apud Homerum in textu tradito non extat.

[2]) Brevem esse vocalem *α* apparet *λ* 410.

conformationem habet adiectivum *δυσκύμαντα* (*κακά*) Aesch. Agam. 653.

Ab eadem stirpe ducta sunt *κῦδος*, *κυδρός*, *κῦδιάω*, *κῡδαίνω* vel *κῡδᾰ́νω*.

8. (*ὀνα*) *ἀπόνητο P* 25 *λ* 324 *π* 120 *ϱ* 293, *ὤνησθε* (?) *Ω* 241, *ἀπόναιο Ω* 556, *ὄνησο τ* 68, *ὀνήμενος* (§ 195) *β* 33 *ω* 30. — Vid. § 196[2].

9. (*οὐτα*) *οὔτα Δ* 525 etc. [1]), *οὔτασκε O* 745, *οὐτᾰ́μεναι E* 132, 821 *Φ* 68 etc.; participium pass. *οὐτᾰ́μένην Ξ* 518 (= *P* 86), *οὐτᾰ́μενοι Δ* 659 etc.

Praesentis et imperfecti leguntur formae: *οὔταε* imperat. *χ* 356, *οὐτάζων T* 459, *οὔταζον N* 552, *οὐτάζοντο H* 278 *M* 427, aoristus autem multis locis est *οὔτᾰσε* etc., nonnullis *οὔτησε* (*Δ* 469 etc.), ubi **οὔτασσε* scribendum videtur [2]), perf. pass. *οὔτασται*, *οὐτασμένος* extat *Δ* 661 (= *Π* 26) *λ* 536, participium aor. pass. *οὐτηθείς* (leg. **οὐτασθείς*) *Θ* 537.

Coniungi solent participia *βεβλημένοι οὐτάμενοί τε eminus cominusque percussi* (vid. § 253).

Adiectivum verbale extat in compositis *νεούτᾰτος*, *ἀνούτᾰτος Δ* 540, *ἀνουτητί X* 371. — Derivatur *ὠτειλή vulnus*.

10. (*πλα*) *ἐπλῆτο P* 499 etc., *ἐπλῆντο Θ* 16, 57 (cf. pag. 301). — Vid. *πίμπλημι* § 196[3].

11. De aoristo *ἔπλητο ἔπληντο* a stirpe *πλη* (*πίλνᾰμαι accedere* § 298) ducto vid. n° 21.

12. (*πρια*) *ἐπρίᾰτο α* 430 (= *ξ* 115, 452 *ο* 488), cum adverbio *ἀπριᾰ́την Δ* 99 *ξ* 317 h. Cer. 132.

13. (*πτα*) *κατεπτήτην Θ* 136. — Vid. § 238[2].

14. (*πτα*) *ἔπτᾰτο E* 99 etc., *πτᾰ́μενος E* 282 etc. — Vid. § 216.

Quoniam formis *πτῆται O* 170 et *-πτέσθαι Δ* 126 thematica inest vocalis, dubitaverit quispiam an *ἔπτετο* et *πτόμενος* potius scribendum sit; attamen ne ita statuamus dehortatur activa forma *ἔπτη*, quae Hes. Oper. 98 Batrachom. 211 Aesch. Prom. 115, 555 Soph. Ant. 118, 1307 Eur. Med. 440 legitur. Quapropter veri videtur similius *O* 170 scribendum esse *πτάεται* et *Δ* 126 *-πτάσθαι*.

15. (*στα*) *ἔστην* etc. passim, 3. plur. *ἔστησαν* et *ἔστᾰν* (vid. § 116), iterat. *ἐστάσκε Γ* 217 *Σ* 160, subiunct. *στήῃς* etc. (cf. § 122), infin. *στήμεναι* et *στῆναι* (§ 125). — Vid. § 196[1].

16. (*τλα*) *ἔτλην* etc. passim. — Vid. § 160[13].

---

[1]) Breve esse alpha et hic locus et alii docent.

[2]) Vid. v. l. *Δ* 434. — Item *οὐτάσσασκε* pro *οὐτήσασκε X* 375.

17. (φθα) ἔφθης λ 58, ἔφθη Λ 451 Π 314, 322 χ 91, ᾽φθάν Λ 51, παραφθήῃσι Κ 346 (mss. -φθαίησι), φθήῃ Π 861 Ψ 805, φθέωσι ω 437 (vid. pag. 307), φθαίη Κ 368 Ν 815, *φθαῖμεν π 383 (φθέωμεν mss., vid. pag. 307), -φθάς Η 144 Χ 197, et eadem significatione part. medii φθάμενος Ε 119 Ν 387 Φ 576 Ψ 515, 779 δ 547 τ 449, -μένη ο 171. — Vid. § 207.

18. (βλη) ἔβλητο, ξύμβλητο Ξ 27 Ω 709 κ 105 (cf. pag. 301), βλήεται ρ 472 (et *η 204), βλήεαι *Υ 335, βλῆο Ν 288, βλῆσθαι, βλήμενος. Activi forma ξυμβλήτην φ 15 teste metro in ξυμβλήατο est mutanda, conf. pag. 5; sed infinitivus ξυμβλήμεναι Φ 578 probabiliter mutari nequit. — Vid. § 258.

19. (θη) ἔθηκα etc., 3. plur. ἔθηκαν et ἔθεσαν, θήω etc. (vid. § 122), θέμεναι et θεῖναι (Ζ 92 π 285 etc.). Med. -θεο etc., 3. sing. ἐθήκατο (Κ 31 Ξ 187 h. Cer. 483 Hes. Theog. 175 Scut. 128) [1]), et ἔθετο, -θήομαι etc., -θείμην etc.. Singulae formae pervulgati huius verbi multis locis occurrunt. — Vid. § 196[6].

20. (κιχη) ἐκίχης (mss. -εις vel -εῖς) ω 284, ἐκιχήτην Κ 376, ἐκίχημεν π 379; adde ᾽κίχη (mss. κίχεν) Ω 160 γ 169 et ᾽κίχεν Σ 153 (mss. κίχον, vid. § 149[72]). Subiunct. κιχήω (mss. κιχείω) Λ 26 Γ 291 Ζ 228 Λ 367 Σ 114 Υ 454, κιχήῃ (mss. κιχείῃ) Ι 416, adde μ 122 (mss. κίχῃσι, vid. § 122 et 149[72]), κιχήομεν (mss. κιχείομεν) Φ 128. Optat. κιχείη Β 188 ρ 476. Infin. κιχήμεναι Ο 274 et κιχῆναι π 357. Partic. κιχείς Π 342, adde ο 157 (mss. κιχών, vid. § 149[72]); med. κιχήμενον Ε 187 Λ 451. — Vid. § 208.

21. (πλη) ἔπλητο Ξ 438 Hes. Theog. 193, ἔπληντο Δ 449 Θ 63 Ξ 468 (cf. pag. 301) *accedere*. — Vid. § 298.

22. (ῥυη) ᾽ρύη γ 455. Verbi minime rari aoristus in Homericis non redit. — Vid. § 187.

23. (σβη) ἔσβη Ι 471 γ 182. — Activi aoristus ἔσβεσε etc. legitur Π 293, 678 Φ 381 etc.; aliae huius stirpis formae in carminibus epicis non extant.

24. (ση) ἔηκα vel ἧκα, ἧκας Ι 700 Φ 396, ἔηκε vel ἧκε, -ἔτην Λ 642, -ἧκαμεν μ 401 vel -ἔμεν ι 72, ἧκαν ο 458 vel ἔσαν Τ 393 etc.; de subiunctivi formis ἧῃ et -ἔῃ vid. § 122.

Medium -ἕτο δ 76, εἵντο (mss. ἕντο) Λ 469 etc., subi. ἧσθε h. Ap. 499. — Vid. § 196[7].

---

[1]) Formam ἐθήκατο adhibuerunt etiam Pind. Ol. VIII 90 Apoll. Rh. I 129 Callim. h. Iov. 15 Dian. 25; item ἐθήκαο Callim. h. Iov. 68 Dian. 210 Del. 54, Theocrit. XXIX 18 Herodot. VII 15, θήκαντο Simonid. fr. 150[6], θηκάμενος Theogn. 1150 Pind. Ol. VI 39 Pyth. IV 51, 201.

De augmento syllabico formarum ἔηκα -κε cf. § 131; de corruptis subiunctivi formis -ὦμεν *K* 449 hymn. VI 22 et -ὥμεθα *N* 381 cf. § 122.

25. (χαρη) ἐχἄρη *Γ* 23 etc., ἐχάρημεν *κ* 419, ἐχάρησαν *Γ* 111 etc., χαρείη Z 481, χαρέντες *K* 541. — Vid. § 282.

25*. (ἀϝι) Verum si vidit W. Schulze Kuhns Zschr. XXIX p. 250 et Quaest. Ep. p. 357, cui adstipulatur Kühner-Blass II p. 355, tempus praeteritum ἄϊον etc. *Λ* 463, 532 etc. non imperfectum sed aoristus est, participium igitur non ἀίων ut assolet sed ἀιών scribendum est. Praesens οὐκ ἀΐεις ὅ(τι)...; *K* 160 etc.; veram praesentis formam fuisse ἀ(ε)ΐω Schulze e v. l. *α* 352 et Hes. Op. 213 effecit (cf. § 17). Pro ἄϊον ἦτορ *O* 252 vHerwerden coniecit ἦτορ ἄισθον.

26. (κτι) ἐὺ κτίμενον -νη -νην -νης -νας *B* 501 etc., locorum (praesertim *urbium*) epitheton, = ἐὺ κτιτόν *B* 592 h. Ap. 428. — Aoristus activi 'κτίσσε ἔκτἴσαν legitur *Υ* 216 *λ* 263, ceterae huius stirpis formae apud Homerum non extant.

27. (φθι) ἔφθΐτο *Σ* 100 *δ* 363 *Θ* 581 *ι* 168 *μ* 329 *ο* 268 (adde *Σ* 446, mss. ἔφθιε), ἐφθΐατο [1]) *Λ* 251 (adde *ε* 110, 133 *η* 251 *ψ* 331?, mss. ἔφθιθεν, l. a. -θον); si quis plusquamperfecti has esse formas contendat (cf. § 119,2), refutari nequeat; sed levissimi momenti est quaestio, nam in lingua epica aoristum a plusquamperfecto proxime distare supra saepius apparuit. Subiunct. φθΐεαι (mss. φθίῃς) *β* 368, φθΐόμεσθα Ξ 87; optat. ἀποφθΐμην *κ* 51, φθΐτο *λ* 330, vid. § 120; infin. φθΐσθαι *I* 246 etc., φθΐμενος Θ 359 etc. — Vid. § 166.

28. (βιω) βιώτω Θ 429, βιῶναι *K* 174 *O* 511 ξ 359 [2]). — Vid. § 194.

28*. (βρω) -ἐβρως h. Apoll. 127. — Vid. § 307.

29. (γνω) ἔγνων etc., 3 pl. ἔγνωσαν *κ* 397 et ἔγνον h. Cer. 111 (cf. § 116), subi. γνώω etc. (cf. § 122), opt. γνοίην etc., imper. γνῶτε *Τ* 84, inf. γνώμεναι et γνῶναι (§ 125), part. γνούς etc. — Singulos locos indicare nihil attinet, nam passim hae formae reperiuntur.

30. (δω) ἔδωκα -κας -κε, ἔδομεν, ἔδωκαν *N* 303 *X* 379 ΨΨ 745 *ζ* 215 *Φ* 440 *ν* 369 vel ἔδοσαν *Τ* 291 *δ* 585 etc. [3]), iterat. 'δόσκον 'δόσκε. Subi. δώῃ etc. (cf. § 122, ubi contractae formae sunt indicatae), opt. δοίην etc., imperat. δός etc., infin. δόμεναι et δοῦναι (§ 125), partic. δούς etc. — Medii una tantum forma extat in Homericis, περιδωόμεθ'(α) ΨΨ 485,

[1]) De termino -ατο cf. § 119.

[2]) Vitio debetur infinitivus βιοῦν in Euripidis fr. 240, ubi pro ἡδέως ζητῶν βιοῦν Nauck ἡδέως ζήλῳ βίου coniecit.

[3]) Ἴδον Hes. Theog. 30, cf. § 116.

quo loco mscripta habent *περιδώμεθον* (cf. § 118). Non huc pertinet *ἐπιδώμεθα* l. a. *X* 254. — De ceteris huius stirpis formis vid. § 196[3].

31. (*Fαλω*) *ἐFᾰ́λω* (mss. *ἤλω*, cf. § 131) *χ* 230, *Fᾰλώω Λ* 405 *σ* 265, *Fᾰλώῃ I* 592 *Ξ* 81 *P* 506 *ξ* 183 *ο* 300, *Fᾰλοίην X* 253, *Fᾰλώμεναι Φ* 495 et *Fᾰλῶναι M* 172 *Φ* 281 (= *ε* 312 *ω* 34), *Fᾰλοῦσα B* 374 (= *Δ* 291 *N* 816), *Fᾰλόντες* (mss. *ἁλόντε*, lectio dubia) *E* 487.

32. (*πλω*) *ἐπέπλων* Hes. Op. 650, *ἐπέπλως γ* 15, *παρέπλω μ* 69, *ἀπέπλω ξ* 339, part. *ἐπιπλούς Z* 291 (mss. *ἐπιπλώς*, emendavit vHerwerden praeeunte Ahrensio Conjug. auf *μι* p. 29). — Vid. § 185.

33. (*δυ*) *ἔδυ* etc., 3. pl. *ἔδῡσαν* et *ἔδῦν* (cf. 116), iterat. *ἔδυσκε Θ* 271, subi. *δύω* etc., optat. *δυίη ι* 377 *σ* 348 *υ* 286 *-δυῖμεν Π* 99 (cf. § 114), imperat. *δῦθι* etc., infin. *δῦμεναι* et *δῦναι* (§ 125), part. *δύς* etc. — Locos indicare, ubi verbi minime rari singulae formae reperiuntur, inutile duco. — Vid. § 167.

34. (*λυ*) *ἐλῦμην Φ* 80, *᾽λύτο Ω* 1 (*ῡ*, vid. § 22) *Φ* 114 etc., *ἔλυντο H* 16 (= *O* 435) *Π* 341 h. Cer. 282. Passive adhibentur hae formae, eadem autem est potestas aoristi *ἐλῦθη ἔλῠθεν E* 296 *Π* 805 etc. — Verbum *λύω* (*ῠ*, cf. § 162) *λῦσω* etc. passim occurrit.

35. (*πνυ*) *ἄμπνῡτο Λ* 359 *X* 475 (= *ε* 458 *ω* 349), imperat. *ἄμπνῡσο* (mss. *ἄμπνῦε*, correxit Cobet) *X* 222. — Vid. § 186.

36. (*σρυ*) *ἔρῡσο X* 507 [1]), *ἔρρῡτο* (mss. *εἴρῡτο*) *Π* 542 *Ω* 499 *ψ* 229, *ἔρῡτο Δ* 138 etc. [2]), *᾽ρῦατο Σ* 515 *ρ* 201, *ἐρρῦατο* (mss. *εἰρύσατο*) *Δ* 186 *O* 274 (mss. *εἰρύατο*) *X* 303, *ῥῦσθαι O* 141. — Vid. § 164.

37. (*σσυ*) *ἔσσῠο Π* 585 *ι* 447, *-έσσῠτο B* 450 *E* 438 *Z* 390 *H* 1 etc., *᾽σύτο Φ* 167, *-εσσῠμεθ᾽(α) δ* 454 *ι* 236, 396.

Formam *᾽σύτο* ad aoristum tempus esse referendam patet, ceterarum vero prima syllaba sitne augmentum an reduplicatio non constat, et collato participio *ἐσσῠμένος* (*Z* 518 etc.) plusquamperfecto eas adscripserit quispiam. Simplicior tamen videtur ratio quam iniimus. — Vid. § 188.

38. (*φυ*) *ἔφυ Z* 253 etc. *ψ* 190, *ἔφῡσαν* h. Ven. 266 et *ἔφῦν ε* 481 [3]) *κ* 397, *περιφῡ́μεναι ω* 236, *-φῡ́ς μ* 433 *π* 21 *ω* 320, *φύντες α* 381 (= *σ* 410 *υ* 268), *-φῡσα Ω* 213 *τ* 416. — Vid. § 160.

39. (*χυ*) *ἔχῠτο B* 41 *N* 544 etc. *Π* 471 *τ* 470, 504 *χ* 88, *ἔχυντο Δ* 526 *M* 470 etc., *χῠμένῃ T* 284 *Θ* 527, *ἐκχῠμένοιο Φ* 300, *ἐκχῠ́μενοι Θ* 515. — Vid. § 189.

---

[1]) Iterativa forma *᾽ρύσκετο Ω* 730 sitne aoristo an imperfecto assignanda nemo facile dixerit; cf. § 146.

[2]) Vitiose correpta est vocalis *υ* Hes. Theog. 304.

[3]) Ictus vi producitur *υ*, cf. § 19.

2) *Stirpes in consonam desinentes.*

Aoristi, quorum stirpem claudit consona, suffixa personalia aetate posteriore non recipiebant nisi intercedente vocali thematica; sed in epica dictione huiusmodi vocali carent formae quae sequuntur [1]):

40. ((σ)αλ) ἅλσο *Π* 754, ἅλτο *Α* 532 etc., subi. ἅλεται *Λ* 192, 207, ἅλῃται *Φ* 536, -*άλμενος* *Ε* 138 *Η* 15 *Λ* 94, *Ρ* 342 etc. — Eadem est potestas aoristi sigmatici ἐσήλατο *Μ* 438 *Π* 558. Praesens legitur *Ε* 142 ἐξάλλεται, ἅλλονται h. Cer. 175, καθαλλομένη *Λ* 298. Vid. etiam infra sub n° 50 (παλ).

Collatis locis, ubi radix (σ)αλ spirantis σ ostendit vestigia, e. g. ἐπιάλμενος *Η* 15, dubitaveris an *syllabicum* potius augmentum in dictione epica huic verbo sit tribuendum et scribendum sit e. g. εἰς ἅλ' ἔαλτο *Λ* 532. Aeolica psilosis constanter in textu tradito observatur, quamquam nemo dixerit quo iure.

41. (ἀρ) ἄρμενον *Σ* 600 (= ε 234) ε 254 h. Merc. 110. — Vid. § 285[1].

42. (γεν) 'γέντο *prehendit* Θ 43 (= *Ν* 25) *Ν* 241 *Σ* 476 sq.

Incertae originis haec forma [2]), qua etiam Callim. h. Cer. 44 et Apoll. Rhod. III 1321 IV 225 usi sunt, non est confundenda cum aoristi ἐγένετο forma syncopata γέντο, quae in Homeri carminibus non reperitur sed in Hesiodi Theogonia locis spuriis 199, 283, 705 extat et apud lyricos poetas et Alexandrinos satis frequens est [3]).

43. (δεχ) ἐδέγμην ι 513 μ 280, -ἔδεξο ξ 54, ἔδεκτο *Β* 420 *Ι* 480 etc., -εδέγμεθ' ρ 563, δέξο *Τ* 10 h. Merc. 312, δέχθαι *Α* 28 (= 377 h. Ven. 141) *Η* 98, δέγμενος *Β* 794 *Ι* 191 ν 310 π 189 υ 385 h. Merc. 477 Cer. 29, -νοι -ναι *Β* 187 *Η* 415 *Σ* 524 etc.

Fortasse imperativus infinitivus participium ad praesens potius tempus erant referenda, certe sinit id fieri praesentis 3ª persona plur. δέχαται, thematica vocali carens, *Μ* 147, nec non commendat participii significatio, constanter enim valet *expectans, opperiens*. Hinc

---

[1]) Videantur quae in § 145 sunt observata. *Sigmatico* aoristo has formas fortasse accensendas esse pag. 366,1 vidimus.

[2]) Stirpem fuisse γεμ- alii cum Curtio statuunt, alii vix probabiliter a stirpe γελ repetunt (ἐλεῖν, vid. Kühner-Blass II p. 354).

[3]) Vid. Theognid. 202, 436, 640, 661, Parrhasii fr. 2, Sapph. 17, scolion ab Aristophane Vesp. 1226 allatum, Pindar. Pyth. III 154 VI 28, Apoll. Rhod. I 1141 IV 1427, Callim. h. Iov. 50, Del. 147, Lavacr. Pallad. 59, Theocrit. I 88 VIII 92 XIII 2,9 XIV 27 XVII 64 epigr. 19[8], Inscriptio CIG. 1925 (= Kaibel Epigr. 187).

fuere qui δέχμενος scribi mallent (vid. schol. ad *I* 191 et Hesych. s. v.). — Vid. § 227.

44. ((σ)Fαδ) *Fάσμενος* -ω -οι *Υ* 350 *Ξ* 108 *ι* 63 (= 566 *κ* 134). — Vid. § 221[1].

45. (λεγ) *ἐλέγμην Γ* 188 *ι* 335 *numerabar*, *'λέκτο δ* 451 *numerabat*, quae non sunt confundenda cum simillimis formis stirpis λεχ § 282. Quod non ita leve esse periculum patet *δ* 451—453, ubi de Proteo haec narrantur: *πάσας δ' ἄρ' ἐπῴχετο, 'λέκτο* (i. e. *numerabat*) *δ' ἀριθμόν.* | *ἐν δ' ἡμας πρώτους 'λέγε κήτεσιν, οὐδέ τι θυμῷ* | *ὠίσθη δόλον ἔμμεν'· ἔπειτα δὲ 'λέκτο* (i. e. *decubuit*) *καὶ αὐτός.* — Vid. § 306.

46. (λεχ) *ἔλεκτο I* 565, 662, 664 *δ* 458 *ε* 487 *η* 346 *μ* 34 *ν* 75 *ξ* 520 *τ* 50 h. Ven. 168, *λέξο Ω* 650 *κ* 320 (et *τ* 44?), *καταλέχθαι o* 394, *καταλέγμενος λ* 62 *χ* 196. — Vid. § 232 et cf. quae sub n° 45 observavimus.

47. (μιγ) *ἔμικτο Λ* 354 (= *Π* 813) *α* 433. — Vid. § 242[2].

48. (ὀρ) *ὦρτο E* 590 etc. (plus quadragies), *ὄρσο Δ* 204, 264 (= *T* 139, mss. *ὄρσευ*) *E* 109 *Ω* 88 *η* 342 *χ* 395, *ὄρθαι Θ* 474, *ὄρμενον P* 738 (= *Φ* 14, etiam nomen proprium), *-νω Λ* 326, *-να Λ* 572.— De formis vocali thematica munitis vid. § 149[85] et de toto verbo § 284[1].

49. (παγ) *κατέπηκτο Λ* 378; locum corruptum esse suspicatus est Nauck coll. *Φ* 168. — Vid. § 241[2].

50. (παλ) *ἔπαλτο O* 645, *ἔκπαλτο Υ* 483, *in- excutiebatur*. — Vid. § 274.

Praeterea fortasse huc referendae sunt formae *ἀνέπαλτο Θ* 85 *Υ* 424 *Ψ* 694 et *κατέπαλτο T* 351; quam rationem commendat praesens *ἀναπάλλεται Ψ* 692. Nisi illis locis scribendum est *ἀναᾶλτο καταᾶλτο* (vel potius *ἀν-ἑαλτο κατ-ἑαλτο*) *ἀναάλλεται*, id quod suspicamur; cf. § 150[10]. Sed a versibus, quos primos attulimus, *O* 645 et *Υ* 483, ubi item *saliendi* verbum latitare multi suspicati sunt, huius verbi notionem alienam ducimus.

Non inter aoristos recensenda est forma *ἐέλικτο Λ* 39 *N* 558 (mss. *ἐλέλικτο*), nam *'ϝεϝέλικτο* (plusquampf.) scribendum esse metrum docet; cf. § 41[24].

§ 151. Quaedam tempora praeterita, quae sintne imperfecta vocanda an aoristi haud facile quisquam pro certo statuerit [1]), stirpem

---

[1]) Recentioribus poetis huiusmodi formae pro aoristis fuisse videntur, vid. Elmsley ad Eur. Med. 186 Oed. Col. 1015. Apud tragicos haud ita rarae sunt, neque Aristophanes iis abstinuit; vid. Nub. 1323 Vesp. 1203 Lys. 425.

ope elementi θ habent auctam; cf. § 142. Haec conformatio cernitur in verbis:

ἐϝέργαθε E 147 *Λ* 437 *Φ* 599 *φ* 221, *συνεϝέργαθον Ξ* 36. — Vid. *ϝέργω* § 230.

μετεκίαθε Π 685 *α* 22, *μετεκίαθον Λ* 52, 714 *Σ* 532, 581. — Vid. *κίνῦμαι* § 172.

Fortasse addenda est forma *'διώκαθον*, quae est Naberi coniectura *K* 364, vid. supra pag. 292.

Manifeste vero aoristis accensendae, certe ab aoristo *ἔσχον* ductae, sunt formae *'σχέθον κ* 95, *ἔσχεθε Λ* 219 *K* 461 etc., *ἐσχεθέτην M* 461, *ἀνεσχέθομεν ι* 294, *ἔσχεθον Δ* 113 etc., *σχεθέτω θ* 537, 542, *σχεθέμεν* (mss. *σχεθέειν*, vid. § 126) *Ψ* 466 *ε* 320. — Vid. *ἴσχω retineo* § 144.

Simillima est participii *φαέθων* conformatio, vid. § 142 et § 280.

II. *De aoristo mixto.*

§ 152. Sigmatici aoristi formae nonnullae thematica vocali utuntur, medium igitur genus quoddam constituentes inter aoristos primum et secundum qui dicuntur; quapropter aoristi *mixti* nomine designari solent hae formae, quae post Homeri aetatem e lingua Graeca omnes fere evanuerunt [1]). En earum recensio:

1. (*ἀγ*) imperat. *ἄξετε Γ* 105 *Ω* 778 et infin. *ἀξέμεναι Ψ* 50, 111 *Ω* 663 h. Apoll. 103, med. indic. *ἤξοντο Θ* 545, imperat. *ἄξεσθε Θ* 505 (mss. *ἄξαντο* et *ἄξασθε*, sed verum est in scholiis). — A verbo *ἄγω*.

2. (*βα*) *ἐβήσετο Γ* 262 etc., imperat. *βήσεο E* 109, 221 *Θ* 105 *Λ* 512. Participium *βησόμενον E* 46 huc non pertinere videtur, subiunctivi autem forma *καταβήσεται O* 382 non mixti sed sigmatici aoristi rationem sequitur (vid. § 122). In mss. pro *(ἐ)βήσετο* passim *(ἐ)βήσατο* reperitur, Aristarchus tamen *-σετο* malebat, quem constanter secutus est is qui Venetum A descripsit; cf. schol. *B* 578 *Γ* 262 *K* 518 *Ξ* 229, Cobet Miscell. Crit. p. 285 et 362 sqq. — Vid. § 202.

3. (*δυ*) *ἐδύσετο Γ* 328 etc., *'δύσοντο Ψ* 739 (mss. *-σαντο*, correxit

---

[1]) Solus imperativus *οἶσε* usque ad Aristophanem comicum perduravit; vid. infra. Aoristum *ἧκσον* suum sigma huic conformationi debere, olim enim fuisse *ἧκτ-σον*, Buttmann aliique multi suspicati sunt, fortasse recte; quamquam, si ita res habet, iure mireris nusquam in Homericis iteratum esse sigma (*ἧκσσον*). Quapropter fortasse praestat ratio quam iniit Hartmann de aoristo secundo 1881 p. 66, ad analogiam futuri *πεσοῦμαι* aoristo sigma tributum esse statuens.

Cobet), imperat. *δύσεο Π* 129 etc., part. *δυσόμενος α* 24 Hes. Op. 384 (?) [1]). Vulgarem sigmatici aoristi rationem sequitur optativus *δυσαίατο Σ* 376 (lectio dubia). — Vid. § 167.

4. (*ἰκ*) indic. *ἵξες* h. Apoll. 228, 230, 278, *ἵξε B* 667 etc., *ἵξον E* 773 etc. — Vid. § 231.

5. (*λεχ*) imperat. *λέξεο I* 617 *τ* 598. — Vid. § 232.

6. (*οἰ*) subi. *οἴσῃ B* 229 *π* 438 (*οἴσωσι Ψ* 675?), imperat. *οἶσε χ* 106, 481 [2]), *οἰσέτω T* 178 *Θ* 255, *οἴσετε Γ* 108 *O* 718 *ν* 154, *οἰσέμεναι Γ* 120 etc. (*Σ* 191 futuri est). — Vid. § 311.

7. (*ὀπ*) imperat. *ὄψεσθε Ω* 704 (sed futuri est *Θ* 313). Aoristi sigmatici rationem sequitur subiunctivus *ἐσόψομαι E* 212 (sed *ἐπιόψομαι I* 167 futuri esse videtur, ut *β* 294), *ὄψεται ρ* 7 [3]). — Vid. § 309.

8. (*ὀρ*) imperat. *ὄρσεο Γ* 250 etc. — Vid. § 284[4].

Addendus foret imperativus *πελάσσετον K* 442, nisi praeferenda videretur l. a. *πελάσσατον*, coll. *κ* 404; vid. § 298. Neque imperativus *μυθήσεο*, quae est l. a. *α* 124, recipiendus est loco lectionis vulgatae *μυθήσεαι*. Neque quicquam tribuerim coniecturae *ἀείσεο*, quam nonnulli pro *ἀείδεο* substituunt in sero natis hymnis XVII 1 et XIX 1.

Pro vocali *ε* in mss. passim reperiri alpha supra plus semel vidimus, neque de iis tantum formis quas adtulimus (*ἄξαντο ἐβήσατο* etc.) sed de ceteris quoque hoc valet.

§ 153. Contrariam rationem nonnulla verba inierunt ad aoristum formandum; omittunt nimirum litteram *σ*, attamen thematica vocali carent, itaque sigmatici aoristi terminationibus utuntur [4]). Haec conformatio, quae etiam ex Attica dialecto (*ἔχεα, ἤνεγκας* etc.)

[1]) Infinitivus *δύσεσθαι η* 18 futuri est; male igitur omnino *δύσασθαι* scriptum est in cod. F.

[2]) Aristophanes hunc imperativum adhibuit Ach. 1099, 1101, 1122 Pac. 259 Ran. 482. Item Vesp. 671 (mss. *δώσουσι*) et 1251 (mss. *χρυσὶ*)?

[3]) Aoristo *ὀψάμην* etiam postea Graeci poetae nonnunquam usi sunt, Pindar. fr. 65[6] *-όψατο*. Plat. com. fr. 263 etc., vid. van Herwerden Revue de Philologie 1882 p. 22.

[4]) Aoristi vocari certe solent, sed pari iure imperfecta eos appellaveris, nam eadem eorum est conformatio atque imperfecti verborum thematica vocali carentium (*ἴφη-ν* etc.), pristinum autem elementum *μ* (*ν*) in *ᾰ* abiit propter consonam vel diphthongum antecedentem, ut in *ἦα ἦα* = *ἦσᾰμ ἦσᾰ*; e. g. *Ἰχευ-α* pro *Ἰχευ-μ*; postea primam personam insecutae sunt coterae. Primitus igitur inter *Ἰχευα Ἰσσευα* et *ἰχθόμην ἰσσθόμην* nullum fuit discrimen praeter illud quod est inter activum et medium.

cognita est, apud Homerum cernitur in verbis quinque, quae sequuntur:

1. *ἁλέομαι* (§ 180) *ἠλεύατο* etc., et correpta syllaba secunda (vid. § 17) *ἁλέασθε ἁλέαιτο ἁλέασθαι.*

2. *καίω* (§ 177) *ἔκηα* (pro *ἔκηϝα*, i. e. *ἐκᾱνα*, *ἔκᾱϝα*) [1]).

3. *σεύω* (§ 188) *ἔσσευα* etc., med. *'σεύατο* etc.

4. *χέω* (§ 189) *ἔχευα* etc., med. *ἐχεύατο -χεύεται*, et correpta syllaba *χευ* (cf. § 17) *-χεας ἔχεε ἔχεαν.*

5. *φέρω* (§ 311) *ἤνεικα*, med. *ἠνεικάμην.* — Thematica vocalis addita est formis *ἐνείκοι* (?) *Σ* 147 (cf. § 113), *ἔνεικε* (imperat.) *φ* 178, *ἐνεικέμεναι T* 194.

6. Sintne etiam formae Ionicae *(ἐ)ϝειπας (ἐ)ϝείπατε ϝείπατε* Homero tribuendae an praestet ubique scribere *ἔϝειπες ἐϝείπετε ϝείπετε* non constat, mscripta enim passim inter se discrepant; vid. *Π* 49 *Σ* 361 *Ω* 379 *γ* 427 *ν* 385. Aristarchus *Α* 106 *εἶπας* scribebat; nobis iusta causa deesse videtur cur statuamus veteres cantores epicos tribus aoristi *ἔϝειπον* formis vocalem *α* tribuisse. Nam secunda persona *ἔϝειπας* nasci non potuit priusquam prima persona *ἔϝειπα* (i. e. *ἐϝειπᾰ* sive *ἔϝειπᾰν*) extaret; huius autem nullum vestigium, quod quidem metro stabilitum sit, in carminibus Homericis reperitur. Herodotus vero, qui *εἶπα* formam habet, nunquam usus est vulgata forma *εἶπον* [2]).

7. Denique huc pertinent aoristi *ἔθηκα* (§ 150[19]), *ἔηκα* (§ 150[24]), *ἔδωκα* (§ 150[30]). De stirpis conformatione (*θη-κ, ση-κ, δω-κ*) vid. pag. 391.

III. *De aoristo II passivi.*

§ 154. Passivi qui dicuntur aoristi in *-θην* apud Homerum multo sunt frequentiores quam simplicioris conformationis aoristi qui littera *θ* carent; vid. supra pag. 354.

Qui in *-ην* desinunt hi sunt:

1. (*ϝαγ*) *ἐϝᾰ́γη Α* 559 (?, cf. § 158[21]), *(ἐ)ϝᾰ́γη Γ* 367 *Ν* 162 *Π* 801 *Ρ* 607 *χ* 560 *λ* 65, *'ϝᾰ́γεν Δ* 214 (*ἔᾱγεν* l. a. *ε* 385). — A verbo *ϝᾰ́γνῡμι M* 148 etc.

---

[1]) Correpta vocali *η* (vid. § 17) *-κία*; tragici (Aesch. Ag. 849, Soph. El. 757, Eur. Rhes. 97) et Arist. Pac. 1133 (chor.).

De mscriptorum vitiosa scriptura *κει-* pro *κη-* vid. pag. 306.

[2]) Omnino certum esset alienas a dictione epica esse formas *εἶπας* etc., si recte statuisset G. Meyer[2] § 527 primitus fuisse *ἰ-ϝεπ-α* etc.; quae tamen non satis tuta mihi videtur ratio.

2. (*Fαλ*) *ἰFἄλη N* 408 *T* 168, 278, *'Fάλεν X* 12, inf. *Fαλήμεναι E* 828 *Σ* 76, 286 et *Fαλῆναι Π* 714, part. *Fἄλείς* etc. *Π* 408 etc. — Vid. § 265.

3. (*βρεχ*) *ἀναβροχέν λ* 586. Expectatur *ἀναβραχέν*, sed vocalis *o* insolitae huic formae invecta esse videtur ad exemplum aoristi activi *ἀναβρόξειε μ* 240 *καταβρόξειε δ* 222 [1]). Fortasse ab eadem stirpe ductum est perfectum *ἀναβέβροχε P* 54 (mss. *ἀναβέβρυχε*), cf. § 158[6].

4. (*θερ*) subi. *θερέω* (cf. § 122) *ρ* 23. — Vid. § 254[9].

5. (*καυ*) *ἐκἄη Λ* 464 (= *B* 427 etc.) *μ* 18, *κἄήμεναι Ψ* 198, 210. — Vid. § 177.

6. (*πληγ*) *'πλήγη N* 394 *Π* 408 *Γ* 31, *-πληγεν Σ* 225, partic. *πληγείς* etc. *Θ* 12, 455 *O* 117 *P* 296 *Ψ* 694 *μ* 416 *ξ* 306 *φ* 50. — Vid. § 238[1].

7. (*ραγ*) *ὑπερρᾴγη Θ* 558 (= *Π* 300). — Vid. § 241[3].

8. (*σαπ*) *σαπήῃ T* 27, a verbo *σήπεται Ω* 414, *σέσηπε B* 135, vid. § 158[57]. — Alias dicitur *πῡ́θω*: *Δ* 174 *Λ* 395 *Ψ* 328 *α* 161 *μ* 46 h. Ap. 363, 369, 371, 374.

9. (*τερσ*) *τερσήμεναι ζ* 98 Apoll. Rhod. III 1390, *τερσῆναι Π* 519. — Vid. § 288[3].

10. (*τμαγ*) *'τμάγεν Π* 374, *διέτμᾰγεν Λ* 531 (= *ν* 439) *H* 302 *M* 461 *Π* 354. — Vid. § 235.

11. (*τρυφ*) *διατρῡφέν Γ* 363, cf. (*τὸ*) *τρύφος δ* 508. — Verbum *θρύπτειν* alias non reperitur in Homericis.

12. (*τυπ*) *ἐτῡ́πη Ω* 421, *τῡ́πείης N* 288, (*δουρὶ*) *τῡ́πείς Λ* 191, 206, 438 *M* 250 *Π* 861 *Σ* 92 (sine *δουρὶ O* 495; *N* 573 pro *τυπείς* leg. *δαμείς*). — Vid. § 253.

Addenda esset forma *'δρῡ́φη ε* 426, si illic recipienda esset Kayseri coniectura; sed alia ratione locus ille probabilius est sanatus.

Aoristus passivi *'λίπεν* (= *ἐλείφθησαν*), quem Aristarchus legebat *Π* 507, *λίπεν ἅρματ' ἀνάκτων*, quin errori debeatur non est dubium; Zenod. *λίπον*, verum videtur quod restituit Jortin *'λίπον ἅρμα Fάνακτες*.

§ 155. Accedunt verba nonnulla, quorum aoristus passivi apud Homerum modo in *-θην* modo in *-ην* formatus reperitur:

---

[1]) Cf. pag. 394 not.

1. (βλαβ) ἔβλαβεν Ψ 461, 545, sed ἐβλάφθησαν Ψ 387, βλαφθείς etc. *I* 512 etc. — Vid. § 244.

2. (δαμ) ἐδάμην etc. passim, sed δμηθήτω *I* 158, δμηθέντα Δ 99 *E* 646, et ἐδαμάσθην Θ 231, ἐδαμάσθη *T* 9, δαμασθείς *II* 816 *X* 55. — Vid. § 296.

3. (μιγ) ἐμίγην etc. passim, nec non frequenter ἐμίχθη ἔμιχθεν μιχθήμεναι μιχθείς. — Vid. § 242[3].

4. (παγ) ἐπάγη *K* 374 etc., 'πάγεν Λ 572, sed ἔπηχθεν Θ 298. — Vid. § 241[1].

5. (ταρπ) ἐταρπήτην ψ 300, 'τάρπημεν Λ 780, 'τάρπησαν Ω 633 γ 70 δ 47 ε 201 κ 181, ταρπήμεναι Ω 3 ψ 346 et ταρπῆναι ψ 212, subi. τραπήομεν Γ 441 Ξ 314 Θ 292 (de metathesi vid. § 39), sed 'τέρφθη (mss. τάρφθη) τ 213, 251 φ 57, ἐτέρφθητε ρ 174, ἐτέρφθησαν Θ 131, 'τέρφθεν (mss. τάρφθεν) ζ 99, τερφθείη ε 74. — Vid. § 250.

6. (φαν-φαεν) ἐφάνη etc. passim, *apparuit*; iterat. ἐφάνεσκε Λ 64 λ 587 μ 241 sq. Hes. fr. 33[3] Rz. (vid. § 146); sed ἐφαένθη Δ 468 *N* 278 *P* 650 μ 441 Hes. Theog. 200, ἐφάενθεν Α 200 *T* 17 (mss. φαάνθη, φάανθεν, cf. § 191) *resplenduit*. — Vid. § 280.

§ 156. Sequentium verborum aoristus passivi in Attica dialecto elemento θ caret, in Homeri lingua praeditus est:

1. κλίνω, ἐκλίνθη etc. et ἐκλίθη τ 470, κλιθῆναι α 366 = σ 213, Att. ἐκλίνην.
2. στρέφω (§ 248), στρεφθείς etc., Att. ἐστράφην.
3. τρέπω (§ 251), τραφθήμεναι ο 80, Att. ἐτράπην.
4. ἀναψύχω, -ἔψυχθεν *K* 575, -ψυχθείς Φ 561, Att. -εψύχην.

Cum verbi κλίνειν aoristo duplici comparetur κρίνειν — ἐκρίνθην -εκρίθην *B* 815 (§ 268), Att. ἐκρίθην. Sed quod in plerisque mscriptis est ἰδρύνθησαν *Γ* 78 *H* 56 recte scribitur ἰδρύθησαν in Vind. H et in papyro nuper reperto CXXVI Mus. Britann.

CAPUT VIII.

De perfecto.

§ 157. Perfecto propria est *reduplicatio* (§ 134 sq.), quae *intensivam* primitus habuit vim et hinc actionem consummatam sive rerum statum quendam praesentem saepe significat. In exitu autem stirpis perfectum neque thematicam vocalem adsciscit neque

aliis elementis solet augeri. Quoniam autem praesens quoque verborum haud raro thematica vocali caret nec non reduplicatione frequenter utitur — exemplo sint *δίδωμι* et *ἀραρίσκω* —, apparet nulla conformationis proprietate perfecta atque praesentia primitus fuisse seiuncta, sed optimo iure perfectum Graecum vocari posse praesentis quoddam genus [1]). Dum tamen gemelli hi rami ex communi stirpe excrescunt, in diversa tendentes magis magisque a se invicem discesserunt. In recentiore autem lingua activi perfecta longe plurima in *-κα* desinunt, ita ut *κ* characteristica perfecti littera dici possit; sed Homeri lingua nonnisi initia quaedam ostendit huius conformationis, quae postea latissime serpsit. Unde autem originem duxerit liquide ostendit verbum *ὄλλυμι* § 284[2], cuius stirps *ὀλ* (*ὀλέσθαι*) non solum in *ὀλεσ* (*ὀλέσσαι*) excrevit sed etiam in *ὀλεκ*, teste verbo epico *ὀλέκω* (*Α* 10 *Λ* 530 *Π* 17 etc.); huic stirpi praemitte reduplicationem, habes stirpem *ὀλωλεκ*, quae peperit perfectum *ὀλώλεκ-α* [2]), id est *ὀλωλεκτι* sive *ὀλωλεκη*. Vocalis autem alpha, perinde atque in aoristi sigmatici conformatione (vid. pag. 309), e prima persona sing. in ceteras irrepsit.

Eadem ratione, qua e stirpe *ὀλ* prodierunt *ὀλέκω* et *ὀλώλεκα*, stirps *δϝ(ε)ι* (*δέδϝια*) aucta est in *δϝ(ε)ικ*, deinde edidit praesens *δεδϝίσσομαι* (i. e. *δεδϝίκ̯ομαι*, vid. pag. 351) et perfectum *δέδϝοικα*. *Docendi* stirps *δα* (*ἐδάην*, *δεδαώς*) in *δακ* (*διδάσκω*, *διδάξω*) abiit, item *discendi* *δαη* (*δαήμεναι*) in *δαηκ* (*δεδάηκα*); vid. § 203. *Incedendi* verbum *βα* (*βῆναι*) adiecto elemento *κ* peperit *βέβηκα βάκτρον ἀβάκησαν* (= *ἠπόρησαν*), § 202; cf. *baculus*, *imbecillus* (F. H. Walker in Classical Review 1891 p. 448). Stirpis *ἀλευ* *vitare* (§ 180) altera est forma *ἀλυκ* (§ 242[1]). *Dandi* praesens non *δίδωμι* sed *δώκω* est in inscriptione Cyprica 60[16] Collitz. Apte praeterea comparari possunt *πτα* (*ἐπτή-την*, *πεπτηώς*) — *πτακ* (*πτήσσω*, *πτώσσω*, *πτῶκα*) § 238[2], *ἵλα* (*ἱλάσκομαι*, *ἵληθι*) — *ἵλακ* (*ἱλήκῃσι*, *ἱλήκοι*) § 295[2]. Neque praesenti perfectoque tantum augendis elementum *κ* inservit, sed etiam in aoristis *ἔθηκα ἔηκα ἔδωκα* reperitur (cf. § 153[7]), quin etiam in substantiva verbalia *-θήκη θῶκος βάκτρον baculus* (non Hom.) irrepsit. Cognatum autem esse suffixum inchoativum vel iterativum vel etiam inten-

---

[1]) „Das indogermanische Perfect hat sich erst allmählich von einem reduplicirten „Präsens abgelöst" Curtius Verbum II[2] p. 174. — „Es scheint mir kaum einem Zweifel „zu unterliegen, dass der Indicativ Perfecti von Haus aus nichts war als eine „besondere Art der Präsensbildung" ibid. p. 189.

[2]) Apud Homerum *ὀλώλεκα* non extat, sed apud Herodotum I 45 et recentiores reperitur.

sivum σκ nemo non suspicetur, infelix vero admodum mihi videtur Osthoffi conatus perfecti litteram κ ex particula κα sive κε(ν) repetentis; quem sub vitae finem refellere studuit Curtius (zur Geschichte etc. p. 152).

Perfecta igitur, quae in -κα desinunt, primitus non nisi e stirpibus quas claudit littera κ prodierunt: δέδορκα § 226, ϝέϝοικα § 242[2], λέληκα § 239[2], μέμηκα § 233, μέμῡκα § 239[1], πέφρῑκα Δ 282 etc., τέτηκα Γ 176; talia autem perfecta grammatici *secunda* vocare consuerunt inepto, ut assolebant, nomine usi. Apud Homerum tamen etiam a verbis, quorum stirps terminatur vocali, nonnulla perfecta in -κα ducta sunt, in his pervulgata quaedam (βέβηκα, ἕστηκα, τέτληκα); quae quin perantiqua sint, dubitare nos non sinit ipsa flexionis ratio obsoleta, qua de mox (in § 160) plura erunt dicenda. Verbum βέβηκα ceteris exemplo fuisse suspicatur Walker l. l. — En eorum recensio:

1. βέβηκα § 202. Vid. supra, et de formis sine κ vid. § 160[1].

2. βεβίηκε K 145, 172 Π 22 a verbo βιάω sive βιάζω, vid. § 144.

3. βέβληκα cum optat. βεβλήκοι Θ 270. Vid. § 258.

4. βεβρωκώς X 94 χ 403. Sed βεβρώθοις (?) Δ 35. — Vid. § 307.

5. δεδᾰήκα -κας -κε -κότες β 61 θ 134, 146 h. Merc. 473, sed sine κ part. δεδαώς ϱ 519 h. Merc. 510 (§ 158[66] et 160). — Vid. διδάσκω § 203.

6. 'δεδειπνήκει ϱ 359 a verbo δειπνέω.

7. δέδοικα etc., vid. supra et de formis sine κ cf. § 160[2].

8. δέδῡκε E 811 I 239 μ 93. — Vid. § 167.

9. ἕστηκα, vid. § 160[5] et 196[1].

10. ϝεϝᾰδηκότες -τας (mss. ἀδηκ. vel. ἀδηκ.) K 98, 312, 399, 471 μ 281 h. Ap. 460 [1]); vid. § 41[2].

11. ὀλήκῃσι φ 365 (ὀλήκοι h. Ap. 165 ad praesentis normam accedit, vid. § 159) § 295[2].

12. κέκμηκας Z 262, a verbo κάμνω. Sed partic. κεκμηώς etc. Ψ 232 etc., vid. § 158[74].

13. μέμβλωκε Δ 11 Ω 73 ϱ 190. Vid. § 285[4].

14. ὑπεμνήμῡκε (?) X 491. Vid. -ημύω.

15. πεφῡκᾰσι (?) η 114 [2]), πεφύκῃ Δ 483, ἐπεφῡκει Δ 109 etc., sed πεφῦᾱσι et part. πεφῡώς πεφῡυῖα, vid. § 158[80] et § 160[11].

---

[1]) Monro Hom. Gramm.[2] p. 25 ἀαδηκότες (ab ἀ-σϝᾰδ-έω) *displeased* legendum censet. Quae opinio quomodo cum α 134 conciliari possit non video.

[2]) Vid. pag. 295.

16. τεθαρσήκᾱσι *I* 420 (= 687), a verbo θαρσέω.

17. τέθνηκε *Σ* 12 etc., κατατεθνήκᾱσι *O* 664, sed τεθνᾶσι τεθναίην etc.; vid. § 158[81] et 160[13].

18. τέτληκας *Λ* 228, 543, -κε τ 347, sed τέτλᾰμεν etc., vid. § 158[82] et 160[13].

19. τετύχηκε κ 88, τετῠχηκώς *P* 748. Vid. § 236[1].

20. παροίχωκε (l. a. παροίχωκε) *K* 252, a verbo παροίχομαι.

Compluria autem verba, quorum praesens utitur stirpe in vocalem desinenti, perfectum ducunt a stirpe breviore:

1. (βρυχ) βέβρῠχε etc. *N* 393 *Π* 486 *P* 264 ε 412 μ 242. Praesens βρυχάομαι apud Homerum non extat.

2. (γαθ) γέγηθε et ᾽γεγήθει *Θ* 559 etc., — praesens γηθέω § 175.

3. δουπ) δεδουπότος *Ψ* 679 — aor. (ἐγ)δούπησα *Λ* 45 *Δ* 504 etc.

4. (λακ) λέληκας Hes. Op. 207, λεληκώς *X* 141, λελᾰκυῖα μ 85 — praesens -ληκέω *Φ* 379. Vid. § 239[3].

5. (μακ) ἐμέμηκον (? — vid. p. 287) ι 439, μεμηκώς *K* 362, μεμᾰκυῖαι *Δ* 435. Praesens μηκάομαι apud Homerum non extat.

6. (μυκ) -μέμῡκε κ 227, ἐμεμύκει μ 395, μεμῡκώς *Σ* 580 *Φ* 237 — praesens μυκάομαι κ 413. Vid. § 239[1].

7. (ριγ) ἔρριγα etc. *P* 175 etc. — aoristus ἐρρίγησε *O* 436 etc.

A stirpibus, quas claudit littera dentalis vel liquida, poetae epici perfecta in -κα nulla duxerunt [1]), perfecta autem in -φα vel -χα non nisi a stirpibus in φ vel χ desinentibus derivarunt: τέτροφε a τρέφω § 158[85] et 252, τέτρηχα a ταράσσω (ταραχή, τρηχύς) § 158[63]; item -ϝέϝηχα § 229, λέλογχα § 241[4], τέτευχα § 236. Quinto demum saeculo exeunte nata sunt πέπομφα a πέμπειν et τέτροφα a τρέπειν, quorum vocalis o vetustum morem refert, adspiratio vero, quae e medii formis τετράφᾰται ὀρωρέχᾰται cett.(§ 119) in activum irrepsit, recentioris aevi est indicium. Eadem aetas peperit perfecta κέκλοφα -εἶλοχα ἐνήνοχα, et mox analogia effecit ut ad horum exemplum plura sensim in -φα et -χα effingerentur perfecta a stirpibus quae adspiratione carent.

§ 158. Perfectorum Homericorum sine elementi κ ope formatorum haec est recensio:

---

[1]) Apud scenicos non nisi unum atque alterum huius conformationis exemplum extant, quae collegit Nauck ad Soph. Ant. 7; cf. Curtius Verbum II[2] p. 232, G. Meyer[2] § 559.

1) *Stirpes in consonam desinentes.*

1. *ἀνήνοθε* Θ 365 ϱ 270, vid. § 135[1].
2. *ἄνωγα -γας* § 225.
3. *ἄρηρα* § 135[2], 160, 285[1].
4. *-βέβουλα* § 259.
5. *βέβρῑθε Π* 384 etc. a verbo *βρίθω Θ* 307 etc.
6. *-βέβροχε* (?) *P* 54 (mss. *-βέβρυχε*), vid. § 154[3].
7. *βέβρῡχα* § 157.
8. *βεβρώθοις* (?) *Δ* 35, vid. § 159 et 307.
9. *γέγηθα* § 175.
10. *γέγονα* § 261.
11. *γεγωνώς* (?) *Θ* 227 etc., vid. § 149[18] et 260.
12. *δέδϝοικα* § 160[3] et 168.
13. *δεδουπότος Ψ* 679, vid. § 157.
14. *δέδορκα* § 226.
15. *-δέδρομα* § 310.
16. *ἐγρήγορθε H* 371 *Σ* 299, *ἐγρηγόρθᾱσι K* 419. Vid. § 135[3] et 161.
17. *ἐδηδώς P* 542, *ἐδηδυῖα* h. Merc. 560. Vid. § 135[4] et 307.
18. *ἐ(ι)λήλ(ο)υθα* § 135[6], 160[4], 308.
19. *εἴωθα* § 218.
20. *ἔμμορε Λ* 278 etc., vid. § 271. — Expectatur *ει*, non *ἐμ-*, in prima syllaba; non tamen aoristum esse cum vocalis *o* docere videtur [1]) tum verborum contextus.
21. *(κατ)ερήρῐπα Ξ* 55, vid. § 135[7] et 245.
22. *ἔρρῑγα*, vid. § 157.
23. *(δι)έφθορας* (?) *O* 128. De futuro *διαφθέρσω N* 625 vid. § 254[11]. Simplex *φθείρω Φ* 128 ϱ 246 extat.
24. *ϝέϝᾱγε* Hes. Oper. 534, *ϝεϝάγῃ Λ* 559? (sic Ahrens, mss. *ἐάγῃ*, aor.), a verbo *ϝάγνῡμι*. Cf. § 154[1].
25. *ϝεϝᾱδότα I* 173 (= *σ* 422), vid. § 221[4].
26. *(ἀϝ)ϝεϝᾰχυῖα B* 816, vid. § 160 et 229.
27. *ϝέϝοικα* § 242[2].
28. *ϝέϝολπα* § 211[6].
29. *ϝέϝοργα* § 224[2].
30. *ϝοῖδα* § 160[7] et 212.
31. *κέκευθε* § 214.
32. *κεκληγώς* (*κεκληγγώς*?) § 223[1].

---

[1]) Quamquam etiam in aoristi passivi forma *ἀναῤῥοχέν* § 154[3] vocalem *o* reperimus.

33. *κεκοπώς N* 60 *σ* 335, a verbo *κόπτω Σ* 379 etc.

34. *κέχονδα* (?) § 221[5].

35. *κεχηνότα Π* 409. Cf. aoristus *ἔχανε* § 149[10a].

36. *λέληκα* § 160 et 239[3].

[37. *λελιχμότες* Hes. Theog. 826, a verbo *λείχω*. Participium vitio creatum est, *λελοιχότες* enim aut *λελιχμένοι* requiritur; veri simile autem duco, poetam alterutrum scripsisse. Praesens *λιχμάζω* legitur Hes. Scut. 235, alibi est *λιχμάω* et *-άομαι*.]

38. *λέλοιπε Λ* 235 *β* 279 *ξ* 134, 213 a verbo *λείπω* passim obvio.

39. *λέλογχα* § 241[5].

[40. *μεμαρπώς* Hes. Oper 204. Conf. aoristus § 149[16].]

41. *μέμηκα* § 160 et 233.

42. *μέμηλα* § 270.

43. *μέμονα* § 160[8].

44. *μέμῡκα* § 239[1].

45. *ὀδώδει ε* 60 *ι* 210. Vid. § 135[8].

46. *ὅλωλα* § 135[9] et 284[3].

47. *(συν)οκωχότε B* 218, vid. § 135[11].

48. *ὄπωπα* § 135[10] et 309.

49. *ὄρωρα* § 135[11] et 284[4].

50. *πέπηγα* § 241[2].

51. *πέπληγα* § 238[1].

52. *πέποιθα* § 160[9] et 217.

53. *πέπονθα* § 160[10].

54. *πέφευγα* § 237.

55. *πεφρίκασι Λ* 383 *Ω* 775, *'πεφρίκει π* 474?, *πεφρῑκυῖαι Δ* 282 *H* 62, a verbo *φρίσσω N* 478 etc.

56. *πεφυζότες Φ* 6, 528, 532 *X* 1 [1]), vid. § 237.

57. *σέσηπε B* 135, vid. § 154[8].

[58. *σεσἄρυῖα* Hes. Scut. 268.]

59. *ἐτεθήλεε* etc., vid. § 160.

60. *τέθηπα*, vid. § 249.

61. *τετευχώς μ* 423, vid. § 236[2].

62. *τέτηκα Γ* 176, a verbo *τήκω Θ* 522 etc.

63. *'τετρήχει B* 95, *τετρηχυῖα H* 346, cf. aoristus *ἐτάραξε Θ* 86 etc. et adiectivum *τρηχύς*. Stirps igitur fuit *τ(α)ραχ*, cf. supra pag. 58 sq.; praesens (*ταράσσω*) apud Homerum non extat.

---

[1]) Participio simillimae conformationis *μεμυζότε* Antimachum usum esse dicit Herodianus apud Eustathium 1746, 20.

64. *'τετρίγει* Ψ 714, *τετριγῶτας* *B* 314, *τετριγυῖα(ι)* Ψ 101, *ω* 9, a verbo *τρίζω* *ω* 5,7.

65. *τέτροφε* *ψ* 237, vid. § 252.

2) *Stirpes in vocalem desinentes.*

66. *βεβαρηότα* *τ* 122, *-τες* *γ* 139, *gravatus*. Conf. adi. *βαρύς*, verba *βαρῦνω* *E* 664 etc. *gravare*, *βαρῦθω* (§ 142) *Π* 519 Hes. Op. 215 *gravari*, *Ϝοινοβαρείων* § 286[9].

67. *'βέβᾰσαν* etc. § 160[1].

68. *δεδᾰώς* *ρ* 519 h. Merc. 510. Vid. § 157 et 208.

69. *δέδηε* et *ἐδεδήει* *N* 736 etc.; vid. § 176.

70. *δέδϜία* etc. § 160[3].

71. *ἕστᾰτον* etc. § 160[5].

72. *ἵληθι* *γ* 380 *π* 184 h. XIX 8 XXII 4 XXXIII 17 [1]); vid. § 295[1].

73. *κεκαφηότα* *E* 698 *ε* 468 (*Η* 312 l. a.) *anhelum*. Cf. *ἐκάπυσσε* *X* 467 *efflavit*. Cohaeret vocabulum *καπνός*.

74. *κεκμηώς* Ψ 232, *-ῶτα* *κ* 31 (= *ν* 282), *-ῶτι* *Z* 261, *-ότας* *Λ* 802 (= *Π* 44). Cf. § 157.

75. *κεκορηότε* *σ* 372. Vid. § 304.

76. *κεκοτηότι* (*θυμῷ*) *Φ* 456 *ι* 501 *τ* 71 *χ* 477. Vid. § 290 et cf. adiectivum *κοτήεις* *E* 191 (supra pag. 214).

77. *κεχαρηότα* *H* 312, vid. § 282.

78. *πεπτεότα* *Φ* 503, *πεπτεότας* *χ* 384, *πεπτεότων* *K* 200 (mss. *πιπτόντων*) [2]), a verbo *πίπτω*, cf. § 160.

79. *πεπτηώς* *ξ* 354 *χ* 362, *πεπτηῶτες* *B* 312 *ξ* 474, *πεπτηυῖα(ι)* *ν* 98 Hes. Scut. 265, vid. § 238[2] [3]).

80. *πεφθᾶσι* etc. § 160[11].

81. *'τέθνᾰσαν* etc. § 160[12].

82. *τέτλᾰμεν* etc. § 160[13].

83. *τετῑηότες* *I* 13, 30 (= 695) h. Ap. 456, *τετῑηότι* (*θυμῷ*) *Λ* 555 *P* 664 *Ω* 283 *moestus* vel *indignatus*. Eodem sensu usurpatur perfectum passivi *τετῖημαι* *Θ* 437, 447 etc. — Alia tempora non extant.

Si excipimus stirpes in *ι* et *υ* (*δέδϜια*, *πεφύασι*), et perfectum *δέδηε*, quod olim *δέδηϜε* fuit (*δέδᾱυε*, a stirpe *δᾱυ*), tales tantum

---

[1]) *ἴλᾰθι* et *ἵλᾰτι* Apoll. Rh. IV 984, 1014, 1333, 1411, 1600, 1773 Callim. h. Cer. 139 Theocr. XV 143.

[2]) Item Hes. Scut. 251? Contracta forma *πεπτώς* extat Soph. Ant. 697.

[3]) Participia *πεπτεώς* et *πεπτηώς*; permutans Apoll. Rhodius III 973 dixit *ἄτῃ πεπεπτηυίαν* et IV 93 *περὶ γούνασι πεπτηυίαν*.

formae in hac sectione se nobis obtulerunt, quarum suffixum a consona initium habet (*μεν*, *τον*, *θι*) aut olim habuit (*σᾶσι*, *Fώς*). *Hiatus* igitur in perfecto conformando sedulo vitatos esse apparet.

§ 159. Subiunctivi perfecti numerus singularis haud ita rarus est. Reperiuntur formae:

1. sing. *Fείδω* (§ 160[7]) *A* 515 etc., *πεπολίθω* (§ 217) *ω* 329.
2. „ *Fείδῃς* (§ 160[7]) *A* 185 etc., *πεπολίθῃς* (§ 160[8]) *A* 524 *ν* 344.
3. „ *Fείδῃ* (§ 160[7]) *O* 207 etc., *ἐρρίγῃσι Γ* 353, aliae [1]).

In plurali numero nonnisi *Fείδομεν Fείδετε* (§ 160[7]) et *πεπολίθομεν* (§ 160[8]) reperiuntur. Fortasse addendum est *ἑστήκωσι Δ* 434.

Optativi plusquamperfecti formae *βεβρώθοις* (?) *Δ* 35, *βεβλήκοι Θ* 270, *ἰλήκοι* h. Apoll. 165 imperfecti sive aoristi secundi flexionem referunt [2]). De flexione in *-ιην* (*Fειδείην* § 160[7], *τεθναίην* § 160[12], *-ἑσταίην* § 160[5], *τετλαίην* § 160[12]) vid. § 114. Medii optativus extat *Ω* 745 *μεμνήμην*, *Ψ* 361 *μεμνῆτο* (mss. *μεμνέῳτο*, correxit Bekker), *σ* 238 *λελυῖτο* (vid. § 120).

Participium perfecti magnopere adamant poetae epici, saepius enim multo quam ceteris perfecti formis eo utuntur; frequenter autem vocalem *ω* non solum nominativo sed ceteris quoque casibus tribuunt, e. g. *-πεπτηῶτες B* 312, *τετρίγῶτας B* 314, *βεβᾰ̃ῶτα E* 199, *γεγᾰ̃ῶτα I* 456, *πεφῦῶτε ε* 477. Quanta autem libertate penultimam modo producant modo corripiant, apparet in participiis perfectorum *τέθνηκα*, *κέκμηκα*, *μέμονα*, reperiuntur enim formae *τεθνηῶτα -ῶτι* etc. et *τεθνηότα τεθνηότος τεθνηότας* (§ 160[12]), *κεκμηῶτα -ῶτι* et *κεκμηότας* (§ 158[7]), *μεμᾰ̃ῶτα* etc. et *μεμᾰ̃ότε μεμᾰ̃ότες* (§ 160[8]). In thesi tamen penultima semper brevis est; itaque ancipitibus vocalibus, de quibus in § 18 disputavimus, accensendam esse apparet. In Hesiodi Scuto leguntur formae metaplastae *ἐρρίγοντι* vs. 228 et *κεκλήγοντες* (l. a. *κεκληγῶτες*) vs. 379 et 412, et in textu Homerico *μ* 256 *κεκληγόντας* bonorum codicum est lectio, Aristarcho quoque nota, item *κεκληγόντες* (§ 223) *M* 125 *Π* 430 *P* 756, 759 *ξ* 30 [3]). Non

---

[1]) Item *ἀρήρῃ*, *(προ)βεβήκῃ*, *ἑστήκῃ*, *ἰλήκῃσι*, *μεμήλῃ*, *ἀλάλῃ*, *ὀρώρῃ*, *πεφύκῃ*, nonnullis autem locis restituendum esse subiunctivum pro indicativo (e. g. *P* 264 *βεβρύχῃ*), veri est simile.

[2]) Pro *πεφεύγοι Φ* 609 praestat l. a. *ἐπιφεύγοι*. Sed *Θ* 270, ubi similis extat l. a. *βεβλήκοι*, Aristarchus optativum iure praetulit.

[3]) Adde v. l. *κεκοπών* pro *-πώς N* 60 (*σ* 335). E Pindaro Archimedo inscriptionibus complura participia perf. in *-ων -ουσα* attulit G. Meyer[2] § 564. Lesbi praesertim dialecto fuere propria.

tamen videtur iusta causa extare cur de hisce locis aliter iudicemus quam de terminis -ῶτα etc. passim obviis; neque vero credibile est constanter τεθνηότα etc. esse scribenda sicubi longa sit penultima.

§ 160. In perfecti (et plusquamperfecti) flexione primitus eadem fuit stirpis variatio atque in praesenti (et imperfecto) verborum quae in -μι exeunt. Nec mirum, quandoquidem perfecti et praesentis conformatio artissimis vinculis cohaerent, ut supra vidimus. Indicativus igitur in singulari numero ampliore stirpe utitur, ceterae vero formae a breviore stirpe ducuntur; e. g.:

ἵστη-μι ἵστη-ς ἵστη-σι ἵστᾰ-τον etc.
ἕστη-κα ἕστη-κας ἕστη-κε ἑστᾰ-τον etc.

In perfectis ἕστηκα τέθνηκα δέδοικα οἶδα nonnullisque formis perfecti ἔοικα haec flectendi ratio posterioribus quoque saeculis perstitit, apud Homerum autem multo plura eius vestigia supersunt; quae iam sunt recensenda:

1. (βᾰκ-βᾰ) βέβηκας *A* 37, 451 *Z* 125 *O* 90 Ψ 890, βέβηκε *Π* 66, 69 etc., βεβᾰ́ᾱσι *B* 134. Plusqmpf. ἐβεβήκει *A* 221 etc., ᾽βέβᾰσαν *B* 720 *P* 286. Subiunct. -βεβήκῃ *Π* 54 *δ* 400. Infin. βεβάμεν *P* 359, 510 (cf. § 126) [1]). Partic. -βεβᾰώς *I* 582 *Λ* 522 Ξ 477, -ῶτα *E* 199 *ε* 130, -ῶτε *N* 708, -βεβᾰνῖα Ω 81. Pro contracta forma βεβῶσα *υ* 14 Fick restituit βιβᾰσα [2]). — Vid. § 202.

2. γον-γῃ) γέγονε *T* 122 h. Ap. 316, γεγᾰ́ᾱσι *Δ* 41 *ε* 35 etc. [3]). Plusqmpf. ᾽γεγόνει *N* 355, ἐκγεγᾰ́την *κ* 138. Infin. ἐκγεγάμεν *E* 248 *T* 106, 209 (cf. § 126) [4]). Partic. γεγᾰῶτα etc. *I* 456 etc. [5]), ἐκγεγᾰνῖα *Γ* 199 etc. γεγᾰνῖαι h. Merc. 552. — Vid. § 261.

3. (δϝοικ-δϝῑ) δέδϝοικα *A* 555 etc., -κας *M* 244, -κε *Φ* 198, δέδϝῑμεν *H* 196 *I* 230 *β* 199, δεδῑ́ᾱσι (neglecto ϝ) Ω 663. Plusqmpf. ἐδέδϝῑμεν *Z* 99, ἐδεδϝῖσαν *E* 521, 790 *H* 151 *O* 652 h. Ap. 47. Imperat. δέδϝῑθι *E* 827 etc., δέδϝῖτε *T* 366. Infin. δεδϝῖμεναι *ι* 274 *κ* 381. Partic. δεδϝῑότα *Z* 137 *σ* 77 -τες *Γ* 242 etc. -τας *T* 45 -των *ξ* 60.

---

[1]) Infinitivo βεβάναι utitur Euripides Heraclid. 610, item Herodotus.

[2]) Apud tragicos βεβᾶσι et βεβῶς minime rara sunt.

[3]) Vulgatam formam γεγόνᾱσι adhibuit Theognis 305.

[4]) Mirus infinitivus γεγᾰ́κειν extat Pind. Ol. VI 49. Nonnullas alias perfectorum formas praesentis terminatione munitas Curtius Verbum II[2] p. 201 affert e Doricis scriptoribus et ex inscriptionibus.

[5]) In h. Merc. 17 legitur forma vulgata γεγονώς. Tragici passim contractas formas γεγώς et γεγῶσα (Eur. Hercul. 1175 Ion. 389 etc.) usurpant.

Praeterea occurrunt singularis numeri formae *δέδϝία* *K* 93 *ρ* 564 etc., *δέδϝίας* *σ* 80, *δέδϝίε* *π* 306 [1]), quae ad pluralis numeri exemplum conflctae sunt; nam quominus e radice *δϝει* eas prodiisse sumamus obstat vocalis *ι*, debuisset enim fieri *δέδϝοια* aut correpta syllaba penultima (vid. § 17) *δέδϝοα*. Prima persona *δέδϝια* restituenda est etiam locis nonnullis, ubi in textu tradito legitur *δείδω*. — Vid. § 168.

In mscriptis constanter scribitur *δειδ-* pro *δεδϝ*. De stirpis littera digamma cf. § 42[1].

4. (*ἐλουθ-ἐλυθ*) *εἰλήλουθα* *E* 204 etc., *εἰλήλουθας* *Λ* 202 etc., *εἰλήλουθε* *O* 131 etc., *εἰλήλυθμεν* (mss. *-λουθμεν*, correxit Naber) *I* 49 *γ* 81 [2]). Plusqmpf. *εἰληλούθει* *Δ* 520 etc. Partic. *εἰληλουθώς* *τ* 28 *υ* 360, *ἐληλουθώς* *O* 81. Recentioris aevi formae extant *ἀπελήλυθα* *Ω* 766, *ἐπελήλυθα* *δ* 268, *ἀπελήλυθε* *τ* 223 *ω* 310. — Vid. § 308.

Diphthongus *ου* admirationem movet, expectatur enim *εἰλήλευθα*, quemadmodum stirpium *κυθ φυγ τυχ* forma amplior diphthongo *ευ* utitur in perfectis *κέκευθα πέφευγα τέτευχα* et ipsa stirps *ἐλυθ* in futuro fit *ἐλεύσομαι*. Nihil tamen videtur esse mutandum [3]), cum praesertim prima quoque syllaba sono insolito *ει* pro *ε* utatur, qua de re vid. pag. 127.

5. (*στᾱκ-στᾰ*) *ἕστηκας* *E* 485, *ἕστηκε* (*παρέστηκε*) *Δ* 263 *Σ* 172 etc., *ἑστᾰτον* *Ψ* 284, *διέστᾰμεν* *Φ* 436, *ἀμφέστᾰτε* *Δ* 340, *ἑστᾶσι* (*ἀφ- ἐφ-*) *Δ* 245 *E* 196 etc. Plusqmpf. *εἱστήκει* (*ἀφ- ἐφ-*) *Σ* 557 etc. [4]), *ἕστᾰμεν* *λ* 466, *ἕστᾰσαν* (*ἀφ- ἐφ- παρ-*) *B* 777 etc. — Subi. *ἑστήκῃ* *P* 435 *χ* 469 h. Ven. 270. Optat. *ἀφεσταίη* *ψ* 101, 169. Imperat. *ἕστᾰθι* *χ* 489, *ἑστᾰτον* *Ψ* 443, *ἕστᾰτε* *Υ* 354. Infln. *ἑστᾰμεναι* (*ἐφ- παρ-*) *Δ* 342 *K* 480 etc. Partic. *ἑστᾰότα* etc. *B* 170 etc. — Vid. § 196[1].

Insolita est forma *ἑστήκᾱσι* *Δ* 434. Pro *ἕστητε* *Δ* 243, 246 recipienda est l. a. *ἔστητε* (aor.).

---

[1]) *Σ* 34 *Ω* 358 legendum est *ἰδϝιε*, est enim *aoristus*. Vid. § 149[3].

[2]) Naberi correctionem tuetur Cratini locus ab Hephaestione I 8 laudatus, qui dum dictionem epicam imitatur adhibuit formam *ἐληλῦθμεν* (sic enim, non *ἐληλυμεν*, scripsisse putandus est). Redit *ἐληλυμεν* (*-λῦθμεν*) in Achaei fr. 22 Nauck, 2. plur. *ἐληλυθε* (*-λυτε*) ibid. 41.

[3]) In Vindob. H revera legitur *ἐληλευθώς* *O* 81. Sed Curtius Verbum II[2] p. 207 recte confert verbi *σπεύδω* substantivum verbale *σπουδή* et vocis *κέλευθος* mutationem in composito *ἀκόλουθος*, nec non verba quae in perfecto sono *ω* in ceteris sono (*ο*)*ι* utuntur. Huic assensus Brugmann Gr. Grammat. § 25 unum Homericum *ἀ(ι)λήλουθα* rite formatum esse censet, in cetera autem perfecta diphthongum *ευ* e praesenti aliisve temporibus esse invectam.

[4]) Mss. multa *ἐστ.* cum Aristarcho.

6. (*Ϝοικ-Ϝικ*) *ϜέϜοικα η* 209 *χ* 348, *ϜέϜοικας O* 90 etc., *ϜέϜοικε A* 119 etc. [1]), *ϜέϜικτον δ* 27 [2]). Plusqmpf. *ἐϜεϜοίκει* (vid. § 181) *B* 58 etc., *ἐϜεϜίκτην A* 104 etc., *'ϜεϜοίκεσαν N* 102. Partic. *ϜεϜοικώς -κότα* etc. *A* 47 etc., fem. *ϜεϜίκυῖα Γ* 386 etc., *-αν I* 399. — Vid. § 242[1].

Medii forma *ἐϜέϜικτο* (= *ἐϜεϜοίκει*) extat *Ψ* 107 *δ* 796 etc. (cf. § 181). Vitiosae sunt participii formae *εἰκυῖα Ψ* 66 *ε* 337 et *εἰοικυῖαι Σ* 418, suspectum est *εἰκώς* (*ϜεϜικώς*) *Φ* 254.

7. (*Ϝοιδ-Ϝιδ*) *Ϝοῖδα Δ* 168 etc., *Ϝοῖσθα A* 85 etc. [3]), *Ϝοῖδε A* 343 etc., *Ϝίδμεν A* 124 etc., *Ϝίστε B* 485 etc., *Ϝίσᾶσι* (*ĭ*) *Z* 151 etc. [4]). Plusqmpf. *ἐϜείδεα* (mss. *ᾔδεα*) *Ξ* 71 etc., *ἐ(Ϝ)Ϝείδησθα X* 280 *τ* 93 (vid. pag. 285), *ἐϜείδεε* vel *-ει* (mss. *ᾔδη* vel *ᾔδει*) *B* 409 etc. [5]), *'Ϝίσαν Σ* 405 *α* 176 (?) *δ* 772 (= *ν* 170 *ψ* 152) [6]). Subiunct. *Ϝείδω* (mss. *εἰδῶ* vel *εἰδέω*) *A* 515 etc. [7]), *'Ϝείδῃς* (mss. *εἰδῇς*) *A* 185 etc., *Ϝείδῃ* (mss. *εἰδῇ*) *O* 207 etc. [8]), cf. § 159, *Ϝείδομεν A* 363 etc., *Ϝείδετε Θ* 18 etc. (cf. § 159), *Ϝείδωσι* (mss. *εἰδῶσι*) *β* 112. Optat. *Ϝειδείης ε* 206, *Ϝειδείη M* 229 *Π* 73. Imperat. *Ϝίσθι β* 356 *λ* 224, *Ϝίστω H* 411 etc. Infin. *Ϝίδμεναι N* 273 etc. [9]). Partic. *Ϝειδώς Ϝειδότα* etc. *A* 385 etc., *Ϝίδυῖα* etc. *A* 365 etc. [10]). — Vid. § 212.

---

[1]) Saepe *ϜέϜοικε* usurpatur sensu *consentaneum est*, = Atticum *εἰκὸς ἐστιν*. Vid. *A* 119 *I* 70 etc.

[2]) Tragici prima persona numeri pluralis *ἴσιγμεν* usi sunt Soph. Ai. 1239 Eur. Heraclid. 427, 681 Cyclop. 99, ubi analogia poscit ut *ἴιγμεν* scribatur, quod restitui iussit Nauck Mél. Gréco-Rom. IV p. 332; sed fortasse ipsi poetae a flectendi norma aberrarunt. Futurum perfecti *εἴξως similis eris* extat Ar. Nub. 1000. — Tertia persona *εἴξασι* cum simillima forma *Ϝίσασι* comparanda est, vid. § 212.

[3]) In mss. *α* 337 h. Merc. 456, 467 est *οἶδας*, item in oraculo Dorica dialecto concepto Herodot. IV 157.

[4]) De huius formae origine (expectatur enim *Ϝίδᾶσι*) cf. § 212. — Brevis est prima syllaba *Z* 151 *Σ* 420 *Υ* 214 *β* 211 *δ* 379, 468 *ν* 239, sed longa (cum in arsi tum in thesi) *I* 36 *Ψ* 312 *β* 288 *ϑ* 559 sq. *λ* 122, 124 *ξ* 89 *ψ* 269, 271 *ω* 188 h. Ap. 163; cf. § 18 et ad *ξ* 89. Nempe primitus positione fuit producta, *Ϝίδ-σᾶσι* (cf. § 35). Quapropter praestare videtur lectio altera *Ϝίσασι*, quam commendat Curtius Verbum II[2] p. 157, probant Kühner-Blass II p. 240 alii.

[5]) De iterata littera digamma *ι* 206 vid. p. 286.

[6]) Perabsurde Apollonius Rhodius IV 1700 Homericis quae putabat formis usus dixit *ἠείδειν οὐδ' ὅσσον = ne tantillum quidem norant.*

[7]) Nullam in singulari esse contractionem cum epicae linguae indoles docet a contractione aliena, tum pluralis numeri vocalis brevis *ο*, *ε* ostendit. Recte igitur Tyrannio paenultimam acuebat; vid. schol. *A* 363 *α* 174 et cf. § 191. Proprie non perfecti sed praesentis intermortui *Ϝείδμι* hunc esse subiunctivum statuunt Brugmann aliique; cf. G. Meyer[2] § 580, Kühner-Blass II p. 241.

[8]) Sed *Θ* 406 et 420 pro *ὄφρ' εἰδῇ(ς)* legendum est *ὄφρα Ϝίδῃ(ς)*.

[9]) De *A* 719 *ϑ* 213 vid. § 126.

[10]) Male mss. *εἰδυῖα* etc., quod vitium uno versu spurio *P* 5 corrigi nequit. Vid. etiam Hes. Theog. 887.

Subiunctivi forma *ἰδέω* (*Ϝιδέω*), quam codices praebent Ξ 235 *ἰδέω χάριν*, π 286 *ὄφρα ἰδέω*, Homero abiudicanda est.

Caret hoc perfectum reduplicatione, cf. § 133.

In plusquampfecti singulari expectaveris diphthongum *οι*, *ἐϜοίδεα ἐϜοίδεας ἐϜοίδεε*, sed Atticae formae *ᾔδη ᾔδησθα ᾔδει* demonstrant revera aliquando vixisse formas quas Homero tribuimus a syllabis *ἐϜειδ* incipientes. Itaque statuamus necesse est aoristum sigmaticum *ἐϜείδεσα videram* leviter deformatum abiisse in notionem primario tempori *Ϝοῖδα* respondentem.

8. (*μον-μη̆*) *μέμονα* *E* 482, *μέμονας* *H* 86 etc., *μέμονε* *M* 304 etc., *μέμᾰτον* *Θ* 413 *K* 433, *μέμᾰμεν* *I* 641 *O* 105, *μέμᾰτε* *H* 160, *μεμᾰ̆̄σι* *K* 208 etc. Plusqmpf. *᾽μέμᾰσαν* *B* 863 etc. Imperat. *μεμᾰ̆τω* *Δ* 304 *Υ* 355. Partic. *μεμᾰ̆ώς -ῶτα* etc. *Δ* 40 alibique passim, *μεμᾰ̆υῖα -αν -αι* *Δ* 440 etc.

Longa est participii syllaba *-μα-* paucis locis: *μεμᾱ̆ώς* *Π* 754, *μεμᾱ̆ότε(ς)* *B* 818 *N* 197 h. Merc. 204 [1]); addendos esse versus *E* 708 *N* 297, 469, ubi nunc *μεμηλώς* legitur, poetas enim *μεμηώς* (*μεμᾱ̆ώς*) dixisse, probabiliter coniecit Nauck (cf. v. l. Pind. Ol. I 89); vid. § 270.

Perfectum *μέμαα*, quod olim afferri solebat et etiam in Ebelingi lexico Homerico suum locum obtinet, nullum extitit unquam aut extare potuit. — A stirpe *μον-μεν-μη̆* sive *μᾰ̆* ductum est substantivum *μένος impetus* cum composito *ζαμενής* h. Merc. 307, unde novum verbum *ζαμενῆσαι* derivatur Hes. Theog. 928. Artissime autem cohaerent *μαίομαι* (§ 286[2]), *μαιμᾰ̆ω* et *μενοινᾰ̆ω* (cf. § 138[12 et 13] et 190), *μαίνομαι*.

9. (*ποιθ-πῐθ*) *πέποιθα* *N* 96 *π* 71 (= *φ* 132), *πέποιθε* *Ψ* 286 *π* 98 (= 116), *πεποίθᾱσι* *Δ* 325. Plusqmpf. *᾽πεποίθεα* *δ* 484 *θ* 181, *ἐπεποίθει* *Π* 171, *ἐπέπιθμεν* *B* 341 (= *Δ* 159) Ξ 55 [2]). Subiunct. *πεποίθω* *ω* 329, *πεποίθῃς* *Λ* 524 *ν* 344, *πεποίθομεν* *κ* 335, vid. § 159. Partic. *πεποιθώς -ότες -ότας* *B* 588 etc. — Vid. § 217.

10. (*πονθ-πηθ*) *πέπονθα* *ϱ* 284, *πέπονθας* *ν* 6, *πέπασθε* *Γ* 99 (= *κ* 465 *ψ* 53). Plusqmpf. *ἐπεπόνθει* *ν* 92. Partic. *πεπᾰθυίη* *ϱ* 555.

Pro *πέπασθε* (id est *πέπᾰθ-τε*) in mss. est *πέποσθε*, sed veram lectionem habebat Aristarchus, quae in scholio ad *ϱ* 555 recte cum participio feminino *πεπᾰθυῖα* comparatur; unde apparet absurdam explicationem quorundam grammaticorum, ad *πέπᾱμαι* = *κέκτημαι*

---

[1]) Item Pindar. Ol. I 89, Apoll. Rh. II 1198 IV 1588, Theocrit. XXV 105.

[2]) Imperativus rite formatus *πέπισθι* legitur Aesch. Eum. 599.

referentium (vid. schol. κ 465 et Eustath. 1663, 15), Aristarcho non esse imputandam. Adspiratio in ultimam syllabam eadem ratione irrepsit qua in tempore praesenti ex *πάθ-σκω* factum est *πάσχω* [1]).

11. (*φῡκ-φῠ̄*) *πεφῦᾶσι Δ* 484 *Θ* 84 *η* 128 *ι* 141 h. Merc. 125. Plusqmpf. *ἐπεφῦκει Δ* 109 etc. h. Cer. 12. Subiunct. *πεφῦκῃ* (mss. *-κει*) *Δ* 483 [2]). Partic. *πεφῦῶτε ε* 477, *πεφῦυῖα A* 513 *Ξ* 288, *-αι Λ* 40.

Dubia est forma *πεφῦκασι* (*ᾰ* ?) *η* 114, vid. pag. 295.

12. (*θνᾱκ-θνᾰ̄*) *τέθνηκε Σ* 12 etc., *τεθνᾶσι H* 328 *X* 52 *λ* 304 *ο* 350, sed *κατατεθνήκασι O* 664. Plusqmpf. *ἀπετέθνᾰ̄σαν μ* 393. Optat. *τεθναίην Σ* 98, *τεθναίης Z* 164 (Hartman *-ην*), *τεθναίη Γ* 102 *δ* 224. Imperat. *τέθνᾰθι X* 365, *τεθνᾰ́τω O* 496. Infin. *τεθνᾰ́μεναι O* 497 *Ω* 225 etc. Partic. *τεθνηώς -ῶτα* etc. *P* 161 etc. et paucis locis *τεθνηότα -ότος -ότας* (*P* 402, 435 *T* 300 *Ω* 20 *ο* 23 *ψ* 84 *ω* 56), vid. § 159, femin. *τεθνηυῖαν δ* 734, *-ης λ* 84.

De librorum scriptura vitiosa *τεθνειώς* etc. vid. pag. 306.

Ceterae huius verbi formae: *θνήσκουσι* etc., fut. *θανέεσθαι* (§ 147), aor. *ἔθᾰνον* etc. (§ 149[68]), nihil habent insoliti.

13. (*τλᾱκ-τλᾰ̄*) *τέτληκας A* 228, 543, *τέτληκε τ* 347, *τέτλᾰμεν υ* 311 (?) h. Cer. 148, 217. Optat. *τετλαίη I* 373. Imperat. *τέτλᾰθι A* 586 *E* 382 *υ* 18 [3]), *τετλᾰ́τω π* 275. Infin. *τετλᾰ́μεναι γ* 209 *ζ* 190 *ν* 307. Partic. *τετληότι* (*θυμῷ*) *δ* 447 etc., *τετληότες E* 873, *τετληυῖα υ* 23.

Ab eadem stirpe ducitur aoristus *ἔτλην* § 150[16] et eiusdem significationis aoristus sigmaticus *ἐτᾰ́λασσας P* 166, *τᾰλάσσῃ(ς) N* 829 *O* 164.

Derivantur *τλήμων* [4]), *πολύτλᾱς, τᾰλᾰσίφρων, τᾰλᾰπείριος, ταλαύρῑνος* (§ 40 pag. 153), *τελᾰμών*.

Perfecta sequentia hac flectendi ratione vetusta nonnisi in participio femminino utuntur:

ἄρηρα (§ 285[1]), *ἀρηρώς, ἀρᾰρυῖα Γ* 331 etc. [5]).

Fαχ (§ 229), — *-FεFᾰχυῖα B* 316, ex emendatione Ahrensii Rhein. Mus. 1843 p. 178 (= kl. Schr. I p. 96).

ἐτεθήλεε ε 69, *τεθηλώς μ* 103, *τεθᾰλυῖα* etc. *ζ* 293 etc.

λακ (§ 239[2]), *λεληκώς X* 141, *λελᾰκυῖα μ* 85.

---

[1]) Recentiore forma *πεπόνθατε* usus est Solon fr. 11[1].

[2]) Apud Theogn. 396 legitur *ἐμπεφῦῃ*.

[3]) Nonnulli *τέτλα* legebant *Δ* 412 (= *τέτλαθι*) pro *τέττα*.

[4]) Apud epicos adi. *τλήμων* significat *eum qui multa perferre potest* (*constantem*), apud posteros vero *eum qui multa perferre debet* (*miserum*).

[5]) Forma recentior *ἀρηρυῖαν* legitur Hes. Theog. 608.

μακ (§ 233), μεμηκώς *K* 362, μεμάκυῖα *Δ* 485.
[σαρ — σεσάρυῖα Hes. Scut. 268.]

Omnino autem generi feminino participii perfecti propria fuit olim stirpis forma debilior; et recte observavit Ahrens, ampliorem formam tum demum eius conformationi inserviisse cum brevior metro inseri non posset: τεθνηυῖα, πεπληγυῖα, τετρηχυῖα, βεβρῑθυῖα, τετρῑγυῖα, πεφρῑκυῖα (κεκληγυῖα Hes. Op. 449). Hinc apparet recentiori aevo deberi formas ἀρηρυῖαν Hes. Theog. 608, ἐδηδυῖα h. Merc. 560, quarum secunda syllaba sine necessitate metrica producta est.

Epica ratione usus Aristophanes Vesp. 651 a perfecto ἐντέτηκα duxit participium feminini generis ἐντετᾰκυῖαν (sic Reiske pro ἐντετοκυῖαν).

Masculo quoque neutroque participio brevior stirpis forma propria est, quam normam in participiis βεβᾰώς γεγᾰώς δεδᾰώς ἑστᾰώς μεμᾰώς δεδϝῠώς πεφῠώς πεπτεώς observatam esse supra vidimus. Sed in ceteris participiis, quae a stirpe in vocalem desinenti ducta sunt, longa est haec vocalis, e. g. τεθνηώς, κεκμηώς; productioni autem compensatoriae debetur longus sonus participiorum quorum stirps in consonam desinit, e. g. ϝειδώς (pro ϝιδϝώς), ϝεϝοικώς (pro ϝεϝικϝώς) etc. [1]).

Notatu prae ceteris digna sunt quae in -ηώς exeunt: βεβᾰρηώς (§ 158[66]), κεκᾰφηώς (158[73]), κεκμηώς (§ 158[74]), κεκορηώς (§ 158[75]), κεκοτηώς (§ 158[76]), κεχᾰρηώς (§ 158[77]), πεπτηώς (§ 158[79]), τετῐ̆ηώς (§ 158[82]), τεθνηώς (§ 160[12]), τετληώς (§ 160[13]). Elementum κ his tantum participiis est insertum: τετυχηκώς *P* 748, δεδαηκότες *β* 61, ϝεϝαδηκότες *K* 98 etc., βεβρωκώς *X* 94 *χ* 403, quae fortasse -ηώς -ηότες -ωώς sunt scribenda codicibus non invitis.

In comicorum fragmentis reperiuntur formae veterem morem referentes ἠρίστᾰμεν ἠριστᾰναι δεδειπνᾰναι pro ἠριστήκαμεν ἠριστηκέναι δεδειπνηκέναι, vid. Aristoph. fr. 249, 464, 496, Hermipp. 60, Plat. 144, Antiphan. 143, Eubul. 91 sq., Epicrat. 1, Alexid. 109, Theopomp. 22 Kock.

§ 161. Insolita admodum est flexio perfecti ἐγρήγορα (§ 185[3] et

[1]) Accuratius dixeris in locum formae ϝεϝικώς (= ϝε-ϝῖκ-ϝώς) novam formam ϝε-ϝοικ-ώς analogia duce irrepsisse a stirpe ampliore ductam et quantitate parem.

Contrariam viam iniit W. Schulze in Kuhns Zschr. XXVII p. 548, ratus masculinis participiis stirpem ampliorem quae vocali *e* insignis est (ϝειδ, ϝεικ etc.) inde ab initio fuisse propriam; similemque cursum et ego antehac tenebam, nunc tamen reliqui.

158[16]). Nam imperativi 2ª pers. plur. quod *ἐγρήγορθε H* 371 *Σ* 299 est pro *ἐγρηγόρατε*, id metro facile excusatur, neque insolita est adspiratio post syncopen; sed hinc littera *θ* invasit 3ªm personam indicativi *ἐγρηγόρθασι K* 419, et infinitivus medii *ἐγρηγόρθαι* in vicinia legitur *K* 67 [1]); denique participium *ἐγρηγορέων* extat *υ* 6 (mss. *ἐγρηγορόων*). Novum verbum *ἐγρήσσω* usurpatur *Λ* 551 (= *P* 660) *υ* 33, 53 (h. Merc. 242?), adverbium *ἐγρηγορτί K* 182. — De aoristo II *ἤγρετο* etc. cf. § 149[57].

CAPUT IX.

De temporum conformatione anomala aliasve ob causas notabili.

I. *De stirpibus in ι vel υ vel diphthongum desinentibus.*

§ 162. Praesens et imperfectum verborum, quorum stirps clauditur vocali *ι* vel *υ*, plerisque locis Homericis hanc vocalem habet brevem.

Longa vocalis nonnisi hisce in formis reperitur: *'μήνῑε B* 769; *τίω* etc., in arsi plerumque, multo rarius iota est in thesi, ubi solet corripi, vid. § 165; *'θῦε sacrificabat o* 222; *λῦει η* 74, *ἔλῡεν Ψ* 513, *ἀλλῦεσκε* et *ἀλλῦουσαν β* 105, 109 (= *ω* 140, 145) [2]); *ποιπνῦοντα A* 600 *Ξ* 155, *'ποίπνῡον Ω* 475 [3]); *ἐρητῦειν B* 75, *ἐρητῦοντο Θ* 345 etc.; *ἐπ-ῑθῡ́ουσι Σ* 175, *-ει* h. Merc. 475; *ῥῦομαι servo O* 257, *(ἐ)ρῦ́ετο Z* 403 *Π* 799, *ῥῦοιτο M* 8, *ῥῦοισθε P* 224.

Brevi vero vocali perpetuo utuntur verba *μαστίω*, *κηκίω*, *ἴδιον υ* 204, *ἀίω*, *δύω*, *φύω*, *ἀρτύω*, *ἐντύω*, *'γηρύετ'(ο)* h. Merc. 426, *ἠπύω*, *κορθύεται I* 7, *κωκύω*, *ἰδρύω*, *μηνύω* h. Merc. 254, 373 [4]), *ὀιζύω*, *ὑποσταχύοιτο υ* 212 [5]), et exceptis locis, quos supra indicavimus, verba *μηνίω*, *τίω*, *θύω sacrificare*, *λύω*, *ποιπνύω Σ* 421 *γ* 430, *ἐρητύω*, *ἰθύω*, *ῥύομαι servare.*

---

[1]) Cf. § 142 et 151. Paullo alitor rem expediebat Hartmann de aoristo secundo 1881 p. 29, formas *ἐγρήγορθε* et *-θαι* medio generi vindicans ambas, ad harum autem analogiam poetam Dolonese 3am personam plur. *ἐγρηγόρθασι* finxisse sumens; cui adstipulatus est G. Meyer[2] § 548.

[2]) Adde verbale *βουλῡτόνδε*, quod cum vocibus *ἄροτος*, *ἄμητος* etc. est componendum.

[3]) De hoc verbo vid. § 138[18].

[4]) Cf. vHerwerden Quaest. Epic. p. 70.

[5]) Addatur imperfectum *αὖε*, quae forma, ex *ἄϋε* contracta, in § 163 tangenda erit.

Itaque unum verbum *τίω* frequenter, *ἐρητύω* et *ῥύομαι* non raro vocalem producunt, cetera tantum non semper eam corripiunt.

Haec qui erudita et accurata commentatione exposuit Guilielmus Schulze (Quaest. Epic. p. 326 sqq.), inde effecit vocalem, quae multo frequentius pro brevi quam pro longa habita sit, revera brevem fuisse primitus, nec nisi cogente metro a vetustis cantoribus interdum productam esse. Sed viri docti opinioni quominus accedamus haec obstant:

1) Vocales *ι* et *υ* non solum in arsi sed etiam in thesi pro longis adhibitae reperiuntur (*ἀλλύεσκε*, *ἀλλύουσαν*, *ποιπνύοντα*, *'ποίπνυον*, *ἐρητύειν*, *ἐρητύοντο*, *ἐπιθύουσι*, *ῥύοιτο*, *ῥύοισθε*).

2) Denominativa a vocibus in *-ῡς* ducuntur fere omnia; e. g. *ἀρτύω* a voce deperdita *ἀρ-τῡς*, *ἰθύω* a voce *ἰθῡς*. Cf. § 75 p. 227.

3) Futura aoristi perfecta longis vocalibus *ι* et *ῡ* uti solent.

4) Attica dialectus etiam praesenti et imperfecto horum verborum longam vocalem perpetuo tribuit.

Quapropter potius statuendum videtur verba, quorum stirps clauditur vocali (nam de stirpibus in *a e o* exeuntibus idem valere in § 190 apparebit), ea lege teneri quam in § 17 tetigimus; sonum igitur radicalem suapte natura longum fuisse sed ante vocalem potuisse corripi. Et quoniam tantum non omnibus locis hunc sonum corripi Schulzii copiosa disputatione edocti sumus, apparet ante Homeri aetatem decrescere coepisse, epico autem aevo adeo fuisse imminutum ut pro longo vix posset haberi, quapropter in thesi eum producere poetae vix unquam nisi metro cogente sunt ausi; cf. § 18.

Fortasse excipienda sunt *δύω* (coll. *ἄδῡτον*), *φύω* (coll. *φῡτόν*, *φῡσις*), *ἠπύω* (coll. *ἠπῦτα*), *μεθύω* (coll. *μέθῡ*), quorum vocalem primitus revera brevem fuisse si quis cum Schulzio statuit, equidem non intercedo [1]). Recte autem idem observavit segreganda esse verba quaedam, quorum stirps clauditur elemento *sigma*: *κονίω*, *ὀΐω*, *χρίω*, *ἀλύω*, *θύω furo*, *ἀφύω* (item *Fερύω traho* et *μεθύω*), de quibus cf. § 286[10].

Denique verba nonnulla, quae modo in *-ίω -ύω* modo in *-ίνω -ύνω* exeunt, denuo hic sunt commemoranda: *τίω-τίνω* § 165, *ἀρτύω-ἀρτύνω* § 285, *ἐντύω-ἐντύνω* § 263, *κορθύω-κορθύνω* Hes. Theog. 853, et mutata significatione *ἰθύω* intransit. - *ἰθύνω* transit., *δύω* transit. *-δύνω* intransit.; eadem conformationis libertate utitur verbum *θύω* sive *θύνω furo*.

---

[1]) Metro excusatur forma *καταδῡομένοιο* h. Merc. 197, si praepositionem a verbo seiungimus, vid. § 21. Quamquam vetustus poeta *καταδύνοντος* dicturus fuerat.

§ 163. (*ἀυ*) Integra stirps *ἀϋ* peperit aoristum *ἤϋσε* etc. *Γ* 81 *Δ* 508 *E* 784 *ι* 65 etc. et substantivum verbale *ἀϋτή Λ* 492 etc., unde novum verbum derivatur *ἀΰτεε* (imperf.) *Λ* 258, *ἀΰτει Υ* 50 *Φ* 582, *ἀΰτευν M* 160; pro ultima forma Fick mavult *ἄϋον*, eodem autem iure *ἄϋε* coniecerit quispiam *Υ* 50 *Φ* 582.

Imperfectum *αὗε Λ* 461 (= *N* 477) *Υ* 48, 51 quin ab eadem stirpe ductum sit non dubito, itaque vocalem *υ* correptam esse (cf. § 162), deinde cum praecedenti sono confluxisse, necesse est statuamus. Praeterea cohaerere vocem *αὐδή* atque verbum denominativum *αὐδάω* tantum non certum videtur.

§ 164. (*σϙυ*) Verbum *ῥῦομαι servo*, a stirpe *σϙυ- serv* ductum [1]), negotia haud exigua facessivit Homeri studiosis et posthac fortasse facesset. Nempe verbo *Ϝερῦω traho* (§ 293) quamquam neque cognatum est neque simile est admodum, si modo digamma suis locis exhibeatur et rite observetur sonorum *υ* et *ῡ* diversitas, saepius tamen inde ab ipsa fortasse rhapsodorum aetate cum eo est confusum; huius demum saeculi initio Heynius (in excursu IV° ad Iliad. *Δ*, tomi IV[1] pag. 177-180) demonstratum ivit duo esse verba, non unum, sagacissimus autem criticus Buttmannus eum refutare est conatus; quocum fecere Thiersch in grammatica, Giseke in Ebelingi lexico Homerico s. v. *ἐρύω* et *ῥύομαι*, Christ ad *E* 344, Kühner-Blass II p. 428 sq.; Ahrens vero (in Zeitschr. f. Alterthumswissenschaft 1886 = kl. Schrift. I. p. 545 sqq.) Buttmanno oblocutus est optimo iure, item L. Meyer (in Kuhns Zeitschr. XIV p. 88 sqq.) aliique et nuper Schulze in Quaest. Epic. p. 325 sqq. — Quas turbas excitarunt praesertim loci, ubi verbi *Ϝερύειν* medium significationem *ad se trahendi*, hinc *periculo subducendi* id est *servandi* obtinet; vid. e. g. *Υ* 311 *ἤ κέν μιν ἐρύσσεαι ἤ κεν ἐάσῃς*, quo loco digamma neglectum facile restitui potest scribendo *ἤ κέν Ϝε Ϝερύσσεαι*, et sic cum Bekkero scripsimus; cf. etiam *E* 344. Quaedam autem formae verbi *Ϝερύειν*, e quibus extrusa est vocalis *ε*, subsimiles vel etiam simillimae sunt verbo *ῥύομαι*. E. g. perfectum *εἴρυμαι* sitne ad *servandi* stirpem referendum (*Δ* 239 etc.) an ad *trahendi* (*N* 682 etc.), solus contextus docere potest; substantivum *ῥυτήρ* ab altero verbo ductum *custodem* significat *ρ* 187, 223, ab altero vero *trahentem* (*lorum*) *Π* 475 *σ* 262 *φ* 178.

---

[1]) Alii *Ϝρυ* stirpem huius verbi esse statuunt coll. voce vedica *varūtár* = *ῥυτήρ* (G. Meyer[2] § 162).

Omnia autem, quae huc pertinent, postquam ea qua decet cura perpendi, verbo *ῥῦομαι servo, observo, caveo* has tribuo formas:

Praes. *ῥύομαι O* 257 etc. [1]), imperf. *ἐ(ῥ)ῥυόμην Z* 408 etc., fut. *ῥύσομαι Υ* 195 (e nostra correctione, vid. infra) Hes. Theog. 662 [2]), aor. *ἐ(ῥ)ῥῡσάμην Λ* 363 *O* 290 *Υ* 194 *χ* 372 etc. et aor. secund. sine vocali thematica *ἐ(ῥ)ῥῠμην* (vid. § 150[26]), perf. *εἴρῡμαι* (ex *σέσρῡμαι*) *Λ* 239 (*Φ* 230? 588) *γ* 268 *ψ* 151 h. Cer. 152 cum futuro exacto *εἰρύσομαι Σ* 276.

Vitiosas vel suspectas formas textus traditus praebet hisce locis:

ῥῦσάμην O 29, Heyne *ῥύμην*.

ἔρῦτο Hes. Theogon. 304.

εἰρῦσατο Δ 186 *O* 274, leg. **ἐρρῦατο* (plur.); in *Υ* 93 autem pro *εἰρῦσατ'* PKnight restituit *ῥύσατο* cum hiatu legitimo.

εἰρῦσαο Φ 230, Heyne *εἴρῡσο*, quod verum videtur (plusqmpf.).

εἰρῦ(σ)όμεσθα Φ 588, Heyne *εἰρύμεσθα*.

κεν ἐρύ(σ)σεται K 44, vHerwerden *κ' ἔτι ῥύσεται*.

Formas *εἰρύ(σ)σασθαι Λ* 216 (*observare*), *εἰρύ(σ)σαισθε P* 327 (*servare* vel *tueri*), *εἰρύσσαιτο Θ* 143 *π* 459 (*retinere* sive *cohibere*) quomodo a stirpe *σ(ε)ρυ* deducam non habeo; Ahrensio certe, stirpis *σ(ε)ρυ* alteram figuram fingenti *ἐ-σρυ*, prothetica vocali auctam, quae in *εἰρυ* abierit, adstipulari non audeo; nam licet norim voces *ἔϜεδνα ἐϜέλδομαι* ceteras, quae sono *Ϝ* vocalem *ε* praemittunt (vid. § 43), vocem quae vocalem ante elementum *sigma* adsciscat novi nullam. Numquid igitur ad *trahendi* verbum hae formae referendae sunt? Ita videtur coll. *Ω* 584 (versu spurio), vix tamen fieri id sinit sententia. Itaque aut vitii aliquid his locis subesse crediderim, aut recentiorum cantorum hos esse errores.

In vitiosa forma *ἐρῦεσθαι* vel *σε ῥῦεσθαι Υ* 195 latitat futurum, quod restituimus, *ῥύσεσθαι* alias apud Homerum non obvium (vid. supra).

Pro *ἐρῦεσθαι I* 248 Heyne scripsit *ῥῦεσθαι*, quae vera videtur correctio; nam disyllabam stirpis formam *σερυ* hoc loco comparere vix crediderim. Neque infinitivum thematica vocali destitutum *σέρυσθαι* agnosco cum Ahrensio *ι* 194 = *κ* 444, ubi in codicibus

---

[1]) In praesenti et imperfecto vocalis *υ* haud raro corripitur, e. g. *I* 396 *K* 417 Aesch. Sept. 824. Qua de re vid. § 162.

[2]) Item Aesch. Sept. 92 Eum. 232, Eur. Rhes. 978 Med. 388 Or. 599, 1238 Bacch. 1338 Iph. Aul. 1383, Herod. I 86 VII 11, Thucyd. V 63 § 3, Apoll. Rhod. IV 861. — *Arcendi* sensu futurum *ῥύσεται* usurpavit Solon fr. 13[36].

est *καὶ νῆα ἔρυσθαι* [1]), sed veri similiorem duco Knightii coniecturam *νῆα ῥύεσθαι*. Eadem ratione Knight conatus est medori versui ξ 260 (= ϱ 429) *καὶ νῆας ἔρυσθαι*, scripsit enim *νῆάς τε ῥύεσθαι*, quae tamen violentior est coniectura, et ne sic quidem quicquam proficitur loco simillimo ε 484 *ἄνδρας ἔρυσθαι*; Ahrens his quoque locis vulgatam sanam censet, nempe a stirpe (σ)ερυ rite ductum esse infinitivum *ἔρυ-σθαι*. Etiam forma *εἴρυντο M* 454 vix videtur integra; nam si plusquamperfecti est, expectatur *εἰρύατο*, vid. § 119; sin imperfecti, malis id quod PKnight proposuit, *ἐρύοντο*; vulgatae qui tenaces sunt, hoc quoque loco disyllabam stirpem (σ)ερυ agnoscere debent, quae sine ope thematicae vocalis pepererit imperfectum *ἐ-(σ)έρυ-ντο, εἱρυ-ντο*.

Denique propter hiatum suspectum est initium versus ψ 82 *δήνεα εἴρυσθαι*, nam superesse hunc locum e tempore quo *δήνεα σέσυσθαι* (vel potius *-ῦσθαι*) dicebatur, non videtur credibile. Fortasse verum est *χαλεπόν γε* (mss. *σε*) ... *δήνεά σ' εἰρῦσθαι*; cf. γ 268 ψ 151 [2]); Knight *δήνεα ῥύσασθαι* scribebat coll. *Π* 621, Ahrens putabat ipsi cantori verba *σερυ-* et *Fερυ-* confundenti deberi formam hinc alienam.

Derivantur *ῥῡτήρ* ϱ 187 et 223 (vid. supra), *ῥῡσίπτολι Z* 305, sic scholion (Herodiani?) [3]), sed *ἐρῠσίπτολι* est in mscriptis. Recentioris aevi, quo *servandi* et *trahendi* verba permutari coepta sunt, indicium videtur vox *ἐρυσμός* h. Cer. 230 *remedii* sensu adhibita, nec non mirationem movet verbale *ἔρῠμα Δ* 137 Hes. Oper. 536 saepiusque apud tragicos adhibitum = *tutamen*, *munimentum*, expectatur enim *ῥῡμα*, quae vox legitur Soph. Ai. 159 Eur. Heraclid. 260 etc.

§ 165. (τι).

1. *τίω* [4]) *honoro*, *τίσω*, *ἔτῑσα*, *τετῑμένος Υ* 426 etc.

---

[1]) Pluralem (*νῆας ἔρυσθαι*) olim his locis fuisse suspicatur Heyne l. l. p. 179.

[2]) Nescio quo errore in editione nostra ψ 82 et 151 *ϜεϜρῦσθαι* scripsimus; *trahendi* verbo neutrobique locus est.

[3]) Hanc lectionem secutus est grammaticus qui Hadriani tempore fecit epigramma Kaibel 888a, cuius est initium: *παντοίης ἀρετῆς στεῖμην, ῥυσίπτολιν ἄνδρα*.

[4]) Instam causam non video, cur Homero tribuamus diphthongum *ει* (*τείω τεῖνω*(?) *τείνυμαι* etc.), licet Atticos Doresque constanter *τείσω ἔτεισα ἐτείσθην Τεισαμενός* etc. scripsisse satis superque constet, vid. vHerwerden Lapidum testimonia p. 66, Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 41 et 144, Curtius Verbum I[2] p. 230 sq., Kühner-Blass II p. 552.

Praesentis atque imperfecti syllaba τι- in arsi collocari solet (locis plus quam triginta), saepe etiam post caesuram femininam est posita (Δ 46, 257 Θ 161 I 378 Ψ 705 π 306 τ 247 υ 182), quae versuum sedes etiam longas syllabas admittebat aevo antehomerico (vid. pag. 11); rarius aliis hexametri locis pro brevi habetur (N 176 = O 551, 461 P 576 α 432 ν 129, 144), cf. § 17 et 162; denique recentibus in versibus ξ 84 χ 414 (= ψ 65) Scut. 9 in thesi longa est.

Substantivum verbale τιμή praeter adiectiva τῑμήεις (§ 69) et τίμιος [1]) peperit novum verbum τῑμάω, cuius futurum aoristusque activi et perfectum passivi (τῑμήσω, ἐτίμησα, τετίμημαι) apud Homerum minime rara aut suspecta sunt, praesens vero et imperfectum num vetustis cantoribus in usu fuerint vehementer dubito, quoniam loci textus traditi, ubi reperiuntur, contractione suspicionem movent, cf. § 191; quapropter ad exemplum versus χ 425, ubi optimus codex habet τιμῶσαι, plerique vero τίουσαι, correximus Δ 46 Π 460 P 99 Ψ 788 γ 379 ξ 203 ο 365. Restat unus versus spurius O 612 'τίμα (leg. 'τίμαε) καὶ 'κύδαινε.

2. Ab eadem stirpe ducitur *luendi, poenam solvendi* verbum τίνω, cuius medium τίννμαι thematica vocali carens *ulciscendi* notione adhibetur.

Futuris et aoristis τίσω ἔτισα τίσομαι ἐτῑσάμην etiam *luendi* et *puniendi* vis tribuitur passim, et substantivum verbale τῑμή non raro *poenae, prelii* sensu adhibitum reperitur.

Brevis est vocalis ι substantivi verbalis τίσις et adiectivi τῐτός Ω 213 α 379 β 144 ρ 51, 60 (vid. pag. 326), ἄτῐτος N 414; repugnat Ξ 484 ἄτιτος ἔῃ, ubi Clarke recte ἔῃ ἄτῐτος rescripsisse videtur. Apud posteros [2]) etiam praesens et impf. τίνω et ἔτινον brevem habent syllabam τι, quapropter Homericum τίνω e τῑνύω-τῑνϝω prodiisse statuunt viri docti; vid. pag. 126. Et olim fuisse τινύω satis docet medii terminatio νυ-μαι, sed huius verbi iota aevo antehomerico breve fuisse minime certum est, immo medii generis τίννμαι longa syllaba τῑ- argumento est, ni fallor, etiam activum τινύω primitus longam habuisse syllabam initialem. Videatur § sequens.

Aliena ab hac stirpe sunt τετῑηώς et τετῑημαι § 158[22].

---

[1]) Homericum non est vocabulum τιμάορος, Att. τιμωρός (cum τιμωρία et τιμωρεῖν), quo recentiores saepius usi sunt, Pind. Ol. IX 124, Aesch. Ag. 519 etc.; poterat tamen usurpari a vetustis cantoribus, cf. θυρᾱωρός πυλᾱωρος (-ουρος).

[2]) Pind. Pyth. II 24, Theogn. 740, Solon. fr. 13[21], Soph. Oed. Col. 635 etc.

§ 166. (φθι) φθίνω (ex φθίνϝω φθίνϝω) sive φθίνθω *pereo*, cf. pag. 353 sq., cum futuro φθίσομαι *Λ* 821 etc. et aoristo ἐφθίμην § 150[27]. — Adiectivum verbale ἄφθιτος.

Praesentis φθίνω eadem atque praesentis τίνω est conformatio, brevem autem natura fuisse praesentis vocalem iota nec nisi positione esse productam docet forma amplior φθινύθω. Attici igitur poetae, e quorum lingua digamma evanuerat, suo iure dicebant φθίνω [1]).

Transitiva *perdendi* vis propria est futuro φθίσω et aoristo ἔφθισα, praesens autem φθινύθω ita usurpatum est α 250 (= π 127) ξ 95 σ 204 h. Cer. 354 (?); transitum parant *Λ* 491 κ 485 *Π* 540.

Perfectum passivi ἔφθιται legitur uno loco ν 340, formae autem ἔφθιτο et ἐφθίατο sunt qui ad plusqmpfectum referant, nos aoristo adscribere maluimus. Aoristus passivi denique ἔφθίθεν ε 110, 133 η 251 ψ 381 in ἐφθίατ(ο) mutari potest et collato *Λ* 251 fortasse debet. Vid. § 150[27].

Errori quin debeantur formae ἔφθιεν *Σ* 446 et φθίῃς β 368 nullus dubito; corrigendo ἔφθιτο et φθίεαι e lingua epica sustulimus activi formam φθίω quae agnosci solebat. Posteriorem coniecturam probat Blass in Kühner-Blass II p. 563, pro ἔφθιεν vero eleganter coniecit ἔσθιεν, quod fortasse recipiendum.

Quae in futuro et in aoristo sigmatico est quantitas syllabae φθι, eadem apparet in compositis (πόλεμον) φθισήνορα *B* 833 etc. et φθισίμβροτος *N* 339 χ 297 [2]).

§ 167. (δυ) δύομαι ἐδύόμην *Γ* 114 *E* 140 *N* 225 *O* 345 χ 114 (ω 496?) [3]) sive δύνω ἔδῡνον *P* 202 *Ψ* 131 etc., *sibi induere, inire;* fut. δύσομαι, aor. ἔδῡν (vid. § 150[22]), et aoristi mixti formae ἐδύσετο ᾽δύσοντο δύσεο δῡσόμενος (vid. § 152[3]). Perfectum δέδῡκε *E* 811 *I* 239 μ 93.

Dubiae fidei est optativus aoristi sigmatici δῡσαίατο *Σ* 376.

Participium praesentis λ 579 est δύνοντε(ς), ut expectari poterat; sed *Φ* 282 ε 272 eodem sensu adhibita est forma insolita (ὀψὲ) δῦων et δῦοντα.

Fut. ἀποδύσω *B* 261 et aor. -έδῡσε -σαν *Δ* 582 *Λ* 100 *Σ* 83 ξ 341 ἀποδῦσαι *E* 485 *N* 182 causativa *aliquem exuendi* potestate utuntur.

---

[1]) Soph. Ai. 1005 Antig. 695 Trach. 677 etc. — Etiam in futuro et aoristo Attici poetae vocalem iota corripiunt: Soph. Ai. 1027 ἀποφθίσειν, Aesch. Ag. 1454 ἀπέφθισεν etc.

[2]) Substantivum φθίσις, quo Homerus non utitur, apud posteros breve habet iota, sic quoque cum futuro aoristoque concinens; vid. annot. praecedens.

[3]) De quantitate vocalis υ vid. § 162. Atheniensibus *longa* erat.

§ 168. (*δϝ(ε)ι-δϝοικ*) Aor. *ἔδϝιξ* (vid. § 149[3]), perf. *δέδϝοικα* et *δέδϝια* (vid. § 160[2]). Futurum *δϝείσεται δϝείσεσθαι* est *T* 180 *O* 299, sigmaticus aoristus *ἔδϝεισας -σε* etc. *Λ* 33 *X* 19 etc. — De stirpis consonis initialibus *δϝ* vid. § 42. — [1]).

Praesens *δείδω timeo*, quod nonnullos in textu tradito hexametros aperit (*K* 39 *Λ* 470 *N* 745 *Ξ* 44 *T* 24 *Υ* 30 *X* 455 *ε* 300, 419, 473 *μ* 122), quin errori debeatur non est dubium. Neque enim sine vitio ita formari potuit praesens, quod *δϝείω* aut *διδϝείω* fuisset dicendum, neque iuxta perfectum *δέδϝοικα* vel *δέδϝια*, quod praesentis vice fungitur, locum habebat. Quapropter Mahlow in Kuhns Zschr. XXIV p. 298 sqq. contendit, non praesentis esse hanc formam sed perfecti, e *δείδοα* (i. e. *δέδϝοα*) contractione natam. Qui si verum vidisset vir doctus, non ferenda esset lectio tradita, sed quantocius in *δέδϝοα* vel potius in *δέδϝοια* (quae legitima foret forma) mutanda, quemadmodum *νίός* et *οἶος* scribere solemus, etiamsi corripiatur diphthongus; cf. § 17. Nam diphthongum, quae metri causa pro brevi habeatur, non potuisse in lingua Homerica cum sequenti vocali confluere, nemo non videt, dirimebat enim hos sonos iota consonans (*δέδϝοϳα, ὄϳος, ὑϳός*). Ergo si quis Mahlovio assentitur, concedere debet vitiosam esse vulgatam; cf. Curtius Verbum II[3] p. 200 sq., Vogrinz Gramm. d. hom. Dial. p. 128, G. Meyer[2] § 552, Schulze Quaest. Epic. p. 87. Et quoniam perfecti *δέδϝοια*, quod poscit analogia, nullum alibi extat in lingua Graeca vestigium, *δείδια* (*δέδϝια*) vero est forma ut anomala ita notissima et procul dubio genuina (cf. § 160[3]), optimo iure me iudice Nauck (praef. Od. I p. XII, Il. I p. XIII, Mél. IV p. 339 sq.) et Cobet (Mnemos. 1874 p. 208 = Miscell. p. 270) hanc formam substituerunt vitiosae illi *δείδω*. Ipsa mscripta hanc correctionem praebent *Ξ* 44, ubi *δείδω* est in plerisque, *δείδια* vero olim scribebat Aristophanes nunc habet codex Vindobonensis L, nec non *ε* 473, ubi una certe mscriptorum familia (M K) formam *δείδια* exhibet. Multum praeterea ad tuendam hanc emendationem valet versus *Λ* 470 *δείδω μή τι πάθῃσι* comparatus cum *δ* 820 et *P* 242, ubi traditum accepimus *τοῦ δ' ἀμφιτρομέω καὶ δείδια μή τι πάθῃσι* et *ὅσσον ἐμῇ κεφαλῇ περι δείδια μή τι πάθῃσι*. Itaque nisi quis putet initium hexametri aliam perfecti

[1]) Miro errore Christ Proleg. II. p. 167 et Menrad de contract. p. 151 formas *δϝείδοικα δϝείδια δϝείδω δϝειδίσσομαι* Homero tribuunt; cf. vLeeuwen Mnemos. 1886 p. 362. Neque Veitchium Greek verbs 1871 p. 151 quid rei esset perspexisse luculenter apparet.

formam poposcisse quam ceteras sedes, non *δέδϝο(ι)α* sed *δέδϝια* cum Nauckio Cobetoque restituamus oportet. Et uno certe loco *Φ* 536 ipse textus traditus exhibet *δείδια* versus initio, item Panyasis (apud Athenaeum 36 *d*) versum scripsit *δείδια γὰρ τριτάτης μοίρης μελιήδεος οἴνου κτέ.*

Apollonius Rhodius III 481 ceterique sequioris aetatis poetae, qui formam *δείδω* ex Homero in sua carmina transsumserunt, nihil testantur nisi vitii antiquitatem.

A stirpe *δϝι-κ* reduplicatione ornata novum verbum *δεδϝίσσομαι* (id est *δεδϝίκομαι*) ductum est, quod *terrendi* sensu usurpatur. Praesens legitur *Δ* 184 *N* 810 *O* 196, imperf. *M* 52, fut. *δεδϝίξεσθαι T* 201 (= 482), *δεδϝίξεται* Hes. Scut. 111, aoristus *δεδϝίξασθαι Σ* 164.

Fortasse *metuendi* vi adhibitum est *δεδϝίσσεσθαι B* 190. Pro *δεδίσκεαι terres* h. Merc. 163 (codd. *τιτύσκεαι*, cf. § 236[2]) *δεδίσσεαι* videtur scribendum neglecto *ϝ*, nisi aliud illic latet vitium. Extat *ἐδεδίσκετο terrebat* apud Ar. Lysistr. 564, neque per se improbanda est haec forma, nam *δεδ(ϝ)ίσκομαι*: *δϝικ* = *ϝεϝίσκω*: *ϝικ*. Cf. § 139 pag. 351.

Aevo posthomerico substantivum verbale *δ(ϝ)εῖμα* peperit nova verba *δειμαίνειν metuere* (Tyrt. 11[3], Theogn. 541, 680, Aesch. Prom. 41 Pers. 600, Soph. O. C. 492 Trach. 481, Eur. Rhes. 80, 933 Med. 39, Ar. Vesp. 1042, Herod. I 159 Apoll. Rhod. IV 796 etc.) et *δειματοῦν terrere* (Herod. VI 3, Ar. Ran. 144 etc.).

§ 169. (*κει*) *κεῖμαι τ* 516, *κεῖσαι T* 319 *Υ* 389 *Ω* 758 h. Merc. 254 [1]), *κεῖται Γ* 195 *Δ* 143 etc., *κεῖται Ω* 527 sive *κέαται Δ* 659, 826 *Π* 24 *T* 208 *σ* 44 et addita vocali thematica *κέονται X* 510 *λ* 341 *π* 282 [2]). — Plusqmpfectum (*ἐ*)*κείμην ι* 434 *κ* 54 *ν* 284 *ξ* 354, 502, *'κεῖσο ω* 40, (*ἔ*)*κειτο Z* 295 etc. et cum terminatione iterativa (cf. § 146) *ἐκέσκετο ξ* 521 *φ* 41, (*ἐ*)*κείμεθα ι* 75 *κ* 143 *λ* 420 *ν* 281 *ξ* 475, *'κείατο Δ* 162 *Φ* 426 *φ* 418 *ψ* 47 sive *'κέατο N* 763 *Ω* 168, 610. — Subiunct. *κείεται X* 163? *Ω* 554 sive *κέεται T* 32 *β* 102 *ε* 395 *τ* 147 *ω* 137 (mss. *κῆται* vel *κεῖται*); vid § 122 pag. 308. — Imperat. *κεῖσο Σ* 178 *Φ* 122, 184, *κείσθω o* 128. — Infin. *κεῖσθαι E* 685 etc. — Partic. *κείμενος* etc. *H* 265 etc.

Futurum *κείσομαι Σ* 121 *χ* 319, *κείσεαι Σ* 338 *X* 513, *κείσεται Z* 458 *Θ* 537 *Φ* 318, *κείσονται X* 71.

---

[1]) Cf. pag. 296.

[2]) Eadem ratione singularis 3ª persona *κίεται* est formata apud Herodotum, si modo verum traditum acceperimus.

De correptione syllabae *κει* in formis *κέαται ἐκέατο* cf. § 17. Nam non a breviore stirpe *κε* ductas esse, id quod collata forma iterativa *ἐκέσκετο* suspicetur quispiam, docet terminatio *-ᾶται -ᾶτο*, quae brevibus vocalibus non subiungitur; a stirpe *κε* nonnisi formae *κένται ἕκεντο* aut *κέονται ἐκέοντο* rite formari poterant, vid. § 119. Quapropter analogia suadet ut etiam in subiunctivo *κέεται* non stirpem breviorem agnoscamus sed integrae formae *κείεται* correptionem metricam.

Correcti sunt versus *Φ* 426 et *ζ* 19, ubi *κεῖντο* et *ἐπέκειντο* legitur in mscriptis; vid. § 119.

Eiusdem stirpis est verbum *κείω* desiderativum *cubitum eo*, quod futuri loco adhiberi solet; cf. § 144 et 147. Leguntur formae *κείω τ* 340, subiunct. *κατακείομεν* (leg. *κείωμεν*? vid. § 122 pag. 304) *σ* 419, imperat. *κατακείετε η* 188 *σ* 408, infinit. *κειέμεναι Θ* 315, part. *κείων* etc. *Λ* 606 *Ξ* 340 etc., et correpta syllaba priore *κέων η* 342 (cf. § 17).

A stirpe *κει* praeterea ducta sunt verbum *κοιμάω* et nomina *κειμήλιον, κῶμα, κοίτη, ὁ κοῖτος, ὁ ἀκοίτης* sive *παρακοίτης* cum feminino *ἄκοιτις* sive *παράκοιτις*. Vitiose traditum est *ὀρεσκῷος Λ* 268 *ι* 155, ubi scribendum esse *-κοῖος* intellexit Fick, quem verum vidisse docet vox *ὀρέσκοος* (id est *-κοΐος*, cf. § 17) adhibita ab Archilocho (testo lexico Mossanensi de iota adscripto ed. Rabe in Mus. Rhenan. 1892 f. 282[1]) et ab Aeschylo Sept. 532.

§ 170. (*στευ*) *στεῦται profitetur Γ* 83 *Ι* 241 *ϱ* 525, *ἐστεῦτο Β* 597 *Ε* 832 *Σ* 191 *Φ* 455 *λ* 584. In Iliade sequitur infinitivus futuri [1]), sed Odysseae altero loco *ϱ* 525 infinitivus aoristi est subiunctus, altero additum est participium *διψάων*, quem locum damnavit Aristarchus, quoniam non *profitendi, vultu prae se ferendi* sed *standi* vi usurpatum ibi est verbum. Origo autem verbi quamquam non est certa, collata tamen *στύω-ἔστῡκα* (i. e. *στ-τύω stătuo*, Brugmann gr. Gramm. § 24,2) et *στῦλος* credibile reddunt cognatum esse stirpi *στα* (*στῆναι*). Posteriores certe illinc repetivisse docet versus modo allatus *λ* 584.

§ 171. (*Ϝαι*) *ἀποαίνῡμαι N* 262, *αἴνῡται ξ* 144 · *ϱ* 322, *ᾔνῡτο* (*αἴννυτο*) *Δ* 531 *Ε* 155, 848 *Λ* 374, 580 *N* 550 *Ο* 459, 595, *Υ* 459 *Φ* 490, 502 *μ* 419 *ξ* 309 *ο* 206 *φ* 53 h. Merc. 434, *αἰνῡμένος*

[1]) Item Aesch. Pers. 49 *στεῦνται... ἀμφιβαλεῖν*.

Λ 582 *P* 85 *ι* 225, 232, 249, 429 *χ* 500 h. Cer. 6. — Addenda videntur *ἀποαίνυσο Λ* 275 et *ἀποαίνυσθαι Λ* 230 (sic Naber Nauck, mss. *ἀποαίρεο* et *ἀποαιρεῖσθαι*). — Adiect. verbale *ἔξαιτος* (= *ἐξαίρετος*) *M* 320 *β* 307 *ε* 102 *τ* 366. Hinc *αἰτέω* sive *αἰτίζω* ductum est.

Digamma olim stirpi praefixum fuisse testatur compositum *ἀποαίνυμαι*, cuius praepositio plerisque locis non eliditur. Aevo tamen Homerico hic sonus evanuerat.

§ 172. (*κι*) *moveri*: *'κίνυντο* (*φάλαγγες*) *Δ* 281, 332, 427, *κινθμενος K* 280 *Ξ* 173 *κ* 556, aor. II *ἔκῐον* (§ 149[5]) et (*μετ*)*εκίαθον* (§ 151).

Derivatum est *κῑνέω cieo*, cuius verbi solus aoristus (*ἐκίνησα* et *ἐκινήθην*) apud Homerum reperitur.

Apud recentiores poetas tempus praeteritum *ἔκιον* peperit praesens *κίω eo*, [1]) quemadmodum ex aoristo *ἔκλυον* prodiit tragicorum verbum *κλύω* (§ 149[6]).

§ 173. Coniunctim indicanda sunt verba nonnulla, quorum stirps clauditur diphthongo *αυ* vel *ευ*. In his complura sunt, quae in praesenti sonum *ι*(*ϳ*) adiciunt, vid. § 141, ita ut praesens in *-αίω* vel *-είω* desinat; penultimam verborum in *-είω* desinentium potuisse corripi, ex iis quae in § 17 disputavimus apparet. Conferri possunt verba biformia quale est *δινεύω-δινέω*, de quibus vid. § 144 pag. 858.

Praesentia autem, qualia sunt *κλαίω χείω*, quominus ita nata esse dicamus, ut evanuerit sonus *ϝ* inter duas vocales collocatus, cum primitus fuisset *κλαϝίω χεϝίω*, dehortatur indoles linguae epicae; sic enim aetate Homerica vocalis *ι* cum stirpis sono *α* vel *ε* vix potuisset confluere (cf. § 7), sed *κλαΐω*, quod Aeolicum fuisse perhibet Gregorius Corinthius p. 583 Schäfer, pronunciandum foret; at obstant loci crebri, ubi diphthongus *αι* in arsi est collocata. Quapropter fortasse suspicetur quispiam alteram fuisse harum stirpium formam sono *ϝ* carentem *γα δα κα κλα*, hinc prognata esse *γα-ίω γᾶνυμαι γηθέω*, *δα-ίω*, *κα-ίω ἐκᾶην*, *κλα-ίω*; alteram vero, sono *ϝ* auctam, peperisse voces *γαῦρος gaudeo δέδαυμαι καῦμα ἔκηϝα κλαυθμός*. Non tamen eadem ratione explicari possunt praesentia quae in *-είω* exeunt; nam e stirpe *κλυ-κλευ-κλεϝ* vel *πνυ-πνευ-πνεϝ*, cuius littera *ε* nihil est nisi adminiculum graphicum ad indicandum sonum ampliorem, nasci non potuisse novam stirpem *κλε* vel *πνε* nemo non

[1]) Vid. Aesch. Choeph. 680, Anacreont. fr. 4(?), supra § 149[5].

videt. Hinc sunt qui suspicentur *πνεύει θεύειν* etc. pro *πνείει θείειν* scribenda esse, collatis verbis *σεύω δεύομαι* et aoristis *ἔχευα ἠλεύατο*. Nisi tamen fallor, omnes scrupulos evellit adiectivorum femininorum in *-εῖα* conformatio: *ἡδύς-ἡδεϝ-ja-ἡδεῖα*. Hinc enim apparet in semivocalium *ϝ j* conflictu digamma non obstitisse quominus nasceretur diphthongus *ει*, item *ι* ex *ϊϊ* in *δῖα* = *διϝja*; quae si genuina ducuntur, — et quis Homero est abiudicaturus? — non est cur sonum *αι* verborum *καίω* etc. vel sonum *ει* verborum *θείω* etc., qui eandem habent originem, addubitemus; quadamtenus autem conferri potest diphthongus verbi *χαίρω* = *χαρjω* et similium.

Hisce praemissis verba quae huc pertinent recensebimus.

§ 174. (*αυ*) *ἰαύω noctem transigo* I 325 etc. (praes. et imperf.) — Aoristus *ἴαυσα*, in quo servata est praesentis reduplicatio (cf. § 139), occurrit locis recentibus *λ* 261 (ex *Ξ* 213 reflctus) h. Merc. 289 Cer. 265. Alibi in aoristo dicitur *ἄεσα* a stirpe *ἀϝε(σ)*: *γ* 151, 490 *ο* 40, 188 *τ* 342; suspicionem *π* 367 movet forma *ἄσαμεν* propter vocalium *αε* contractionem; pro *ἐπ' ἠπείρου νύκτ' ἄσαμεν* fortasse legendum *ἐπ' ἠπείροιο ἀέσσαμεν*, quo ducit v. l.

§ 175. (*γα-υ*).

1. *κύδεϊ γαίων A* 405 *E* 906 *Θ* 51 *Λ* 81. — Ad eandem stirpem referendum videtur epitheton *βουγάϊε N* 824 *σ* 79, constat autem ab ea ductum esse adiectivum *γαῦρος*, quod in epica tamen dictione non usurpatur.

Cohaerent praeterea:

2. *γᾶνῦται N* 493 *Υ* 405, *γᾶννυται μ* 48, cum futuro *γᾰνύσσεται Ξ* 504 [1]). Particip. *γᾰνάοντα* h. Cer. 10, *-οντες N* 265, *-ουσαι Υ* 359 *η* 128.

3. *γηθέω γηθήσω ἐγήθησα -γέγηθα* (§ 157 p. 393), cum adiectivo *γηθόσυνος* et substantivo *γηθοσύνη N* 29 (?) *Φ* 390 *λ* 540 (?).

§ 176. (*δα-υ*) *δαίω incendere.* — Med. *ardere* cum perfecto *δέδηε* (§ 158[69]). Corruptum quod traditum est *Υ* 316 = *Φ* 375 *πυρὶ πᾶσα δάηται | δαιομένη*, lege *πᾶσ' ἀπόληται* cum Nauckio.

Ab hac stirpe, quae minime confundenda est cum § 205, deri-

[1]) Ab eadem stirpe (*γα-νυ*) ductum est nomen *Γανυμήδης*. — Praesentis prima persona *γάνῦμαι* extat Aesch. Eum. 970 Eur. Cycl. 504 Ar. Vesp. 612, perfectum *γεγανυμένος* in Anacreonteis 35[3].

vantur substantiva τὸ δάος sive ἡ δαΐς et ὁ δᾱλός, adiectiva δᾱνός, ἡμῐδᾱής, θεσπῐδᾱές (πῦρ), δήιος [1]).

Soni *υ* stirpem claudentis in Homero nulla apparent vestigia, sed πῦρ δάϝιον Alcman dixisse fertur fr. 75, δεδαυμένος perfectum tribuitur Semonidi Amorg. fr. 80, δαβελός (i. e. δαϝελός) est vox Laconica; cf. p. 155,2.

§ 177. (κα-υ) καίω uro, aor. ἔκηα (§ 153[3]); med. ᾽κήαντο etc; [2]) pass. καίομαι, aor. ἐκάη (§ 154[5]). Futurum nullum reperitur.

Verbalia alia ostendunt sonum υ (ϝ): (πυρί) καυστός *N* 564, (μάχης) καυστείρης *Δ* 342 = *M* 316 [3]), καῦμα *E* 865, ab aliis abest: κήλειος -κήλεος (vid. pag. 48), περίκηλος ε 240, κάγκᾰνος *Φ* 364 σ 308 h. Merc. 112, 136, πολυκαγκής *Λ* 642. Non liquet de voce πυρκαϊή (*H* 428 etc.).

§ 178. (κλα-υ) κλαίω, fut. κλαύσομαι (*Λ* 764 *Σ* 340 *Υ* 210 *X* 87), aor. ἔκλαυσα (*Ω* 48 *γ* 261 ω 293). — Nomen verbale est κλαυθμός (*Ω* 717 etc.).

§ 179. (χρα-υ) subi. aor. χραύσῃ *E* 138, alias aor. II ἔχρᾰε etc., (vid. § 149[8]).

§ 180. (ἀλευ) aor. ἠλεύατο (*N* 184 etc.) sive ἀλεύατο (*Γ* 360 etc.), ἀλεύαντο χ 260, subi. ἀλεύεται ξ 400, imperat. ἄλευαι *X* 285, infin. ἀλεύασθαι μ 159, 269, 274, partic. ἀλευάμενος -νον -νοι *E* 444 etc. — De huius aoristi conformatione vid. § 153.

Nonnunquam diphthongus ευ correpta est: ἀλέασθε (imperat., δ 774), ἀλέαιτο (*Υ* 147 υ 368), ἀλέασθαι (*N* 436 etc.); cf. § 17.

Praesentis ἀλέομαι rara neque plane certa sunt vestigia: subi. ἀλέηται δ 396 et ἀλεώμεθα *E* 34 *Z* 226, imperf. ἀλέοντο *Σ* 586. Praesens ἀλεύομαι vitio natum est, vid. e. g. ω 29 [4]).

Longe plerisque locis praesentis et imperfecti vicem subit novum verbum ἀλεείνω.

A stirpe ἀλευ ducuntur substantiva ἀλή (*X* 301) et ἀλεωρή (*M* 57

---

[1]) Certe illud δήιον (δάϊον?), quod de *igne* usurpatur *B* 415 etc.; vid. § 17, pag. 83 annot. 2.

[2]) De vitiosa codicum scriptura κει- pro κη- cf. pag. 306.

[3]) Femininum hoc est masculini καυστήρ, nominativum igitur fuisse καύστειρα, vitiose autem veteres grammaticos scripsisse καυστειρῆς, dudum viderunt viri docti.

[4]) Apud Hesiodum tamen Oper. 760 legitur imperativus ἀλεύεο, l. a. -αο (-λεύσεο, aor. mixt., § 152? cf. vs. 758).

etc.). Brevior stirpis forma *ἀλυ* elemento *κ* aucta peperit verbum *ἀλύξαι* (*ἀλύσκω* etc, § 242[1]).

§ 181. (*δευ*) *δεύομαι* Ψ 670 *o* 371, *δεύεαι* *B* 229 Ψ 484 etc., imperf. *ἐδεύεο* *P* 142, *ἐδεύετο* *A* 466 etc., *'δευέσθην* *Θ* 127, *'δεύοντο* *B* 709, optat. *δευοίατο* *B* 128 *E* 202, imperat. *δευέσθω* *T* 122, infin. *δεύεσθαι* *N* 310, partic. *δευόμενος* *A* 134 etc. — Futur. *δευήσεαι* *ζ* 192 *ξ* 510, *δευήσεσθαι* *N* 786 = *ψ* 128. — Attic. *δέομαι* *δεήσομαι*.

Eandem stirpem hoc verbum habet quam nomina *δύω* et *δεύτερος*. Cf. *sequor secundus*; derivatur autem *ἐπιδευής* (Att. *ἐνδεής*).

Activum reperitur in locutione *τυτθὸν ἐδεύησεν* cum infinitivo (*οἰήιον ἄκρον ἱκέσθαι*) *parum afuit quin* ... *ι* [483 et] 540. Haec autem loquendi ratio, apud Atticos pervulgata, transitum parat ad impersonale *δέει* (*δεῖ*) *oportet*, quod in Homericis non nisi loco corrupto aut recentissimo *I* 337 legitur. Manifeste vero corruptum est *ἔδησεν* *Σ* 100, quod nullius aetatis aut dialecti potuit esse; *ἐδεύετ'* rescribi iussit Duentzer, quod verum videtur, nisi gravius latet vitium.

§ 182. (*θευ*) *θέεις* *θέει* etc. — Praeterea in thesi syllabam initialem longam habent subi. *θείῃ* *Z* 507 *O* 264 et infin. *θείειν* *K* 437 *Π* 186 Ψ 310 *γ* 112 (= *δ* 202) *γ* 370. — Futurum est *θεύσεαι* Ψ 623, *θεύσεται* *υ* 245, *θεύσεσθαι* *Λ* 701.

§ 183. (*κλευ*) *κλείουσι* *α* 338, 351, subi. *κλείω* *ρ* 418. Pass. *κλέομαι* *ν* 299. Pro vitiosa forma *ἔκλε'(ο)* Ω 202 scripsimus *κλείε'*, praesens *κλείε'(αι)* interpretati (cf. § 117 et 191), non tamen repugnaturi si quis imperfectum *'κλείε'(ο)* intellegere malit, utrumque enim admittit sententia.

Adiectivum verbale est *κλειτός*, quod etiam nominis proprii (*Κλεῖτος*) vice fungitur. In thesi autem nusquam non est syllaba *κλει-*, quapropter sunt qui *κλείουσι*, *κλείω*, *κλειτός* scribendum esse censeant, vid. § 7 p. 42 sq.; quibus si obtemperandum est, stare nequit correctio nostra Ω 202. At repugnat *ν* 299, nam *κλέομαι* ex *κλείομαι* in Homeri quidem lingua nasci non potuit; itaque *κλειτή* illic legant necesse est qui verbum primitus *κλείω* fuisse persuasum habent.

A stirpe *κλευ* praeterea ductum est substantivum *κλέ(ϝ)ος*, brevior autem stirpis forma *κλυ* peperit aoristum *ἔκλυον* et adiectivum *κλυτός* (§ 149[6]).

§ 184. (νευ) *νέων* ε 844, 442. Imperfectum *ἔννεον* Φ 11 a composito *ἐν-νέω* est repetendum, itaque nihil insoliti habet duplicata littera *ν*, quam viri docti non recte compararunt cum *κατανννέων* aliisque eiusmodi formis, de quibus cf. § 27.

Ex eadem radice procrevit verbum *νήχω* vel *νήχομαι* (ε 375 η 276 etc.), fut. *νήξομαι* ε 364, 417.

§ 185. (πλευ) *πλέετε, ἔπλεον* etc. — Praeterea in thesi longa est syllaba radicalis Θ 501 *-έπλειον*, *I* 418 (= 685) *o* 34 *π* 331 *πλείειν*, ε 284 *-πλείων*, *π* 368 *πλείοντες*. — Futurum *πλεύσεσθε* μ 25, *-πλεύσεσθαι* Λ 22. — Substantivum verbale *πλόος* extat γ 169.

Ab eadem stirpe ductum est verbum *πλώω* (cf. § 190), quod non *navigandi* sed *natandi* significatione adhibetur. Leguntur *'πλῶον* Φ 302, *'πλωΐζεσκε* Hes. Op. 634, *πλώοιεν* ε 240 [1]), *δακρυπλώειν* (?) τ 122, aor. *ἐπιπλώσας* Γ 47 et in aoristo II *-έπλων -ως -ω -πλούς* § 150[32]. — Adiectivum verbale est *πλωτός* κ 3.

§ 186. (πνευ) *πνέει spiro* ε 469 h. Ap. 231, *πνείει* *P* 447 (= σ 131), *ἀνέπνεον* Λ 327, subi. *ἐπιπνείησιν* (§ 112) δ 357, partic. *πνείων* *B* 536 Λ 524 etc. — Frequentior est aoristus (*ἀν- ἐν- ἐπ- παρ-*)*έπνευσε* etc. Λ 382 *P* 456 etc., subi. *πνεύσῃ* *T* 159, *-σῃσι* (§ 112) *O* 60, *-σωσι* Λ 800 (= *Π* 42 *Σ* 200) *O* 285 Φ 534 ι 139, opt. *ἀναπνεύσειε* *T* 227, *παραπνεύσει'* (sic Bekker, codd. *-σῃ*) κ 24, infin. *ἀμπνεῦσαι* *Π* 111.

Derivantur *πνοιή* (*E* 697 etc.) et *πνεύμων* Λ 528 (et *T* 486?).

Separatim indicandae sunt formae quaedam a stirpe *πνυ-* ductae, quae quamquam cum verbo *πνέω* iungi solent et fortasse ab ipsis Graecis mature sunt confusae [2]), vix tamen communem cum illo originem videntur habere. Sunt *πέπνῡσαι* Ω 377, *'πέπνῡσο* ψ 210, *πεπνῦσθαι* Ψ 440 κ 495, *πεπνῡμένος* Γ 208 et passim, *ἄμπνῡτο* Λ 359 *X* 475 (= ε 458 ω 349), *ἀμπνύθη* (*-ύνθη* codd. plerique) *E* 697 Ξ 436, *ἄμπνυε* (sic Cobet, codd. *ἄμπνυε*, vid. § 117) *X* 222. Vid. § 150[25].

Simplex significat *mente valere, sui compotem esse, sapere*, compositum *ad se redeundi* vim habet. Cognata autem sunt adiectivum

[1]) Partic. *πλώουσιν* est hymn. XXI 7. Apud Herodotum pervulgatum est *πλώω* (= *πλέω*), etiam in compositis.

[2]) Simillima enim verborum *ἀναπνεῦσαι* et *ἀμπνῦσθαι* est potestas; de fessis, collapsis, animi deliquium passis utrumque usurpari potest, illud *spiritum colligere*, hoc *mentis vires recuperare* significat.

πίνυτός α 229 etc. et substantivum πίνυτή *H* 289 etc., unde derivata sunt verba ἐπίνυσσε (-σσας?) Ξ 249 et ἀπίνύσσω *O* 10 ε 342 ζ 258. Nec non cohaeret ποιπνύω. Quae omnia cum *spirandi* verbo nihil commune habere iure statuisse videtur Schulze; vid. supra p. 350, 1.

§ 187. (ῥευ) ῥέει, ἔρρεε etc. (praes. et imperf.) [1]). Aoristus (§ 150[22]) nonnisi uno loco extat: ᾽ρύη γ 455. — Substantiva verbalia sunt ῥόος *Λ* 726 etc., ῥοαί *B* 869 etc., ῥέεθρα *B* 461 etc.; adde adverbium ῥυδόν ο 426.

Quemadmodum autem a πλόος fit πλώω (§ 185), sic a ῥόος ductum est novum verbum ῥώομαι (cf. § 190[16]) *fluctuari*, cuius formae extant ἐρρώοντο (*Λ* 50 Ψ 367 etc.) et ἐρρώσαντο (*Λ* 529 Ω 616 etc.).

Cohaerere videntur etiam ἐρωέω *Λ* 303 (= π 441) et ἐρωή *Γ* 62 etc.; alienum vero hinc est homonymum verbum ἐρωέω *cessare* vel *recedere* *N* 776 etc. cum nomine ἐρωή *Π* 302 (= *P* 761).

§ 188. (σσευ) aor. ἔσσευα etc. (§ 153[3]) *E* 208 etc., med. ᾽σεύατο etc. Z 505 etc., aor. II ἔσσυο etc. (§ 150[37]). — Pass. imperf. ἐσσεύοντο *B* 808 etc., perf. ἔσσυμαι *N* 79, -ται *Λ* 173 etc., ἐσσυμένος etc. passim; participium adiectivi naturam induisse testatur adverbium quod inde derivatum est ἐσσυμένως *Γ* 85 etc.

De augmenti reduplicationisque syllaba producta cf. § 27. Aoristus ἐσύθην, quo tragici satis frequenter usi sunt [2]), ab epica lingua alienus est; nam *E* 293 non ἐξεσύθη legendum esse, sed in Aristarchi lectione ἐξελύθη verum latere, hanc enim natam esse e male intellectis litteris *EΞEΛΥΘE* „d. i. nach unserer Orthographie ἐξῆλθεν", perspexit Ahrens. In Hes. Theog. 183 pro ἀπέσυθεν αἱματόεσσαι olim *ἀπεσύαθ᾽ fuisse suspicor [3]).

Derivantur λαοσσόος *N* 128 etc., δορυσσόος Hes. Scut. 54, fortasse etiam ἐπίσσωτρον *E* 725 etc. (ἐύσσωτρος Ω 578?).

Fortasse cohaeret verbum:

(σσει) ᾽σεῖον etc., aor. ᾽σεῖσε etc. — De augmenti syllaba producta cf. § 27.

---

[1]) Participium ῥεόντι videtur adhibitum esse in Hesiodi fragmento 226. Vitiosa participii forma ῥεούμενοι in oraculo Herod. VII 140 usurpata est.

[2]) Vid. Aesch. Prom. 135, Soph. Ai. 294 O. R. 446 O. C. 119, 1724, Eur. Alc. 846 Hec. 1081 Ion. 787 Iph. Taur. 1294 Hel. 1302.

[3]) In fragm. Lyric. adesp. 39[11] Bergk (Stesichori fortasse) pro ἐπίσυθον Scaliger restituit -θεν.

§ 189. (χευ) χέει, ἔχεε etc.; uno loco ι 10 producta est syllaba radicalis: ἐγχείῃ, item χείουσιν Hes. Theog. 88, -χεύεται (?) pro -χείεται Oper. 583. Aor. ἔχευα vel ἔχεα § 158[1]. Futurum non extat, nam χεύω β 222 est aoristi subiunctivus, cf. § 147 p. 365.

Med. Aor. II ἔχῠτο etc. (§ 150[25]), sed ἐχεύατο E 314 etc., -χεύεται ζ 232 = ψ 159; perf. κέχῠται etc.; passiv. aor. -εχύθη etc.

Verbi valde usitati cum multa composita extant tum verbalia χῠτός, χεῦμα, χοή (προχοή), χύσις, -χόος (πρόχοος, Ϝοινοχόος, unde Ϝοινοχοεύω, λοετροχόος, τυμβοχοέω), χύτλον (non reperitur, sed verbum χυτλόομαι, quod inde ductum est, legitur ζ 80); praeterea cohaerent ἰοχέαιρα, χόᾰνος (unde αὐτοχόᾱνος, i. e. -χοανϳος -χοανιος, [Hf] 826; vid. supra pag. 28,1), οὐλόχυται.

Atticorum verbum χοῦν, quod a voce χόος ductum est, apud Homerum non reperitur. Sed quemadmodum verborum πλέω et ῥέω gemellae formae πλώω et ῥώομαι cantoribus epicis in usu fuerunt, sic a χέω derivatum est χώεται (cf. § 190[19]) ἐχώσατο etc. *mente perturbari, irasci.*

II. *De stirpibus in ᾱ, η, ω desinentibus.*

A. *De flexione quae fit ope vocalis thematicae.*

§ 190. Radicis sonus *a, e, o* in praesenti imperfectoque brevis esse solet; vid. § 17. Excipienda tamen sunt verba haud ita pauca:

1) *Stirpes in ᾱ.*

1. ἀμᾶειν Hes. Oper. 392.
2. διψάων λ 584 (locus suspectus, cf. § 170).
3. δρᾶοιμι ο 317, -δρᾶουσι ο 324, 333.
4. ἠβᾶοιμι, ἠβᾶουσα, ἠβᾶοντα -ντες, *H* 157 etc.
5. -μαιμᾶει -ουσι, μαιμάων -ουσα *E* 661 *N* 75 *O* 542 *Γ* 490 etc. — De huius verbi conformatione vid. § 138[13] et 160[4].
6. μενοινᾶω *N* 79 -νᾶει *T* 164, μενοινήσι *O* 82. Alias (*M* 59 etc.) corripitur syllaba να. — Vid. § 138[13] et 160[3].
7. -εμνᾶεσθε χ 38, ᾽μνᾶοντο λ 288, ᾽μνᾶεσθαι α 39. *Uxorem peto*; vid. § 204. — Alias α corripitur.
8. (ἐ)μνᾶοντο *B* 686 *Λ* 71 *Π* 697, 771, μνᾱομένῳ -νω δ 106 ο 400. *Recordor*; vid. § 204.
9. πεινάων -οντα -οντε *Γ* 25 *Π* 758 *Σ* 162.

[10. τρυπᾷῃ ι 384? In mss. est τις τρυπῷ.]

11. *χρήων* (mss. *χρείων*) Θ 79, *χρηόμενος* (mss. *χρεώμενος*, cf. § 8) Ψ 834. Fut. *χρήσομαι*, perfectum *κέχρημαι*.

Derivantur *χρηίζω*, *τὸ χρῆος* vel *χρέος* (§ 17), *ἡ χρηώ* (§ 8), *χρή* (ut in dial. Att.), *χρήματα*, *χραισμεῖν* § 283. In mss. *χρεῖος*, *χρειώ* scribi solet.

2) *Stirpes in* ω.

12. *Ϝιδρώοντα -ντε -ντας -ουσα* Θ 548 (= δ 89) Λ 119, 598 Σ 372 (Att. *ἱδροῦν*).

13. *ζώεις ζώει* etc. § 194 (Att. *ζῆν*).

14. *ἐπικυρτώοντε* Hes. Scut. 284.

15. *'πλῶον* etc. § 185.

16. *ἐρρώοντο* § 187.

17. *τρώει* φ 293 (Att. *τιτρώσκειν*).

18. *ὑπνώοντας* Ω 344 (= ε 48 ω 4).

19. *χώεται* Υ 29 *-το* Φ 306, *χώεο* ε 215 ψ 213, *χωόμενος* Λ 44 et passim; vid. § 189.

Conferenda sunt quae in § 195 collegimus et formae dialecti Delphicae ex inscriptionibus notae *συλήοντες*, *στεφανωέτω* etc.

Stirpium in *ε̄* desinentium nulla apud Homerum reperiuntur vestigia, si excipimus infinitivos in *-ήμεναι* vel *-ῆναι*, de quibus vid. § 195. Nam immerito verba *πλείω πλείω ἀκείομαι* etc. huc traxit Fick (vid. § 173 et 286), cui iure oblocuti sunt F. Stolz in Wiener Studien 1890 p. 9, Schulze Quaest. Epic. p. 361. Itaque probabilitate caret Christii coniectura *φιλείῃ* (*φιλήῃ*) δ 692.

In Hesiodeis vero carminibus quae leguntur Oper. 2 *ὑμνείουσαι* et Theog. 330 *οἰκείων*, ea rectius *ὑμνήουσαι* et *οἰκήων* scripseris, et dialectus Lesbica plura eiusmodi praebet exempla: *ἀδικήει* Sapph. fr. 1[20], *ποθήω* fr. 26, cf. R. Meister Dial. I p. 173.

Comparandae sunt formae qualis est *αἴνημι* = *αἰνέω* Hes. Oper. 683, vid. § 195; nec non huc faciunt verba biformia quae modo in *-εύω* modo in *-έω* exeunt, e. g. *ἀχεύων ζητεύῃς* Hes. Oper. 399 sq.; vid. § 144 in fine.

§ 191 [1]). Ex iis quae in § 7 disputavimus sequitur a formis praesentis atque imperfecti contractionem esse alienam. In textu tamen tradito permultis locis huiusmodi formae reperiuntur con-

[1]) Quae in hac § leguntur maximam partem iterata sunt e Mnemos. 1889 p. 216 sqq.

tractae; de quibus ut recte iudicare possimus, perpetuo mente tenendum est id quod de Aristarchi in versibus spuriis notandis felici audacia scripsit Lehrs Aristarch.[2] p. 348: „eadem via, qua centum falsi versus irrepserunt, sexcentos irrepere potuisse, et si ratio suaderet spurios iudicare, non posse obstare quod in multis suaderet." Pro „versibus spuriis" lege „verborum formas vitiosas" et habes observationem cum prudentissimam tum nobis nunc utilissimam. Iis autem hominibus qui σπείους pro σπέος, κρειῶν pro κρεάων, quin immo metro repugnante ἕως pro ἧος aut invehere potuerunt aut tolerare, qui ἥικτο, ἐυρρεῖος, ἀδελφειοῦ, Αἰόλου dederunt pro ἐϝέϝικτο, ἐυρρεέος, ἀδελφεόο, Αἰόλοο, et ἀκληεῖς ἀκλειῶς scripserunt pro ἀκλεέες ἀκλεέως, iis nihil non ferendum debuit videri.

Dum rhapsodorum ore propagabantur carmina epica, inter cantandum formis Homericis, id est apertis, passim substitutae sunt formae contractae, quibus recentioris aetatis homines cum in Ionia [1]) tum in Attica utebantur. Non consulto id factum est, non ratione, neque ab uno aliquo homine vel certo quodam temporis puncto; sed sensim irrepserunt, nemine advertente, nec fieri potuit quin irreperent. Quae licet permultis locis metrum corrumperent, non tamen ita multum videbantur nocere; voce enim canentis, adiuvante fortasse cithara, vocales ex contractione natae ultra fines unius syllabae protrahi poterant si necessarium id esset, ita ut tres vel etiam quatuor moras utcunque explerent et hexametro sui pedes constare viderentur.

Contractae hae formae in textu Homerico postea permanserunt ubi salvo metro tolerari poterant, etiamsi numeri post contractionem duriores ligneique essent facti. Quales sunt hexametri, quorum pedem quartum claudit vocabulum in spondeum exiens, e. g. ἐφοίτων κατεκόσμει pro ἐφοίταον κατεκόσμεε. Vid. § 3 pag. 15, Cauer praef. Odyss. p. XXI sq.

Magis etiam aperta res est Λ 639:

Ϝοίνῳ Ἰλραμνείῳ, ἐπὶ δ' αἶγειον κνῆ τυρόν,

immo, quod Aristarchus praeferebat, κνέε, vel potius κνάε, ne in disyllabum excurrat versus spondiacus; vid. § 2 pag. 7.

Tertium vitii metrici exemplum Christii verbis (Prolegom. p. 121) indicare iuvat: „alter pes spondeo impletus neque media parte intercisus delicatis auribus nunquam non minus placebat." Cf. supra

---

[1]) Ionicae fuerunt formae επικαλῆι, επικαλεῖν, ποιητάι, ποιῆι, ορκουν etc. testibus lapidibus.

pag. 16. Hoc quoque indicio complures formas contractas diducendas esse demonstrari potest. Quod vero sequitur apud Christium, id haud scio an iocans adiecerit vir praeclarus: „in versu *M* 151

ὣς τῶν κόμπει χαλκὸς ἐπὶ στήθεσσι φαεινός

plenus sonus spondei adeo cum tumido fragore aeris congruit, ut diductam formam κόμπεε de coniectura reponere non ausus sim." Equidem in dactylo 'κόμπεε quin satis sit fragoris bellici non dubito; neque alia videtur fuisse poetae opinio, qui Thersitae convicia *B* 224 gravia et aspera satis fore putaverit etiamsi per dactylum νείκεε indicarentur, et aera tinnula clipeorum thoracumve humi proruentium describere soleat hac clausula, quae brevibus syllabis referta est:

ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ.

Primus pes, perinde atque quartus, dactylo potius quam spondaico vocabulo formatur, si post eum inciditur oratio; cf. pag. 22. Itaque etiam versus *Δ* 184 quodammodo contra metrum peccat:

θάρσει, μηδέ τί πω δεδϝίσσεο λαὸν Ἀχαιῶν,

immo θάρσεε; item *K* 383 *Σ* 463 *X* 183 etc., ἄγρεε pro ἄγρει *Λ* 512, 'ποίεε pro ποίει *Σ* 482, τάρβεε pro τάρβει *η* 51 *Δ* 388, ἤσκεεν pro ἤσκειν [1]) *Γ* 388. Id quod multo certius etiam constat de versu *M* 46 (= *Φ* 575)

ταρβεῖ οὐδὲ φοβεῖται,

immo ταρβέει, nam syllaba longa, quae ante hiatum in thesi collocata est, debet corripi; cf. § 14 pag. 74. Idem valet de ζώγρει, Ἀτρέος υἱέ *Z* 46 *Λ* 131, νωμᾷ ἔνθα καὶ ἔνθα *φ* 400, nec non hic afferendus *Φ* 459:

πειρᾷ ὥς κε Τρῶες ὑπερφίαλοι ἀπόλωνται,

ubi et metrum et lingua Homerica poscunt πειράε'(αι); cf. § 117. Item *ξ* 91 *φ* 326 *σ* 176 *τ* 201. Etiam *Ω* 52 fortasse huc facit.

Separatim indicandae sunt formae μυθεῖαι *θ* 180 et νεῖαι *λ* 114 *μ* 141, quarum sonus radicalis cum vocali thematica confluxit; scribi posse et debere μυθέαι et νέαι vidit P. Knight [2]).

Eadem res est *Φ* 362:

ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον,

[1]) Cum vulgata cf. titulus Ionicus IGA. 485 *ΕΥΔΗΜΟΣΜΕΕΠΟΙΕΝ, Εὐδήμός με ἐποίειν.*

[2]) Eodem incommodo laborant imperativi αἰδεῖο *Ω* 503 ι 269 (ubi vid.; cf. § 269) et ἰρνῖο *Λ* 611 (cf. § 264); qui tamen non tam facile admittunt remedium, in arsi enim habent syllabam ει. Imitati sunt Leonidas Epigr. 70 νεῖο et Apollonius Rh. III 1035 μειλίσσειο.

ubi hodie *ζέει* invitis libris rescribere quis est qui dubitet (cf. § 14 pag. 75).

Praeterea hic commemorandus est versus *Λ* 554 (= *P* 663):

καιόμεναί τε δεταὶ, τάς τε τρεῖ ἐσσυμένος περ,

ubi *τρέει* necessarium esse nemo admonitus non videt (cf. § 14 pag. 75).

Neque aliter iudicandum de versu *μ* 75:

τὸ μὲν οὔ ποτ' ἐρωεῖ, οὐδέ ποτ' αἴθρη,

corrige *ἐρωέει*. Item pro *φωνὴ ῥεῖ ἄσπετος* h. Ven. 238 legendum esse *ῥέει* docet metrum (cf. § 14 pag. 75).

Qualia autem hactenus indicata sunt vitia, ea nullo negotio, si hoc agas, inter legendum possunt corrigi. Non *ἐφορμᾶται γαμέεσθαι* (*α* 275), ut hoc utar, Homericum sonat, sed aut *ἐφορμάεται γαμέεσθαι* dicendum est, idque veteres vates dicebant, aut *ἐφορμᾶται γαμεῖσθαι*, quemadmodum Athenienses loquuntur. Ad nos vero pervenit *ἐφορμᾶται*, quia metrum id ferebat, *γαμεῖσθαι* vero quominus irreperet, certe quominus ad nos propagaretur, obstabat quantitas syllabarum [1]).

Sed multi sunt versus epici, quorum numeros formae contractae aperte violabant, quoniam syllaba una hexametro nunc deerat. Hae tolerari non potuerunt postquam Homerum assa voce recitare vel legere coeperunt Graeci, itaque diversis partimque mirificentissimis remediis ruens metrum talium versuum fulcire studuerunt homines litterati, in quorum manus textus adulteratus pervenit. Qualium remediorum omnium sane simplicissimum erat, ut pro longa haberetur syllaba brevis quae praecederet syllabam perperam contractam; nec raro lectores illuc pellicere debuit ambiguitas vetustae litteraturae. Hinc sunt nata *ελῶ ελῶμεν ελῶσι* [2]) pro *ἐάω ἐάωμεν ἐάουσι* et *πωτῶντο τρώχων στρωφῶσα τρωπῶσα* [3]) pro *ποτάοντο τρόχαον στροφάουσα τροπάουσα* (cf. Nauck Mél. gr.-rom. IV p. 886), quemadmodum in nominum flexionem formae insanae [4]) et dudum damnatae *δείους σπείους σπῆι σπήεσσι κρειῶν ὠτάεντα*

---

[1]) Dignissimi qui inter se conferantur sunt versus *Δ* 140 *αὐτίκα δ' ἴχωρ αἷμα* et *P* 86 *κελαινὸν ἴχωρ δ' αἷμα*. Prius verbum tuiti sunt versus numeri, posterius contraxerunt recentiores.

[2]) *ελῶ Δ* 55, *ελῶμεν σ* 420 *φ* 260, *ελῶσι B* 132 *Δ* 550 *P* 659 *Υ* 139.

[3]) *πωτῶντο M* 287, *τρώχων ζ* 318, *στρωφῶσα ρ* 97, *-σι η* 105, *τρωπῶσα τ* 521 *-σι I* 500.

[4]) Vid. § 7 pag. 45 sq. et § 71 sq.

irrepserunt pro genuinis *δ(ϝ)έος σπέος σπέϊ σπεέεσσι κρεάων οὐατόεντα.* — Cognata his est forma omnium consensu vitiosa *ἴδρῶσαι Λ* 598, quae ex *(ϝ)ιδρώουσαι* nunquam potuit fieri; Bekker *ἰδρώουσ'* cum elisione scribi posse putabat, cui vix quemquam hodie assentiri credo. Nos *ἴδρώοντ'(ε)* dedimus, de *bigis* enim agitur; cui correctioni favere arbitramur notissimum versum Θ 378, ubi *προφανέντε* recte Aristarchus, *προφανείσᾱς* pessime Zenodotus scribebat. In lectione quam Nauck et Fick dederunt *ἰδρώουσαι, ἄγον δὲ* etc. caesura post secundum trochaeum minus placet.

Nonnullis locis praecedens vocabulum ampliare licebat, quo integer renasceretur dactylus; e. g. *κεν ἐᾷς* pro *κ' ἐάῃς* [1]), *κεν ὁρᾷ* pro *χ' ὁράῃ* [2]), *ζῳοῖσιν ὁρᾶσθαι* pro *ζῳοῖσ' ὁράεσθαι* [3]), *ἀνεστενάχοντο γοῶντες* pro *ἀνεστέναχον γοάοντες* [4]). Alibi vocabulo sequenti succrevit syllaba, e. g. *T* 104 *ἐκφανεῖ, ὃς πάντεσσι*: ubi libenter aurem praebuimus Menrado *ἐκφανέει, ὃς πᾶσι* corrigenti. Hic afferendus etiam Θ 428: *νῶιν ἐῶ... πτολεμίζειν*, in quibus verbis *νῶιν* pro accusativi forma habuerunt grammatici cum alii tum Zenodotus; quod vero hodie in editionibus circumfertur *νῶι ἐῶ*, lectio est Aristarchea, sed vitiosa tamen, teste hiatu; poeta dederat *νῶ' ἐάω* aut *ἦμ'* (*ἄμμ'*) *ἐάω*.

Nec minus notabilis est locus *ι* 496: *καὶ δὴ 'φάμεν αὐτόθ' ὀλέσθαι*, sensu: *et iamiam perituros nos putabamus, mortem ante oculos habebamus positam*; ubi non aoristi sed futuri infinitivum requiri patet, itaque olim litteris *ΟΛΕΣΘΑΙ* non *ὀλέσθαι* significatum fuit, quod hodie circumfertur, sed *ὀλεῖσθαι*, ut recte observavit Cobet. Sic restituta est lectio antiquior, sed nondum ad ipsius poetae manum pervenimus, *ὀλεῖσθαι* enim non est forma Homerica; olim, nisi omnia nos fallunt, fuit *αὖθ' ὀλέεσθαι* [5]).

Eidem errorum generi adscribendum *γουνοῦμαι*, quod codices [6]) praebent pro *γουνῶμαι* (*ΓΟΝΟΜΑΙ*). *Γουνοῦμαι* nihil est, *γουνῶμαι* forma est per se non vituperanda nec tamen Homerica, ipse enim poeta dicebat *γουνάομαι*. Nam non *γουνόομαι* sed *γουνάομαι* Homericum esse, ex longiore verbi forma *γουνάζομαι* apparet; sic *βιάω ἀντιάω κατασκιάω σκεπάω εἰλυφάω* etc. reperiuntur iuxta cum

---

[1]) *λ* 147.
[2]) *Λ* 187 et 202.
[3]) *λ* 156 *ψ* 203.
[4]) *Σ* 315, 355 *ι* 467. Cf. *Ψ* 211 *ἀναστενάχουσιν Ἀχαιοί.*
[5]) Aliter est iudicandum de versu Θ 246.
[6]) *Ι* 583 *Ο* 660 *Φ* 74 *Χ* 240 *δ* 433 *ζ* 149 *κ* 521 *λ* 29 *χ* 312, 344.

formis productioribus eorundem verborum *βιάζω ἀντιάζω κατασκιάζω σκεπάζω εἰλυφάζω*, cf. § 144. Ipsi codices nonnulli *πολλὰ δὲ γουνᾶσθαι* exhibent *κ* 521.

Sed redeamus ad argumentum, nam nondum omnia enumeravimus remedia quae invito Aesculapio sunt admota ut convalesceret metrum. Nonnusquam igitur vocula aliqua sine magno detrimento poterat interseri, e. g. *B* 846 *τούσδε δ' ἔα φθινύθειν* pro *τοὺς δ' ἔασι φθινύθειν*, *B* 236 *τόνδε δ' ἐῶμεν* pro *τὸν δ' ἐάωμεν*. Est etiam ubi tale vitium sit commissum per quod vera scriptura traluceat, e. g. *εἴασεν* ita collocatum ut dactylum efficiat *K* 299, ubi *εἶεν* verum esse patet; vel *O* 347:

νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, ἐᾶν δ' ἔναρα βροτόεντα,

ubi *ἐπισσεύεσθ'(ε)*, *ἐάειν* optime correxit Fick, quo ducit et sententia et Zenodoti lectio *ἐπισσεύεσθον*, qui hoc loco, ut aliis centum, pluralem dualemque numeros confudit; non sine utilitate contuleris praesertim *Γ* 459 et *E* 606.

Vix autem corrupta dici possunt *ἔα οὐδέ, αὔδα ὅτι*, pro *ἔα'(ε) οὐδέ, αὔδα'(ε) ὅτι* [1]), quibus ad integritatem nihil deest praeter signum elisionis; vel etiam *ἦρκει ὄλεθρον, κάλει ἐνθάδε* pro *ἦρκε'(ε), κάλε'* [2]); in antiquissimis enim libris ambiguum fuit utrum significarent litterae *ΚΑΛΕ*. Perquam autem notabile extat scholion ad *H* 95: *νείκει ὀνειδίζων*] *ἓν τισι τῶν ὑπομνημάτων* [3]) „*νείκε' ὀνειδίζων*", *ἔξω τοῦ ι, ὥστε κατὰ συναλοιφὴν νοεῖσθαι τὸ ὑγιὲς „νείκεε*". Ex quibus Didymi verbis videmus, Aristarchum non alienum fuisse ab eiusmodi formarum elisione, quam unice veram esse contendo.

Uno et altero loco digamma in proxima vicinia neglectum indicio est versum aut vitio laborare aut recentioris esse aevi; e. g. *φιλέει καὶ ἕκαστα μεταλλᾷ ξ* 128. — Alibi verborum compositio durior ad correctionem nos invitat, e. g. *B* 196 sq.:

θυμὸς δὲ μέγας ἐστὶ διοτρεφέος βασιλῆος,
τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι· φιλεῖ δέ Fε μητιέτα Ζεύς,

ubi iteratum *ἐστι* vix minus displicet quam contractum *φιλεῖ*, quapropter tentavimus: *τιμὴ δ' ἐκ Ζηνός· φιλέει* [4]). — Neque feren-

---

[1]) *Π* 731 (*X* 206) *Σ* 426.

[2]) *N* 440, 740 (*P* 245). — In *μ* 407 codices duo recte exhibent *ἴθι'* pro *ἴθι*.

[3]) Id est in Commentariorum Aristarcheorum nonnullis editionibus vel exemplaribus, cf. Ludwich Aristarch. I p. 24.

[4]) In *Π* 94 pro *γε φιλεῖ* legatur *φιλέει*, in *H* 280 = *K* 552 pro *ἀμφοτέρω γὰρ σφὼι φιλεῖ* aut *ἄμφω γὰρ σφὼι* legendum videtur aut *σφὼι γὰρ ἀμφοτέρω φιλέει*; *K* 245 *φιλεῖ* probabiliter corrigi nequit.

dum esse versus *N* 285 initium *ταρβεῖ, ἐπειδὰν πρῶτον* ex inaudita apud Homerum particula *ἐπειδάν* apparet; Menrad tentavit *ταρβέει, αἴ κε πρῶτον*. Cf. versus supra allatus *M* 46 *ταρβεῖ οὐδὲ φοβεῖται*, ubi *ταρβέει* legendum est ne metrum ruat.

Nonnusquam hiatus ante formam contractam fatiscens indicio est fraudis aliquid loco subesse. Exempla sunt *μηδὲ ἕα* pro *μηδ' ἔαε, ἠὲ ἐᾶν* pro *ἢ ἐάειν, με ἔα* pro *μ' ἔαε, ποταμοῖο ἐῶσιν* pro *ποταμοῖ' ἐάουσι* [1]); qualibus locis utinam ne Christ (cuius Prolegomena pag. 115 videantur) illud *εἰᾶν*, quod Nauck proscripserat, codicum scilicet fide in textum revocasset, quo expleret hiatus. Quod vero Menrad de Contract. p. 126 observavit: „Christio adstipulor ego quoque, cum attica *εἶων εἴασα* intellegere nequeam nisi medium digamma infuisse statuero" — ea parum considerate scripta sunt; eodem enim iure *εἴχω* vel *εἰθίζω* postulare licebit. Itaque in versu *E* 256:

ἀντίον εἶμ' αὐτῶν· τρεῖν μ' οὐκ ἐᾷ Παλλὰς Ἀθήνη

non dedimus cum Menrado:

ἀντίον εἶμι· τρέειν μ' οὐκ εἰᾷ Παλλὰς Ἀθήνη,

sed una litterula mutata in eius invento, ceteroquin acute excogitato, excudendum curavimus

τρέειν μ' οὐκ εἴαε Παλλὰς Ἀθήνη,

imperfectum huic loco accommodatissimum esse cum Ahrensio rati coll. vs. 819. Alii huius generis errores sunt *μνᾶσθαι οὐδὲ νέεσθαι, μνῶνται οὐδέ τι τόξον ..., ὡς δὲ λέβης ζεῖ ἔνδον, τάς τε τρεῖ ἐσσυμένος περ* [2]), in quibus *μνάεσθ', μνάοντ', ζέει, τρέει* postulari metro supra iam observavimus.

Sed longe frequentissimi sunt loci, quibus ut subveniretur nulla parata fuit medicina. In summa igitur rerum desperatione ad ultimum remedium confugerunt posteri: novam vocalem eiusmodi locis inserebant. Id tamen *μανιῶδες ἐπιχείρημα* non iniuria dixeris, suppriniere vocalem legitimam, quo subditicia possit addi; ex duabus vocalibus, quas vetustissima praebebat lingua, conflare diphthongum, ut illi diphthongo, malo omine natae, praemitti possit novus sonus aliunde ignotus; contrahere denique binas syllabas, moxque syllabam, ex contractione natam, distrahere divellere discruciare. Exemplo sit versus *μ* 95:

---

[1]) *B* 165, 181 *P* 16 *X* 339 *Ψ* 73 *δ* 805 *ϑ* 509 *κ* 536 *σ* 420. De *ποταμοῖ'* (*Ψ* 73) cf. § 59.

[2]) *ξ* 91 *φ* 326 *Φ* 362 *Λ* 554 (= *P* 668).

αὐτοῦ δ' ἰχθυάᾳ, σκόπελον περιμαιμώωσα.

Sic nata sunt monstra illa μαιμώωσα μνάᾳ δρώοιμι μνωομένῳ [1]) pro μαιμᾶουσα μνᾶεαι δρᾶοιμι μνᾱομένῳ multaque alia. Monstra sunt „ab omni omnium hominum patrio et quotidiano sermone aliena" [2]) γελώωντες γελόωντες γελοίωντες γελώοντες pro γελαίοντες [3]). Monstra, quo crebriora eo acrius insectanda, sunt δρόω δράᾳς δράᾳ δρόῳτε δράαν δρόων δρόωσα pro unice veris δράω δράεις δράει δράοιτε δράειν δράων δράουσα [4]). In eadem autem causa versantur formae in nominum flexione obviae φόως pro φάος (§ 71), σόος pro σάος (§ 62), Ϝαστυβοώτης pro -βοήτης, nomina propria in -φόων pro -φάων desinentia, neque dissimilis est aoristi ἐφαάνθην (§ 155[6] et 280) origo, cum Homericum esse ἐφαένθην appareat e praesentis temporis forma φαείνω et adiectivo φαεινός. Cf. praeterea νηπιάας, αὐτοχόωνον, πρώονες pro νηπιίας, αὐτοχόανον, πρῆονες (?), et κραιαίνω ἐκρήηνα pro κρᾱαίνω ἐκρᾱήνα (§ 267).

At non licet silentio praeterire argumentum minime contemnendum, quo formas distractas nonnulli defendere studuerunt, quod verbis viri docti Monro Homeric Grammar[1] p. 318 indicabo: „it is hard to believe that so extensive a process as the substitution of the contracted forms throughout Homer can have taken place without leaving some trace in the history of the text. These forms would have affected 133 different verses, and yet we never hear of one of them, even as a reading rejected by Aristarchus or his predecessors" [5]). — Nobis quoque durum concoctu id aliquantisper

---

[1]) Etiam μενοινήῳσι (Arist.) *O* 82 huc referendum.

[2]) P. Knight Prolegom. p. 46.

[3]) Productior haec verbi γελάειν forma, quae σ 111 υ 390 occurrit, comparanda est cum μαίομαι, ναίω, ἀχείομαι similibusque formis Homericis, quae a stirpibus in αϝ et εϝ exeuntibus derivatae sunt. Versu autem υ 347 pro γελώων rescribendum est 'γελοίαον, a verbo γελο-ιᾶν, cuius verbi, ceteroquin inusitati, aoristus γελοιήσασα extat in h. Ven. vs. 49. Cf. § 286[1].

[4]) Etiam verbis iterativis huiusmodi formae sunt tributae, vid. *O* 723 *δ* 368 *σ* 385 etc., nec non futuris elemento σ carentibus, e. g. ἰλάαν ἰλόων; vid. § 147.

[5]) In altera editione p. 52 ad opinionem quam defendimus transiit Monro: „paradoxical as this may seem, there can be little doubt that it is substantially right." Ita tamen rem sibi informat potius, ut a posteris formas Homericas non contractas deinde distractas esse statuat, sed vocibus vulgatis quantum liceret assimulatas: „that δράω, δράεις were changed into δρόω, δράᾳς *by the influence of the familiar* ὁρᾷς" (pag. 53); hinc intacta evasisse verba poetica quibus recentior lingua non uteretur, quale est ναιετάω. — Fortasse probabilior est haec explicandi ratio, non multum autem interest.

fuisse non diffiteor, nunc tamen nullius momenti videtur. Nam quid inde sequitur? Nimirum, illo aevo, quo textui carminum Homericorum operam suam impendere coeperunt veteres critici, pro genuinis habitas esse formas *διεκτεταμένας*, quas in lucem protulisse credebatur licentia poetica; huic enim quin in vocabulis refingendis quidlibet fere concessum olim fuisset, nemo tunc temporis dubitabat. Itaque Aristarcho suspectae non erant, qui *σκιόωντα* pro *σκιόεντα* legeret *Λ* 157; qui *ναιεταώσῃ Γ* 387 et *ναιετάωσαν* Z 415 ex *ναιετοώσῃ* et *-τόωσαν* corrupta esse contenderet. Idem valet de Aristophane, qui *τηλεθόωντα* dedit Z 148, quo loco alii *τηλεθόωσα* praeferebant. Neque de lectione sed de sola pronunciatione infinitivorum *εὐχετάασθαι* Z 268 *ἑδριάασθαι γ* 35 lis fuit inter veteres criticos, quales formas utrumque alpha breve habere statuit Aristarchus, cum alii *-ᾰᾶσθαι* recitandum censerent. Apollonius autem Rhodius, ut aliarum formarum mirabilium, quas lingua Homerica offert, sic harum quoque appetentem se ostendit inde ab ipso initio sui operis (Argon. I 29 sq.):

ἀκτῆς θρηικίης Ζώνης ἔπι τηλεθόωσαι
ἑξείης στιχόωσιν ἐπήτριμοι etc.

Itaque apparet Alexandriae ne dubitatum quidem esse quin probi et antiqui essent huiusmodi verborum termini, Aristarchum autem aliosve criticos nullam causam habuisse de iis disputandi, minusque iam videtur mirabile id quod credi vix posse dicebat Monro, in magna illa caterva formarum vitiosarum nullam esse cui Alexandrini dixerint: *„abin' hinc, dierecta!"* — Sexto ante Christum saeculo haec vitia nata esse Caueri est sententia in praef. Il. p. xxx; mihi aliquanto videntur recentiora, sed certi nihil definio.

Bene factum vero quod vitia interdum in virtutes abeunt. Constantiae enim cum minime tenerentur homines, per quorum ora manusque textus Homericus est propagatus, hic illic sinceras formas servarunt[1]):

ἀοιδιάει -άουσα ε 61 *κ* 227.
βοάουσι l. a. *P* 265.
βριάει Hes. Theog. 447 Oper. 5.
γοάοιεν ω 190 *γοάοιμεν Ω* 664 (sed in Bankesiano est *γοάωεν*).
-ελάων κ 83 bis, *-ελάειν* l. a. Hes. Theog. 491.
Ἱλάονται (?) *B* 550.

---

[1]) „Man hat in Ilias und Odyssee zusammen 64 Beispiele solcher Formen gezählt" Kühner-Blass II p. 142.

ἰχθυάοντες Hes. Scut. 210.
κραδάων H 213 *N* 583 *T* 423 *τ* 438.
μειδιάων h. Bacch. 4.
ναιετάουσι etc. *Δ* 45 etc. Hes. Theog. 370, 564, 592, 621, 775 l. a. Oper. 389, *-όντων β* 400 etc.
οὔτασε χ 356.
πέραον Π 367.
-σκίαον μ 486.
στιχάει O 685.
τηλέθαον etc. *P* 55 *X* 423 l. a. *ε* 63 *η* 114, 116 h. Ven. 267 Bacch. 41.
ὕλαον etc. *π* 5, 9, 162.

et producta stirpis vocali ultima:

ἐμάειν Hes. Oper. 392.
διψάων λ 584.
-μαιμάει T 490.
πεινάων Γ 25, *-οντε Π* 758, *-οντα Σ* 162.

Sic *φάος* satis crebris locis extat hodie (vid. § 71), licet alias in *φόως* abierit, *σάος* ante Aristarchum legebatur *Π* 252, *κρεάων* uno certe loco evasit incolume h. Merc. 130. Quae tamen omnia in *γοόφιν, σκιόων* etc. debuissent abire si alibi quam in grammaticorum cerebro extitisset illa distractio.

Accedunt formae nonnullae, quarum vocalis *α* in *ε* mutata est more Ionico:

ἤντεον H 423 (§ 211).
κνέε (Arist.) *Λ* 639 (vid. pag. 422).
μενοίνεον M 59.
ὁμόκλεον O 658 *φ* 360, 367 *χ* 211, *ὁμοκλέομεν ω* 173.
ποτέονται T 357 *ω* 7 (§ 216).
τροπέω Σ 224 etc. (§ 251).

Quibus locis praestat scribere *ἤνταον* etc. — Recte vero habet sonus *ε* in verbo *θηέομαι* (a stirpe *θαϝη*) § 249.

Optime autem cum locis, quos supra attulimus, congruunt vetustae quaedam inscriptiones. In lapide perantiquo, qui haud procul a Thebis repertus est (Dial. Collitz. 860), trium hexametrorum supersunt fragmenta, quorum medium hoc est:

ἐνθάδε γ(ᾶ)ς δ ρ ά ο ν τ ι σε . . .

In Milesia inscriptione CIG. 2892 (Kaibel Epigr. 223) extat:

ὄλβου τ η λ ε θ ά ο ν τ ι ἐκοίμισεν ὕπνος κτέ.,

in Carica (Kaibel Epigr. 289):

Ἀπολλωνίδη ἐσθλέ, σὲ μὲν γοάοντε γονῆε
μυρομένω θάψαν κτέ. [1])

Haud paucis autem locis codices inter formam distractam et apertam variant; vid. ε 68 η 114, 116, 319 ι 416 Hes. Theog. 491 Oper. 389 Scut. 101. Alibi vero, quod nescio an utilius etiam sit ad morbum dignoscendum eiusque originem indagandam, formae extant tam absurdae ut nemo eas hodie certe defensurus esse videatur; quales sunt *ναιεταώσῃ*, *ναιεταώσας* Γ 887, Β 648 etc., quas ab Aristarcho damnatas esse supra vidimus.

Adde quod eae solae formae diectasin sunt perpessae, quae etiamsi non contraherentur, longam tamen haberent syllabam; sic *ὁράᾳ* reperitur pro *ὁράει*, sed nusquam comparet *ὁράᾱ* pro *ὅρᾱε*. Quapropter non est dubium quin subiunctivi, non indicativi, sit forma *μηχανάαται* Hes. Oper. 241:

ὃς τις ἀλιτραίνῃ καὶ ἀτάσθαλα μηχανάᾱται,

quod negare non debebat Rzach. Itaque distractio in eiusmodi tantum formis cernitur, quibus prodesse non potuit, quoniam genuinae formae totidem moras explebant quot distractae; nusquam adhibita est ubi utilitatem aliquam habere potuisset ad longiores quam prisca praebebat lingua verborum formas procudendas. Ergo hoc quidem certissimum est, distractionem, si unquam extiterit in lingua epica, poetarum certe in commodum non fuisse inventam.

Ceteroquin illorum tantum verborum, quorum stirps exit in litteram *α*, sine vitio distrahi posse formas, olim fuit opinio. Dudum igitur correcti sunt loci aliquot, ubi verborum in *-όω* desinentium similes formae occurrunt: *ἀρόουσι* ι 108, *δηιόοιεν -οντες -οντο* δ 226 Λ 158 Ν 675, *δυόουσι* ν 195 (?), *ἐστρατόοντο* Γ 187 Δ 378, *δεξιόοντο* h. V 16, pro *-όωσι -όωντο* [2]); — optime, sed alii permulti non minus graviter aegrotant. Nihilo enim deterius est *ἀρώωσι* pro *ἀρόουσι* quam *ὁρώωσι* pro *ὁράουσι*, sed absurdum est utrumque. Aut haec cum illis asservemus, aut una opella deleamus cuncta vitia, quae unus idemque fons in lucem protulit. Non levem autem laudem ducimus

[1]) In inscriptionibus p. C. n. exaratis minime rara est diectasis; cf. Kaibel Epigr. 169[1], 208[2], 298[3], 312[14], 1009[4], 1102[1].

[2]) Addendum est, quod nos primi, ni fallor, correximus: *κατηπιόοντο* pro *-ωντο* Κ 417. Pro *σόῳ* et *σόῳς* Γ 424, 681 cum Nauckio restituimus *σαόῃ* et *σαόῃς*, deleta vocula *τε*. Absurdam autem formam *ἰρχατόωντο* ξ 15 optimo iure damnavit et ingeniosa coniectura corrigere studuit I. M. Hoogvliet. In versu ν 6 non *ἠγρηγορόων* verum est sed l. a. *-ρέων*.

Pauli Caueri, quod hac in re sapere ausus est cum carmina Homerica puerorum in usum edidit [1]).

Regulas qui dixit, superest ut exceptiones dicat. Restitutis in integrum formis, quae salvo metro restitui possunt, contractas formas haud paucas in Iliade et Odyssea restare verborum in *-άω* desinentium [2]), quae sine vi et audacia expelli nequeant, nescire nemo potest qui vel semel Homerica carmina pervolaverit. Catalogum eiusmodi formarum, secundum versuum sedes digestarum, exaravit Menrad Contract. pag. 117 sqq.

Μλλά τε καὶ τῶν αἰὲν ἀφαιρέεται νόος ἀνδρῶν. Aliquanto brevior sensim evadet illa series, si modo recordemur haud paucas voces Homericas, quae ex contractione natae esse videantur, revera aliam habere originem, id quod melius meliusque perspicitur quo accuratius linguae Graecae primordia vestigantur. Quod de pronominum formis traditis *ἡμεῖς ὑμεῖς ἡμῖν ὑμῖν* etc. demonstrare studuimus in § 92; adde accusativos quales sunt *πόλῑς ἰχθῦς βοῦς*, quas formas non ex *πόλιας ἰχθύας βόας* invitis linguae legibus contractas sed ex *πόλινς ἰχθύνς βούνς* natas esse nemo iam nescit.

Alia vocabula levem requirunt correctiunculam ut cum usu Homerico aliunde cognito concinant, e. g. *παρειῶν* Ω 794 *δ* 198, 223 *λ* 529 *π* 190 Hes. Scut. 267, quod ex *παρειάων* (Σ 123 etc.) contractum esse noli credere — quid enim? — sed est genitivus pluralis nominis *τὰ παρειά*, cuius singularis quoniam alibi est *τὸ παρήμον*, potius *παρήων* scribendum est (vid. § 7 pag. 41 et § 56 pag. 197). Neque dubium est quid sit statuendum de formula *δώματα ϑ' ὑψερεφέα δ* 757; quae synizesis ex metri necessitate excusari nequit, quoniam et longior forma in usu fuit *ὑψηρεφής* (I 582 h. Merc. 23), quae legibus linguae poeticae melius etiam est accommodata (vid. pag. 96), et singularis *ὑψερεφὲς δῶμα* vel *δῶ* multis locis reperitur, et tertia forma extat *ὑψόροφος* (vid *Γ* 423 *δ* 121 *κ* 474 etc.). Fidenter igitur correximus *ὑψόροφα* (cf. § 78 pag. 223).

Sed missis nominibus exempla e verborum flexione petita proferamus.

Non *βιβῶν* dixit Homerus, sed *βιβάς*, idque iam Aristarchus perspexerat, vid. *H* 213 *N* 871. Itaque in *Γ* 22 *βιβῶντα* iure dam-

---

[1]) Formas distractas in textu Odysseae obvias succincte recensuit cunctas Cauer in praefatione pag. XXV sq., item Iliadis formas distractas praef. Il. p. XXXI sq.

[2]) Verborum in *-ίω* formae pleraeque dissolvi possunt, verborum in *-άω* cunctae.

navit Bekkerus, et in *M* 277 absurdam lectionem *προβοῶντε* eandem habere originem, corruptam enim esse ex *προβιβῶντε*, hoc vero ex *προβιβάντε*, acute perspexit Nauck; neque dubium id videri potest si contuleris versum *O* 307, ubi *μακρὰ βοῶν* dixit Zenodotus, *μακρὰ βιβῶν* vel *βιβών* in deterioribus codicibus extat, *μακρὰ βιβάς* vero, quod unice recte habet, in melioribus superest.

Non *εἰλέω* sed *Ϝέλλω* esse Homericum ostendit aoristus *ἔϜελσα*, itaque e. g. non *εἰλεῦντα* sed *Ϝέλλοντα* scribendum est *λ* 578, et in versu *μ* 210 pro portentosa codicum lectione *εἶλει ἐν(ι) σπῆι* confidenter restituimus *'Ϝέλλεν ἐνὶ σπέεϊ*, item *χ* 460 *'Ϝέλλον ἐνὶ στένεϊ* pro *εἶλευν ἐν στείνει*; et *Θ* 215 non *εἰλομένων· εἶλει δὲ* edidimus sed *Ϝελλομένων· 'Ϝέλλεν δὲ*, Cobeti observatione usi; item *Φ* 8 *'Ϝέλλοντο* pro *εἰλεῦντο* [1]).

Pro *ἐπόρθουν Δ* 308 rescribere *ἔπερθον* quid vetat, cum *πέρθειν* et *περθόμενος* compluribus locis reperiantur? Emendavit Fick. Item *ἔφερεν* pro *ἐφόρει*, *ἔφερον* pro *ἐφόρεον* videtur scribendum *κ* 358 *ν* 368 *χ* 456, codicibus non invitis.

Neque audacior est correctio *πέτωνται* — subiunctivus enim requiritur — pro *ποτῶνται B* 462, nam in vicinia (*B* 89) ipse textus praebet formam qualem poscimus: *βοτρυδὸν δὲ πέτονται* [2]).

Fortasse etiam *φοβεῖ Π* 689 = *P* 177 eadem ratione emendari potest, *φέβει* enim subesse suspicamur; quod tamen in textum invehere noluimus, quoniam activum *φέβειν* nusquam extat, licet passiva forma *φέβεσθαι* sit notissima (vid. § 244[3]).

Pro *αἰδεῖσθαι, αἰδεῖσθε* quin *αἴδεσθαι, αἴδεσθε* sit rescribendum, quomodo dubium potest esse, cum sciamus *αἴδεο, ᾔδετο, αἰδόμενος* formas esse vere Homericas metroque stabilitas (cf. § 289), neque in vetustissimis libris inter *-εσθαι* et *-εῖσθαι*, *-εσθε* et *-εῖσθε* discrimen fuisse ullum. Si cui nondum satis persuasum, videat *E* 530 sq., ubi codices exhibent:

[1]) Idem verbum revocavimus *Ψ* 122, *Ϝελλόμεναι πεδίοιο*, pro mscriptorum lectione *ἰλλόμεναι*.

[2]) Sunt qui hanc correctionem, ad quam ducit l. a. *πέτονται*, improbent propter versum sequentem, in quo *σμαραγεῖ* legitur. Nos boni editoris esse arbitramur corrigere quae corrigi possint, etiamsi in vicinia alia restent corrupta; ad hunc autem locum quod adtinet, erunt fortasse qui versum 463 ex contextu resecandum censeant; erunt qui suspicentur formam *σμαραγεῖ*, alibi quoque obviam, non verum esse contractionis exemplum; alii cum Monrado excusandam censebunt propter metri (⏑⏑–) necessitatem; alii aliter iudicabunt: nos in dubia re abstinuimus. *Ποτῶνται* vero nisi contractione ex *-άωνται* vel *-άονται* nasci non potuit, neque necessariam fuisse hanc contractionem quisquam contendet.

ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας·
αἰδομένων δ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι (σάοι) ἠὲ πέφανται.

Et credat aliquis ita unquam homines locutos esse! Immo permansit forma quae salvo metro violari non poterat, corrupta est vicina quam sine metri damno licebat corrumpere [1]).

Simillimam originem habere formas τιμᾷ P 99, τιμῶσι Ψ 788, ἐτίμα γ 379 ξ 203 ο 365, τιμῶν Π 460, τιμῶσαι Λ 46, rescribendum enim esse τίῃ, τίουσι, ἔτιε, τίων, τίουσαι, docet versus χ 425, ubi id ipsum praebent plerique quod loco simili Λ 46 invehendum esse contendimus:

οὔτ' ἐμὲ τίουσαι οὔτ' αὐτὴν Πηνελόπειαν,

in optimum autem codicem F τιμῶσαι irrepsit. Cf. § 165[1].

De composito ἀτιμᾶν idem docuit Nauck, nempe vitio natum et modo in ἀτιμάζειν (Z 522 I 111 etc., cf. Λ 11) esse mutandum, modo in ἀτίζειν (π 307 φ 99).

Hic praeterea commemoranda est controversia de accentu verbi στενάχειν, quod Aristarchus optimo iure ἐβάρυνεν, alii in coniugationem verborum contractorum referebant (cf. schol. Λ 364). Idem ex ipsius poetae usu docebat non πειρῶν scribendum esse sed πείρων (cf. schol. Ω 8), non κυλινδεῖν sed κυλίνδειν (cf. schol. P 688), non πιεζεῖν πιέζευν sed πιέζειν πίεζον (cf. schol. δ 419 μ 164, 174), non μετασπῶν et similia sed μετασπών.

Neque maioris est audaciae, pro vulgato ἀνερρίπτουν ἅλα πηδῷ ν 78 rescripsisse ἀνέρριπτον, provocare enim licet ad notissima illa ὑπεὶρ ἅλα et εἰν ἁλί, cf. § 44[1].

Pro ἀγᾶσθε vero ε 129 quis non corrigat ἄγασθε, qui sciat ἄγαμαι et aliunde bene notam esse formam et vere Homericam? Cf. § 305[1].

Simillimo errore Hesiod. Theogon. 880 legitur πιμπλεῦσαι, quasi ex πιμπλέουσαι contractum, ubi poeta dederat πιμπλᾶσαι, a masculino πιμπλάς, in quo contractio est nulla.

Consimile est vitium εἰρεῦσαι pro (ϝ)είρουσαι, ut egregie emendavit Schoemann, Hes. Theog. 38; requiritur enim praesens (vid. § 306[2]). Neque aliter iudicandum videtur de forma κατεκρημ-

---

[1]) Quae cum verbo αἰδέομαι-αἴδομαι componi solebant formae vocali radicali spoliatae, vitiis debentur:

ἀποαίρεο Λ 275 (Nauck ἀποαίνυσο, cf. § 171).
ἔκλε'(ο) Ω 202 (*κλείε', vid. § 183).
μύθεαι β 202 (μυθέε' Fick).
πώλε'(αι) δ 811 (πώλε' ἐπεί, leg. πωλέε' ὡς).

νῶντο pro *-ναντο* h. VI 39, licet in satis recenti carmine sit obvia (cf. § 305[5]). Neque *πιλνᾷς* dixit vetus poeta in h. Cer. 115, sed *πίλνᾰσαι*, quod restituit Voss; neque *δαμνᾷ* sed *δάμνατ'(αι)* legendum esse λ 221 dudum est observatum.

In formis 3[ae] personae plur., quales sunt *δεικνῦσι, τιθεῖσι, διδοῦσι*, nullam cerni contractionem, sed ex *δείκνυντι τίθεντι δίδοντι* natas esse, vix est quod observem; cf. § 145.

In infinitivo aoristi II activi, e. g. *λαβεῖν*, de contractione ex *-έειν* ne cogitari quidem posse, id hodie nemo negat (cf. § 126). Itaque *γεγωνεῖν M* 337 non recte cum *φιλεῖν* comparatur ab Herodiano (praeeunte Aristarcho), nam ex notissimis verbis *ὅσον τ' ἐγέγωνε βοήσας* scimus aoristum fuisse *ἐγέγωνον*, cuius infinitivi antiquior forma *γεγωνέμεν'* extat Θ 223 Λ 6. Posterior demum Ias novit praesens *γεγωνέω* vel *γεγωνίσκω*, nec dubium igitur quin optimo iure *ἐγέγωνον* pro *ἐγεγώνευν* ediderit Nauck ι 47 μ 370 ϱ 161, et *ἐγέγωνε(ν)* pro *ἐγεγώνει X* 34 Ψ 425 φ 368; vid. § 149[15] et 260. — Neque infinitivus *χραισμεῖν* Δ 242, 589 Λ 117 Ο 652 Φ 193, cui hactenus pepercerant editores, contractus est ex *χραισμέειν*, nam praesentis formam *χραισμέω* Homerus non adhibet; sed est infinitivus aoristi II (§ 149[169]), quem in *χραισμέμεν'* solvere non dubitavimus, collato *ἔχραισμε E* 53 *H* 144 Ξ 66; vid. § 125 p. 318.

Neque *εἰδῶ εἰδῇς εἰδῇ* ex *Ϝειδέω Ϝειδέῃς Ϝειδέῃ* contractione nata esse apparet ex pluralis numeri formis *Ϝείδομεν* et *Ϝείδετε* a stirpe *Ϝειδ* deductis; cf. § 160[7].

Etiam e sequentibus versibus accentu mutato expelluntur formae contractae: *K* 444 *πειρηθῆτον* leg. *πειρήθητον* (imperat.), et *Γ* 102 *διακρινθεῖτε* leg. *διακρίνθητε* (imperat.) cum Genevensi.

Multo magis dubia sunt *ὄρημι, φιλέντας, καλέντας* et similia, quales formas pro iis quae in hodierno textu extant *ὀρῶμαι φιλεῦντας καλεῦντας* haud illibenter substituerit quispiam [1]). Dubia haec voco, quoniam parum constat nec unquam opinor constabit quatenus dialecto Homericae conveniat cum lingua, qua poetae Lesbii aliquot saeculis post usi sunt. Attamen formas, quales modo indicavi, non alienas certe esse ab epica dictione, ipse textus Homericus docet; haud pauca enim verba, quorum thema claudit littera vocalis, coniugationis in *-μι* olim leges secuta esse apparet, cf. § 195; *φιλήμεναι* autem et *καλήμεναι* si sunt formae epicae, quidni placeant *φιλέντας*

[1]) Non abs re fuerit h. l. observasse Theocritum VI 8, 22, 25 VII 40 usum esse formis *ὄρημι ὄρησθα*.

καλέντας, etiamsi quam maxime abnuamus aeolismos quos Fick in carmina Homerica invexit? Si participia ἀλιτήμενος διζήμενος τιθήμενος haud aliena sunt a sermone epico, quidni tribuantur ei ὀρήμενος, ἀλήμενος, πονήμενος, φοβήμενος et similia? Si formas ἐδάμνᾱ καθίστᾱ ἐκίρνᾱ πίτνᾱ, quas praebet textus vulgatus, critici complures mutarunt in ἐκίρνη ἐδάμνη καθίστη πίτνη [1]), iustane causa est cur simillima imperfecta ηὔδη ἐφοίτη abhorreant [2]), licet -ανδήτην in textu tradito legatur Λ 136 X 90, aut ὁρᾶτο malint scribere cum Aristarcho quam ὅρητο cum Zenodoto (cf. schol. Λ 56, 198)? Immo hanc formam commendat secunda persona indicativi ὅρηαι, cum δίζηαι comparanda, quae legitur ξ 348 et in Creophili fragmento: ὦ γύναι (οὐ γὰρ) ταῦτα ἐν ὀφθαλμοῖσιν ὅρηαι. Cf. § 7 pag. 47.

Verborum autem in -άω desinentium formas διεκτεταμένας a P. Knightio damnatas esse supra vidimus, neque aliter de iis sensit Ahrens in Zeitschr. f. d. Alterthumswissenschaft 1836 n° 101 (= kl. Schr. I p. 553): „es ist im Homer selbst keine Bürgschaft zu „finden, dass diese Distraction nicht eine spätere falsche Ortho„graphie statt der Nichtcontraction sei. Denn sie findet sich nie in „Formen, bei denen die zweite Silbe nicht schon vor der Contrac„tion durch den Vocal oder durch Position lang wäre" etc.; addit ferendam sibi videri formam περόω pro περάω, sed suspicionem movere formas quarum ultima syllaba sit mutata, pro δράᾳ igitur δράει postulans et ἀντιάειν pro ἀντιάαν. Fuse deinde Wackernagel in Bezzenb. Beitr. 1878 p. 259 sqq. demonstravit vitio natas esse formas distractas [3]); quae autem in contrariam partem disputarunt Curtius Christ Menrad alii, ea singulatim nunc oppugnare necessarium non videtur, sed breviter colligam argumenta partim iam supra indicata, quae sufficere arbitror ad istas formas damnandas:

1) Extra textum Homericum inaudita est distractio [4]), sed ipsa carmina Homerica in nominum flexione similia praebent vitia: σόος, φόως, ὄου, Λίνειωο (Zen.), ἀστυβοώτην, νηπιέῃ νηπιάας.

---

[1]) Vid. § 195.

[2]) Nos certe retinuit hoc argumentum quominus προσηύδαι e. g. pro προσηύδα scriberemus sicubi sineret metrum (Δ 256 E 30, 454 Z 144 etc.), hac in re facientes cum Nauckio Christio Fickio Rzachio aliis. Cf. § 195.

[3]) Huic assensus est ni fallor G. Meyer[2] p. 146: „die Frage über die sogenannte „epische Zerdehnung betrachte ich als eine nicht der griechischen Grammatik, „sondern der homerischen Prosodie und Metrik resp. Textkritik angehörige." Affert deinde complura scripta in quibus haec quaestio est ventilata.

[4]) Nam apud Herodotum κομόωσι IV 191 et ἠγορόωντο VI 11 non scriptori debentur sed librariis, Homeri intempestive memoribus.

2) Non in cunctis formis ubi expectari poterat cernitur.

3) Ad metrum fulciendum veteribus poetis nihil profuit, itaque ex poetica libertate explicari nequit.

4) Verbi ἰᾶν non usurpantur formae distractae [1]), sed huius verbi littera initialis, quae et apud Homerum et apud ceteros scriptores omnes brevis est, ad metrum utcunque explendum producitur (vid. p. 424). In hoc igitur verbo, ubi necessaria non videbatur diectasis, non est adhibita. Eandem explicationem habent formae qualis est στρωφῶσα, quarum prima syllaba in textu recepto perperam producitur.

5) Posterior Ias, si ad hanc provocandum est, litteram α non iterare sed ante vocalem in ε mutare solet (ἐπιστέαται ὁρέω etc.).

6) Ab infelici denique audacia, qualis in formis distractis cernitur, non abhorruisse posterioris aevi homines, testantur versus aliquot, ubi vocalis metri causa inserta est formis quae ne poterant quidem distrahi, cum non essent ex contractione natae: ἄγᾰσθαι, ἄγᾰσθε, ἔρᾰσθε, ab ἄγᾰμαι et ἔρᾰμαι ductae; pro quibus ἀγάασθαι ἀγάασθε ἐράασθε hodie legitur locis tribus, quorum primus est π 203 sq.:

Τηλέμαχ', οὔ σε ϝέϝοικε φίλον πατέρ' ἔνδον ἐόντα
οὔτε τι θαυμάζειν περιώσιον οὔτ' ἀγάασθαι.

Ex οὔτ' ἄγασθαι hoc aperto vitio est distractum; excidit igitur monosyllabum aliquod, corrigendum autem videtur οὔτ' ἄρ' ἄγασθαι; an satis aptum sententiae pronomen οὔτε ϝ' ἄγασθαι?

Certius corrigi potest ε 119:

οἵ τε θεαῖς ἀγάασθε παρ' ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι,

ubi quis non rescribat θεῇσιν ἄγασθε! cf. § 57. Forma bisyllaba θεαῖς e lingua quotidiana irrepsit: sic vero ἄγασθε primam longam habebat: quod qui vitiosum esse sentiebant syllabam sequentem invita lingua distraxerunt. Malesanam lectionem confutat vicinus versus ε 129 ὥς δ' αὖ νῦν μοι ἄγασθε θεοί, ubi ἀγᾶσθε pravo accentu edi solet, licet inde a pueris recitare soleamus illud ὡς σὲ, γύναι, ἄγαμαι. Vid § 305[1].

Tertium monstrum est ἐράασθε Π 208, ubi Myrmidonas dum alloquitur Achilles: *nunc* — inquit — *adest*

φυλόπιδος μέγα ϝέργον, ἔης τὸ πρίν γ' ἐράασθε.

Nihili est vox ἔης pro ἦς, nusquam alibi obvia cuiusque patrocinium nemo iam suscipiat; quod enim unum comparari poterat olim

[1]) Excipienda sunt ἰάας μ 282 τ 374 (indicat.), λ 110 μ 137 (subiunct.), ἰάᾳ Θ 414, ἰάων ϑ 509, ubi nonnulli codices ἰᾶς ἰᾷ ἰᾶν praebent metro invito.

δου *B* 325 *α* 70 h. Ap. 156, id in δο maximo consensu correctum est (cf. § 59). Praeterea relativum ad *Fέργον* quam ad *φυλόπιδα* referri malis; denique *ἐράασθε* pessima est forma pro *ἔρασθε* (cf. § 305[1]). Vix praestat quod metro invito P. Knight edidit δō τὸ πρίν *γ' ἐράεσθε*; melius est quod Nauck proposuit δο πρίν *γ' ἠγάσσασθε*; Christ praefert leniorem correctionem δο πρόσθεν *γ' ἐράασθε*, sed addit recentissimum esse locum neque igitur tentandum videri; neque aliter iudicavit Fick. At unquam a Graecis, qui quidem Graece scirent et artem callerent hexametros pangendi, dictum esse ἕης pro ἧς, id credere durum est; quapropter etiam in Patrocleae hac parte, quae sero Iliadi inserta esse videtur, correctione indiget versus tam foede corruptus ut a nemine, nisi forte a Byzantino aliquo homine, sic ut nunc legitur potuerit scribi. Verum revocasse nos speramus rescribendo

φυλόπιδος Fέργον μεγάλης, τοῦ πρίν περ ἔρασθε.

Particulae *πρίν περ* etiam *E* 135 et *Θ* 452 iunguntur; quam facile autem litterae *ΤΟΠΡΙΝΠΕΡΕΡΑΣΘΕ* in *ΤΟΠΡΙΝΓΕΡΑΣΘΕ* potuerint abire vix attinet observare.

Communem autem originem cum formis *ἀγάασθαι ἐράασθε*, quas modo reiecimus, habet tertia persona *ὀρέοντο*, quae reperitur *B* 398 et *Ψ* 212:

ἀνστάντες δ' ὀρέοντο πεδασθέντες κατὰ νῆας.
ἦ μὲν ἄρ' ὣς Fειποῦσ' ἀπεβήσετο, τοὶ δ' ὀρέοντο.

Quam non probam esse formam cum grammatica docet, ab aoristo enim, cui *ὀρ* est radix, apte deduci nequit (cf. § 284[1]), tum vero vitium subesse ostendunt codices inter *ὀρέοντο*, *ὀρέοντο*, *ὀρόωντο* variantes. Utrobique *ὤροντο* scripsimus; vitiosam lectionem peperunt litterae *OPONTO* a posteris male intellectae, ita ut *ὀρῶντο* legere sibi viderentur.

Superest ut paucis verbis agamus de ratione qua Leo Meyer, vestigiis Goettlingii insistens, originem formarum, quae *διεκτεταμέναι* vocari solent, indagasse sibi visus est, Kuhns Zschr. X p. 45 sqq. Concedit absurdam esse *distractionem* linguaeque legibus repugnare, sed tamen minime absurdas censet formas Homericas quales sunt *ὀρόω ὀράαν*; *assimulatione* enim natas esse contendit ex apertis formis *ὀράω ὀράειν*, non vero distractione ex *ὀρῶ* et *ὀρᾶν*[1]).

Ingeniosa sane explicatio. In qua tamen statim minus placet quod analogia corroborari posse non videtur, ita ut pro termino

[1]) Eundem cursum tenuerunt Curtius, Mangold, Christ, Menrad, alii.

veterum grammaticorum, quem absurdum esse Meyer ultro concedit, novum lucremur terminum, quem probabiliorem esse perhibet, non probat.

Deinde vero gravissimum obstat incommodum. Nam verum si divinavit Meyer, nonnullae quidem formae Homericae poterunt explicari et defendi, sed pluribus parum prodest eius inventum. Mitto nunc formas *ὁράᾳς ὁράᾳ* et similes, in quibus assimulationem *inversam* cerni perhibet, cum tamen potius *ὁρέεις ὁρέει* aut certe *ὁράαις ὁράαι* expectaveris; sed id quidem certum est, assimulatione ex *ὁράουσι* et *ὁράονται* nunquam prodire potuisse formas *ὁρόωσι* et *ὁρόωνται*, sed *ὁρόουσι* et *ὁρόονται*, neque ex *ὁράουσα ὁρόωσα*, sed *ὁρόουσα*. Quivis hoc statim videt, neque id fugit Meyerum; quapropter refingendas censet formas omnes quae assimulatione oriri non potuerunt, utque *ὁρόονται* et *ὁρόουσα* in textu Homerico scribamus nobis auctor est.

Videamus tamen quid sic fiat. Explicatio illa, quae modo spe erectos tenebat fore ut eius ope perspicua fierent quae antea videbantur absurda, ad explicandas formas quarum in gratiam inventa est parum valet, et tum demum nos iuvare poterit cum ipsas illas formas ad nostrum arbitrium mutaverimus. Novus canon talibus demum vocabulis poterit applicari quae ad ipsam hanc regulam prius fuerint directa et dedolata. Nam nusquam extat *ὁρόονται* vel *ὁρόουσα*, ne in Homerico quidem textu monstrorum feracissimo. Itaque fatendum est per gyrum quendam nos circumagi, fide autem atque auctoritate omnino carere formas quae nobis offerantur tanquam Homericae et epico sermone unice dignae.

Quapropter vetus grammaticorum doctrina, quae est de vocabulis per *διέκτασιν* divulsis, longe est praeferenda novo isti de Homerica assimulatione placito. *Nam si violanda est lex, regnandi gratia violanda est;* et regula ista Alexandrina sanae quidem mentis praecepta violat, sed ita certe regnat ut cuncta quae huc referenda sunt verba cogat in suam ditionem, ne uno quidem excepto. Aptissimum profecto est *distrahendi* illud verbum ad depingenda tormenta quibus genuinae formae sunt distortae et, veluti servi in eculeo, „longiores sunt factae"; quod autem maculas, a posterioris aevi hominibus divino operi adspersas, ipsis poetis imputarunt veteres grammatici et imitatione dignas habuere, „diese Anschauung war „nur in Folge des oft erwähnten Irrthums möglich, dass die Dichter „metri causa alle möglichen Prokrustesoperationen sich gestattet „hätten," ut utar verbis quae Curtius, de subiunctivi formis Home-

ricis agens, scripsit Verbum II² p. 71. In artis grammaticae illa infantia formae epicae prodiisse credebantur e vocibus quibus recentioris aevi Graeci utebantur; sic Aristoteles Poetic. 21, 18 „ἐπεκτάσεως" exempla vocat nomina Homerica *Πηληιάδεω* et *πόληος*, et in schol. *B* 87 genitivus *μελισσάων* per „ἐπέκτασιν" e *μελισσῶν* natus esse dicitur.

§ 192. Stirpium in *α* desinentium vocalis in futuro ceterisque temporibus non *ᾱ* sed *η* scribi solet, e. g.:

πειράομαι πειρήσομαι ἐπειρησάμην πεπείρημαι ἐπειρήθην.

Excipiuntur duo verba:

1. *ἄμεναι Φ* 70 (cf. § 195) *satiare*, fut. *ἄσειν* (leg. *ἀσέμεν'* § 125) *Λ* 818, *ἄσεσθε Ω* 717, aor. *ἄσῃ Σ* 281, *ἄσαιμι I* 489, *ἆσαι E* 289 etc. [1]), *ἄσασθαι T* 307 [2]). — Etiam formae obscurae atque suspectae *ἐάσουσι* l. a. *N* 315, *ἔωμεν T* 402 (vid § 8), *ἐλάσαι T* 423, *ἐλάειν ε* 290 ab hoc verbo repetendae videntur [3]). Brevis est vocalis *α* in *ἄεται satia(bi)tur* Hes. Scut. 101 et in adiectivo *ἄᾰτος insatiabilis E* 388 *Λ* 480 etc., si recte ita scribitur ex L. Meyeri auctoritate, nam *ἄτος* est in textu tradito.

2. *ἐάω* [4]), fut. *ἐᾱ́σω*, aor. *ἐᾰ́σα* (passim).

Verbi *βοάω*, cuius aoristus *ἐβόησα* passim occurrit, vocales *οᾱ* (*οη*) paucis quibusdam locis in unum sonum confluxerunt:

ἐπιβώσομαι α 378 = *β* 143.

ἐπιβωσόμεθ' K 463 (? Arist. *ἐπιδωσόμεθ'*) et *X* 254 (plerique *ἐπιδωσόμεθ'* aut *ἐπιδώμεθα*).

βώσαντι M 337 (*βοάοντι* P. Knight).

Quae contractio et apud Herodotum est frequentissima (*ἔβωσα*, *ἐβώσθην*, *βεβωμένος*, item *βωθεῖν*, *ἀλλογνώσας*, *ἐννώσας*, *ἐννενώκασι*, *ἐνένωτο*), et apud Atticos reperitur (*βωσάτω* Arist. Pac. 1155, *βῶσον* Cratin. fr. 396), neque a recentioribus epicorum carminum partibus abiudicanda est teste verbo quod inde ducitur *βωστρεῖν μ* 124 (cf. *ἐλάστρεον* § 287²). Eandem autem contractionem metro invito aliquando perpessa est vox *Ϝαστυβοήτην Ω* 701, nam vulgatam lectionem *ἀστυβοώτην* ex *ἀστυβώτην* procrevisse in § 191 vidimus.

---

[1]) Locis, ubi *satiari* significat (*Λ* 574 etc.), *ἆναι* legendum esse coniecit Ahrens; vid. § 195.

[2]) Aliena hinc est forma *ἄσατο T* 95, leg. *ἄασε* (§ 287¹).

[3]) Reicienda est l. a. *ἴασας* pro *ἰάσας Ω* 557.

[4]) De praesentis formis vitiosis, qualis est *εἴᾱσι* pro *ἰάουσι Λ* 550, vid. § 191.

Eodem referendum *ἀγνώ(σ)σασκε* vel *-εσκε* ψ 95, nisi corruptum est hoc verbum, pro quo *ἀγνοίεσκε* (*ἠγνοίεσκε*) legendum esse suspicamur; cf. versus praecedens. Alibi certe *ἀγνοέω* apud Homerum non extat, *ἠγνοίησε* vero aoristus legitur *A* 537 etc.

Simili autem contractione verbi *θη(ϝ)έομαι* aoristus deformatus est σ 191 *ἵνα μιν θησαίατ' Ἀχαιοί*, sed *ἵνα θηήσαίατ' Ἀχαιοί* ibi optimo iure rescripsit P. Knight; cf. § 249.

Cf. praeterea *ζωγρέω* § 194. Etiam in *ὀγδώκοντα* haec cernitur contractio.

§ 193. Insolite conformatus est aoristus verborum sequentium:

1. *δηριάομαι* (*M* 421 *Π* 96 *P* 784 *Φ* 467 *ϑ* 78), aor. *ἐδηρίσαντο* *ϑ* 76 a stirpe breviore *δηρι-*, quae etiam substantivum *δῆρις* (*P* 158 *ω* 515) et adiectivum *ἀδήριτος* (*P* 42) peperit. Ab eadem stirpe repetendus foret aoristus *δηριν-θήτην Π* 756, nisi *δῆριν ἐθέσθην* videretur scribendum, quod proposuit Nauck coll. *P* 158 *δῆριν ἔθεντο* [1]).

2. *δοκέω* (*H* 192 etc.), aor. *'δόκησε κ* 415 *ν* 93 [2]), sed *ἔδοξα* h. Merc. 208 ut apud Atticos.

Hoc verbum, quod cum substantivo verbali *δόξα* (*K* 324 *λ* 344) a stirpe *δεκ-δοκ* (*δέχομαι* § 227) ductum est, primitus significat id quod *accipi* potest debetve. Ex eadem stirpe procrevit *δοκεύω insidiari* *Θ* 340 etc., *δοκεύσας N* 545 *Π* 313, *δεδοκημένος O* 730, cf. § 144; Atticorum verbum *προσδοκᾶν* in lingua epica non reperitur.

3. *φῑλέω* (passim) plerisque locis nihil habet insoliti: fut. *φῑλήσω* (*δ* 171 *ξ* 388), aor. *ἐφῑλησα* (*Γ* 415 etc.), passiv. *φῑλήσεαι* (*α* 128 *ο* 281), *ἐφῑλήθεν B* 668. Sed brevior stirps *φιλ* peperit aoristum *ἐφίλατο E* 61 *Υ* 304, subiunct. *φίλωνται* h. Cer. 117, 487 h. XXIV 5 Hes. Theog. 97, imperat. *φῖλαι E* 117 *K* 280 [3]).

De optativo *φιλοίη δ* 692 vid. § 114, de infinitivo *φιλήμεναι* *X* 265 cf. § 195.

§ 194. *ζώω* (passim), imperf. *ἔζωον χ* 245, futuro utitur *βίομαι(ῐ)* (§ 147) et aoristo II *ἐβῑων* (§ 150[28]).

Aoristus med. *μ' ἐβιώσαο* extat *ϑ* 468 (*vitam mihi servasti*).

---

[1]) Vulgatam secutus est Apollonius Rh. II 16 *δηριν-θῆναι*. — Praesens *δηρίομαι* legitur Pind. Ol. XIII 62.

[2]) Etiam in lyrica et tragica poesi plus semel, item fut. *δοκήσω*.

[3]) Aor. *φιλ-* extat etiam Apoll. Rh. III 66, 1002 IV 990, Callim. h. Dian. 185, 189 Lavacr. Pall. 58.

In textu tradito non *βίομαι* sed *βείομαι* scribi solet [1]), *O* 194 autem, ubi brevis est syllaba initialis, *βέομαι* legitur. Quam lectionem, Aristarchi auctoritate munitam, ita defendit G. Meyer § 499, ut praesens esse *βείομαι* statuat, cum verbis *λείπω-ἔλῐπον*, *πείθω-ἔπῐθον* comparandum, quod futuri loco adhibitum fuerit. Qua in explicatione acquiescerem, nisi *O* 194 a contextu alienum ducerem *vivendi* verbum, quapropter errori nescio cui illud *βέομαι* deberi suspicor, ceteris autem locis quominus *βίομαι* scribamus nihil opinor obstat. Ab integra stirpe *βιο* derivata sunt verbalia *βίος*, *βῐοτή*, *βῐοτος*, a *ζω* praeter praesens ducuntur *ζωή* [2]) et adiectivum *ζῳός* [3]), et compositum *ζωγρέω* (= *ζωαγρέω*, cf. § 192) *Z* 46 *K* 378 *Λ* 181 (et = *ζωεγρ. E* 698?) cum suo verbali *ζωάγρια* (*Σ* 407 *Φ* 462).

Ab epica dictione alienum est *Λ* 88 *ζῶντος* pro *ζώοντος*, cuius versus priscam formam praebet locus simillimus *π* 439. Facilius corrigi potest *μή με ζῶντ'* h. Ven. 189, leg. *μὴ ζῳόν μ'*.

B. *De flexione a qua vocalis thematica abest.*

§ 195. Longus est stirpis sonus finalis in nonnullis infinitivis, ubi brevem vocalem expectaverit quispiam, qui ad posterioris linguae leges dictionem epicam exegerit. Nam in Attica dialecto praesens brevi, aoristus II longo sono uti solet; e. g. *ἱστᾰ́-ναι*: *στῆ-ναι*. Itaque medium veluti genus inter utramque conformationem huiusmodi infinitivi constituunt:

ἀήμεναι *Ψ* 214 *γ* 176 sive *ἀῆναι* (cf. § 125 p. 320) *γ* 183 *κ* 25, a verbo *ἄημι* § 197.

τιθήμεναι *Ψ* 83, 247, a verbo *τίθημι* § 196[6].

ἴμεναι *Υ* 365, sed *ῑ* passim.

ζευγνύμεν' *Π* 145, sed *ῠ* *Γ* 260 *O* 120. } Cf. § 125 p. 316.

Etiam participia praesentis quaedam longum exhibent sonum radicalem:

ἀήμενος *ζ* 131 (§ 197).

ἀλιτήμενος *δ* 807 (§ 149[15]).

τιθήμενον *K* 34 (§ 196[6]).

---

[1]) Hymn. Apoll. 528 tamen *βίόμεσθα* traditum accepimus, *βίομαι* *X* 431 extat in nonnullis codd., quam frequenter autem olim *ει* pro *ῑ* scriptum fuerit nemo nescit.

Pessimae notae futurum *βήσεσθε vivetis* finxit Apoll. Rhod. I 685, cuius menti dubium illud *ἐπιβησόμεσθ'* (§ 192) inhaesisse suspicor.

[2]) Herodot. *ζοή*.

[3]) Adiectivum *ζώς*, quod *E* 887 *Π* 445 legitur (cf. § 62), errori debetur.

Cf. aoristi II participia *βλήμενος κιχήμενος* etc.

Analogiam autem metrique necessitatem hac in re nonnihil valuisse credibile est.

Huiusmodi formae, vocali thematica carentes sed longo sono radicali instructae, etiam verbis nonnullis in *-άω* et *-έω* desinentibus propriae sunt (cf. § 145):

1) *Infinitivi praes. act. in -ήμεναι.*

A stirpibus in ᾱ:

1. *γοήμεναι* Ξ 502. — Flexionis thematicae formae *γοάουσα γοάοντα γοάοιμεν* etc. passim occurrunt.

2. *πεινήμεναι* ν 137. — Participium est *πεινάων*, cf. § 191 p. 430.

[3. **περήμεναι* *M* 200, 218? — Vulg. *περησέμεναι*.]

4. *ἄμεναι* Φ 70, cf. § 192[1]. — Nonnullis locis, ubi nunc *ἄσαι saliari* legitur, olim fuisse *ἄναι* (*Λ* 574 *O* 317 Φ 168 Ψ 157), coniecit Ahrens Conjug. auf. *μι* p. 23.

5. Addendus videtur infinitivus *ἀρήμεναι* (a verbo *ἀράομαι*) χ 322, quem aoristo tribuit Buttmann II § 114, vid. quae de verbo *μέλλειν* in § 107 sunt observata; alii infinitivum praesentis activi vocant. Non abest suspicio errori deberi hanc formam insolitam.

A stirpibus in ē:

6. *καλήμεναι* *K* 125. — Verbum *καλέω* etc. passim legitur, infinitivus tamen praesentis nonnisi in hymnis reperitur, ibi autem est *καλέειν* h. Ap. 105, *καλεῖν* h. Cer. 173.

7. *πενθήμεναι* σ 174 τ 120. — Altera quae extat praesentis forma *πενθείετον* Ψ 288 a stirpe *πενθεσ* est ducta, cf. § 295[4].

[8. **ποιήμεναι* φ 399? — Vulg. *ποιησέμεν*.]

9. *ποθήμεναι* μ 110; cf. § 295[5].

10. *φιλήμεναι* *X* 265. — Flexionis thematicae formae *φιλέειν* etc. multis locis reperiuntur. Cf. § 198[3].

11. **φορήμεναι* *O* 310 sive *φορῆναι* (cf. § 125 p. 320) *B* 107 *H* 149 *K* 270 ρ 224. — Thematica vocalis apparet in formis *φορέεις φορέειν* etc.

12. Stirpes in *ν* nullos huiusmodi infinitivos pepererunt; nam qui solus hic commemorari potest *εἰρῦμεναι* Hes. Oper. 818 neque certus est — in pap. legitur *ἑλκέμεναι* — neque longam habet vocalem.

13. In *-ώμεναι* exit *ἀρώμεναι* Hes. Oper. 22, cuius infinitivi vocalis insolite producta — nam brevis est in *ἀρήροται, ἄροσις, ἄροτος, ἀνή-*

ροτος, ἀροτήρ, ἄροτρον, cf. § 135[13] — cum τιθήμεναι est componenda. Fortasse addendum est *σαώμεναι T 401, quo loco textus traditus habet σαωσέμεν.

2) *Dual. imperfect. in -ήτην.*

1. συναντήτην (συνηντήτην) π 333, a stirpe ἀντα, vid. § 211.
2. προσαυδήτην (-ηυδήτην) Λ 136 X 90 a stirpe αὐδα.
3. ἐσυλήτην N 202 a stirpe συλα.
4. ἐφοιτήτην M 266 a stirpe φοιτα.

Quintam huiusmodi formam ἀπειλήτην, quae λ 313 legitur [1]), vitiose scriptam esse pro -είτην (sic T[2]) vidit Cobet, quapropter praestat diducere hanc formam, quae contractione nata est. Metrum autem non obstat quominus ceteras quoque formas in -ήτην quas enumeravimus diducamus, in thesi enim vocalem η collocatam habent omnes. Et necessaria quidem teste metro est forma aperta verbi, quod item vocali η insigne est, 'κνῆ Λ 639, vid. pag. 7 et 422. Noluimus tamen edere συνηνταέτην, προσηυδαέτην, ἐσυλαέτην, ἐφοιταέτην, quoniam neque constat neque veri est simile a verbis συναντάω, προσαυδάω, συλάω, φοιτάω has formas ope vocalis thematicae ductas esse et deinde contractionem esse perpessas; nullae enim horum verborum formae apertae occurrunt, a stirpe αὐδα autem, quae multo quam ceterae frequentius usurpatur [2]), ducuntur praeteritum ηὔδα (προσ- μετ-), προσ- μετηύδων, προσηυδήτην, et imperativus αὔδα (Α 363 Ξ 195 λ 488 etc.) -αυδάτω ο 440. Quae omnia flexioni in -μι esse annumeranda, olim igitur non ηὔδων fuisse sed -δᾱν [3]), satis videtur credibile; hoc autem certum est, parum caute agere qui huius verbi formas dissolvant sicubi per versuum numeros liceat; vid. § 191 p. 436 annot. 2.

Eiusdem autem inconstantiae, qua vocales ᾱ et η in verbis modo allatis alternare vidimus, verba in -μι praebent certa quaedam documenta: ἐδάμνᾱ E 391 Ξ 439 Π 103 Φ 52, 270 (cf. § 296), καθίστᾱ I 202 (§ 196[1]), ἐκίρνᾱ η 182 κ 356 ν 53 (cf. § 297), 'πίτνᾱ Φ 7, quae Nauck (Mél. Gréco-Rom. IV p. 485 sqq.) Naber (Quaest. Hom. p. 84) alii in ἐδάμνη, καθίστη, ἐκίρνη [4]), 'πίτνη mutari iusserunt; quibus cur non obtemperarimus, in § 6 exposui.

---

[1]) Redit ἀπειλήτην in Antimachi fr. 16 (apud Tzetzam ad Lycophr. 591).
[2]) Locis fere 300 occurrunt ηὔδα et -δων cum compositis.
[3]) Cf. ἀπηύρων pro ἀπέϝραν § 150[5], βιβῶν pro βιβάς § 191 pag. 432.
[4]) Ut ξ 78 legitur in textu tradito.

3) *Formae singulares.*

1. ὄρηαι *vales* ξ 343 et in Creophili fr., a verbo ὁράω § 309.

2. θῆσθαι *mulgere* δ 89 cum aoristo ᾽θήσατο Ω 58 θησάμενος h. Cer. 236 *sugo*. — Cf. θῆλυς et τιθήνη Z 132 (§ 139).

3. ἀλιτήμενος *scelestus* δ 807 Hes. Scut. 91; cf. aor. II ἤλῑτον § 149[15]. — Eadem est conformatio participiorum ἀϊμένος διζήμενος κιχήμενος ὀνήμενος τιθήμενος.

4. Etiam imperfectum ᾽σάω Π 363 Φ 238 huc rettulit Curtius Verbum I[2] p. 362 II[2] p. 401; sed errorem hunc esse e vetusta litteratura natum, σάου enim legendum esse, iure statuit Cobet; idem imperativum σάω ν 230 bis in σάου mutavit.

Comparanda cum verbis quae enumeravimus est Aeolicae dialecti flexio, quae peperit verba αἴνημι Hes. Op. 688, Simonid. Cei 5[19], ὄρημι Sapph. fr. 2[11], Theocrit. VI 22, 25, -όρησθα ibid. 8, κάλημι Sapph. fr. 1[16], φίλημι fr. 79, αἴτημι (cum var. l. αἰτοῦμαι!) Pind. fr. 132[1], ἀσυνέτημι Alcaei fr. 18[1], αἰτήμεθα Theocrit. XXVIII 5, φυρήμεθα Alcaei fr. 18[4], etc.

Vid. § 190 et § 191 pag. 435, Kühner-Blass II p. 199.

§ 196. E verbis in -ημι (-ᾶμαι) et -ωμι desinentibus, quae ex Attica dialecto nota sunt, in epica poesi reperiuntur:

1. ἵστημι. Activi praesens imperfectumque rariora sunt: ἱστᾶσιν *N* 336, ἵστη Ω 515, 689, ἵστασαν *B* 525 (*M* 56?) Σ 346 γ 182 θ 435 σ 307, imperat. ἵστη Φ 313 καθίστα (cf. § 195) *I* 202, iterat. ἵστασκε τ 574. Frequentius occurrunt fut. στήσω (λ 314 saepiusque in compositis) et aor. ἔστησα etc. cum medio ἐστήσαντο etc. — Omnes hae formae vi transitiva utuntur.

Intransitivae autem formae ἵστᾶμαι, στήσομαι, ἔστην (§ 150[15]), ἕστηκα (§ 160[5]) passim adhibitae reperiuntur.

Notatu dignus est aoristus passivi ἐστάθη λ 243 ρ 463 (= ἔστη), nec non participium στησάμενοι intransitive adhibitum Σ 533 (= ι 54), siquidem recte hunc locum ita interpretantur coll. *O* 673.

De optat. σταίησαν *P* 733 vid. § 113.

Corrupta sunt ἔστητε Δ 243, 246 pro ἔστητε, ἑστᾶσαν *M* 56 γ 182 σ 307 pro ἵστασαν, *H* 467 pro -ἔσταν, *M* 55 η 101 pro ἔστασαν.

Derivantur στᾰτός, σταθμός, στάθμη, σταμῖνες, σταυρός, στάδιος, -στᾰδόν(-ά), ἱστός (cf. § 139) et ἱστίον, fortasse etiam στεῦται § 170.

2. *ὀνίνημι*. Praesens in vetustis carminum epicorum partibus non extat, sed legitur *ὀνίνησι* loco spurio Ω 45, item h. Merc. 577 Hes. Op. 318. Futurum est *ὀνήσω* h. Merc. 541, *-σεις* 35, *-σει H* 172 etc., *-σειν E* 205. Aoristus *ὄνησα A* 503, *ὤνησας A* 395, *-σε* Ξ 67, *-σαν I* 509.

Medii futurum est *ὀνήσεται H* 178 *Λ* 763 *Π* 31 h. Merc. 545, *-σόμεθ'* Ξ 415, de aoristo II *-όνητο* etc. vid. § 150[8].

Verbalia sunt *ὄνησις*, *ὀνήσιμος*, *Ὀνήτωρ*, *ὄνειαρ* (§ 70[18]), quod *ὄνηαρ* videtur fuisse olim.

3. *πίμπλημι*. Activi praesens legitur *Φ* 23 *πιμπλᾶσι* et *Φ* 311 *ἐμπίμπληθι*, fut. *ἐμπλησέμεν'* *κ* 523 (= *λ* 31), *ἀναπλήσειν ε* 302 (l. a. *-τλήσειν*), aor. *'πλῆσεν* etc. saepius, item aor. med. *-πλήσατο* etc.

Passivi imperfectum est *'πίμπλαντο Λ* 104 *δ* 662 *κ* 248 *υ* 349, aor. *ἐπλήσθη T* 156, *'πλῆσθεν Π* 348 etc., *πλησθήμεν'* *λ* 452 saepius. De aor. II *'πλῆτο 'πλῆντο* cf. § 150[10].

Inaudita est forma *πιμπλάνεται I* 679, quae quin errori debeatur vix videtur dubium. De absurdo participio *πιμπλεῦσαι* Hes. Theog. 880 vid. § 191 pag. 434; leg. *πιμπλεῖσαι* vel potius *πιμπλᾶσαι*. In verbo *ἔπιτνον* Hes. Scut. 291, quod nihili est, quid lateat ostendit l. a. *ἔπιπλον*: corrigendum est *ἔπιμπλαν* (cf. *X* 402 cum v. l.).

Stirps *πλα* vel *πλη* elemento *θ* aucta (vid. § 142) peperit verbum intransitivum *πλήθω abundare*, cuius leguntur formae *πλήθει*, *-ουσι*, *-ωσι*, *-θεν*, *-θων* etc. *E* 87 etc.

Nomina hinc ducta sunt *πλεῖος* (*ἐνι-* vel *ἐμ-*), *πλῆθος*, *πληθύς*.

4. (*πρα*). Praesentis vel imperfecti nulla occurrit forma nisi *ἐνέπρηθον I* 589, vid. § 142; Atticorum praesens *πίμπρημι* nusquam apparet. Futurum est *ἐνιπρήσω Θ* 182 (?) *-σει Θ* 235, *-σειν I* 242 *O* 702, aoristus *ἔπρησεν A* 481 *Θ* 217 *Π* 350 *X* 374 *β* 427 [1]), *-πρήσωσι Π* 82, *πρῆσαι B* 415 *M* 198 *N* 319 *Ξ* 47 *O* 417, 507, *πρήσας -σαντες H* 429, 432 *I* 438 *β* 81, adiectivum verbale *ἐύπρηστος Σ* 471.

Verba *πρῆσαι* et *πλῆσαι*, quae cognata esse multi suspicati sunt, nonnunquam inter se sunt permutata; vid. *B* 415, ubi *πρῆσαι... πυρὸς... θύρετρα* habent mss., *πλῆσαι* legebat Aristarchus. Eadem est controversia *I* 242 *T* 471.

5. *ἐπίστᾰμαι ν* 207, *-μεθα N* 223, imperf. *ἐπίστᾰτο E* 60 *Π* 142

[1]) Absurda est forma, quam Hes. Theog. 856 praebent nonnulli, *ἔπρεσε* (alii *ἔπρεε*, *ἔπρεπε*, *ἔπερσε*). Cf. § 130 pag. 335.

P 671 *T* 389 *Ψ* 705, subi. *ἐπίστηται* (*ἐπιστάεται*? cf. § 122 pag. 303) *Π* 248, optat. *ἐπίσταιτο* *Ξ* 92 (= *Θ* 240), *ἐπισταίμεσθα* *N* 238, infin. *ἐπίστασθαι* *β* 117 (= *η* 111), partic. *ἐπιστᾰ́μενος* etc. *B* 611 *Δ* 404 etc. — Futurum est *ἐπιστήσονται* *Φ* 320.

Callendi vi hoc verbum utitur in dictione epica (nostr. *verstaan* = *verstand hebben van*), participium autem multis locis adiectivi vice fungitur (= *peritus*); hinc genitivum adsciscit *φ* 406, et *H* 317 alibi adverbium *ἐπιστᾰ́μένως prudenter* inde ductum est. Unus locus discrepat *δ* 730, ubi *sciendi* significatione adhibitum est *ἐπιστάμεναι* [1]). Idem quod *ἐπιστάμενος* valet *ἐπιστήμων* *π* 374.

6. *τίθημι*. Pleraeque formae ab Atticis non discrepant et multis locis reperiuntur. Notabilia sunt: 2. sing. *τίθησθα* (alii *τιθεῖσθα*) *ι* 404 *ω* 476, 3. sing. *τιθεῖ* *N* 732 *α* 192 (alibi *τίθησι*), 3. plur. *τιθεῖσι* (vid. § 145), infin. *τιθήμεναι* *Ψ* 83, 247 (vid. § 195), partic. med. *τιθήμενος* *K* 34 (vid. § 195). De aoristo II act. et med. vid. § 150[19].

Vitio debetur, quod a *προτίθημι* sine vi derivari vix potest, *προθέουσιν* *Λ* 291; quomodo corrigendum sit non constat.

Derivantur *θέμις*, *θεσμός* (*ψ* 296, significatione memoratu digna), *θέμεθλα* sive *θεμελία*, *συνθεσίη*, *ἀνα- ἐπίθημα*, *θημών* (*ε* 368), *ὑποθημοσύνη*.

7. *ἵημι*. Commemorandae sunt formae 3. sing. *-ἱεῖ* *B* 752 *K* 121 (alibi *ἵησι*), 3. plur. *ἱεῖσι* *Γ* 152 *Λ* 270 (vid. § 145), imperf. 3. plur. *ἷεν* (vid. § 116). De aoristo II act. et med. vid. § 150[24], aor. pass. *-εἵθη* extat *Ψ* 868.

Corruptum est *ἀνέσει* *σ* 265; leg. *ἀνέῃ*, qua de forma vid. § 122.

Derivantur *ἧμα* *Ψ* 891, *ἧμων* *Ψ* 886, *μεθήμων* *B* 241 etc. (cum subst. *μεθημοσύνη*), *ἀφήτωρ* *I* 404, *ἐξεσίη* *Ω* 235 *φ* 20, *ἐφετμή* *E* 508 etc.

Huius verbi, a stirpe *ση* (*sero*, *semen*) ducti [2]), medium cum verbo *ϝίεμαι* § 201 quin confunderetur fieri non potuit postquam evanuit digamma, cum praesertim multos in locos utrumvis bene quadraret.

---

[1]) Apud Herodotum *ἐπίστασθαι* frequenter *putare* valet (e. g. VIII 132). Cuius usus nulla sunt apud Homerum vestigia.

[2]) Vid. L. Meyer in Kuhns Zeitschr. XXI p. 353 sqq. et Bezzenb. Beitr. I p. 301. Non recte a stirpe *ϳι* ducebant Curtius (Verbum I[2] p. 157 sq.) alii; cf. supra pag. 181 sq.

Spirantis *σ* vestigia cernuntur in reduplicatione praesentis (*ἵημι* ex *σίσημι*) et in augmento aoristi (*ἧκα* ex *ἔσηκα*). Brevis est syllaba *ἰ-* locis longe plerisque, nonnunquam tamen in arsi producitur, e. g. 3. pers. plur. *μεθίεμεν* Ξ 364 vel in participio *ἀνῑέμενος* X 80 *β* 300 (cf. § 201).

8. *δίδωμι*. Dignae quarum mentio fiat sunt 2. sing. *διδοῖσθα* T 270 (cf. § 111) sive *διδοῖς* I 164, 3. sing. *διδοῖ* I 519 etc., alibi *δίδωσι*, 3. plur. *διδοῦσι* (cf. § 145); imperf. 3. plur. *ἔδιδον* h. Cer. 328, 438 Hes. Oper. 139 (vid. § 116); imperat. *δίδωθι* *γ* 380 et *δίδου* *γ* 58 [1]), infin. *διδοῦναι* (?) Ω 425. De aoristo II vid. § 150[20].

Vitio natum — sive ipsorum poetarum haec est culpa sive recentiorum — est futurum *διδώσομεν* *ν* 358, *διδώσειν* *ω* 314 [2]). Alibi leguntur formae vulgares *δώσω* et *δώσομαι* (*ψ* 78).

Passivi nullae praeter praesens et imperfectum inveniuntur formae nisi *δοθείη* *β* 78 et *δίδοται* *E* 428.

Verbalia sunt *ἄδοτος* h. Merc. 573, *δόσις*, *δοτῆρες* I 44 *-δωτῆρες* *Θ* 325 *-δῶτορ* *Θ* 335, *δωτίνη*, *δῶρον*.

9. Praeterea videantur verba quae in § 305 enumeravimus et *φημί* *ἠμί* § 306.

§ 197. *ἄ(ϝ)ημι* (*ἄ*). Reperiuntur praes. dual. *ἄητον* I 5 [3]), imperf. 3. sing. *ἄει* (l. a. *ἄη*) *ε* 478 (= *τ* 440) *μ* 325 *ξ* 458 [4]), infin. *ἀήμεναι* *Ψ* 214 *γ* 176 et *ἀῆναι* *γ* 188 *κ* 25 (cf. § 195), partic. *ἀέντες* *-των* *E* 526 *ε* 478 *τ* 440.

Passivi participium *ἀήμενος* legitur *ζ* 131 (cf. § 195).

Verbum suspectum *ἄητο* *Φ* 386 h. Cer. 277 Hes. Scut. 8 quid sibi velit dictu difficile; hinc alienum esse certum videtur.

---

[1]) Frequens apud Pindarum est huius imperativi forma disyllaba, ubi *δίδα* scribitur; vid. e. g. Ol. VII 164.

[2]) Futurum *διδώσω* in ipsa lingua aliquando extitisse neque igitur temere in Homericis carminibus sollicitandum esse sunt qui putent fide lapidis Cretensis CI. 2554[201], vid. Curtius Verbum II[2] p. 327, Nauck ad *ν* 358. Legitur illo loco *διδωσαι*, si fides apographis saeculo XVII[o] factis, nam ipsum marmor periisse videtur; quod neque leniter neque me iudice probabiliter in *διδωσίω* mutavit Boeckh. Equidem participium *διδώς(ἀεί?)* legendum esse puto, requiritur enim participium; patet autem nihil valere hunc testem ad illustrandam linguam epicam. De simili forma *κατιστασεί* tab. Gortyn. I[39] recte iudicavit Blass (Kühner-Blass II p. 189): „wohl nur Schreibfehler, da unmittelbar vorher *ἐπικατασταση*."

[3]) 3. sing. *ἄησι* Hes. Oper. 514, 516, 517, 519, 552, 3. plur. *ἀεῖσι* Hes. Theog. 875.

[4]) Apoll. Rhod. I 926.

Ab eadem stirpe ducta sunt *ἀήτης* Ξ 254 *O* 626 *δ* 567 *ι* 189, *ἀκρᾱής* [1]) *β* 421 *ξ* 253, 299 Hes. Oper. 594 (vid. § 78 pag. 219), *ἀλιᾱής δ* 361, *δυσᾱής E* 865 etc. cum genitivo insolito *δυσαήων* (?) *ν* 99 (vid. § 73 pag. 223), *εὐᾱής* Hes. Oper. 598, *ζαής* (?) *μ* 313, *ὑπερᾱής Λ* 297, *ἀήρ* (gen. *ἠέρος*, vid. § 5) *vapor*, unde verbum *ἀείρω* § 256; femininum est *ἀήρ* locis plerisque, masculinum vero, ut Atticorum vox *ἄήρ aër*, est *E* 776 *Θ* 50 *η* 143. Etiam vocabulum *ἦτορ* (§ 70) ab hac stirpe ductum esse videtur.

§ 198. Verbi *δέω ligo* in mss. reperiuntur formae: imperf. 3. sing. *δίδη* (leg. *'δίδει*) *Λ* 105 et *κατέδει κ* 23, 3. plur. *δέον Ψ* 121 *μ* 196 *χ* 189 et med. *ἐδέοντο Σ* 553, optat. *δέοιμι Θ* 352, imperat. *δεόντων μ* 54; futur. *δήσειν Φ* 454, aor. *ἔδησα* et *ἐδήσατο* etc. passim, iterat. *'δησάσκετο Ω* 15. Passiv. *'δέδετο E* 387 *Ψ* 866 *ο* 232 *ω* 229, *'δέδεντο K* 475 *ι* 443 *κ* 92, *δεδέσθαι* h. Cer. 457. Sed traditae lectioni in praes. et imperf. ne nimis fidenter credamus cum obstat Aristarchi auctoritas, qui *διδέντων* pro *δεόντων* legebat *μ* 54, tum versuum *Λ* 105 et *κ* 23 inter se comparatorum discrepantia; itaque veri est simillima Cobeti Herwerdeni aliorum opinio verbum *δέω* in vetusti verbi *δίδημι* locum irrepsisse, olim enim fuisse *ἐδίδει*, *'δίδεν*, *ἐδίδεντο*, *διδείην* (vid. l. a.) pro *κατέδει*, *'δέον*, *ἐδέοντο*, *δέοιμι*. Quam maxime autem confirmatur haec suspicio versu h. Cer. 457, ubi perfectum *δεδέσθαι*, quod exhibet codex, vitio natum esse, requiri enim praesens *δίδεσθαι*, vidit Voss; eandem correctionem *κ* 92 necessariam ducentes scripsimus *(ἐ)δίδεντο* pro *δέδεντο*.

Verbalia sunt *μελάνδετος O* 718, *δετή Λ* 554 (= *P* 663), *ἀμαλλοδετήρ Σ* 553, *κρήδεμνον Ξ* 184 etc. (vid. § 12 pag. 59 et § 82[1]), *δεσμός -μοί* etc. passim (cum comp. *πολύδεσμος*, *ζυγόδεσμον*), *τὰ δέσμα* h. Merc. 157, 409, *τὰ δέσματα X* 468 etc., *ἀναδέσμη X* 469, *ὑποδήματα ο* 369 *σ* 361 (alias *πέδιλα*).

§ 199. A stirpe *δι* uno loco *Ψ* 475 ducta est forma vocali thematica carens *δῖενται ruunt* [2]). Multo frequentius est deponens med. *fugare*, quod flexione thematica utitur: *δίεσθαι M* 276 etc. [3]), subiunct. *δίωμαι E* 763 (cf. § 21) *φ* 370, *δίηται H* 197 *O* 681 *Π* 246

[1]) Aperto errore a verbo *κίρνημι* duxit Apollonius Rh., cum voce *ἄκρητος* confundens; vid. quae ad *β* 421 annotavimus.

[2]) Item Aesch. Pers. 700.

[3]) *M* 304 non *fugare* sed *ruere* significat infinitivus *δῖεσθαι*.

X 189, 456, *δἴωνται P* 110, optat. *δἴοιτο* ϱ 317 [1]). Activa forma *δἰες X* 251 fortasse ex *δἰέ(ο)* est corrupta (cf. § 117), nisi illic praestat l. a. *δἰον* i. e. *'δϝἰον*, cf. § 149[2].

Aoristus *ἐνδἰεσαν Σ* 584 *incitarunt*, si sanus est, ad hanc stirpem videtur referendus; sed vitium latere veri est similius; Autenrieth coniecit *ἐδϝἰεσαν*.

Lehrsio iudice (Aristarch.[2] p. 47) etiam adiectivum *διερός ζ* 201 *ι* 43 hinc ductum, quod altero loco *fugatorem* (*metuendum*) vertit, altero *fugacem*, cum adi. posthomerico *διερός liquidus* (= *ὑγρός*), a verbo *διαἰνω* ducto, nihil commune habere arbitratus. Res dubia.

Stirpes *δι* et *δϝι* confusas esse a veteribus, quibus ignotum esset digamma Homericum, in subsimilis significationis verbis nemo inique ferat; apud hodiernos vero id iure mireris, e quibus nominatum esto lexicon Ebelingi, ubi vid. s. v. *δἰω*.

§ 200. Reduplicatione, quae e praesenti in futurum irrepsit (vid. § 139), formatum est verbum *δἰζηαι* [3]) *λ* 100 (cf. § 117 pag. 296), *διζήμενος -νη Δ* 88 *E* 168 etc., *διζησόμεθ' π* 239.

De praesentis vocali *η* vid. § 195. Ab eadem stirpe ductum est verbum reduplicatione destitutum *ζητέω*, quo epici poetae usi non sunt nisi *Ξ* 258 *ζήτει* (imperf., vHerwerden *δἰζετο*).

Non vero huc referendum est *δἰζε*, i. e. *'δϝἰζε*, *ambigebat Π* 713, de quo verbo vid. § 42[4].

§ 201. *ϝἑμαι gestio, festino*, fut. *ϝἰσομαι*, aor. *ἐϝισάμην*.

In mscriptis hoc verbum, quod Ahrens primus in integrum restituit (vid. § 41[11]), ita deformatum est ut vix agnoscatur; tradita enim sunt *ἵεμαι*, *εἴσομαι* (*Δ* 367 *Ξ* 8 etc.), *(ἐ)εισάμην* (*Δ* 138 *O* 415, 544 etc.); praesens igitur cum verbi *ἵημι* (§ 196[7]) genere medio est confusum, futurum et aoristus ad *ἵμεναι* (§ 308) sunt relata.

---

[1]) Particip. *διόμενος* Aesch. Suppl. 819 Eum. 357, 385.

[2]) Item in oracul. 5, 15, 16 Hendess. Ceterae indicativi formae apud Herodotum et poetas Ionicos satis sunt frequentes: *δἰζημαι* Herod. IV 151 VII 103 Anacr. fr. 4 (Theocrit. XVI 68), *δἰζηται* Herod. I 95, *διζήμεθα* Pseudophocyl. 201 Theogn. 183 (Apoll. Rhod. IV 396), *δἰζησθε* Herod. V 92, *δἰζηνται* Aesch. Suppl. 821, *ἐδἰζητο* Herod. I 214 III 41 IV 30 IX 44 (Callim. h. Iov. 16), *ἐδἰζηντο* Herod. IV 140, *δἰζησθαι* Herod. I 94 etc. Phocyl. fr. 8, 10 (*δἰζησθαι βιοτὴν, ἀρετὴν δ' ὅταν ᾖ βίος ἀσκεῖν, virtus post nummos*), 14, Theogn. 180 (Apoll. Rhod. I 1303), *διζήμενος* Herod. I 67 etc., *δἰζῃ* (2. subi.) Callim. epigr. 11.

Brevem vocalem verbo tribuerunt nonnunquam Alexandrini: *δἰζεαι* Theocrit. XXV 87, *δἰζετο* Bion. VII 2 Mosch. II 28, *δἰζονται* Callim. epigr. 17, *δἰζεσθαι* Callim. epigr. 11.

Digamma necessarium esse ad hiatum locis sequentibus explendum recte observavit Ahrens: *B* 154 *Ϝιεμένων*, *N* 291 *-νοιο*, *Π* 882 *φ* 72 Hes. Scut. 28 *-νοι*, *Π* 396 *-νους*, *(ἐ)Ϝίετο Λ* 537 *Υ* 502, *(ἐ)Ϝιέσθην γ* 344.

C. *De verbis quorum stirps in praesenti et imperfecto incrementum cepit.*

§ 202. *(βα-βαν)* [1]) *βαίνει* etc. *incedere*. Fut. *-βήσομαι -βήσεαι βήσεται* etc. *B* 339 *E* 227 *Θ* 165 etc. — Aor. II *ἔβην* (§ 150[1]) et aor. mixtus *ἐβήσετο* etc. (§ 152[2]). Perf. *βέβηκας* etc. (§ 160[1]).

Terminatione inchoativa aucta sunt imperfectum *παρέβασκε Λ* 104 et imperativus *βάσκ' ἴθι B* 8 etc., et addita reduplicatione *ἐβίβασκε* h. Apoll. 133.

Participii praesentis praeter vulgare *βαίνων* hae reperiuntur formae quae reduplicatione sunt praemunitae:

βαμβαίνων tilubans K 375 (cf. § 138[1]).

βῐβᾶς acc. *βῐβάντα H* 213 *N* 371 etc., femin. *βῐβᾶσα λ* 539 *ν* 14 (mss. *βιβῶσα* et *βεβῶσα*, cf. § 191). [2])

βῐβάσθων N 809 *O* 676 *Π* 534. In hac participii forma, quae ex *βι-βάδ-θων* est nata, cernitur elementum *δ*, cuius ope Atticorum verbum *βαδίζειν* est formatum, quod idem significat atque *βιβάς* et *βιβάσθων*, apud Homerum autem non invenitur.

Causativa *promovendi* vi, quae postea verbo *βῐβάζω* propria fuit, in epica dictione fruuntur praesentis infinitivus *ἐπιβασκέμεναι B* 234, fut. *ἐπιβησέμεναι Θ* 197 Hes. Theog. 396 [3]), aor. *ἔβησε* etc. *Λ* 144 *E* 164 *Θ* 129 etc. [4]).

Quae autem inter aoristos *ἔβην* et *ἔβησα* intercedit ratio, eadem cernitur in *ἔστην-ἔστησα*, *ἔγνων-ἀνέγνωσα* (Herodot. = *ἀνέπεισα*, I 68, 87 III 61 IV 158 V 106 etc.), *ἔδῡν-ἔδῡσα*, *ἔφῡν-ἔφῡσα*, *ἔσβην-ἔσβεσα*, *ἔτρᾰφον-ἔθρεψα*, *ἐγενόμην-ἐγεινάμην*, *ἐτρᾰπόμην-ἐτρεψάμην*.

A simplici stirpe *βα* ducta sunt nomina *ἄβᾰτος* [5]), *βῆμα*, *βωμός*,

---

[1]) Stirpis *βαν* (*gam*) forma debilis *βν* (*gm̥*) in *βα* abiit.

[2]) Concinit 3ª persona *βιβᾷ incedit* h. Merc. 225.

[3]) Futuro transitivo *βήσω* usi sunt etiam Pind. Ol. VIII 83, Eur. Hipp. 1131 Apoll. Rh. II 875.

[4]) Aoristus transitivus *ἔβησα* extat etiam Pind. Ol. VI 40 Pyth. IV 340, Herod. I 46, 80 etc., Eur. Alc. 1055 Med. 209 Hel. 1616 Bacch. 466 Cycl. 467, Apoll. Rh. IV 104. Male aoristum *ἐπεβάσατο* transitive adhibuit Callimachus Lavacr. Pallad. 65.

[5]) Ignotae originis adiectivum *ἠλίβᾰτος* (*ardua*?) *O* 273 etc. a verbo *βαίνειν* multi repetiverunt.

βᾰδην, *ἐπιβήτωρ*, ab aucta stirpe *βακ* verbum *ἀβάκησαν* δ 249 probabiliter repetivit v. d. Walker, vid. § 157 pag. 391.

§ 203. (*δα*). Praesens *διδάσκει* (i. e. *δι-δα-κ-σκει*) etc., quod apud posteros pervulgatum est, reperitur *I* 442 *Π* 811 *Ψ* 308 *α* 384 h. Merc. 484, item aoristus *ἐδίδαξε*, cui accrevit reduplicatio (§ 139), *E* 51 *Λ* 832 *Θ* 481, 488 h. Ven. 12, 15, *-ξαμεν* *χ* 422, *-ξαν* *Ψ* 307.

Adiectivum verbale *αὐτοδίδακτος* legitur *χ* 347, nomen *διδάσκαλοι* h. Merc. 556. — Aoristum metaplastum *διδασκῆσαι* Hes. Op. 64 e duabus lectionibus *διδασκέμεναι* et *μιν ἀσκῆσαι* conflatum esse suspicor, neque assentior Vossio h. Cer. 144 pro *διαθήσαιμι* rescribenti *διδασκήσαιμι*. Apud Pindarum tamen Pyth. IV 217 *ἐκδιδάσκησε* legitur.

Idem quod *ἐδίδαξε* significat aoristus II *'δέδαε* *ζ* 233 etc., vid. § 149[1], *discendi* autem significatione legitur aor. med. *δεδαέσθαι* (codd. *δεδάασθαι*, cf. § 191) *π* 316 et fortasse *Λ* 831 (vulgo *δεδιδάχθαι*).

Elemento *e* postquam aucta est stirps, vi utitur intransitiva, *resciscere* igitur sive *discere* significat: aor. II *ἐδᾰ́ην* etc. § 150[3], fut. *δαήσεαι* *γ* 187 *τ* 325 (vid. § 104 pag. 275), perf. *δεδάηκα* etc. § 157[5], part. med. *δεδαημένος* h. Merc. 483.

Derivatur adiectivum *δαήμων* *O* 411 etc. [1]), nec non *δαῖφρων* *peritus* hinc videtur esse ductum. Etiam verbum *δήω*, quod futuri vice fungitur, *inveniam* (§ 147) hinc procrevisse verisimile est.

§ 204. (*μνα*). Activi praesentis vel imperfecti nonnisi imperat. *μίμνησκε* *ξ* 169 reperitur, medii vero formae *μιμνήσκομαι* *-κεται* etc. compluribus locis. Futura *μνήσω* *μνήσομαι* et aoristi *ἔμνησα* *ἐμνησάμην* nihil habent quod memoratu sit dignum; aor. pass. *μνησθῆναι* legitur *δ* 118, perfectum *μέμνημαι* etc. *E* 818 etc.; notentur formae *μέμνησαι* *Ψ* 648 etc. (§ 117 pag. 296), subi. *μεμνώμεθα* (?) *ξ* 168 (cf. § 122 pag. 309), opt. *μεμνῄμην* *Ω* 745, *μεμνῆτο* *Ψ* 361 (mss. *μεμνέῳτο*, cf. § 8), plusqmpf. *'μέμνηντο* (?) *P* 364 (cf. § 119). Futurum perfecti est *μεμνήσομαι* *X* 390, *μεμνήσεσθαι* *τ* 581 = *φ* 79.

Verbalia sunt *μνῆμα*, *μνήμων* (cum voce *μνημοσύνη*), *μνῆστις*.

---

[1]) Quod cum voce *δαίμων* confundens — quam ab eadem stirpe ductam esse fuere qui putarent — *δαιμονίς εἰσι μάχης* = *pugnae periti sunt* dicere sustinuit Archilochus fr. 4[4].

A stirpe simplici ductae sunt formae (*ἐ*)*μνάοντο B* 686 *Λ* 71 *Π* 697, 771, *μνᾱομένῳ δ* 106, *-νω o* 400 [1]), de quarum vocali *ᾱ* vid. § 190.

Consimile his est verbum, cuius praesens et imperfectum in Odyssea saepius reperiuntur (adi. verbale *μνηστή* etiam in Iliade legitur *Z* 246 etc.), *μνᾶεσθαι* etc. *uxorem peto;* quin idem esse verbum multi statuerunt, quod tamen persuadere mihi nequeo. Verbalia sunt *μνηστῦς* (unde novum ducitur verbum *μνηστεύειν*) et *μνηστήρ*.

§ 205. (*δα-ι, δα-τ*). *Dividendi* verbum a stirpe *δαι* habet formas *ἐδαίετο o* 140, *δαιόμενος ϱ* 332 [2]), passiv. *δαίεται α* 48 (cf. *Ξ* 20), *δαιομένων ι* 551, perf. *δεδαίαται α* 28, a stirpe *δᾰτ* autem *δᾰτέονται Σ* 264, *'δατέοντο E* 158 (*Θ* 550 leg. *'πατέοντο*?) *T* 394, *ἐδατεῦντο* (§ 7 et 191) *Ψ* 121 *α* 112, subi. *δατεώμεθα I* 138 = 280, inf. *δατέεσθαι* (v. l. *-ασθαι*) Hes. Oper. 767, fut. *-δάσσομαι P* 231 *Ω* 595, *δᾰσσονται X* 354 *β* 368, *-δάσσεσθαι X* 118, aor. *ἐδάσσατο 'δᾰσαντο* etc. *ζ* 10 etc. [3]) cum forma iterativa *'δασάσκετο I* 333, perf. pass. *δέδασται Λ* 125 *O* 189 *o* 412.

Activam formam *ἀποδάσσωσιν* e coniectura scripsit Bekker pro *ἀπονάσσωσιν* (§ 286[1]) *Π* 86. Nomen verbale est *δασμός Λ* 166, ab eadem autem stirpe ductum est *δαΐζω* (§ 222).

Dividendi sive *partiendi* verbum quam facile abierit in notionem *epulas praebendi* quivis videt. Sic novum verbum natum est *δαίνῡμι*, med. *δαίνῡμαι epulor*. Activi paucae formae reperiuntur: *ἐδαίνῡ Ψ* 29 *γ* 309, imperat. *δαίνῡ I* 70 h. Ven. 142, partic. *δαινύντα δ* 3, futur. *δαίσειν T* 299 [4]). Frequentiores multo sunt medii formae *δαίνῡσαι δαίνῡται* etc. *Λ* 468 etc.; notentur 2. imperf. *'δαίνῡσ'(ο) Ω* 63 (cf. § 117), subi. *δαινῦἐ'(αι) Θ* 243 *τ* 328 (cf. § 117 et 122), optat. *δαινῡῖτο Ω* 665 *δαινύλατο σ* 248 (cf. § 120). — Futurum est *μεταδαίσομαι Ψ* 207 *-σεται σ* 48, aoristi participium *δαισάμενοι* extat *η* 188 *σ* 408.

Derivantur verbalia *δαῖτρον, δαιτρός, δαίς(τ), δαίτη, δαιτῦς, δαιτῡμών*.

§ 206. (*πα-τ*) *gustare*. Ab hac stirpe in lingua epica sola praeterita ducuntur: aor. *'πᾰσάμην ἐπασσάμεθ' ἐπᾰσαντο* etc. *Λ* 464 etc.

[1]) Item Callim. h. Ap. 95, Apoll. Rh. I 518, 896 etc.

[2]) Cf. oraculum apud Herodot. IV 159. — Nihil huic verbo commune esse cum *δαίω incendo* § 176 vix est cur moneam.

[3]) In tab. Heracl. *κατ-* et *ποτεδασσάμεθα* legitur.

[4]) Futurum legitur etiam Eur. Iph. Aul. 720, aor. *ἴδαισα* ibid. 707.

et plusqmpf. 'πεπάσμην Ω 642. Praesens apud Herodotum (II 37 etc.) aliosque est πατέομαι.[1]) Adi. verb. ἄπαστος legitur T 346 etc.

§ 207. (φθα) φθάνει I 506 Φ 262, Att. φθάνω. De producta vocali α, quae e pristina forma φθάνϝω originem cepit, vid. § 38 pag. 125 et § 143. Fut. φθήσονται Ψ 444. Aor. ἔφθης, ἔφθη etc., vid. § 150[17].

§ 208. (κιχ-η) κῐχάνω etc. E 334 P 478 ν 228 etc., et med. κῐχάνομαι -νεται -νόμενοι Λ 441 T 289 ι 266. De vocali ᾱ vid. § 38 et 143.[2]) Fut. κῐχήσομαι etc. K 370 etc., aor. II ἐκῐχης etc., vid. § 150[20], et eadem significatione aor. med. 'κῐχήσαο -σατο etc. Z 498 etc. — Adiectivum verbale ἀκῐχητος extat P 75.

III. *De stirpibus quas claudit muta dentalis.*

§ 209. Verborum, quae hoc loco sunt recensenda, complura a dialecto Attica aliena sunt, e. g. λίσσομαι (λῐτ) § 220, πινύσσω (πῐνῠτ) Ξ 249 et ἀπινύσσω O 10 etc. (cf. § 186), κορύσσω (κορῠθ) cum participio perf. κεκορυθμένος.

§ 210. Ex iis, quae in § 35 observavimus, apparet verborum, quorum stirpem claudit muta dentalis (δ τ θ), futurum in -σσω exire, aoristum in -σσα. Nec tamen desunt formae recentiores, quarum alterum sigma in thesi evanuit; promiscue autem, prouti ferunt versuum numeri, modo hae usurpantur modo illae. Ex. gr.

(φρᾰδ) φράζω § 220, aor. ἔφρᾰσα, med. fut. φρά(σ)σομαι, aor. ἐφρα(σ)σάμην.

Etiam verba, quae in -ίζω desinunt, futuro ita formato utuntur: ἐφοπλίσσουσιν ζ 69, ληΐσσομαι ψ 357, κοπρίσσουσι (l. a. -ήσουσι) ρ 299. Quibus assimulanda videntur quae propter contractionem suspecta sunt: ἀεικιῶ X 256, κομιῶ ο 546, κτεριῶ Σ 334, κτεριοῦσι Λ 455 X 336, ἀγλαϊεῖσθαι K 331 Σ 133; olim ἀϝεικίσω, κομίσω, κτερίσω, κτερίσουσι, ἀγλαΐσεσθαι fuisse satis certum duco; cf. § 147.

---

[1]) Fortasse loco spurio Θ 550 pro 'δατέοντο scribendum est 'πατέοντο.

[2]) Tragici praesentis forma κιγχάνω utuntur, quae forma in mss. κιχάνω male scribi solet, inest enim nasalis, quae etiam in λιμπάνω θιγγάνω φυγγάνω τυγχάνω πίμπρημι *linquo fingo* etc. nec non in ἱκνέομαι (Hom. ἱκάνω § 231) reperitur; brevis autem paenultima cum recentioris aevi aoristo ἔκιχον (§ 149[72]) concinit, nam

κιχάνω : κι(γ)χάνω = ἐκίχην : ἔκιχον.

§ 211. In sequentium stirpium exitu dentalem praecedit liquida:

1. (*ἀλδ*) *ἤλδανε augebat* σ 70 (= ω 368). Intransitive *ἀλδήσκοντος crescentis* Ψ 599. Adiectivum verbale *ἄναλτος* (*ἀν-αλδ-τος*) legitur ϱ 228 σ 114, 364.

2. (*ἀρδ*) *ἀρδόμενος* h. Ap. 263 [1]), subst. verbale *ἀρδμός* Σ 521 ν 247, adi. *νεοαρδής* Φ 346. Ex eadem stirpe procrevit vox *ἀρέθουσα*, vid. § 142 pag. 353. Sed pleraeque formae Homericae ab altera huius stirpis forma *ϝαδ* ductae sunt, cf. § 89 et § 221[1].

3. (*ἀμερδ*) *privo*, 2. sing. pass. *ἀμέρδεαι* φ 290, aor. act. *ἄμερσε* ϑ 64 h. Cer. 313, *ἀμέρσαι* Π 53, aor. pass. *ἀμερθῆς* Χ 58 (forma novicia, cf. § 122).

Stirps e praefixo negativo *ἀν-* et stirpe *μερ* (*μοῖρα* etc. § 271) coaluit.

4. (*ἀμερδ*) *caeco*, *ἀμέρδει* τ 18, *ἄμερδε* Ν 340 Hes. Theog. 698. Hoc verbum, quod merus casus praecedenti consimile reddidit, cohaeret cum adiectivo *ἀμαυρός* δ 824 (= 835) *obscurus*.

5. (*ἀντ*) *ἤντετο* Δ 133 Π 788 Υ 415 Φ 34 Χ 208 δ 367 φ 31 h. Ap. 399 Cer. 52, *-ηντέσθην* Η 22, infin. *ἄντεσθ'(αι)* Ο 698, particip. *ἀντόμενος* etc. Β 595 Θ 412 Λ 237 ο 538 ϱ 165 τ 311.

Aliquanto plures formae a stirpe disyllaba *ἀντα*, quae postea sola superstes fuit (*ἀπαντᾶν*), ductae sunt: *ἀντᾷς* h. Merc. 288, *ἤνταον* (mss. *ἤντευν*, cf. § 191) Η 423, *-ηντήτην* (cf. § 195) π 333, fut. *ἀντήσω* Π 423, aor. *ἤντησα* etc. Δ 375 etc., et med. *-αντήσωνται* Ρ 184.

Quemadmodum autem stirps *ἀντ* (cf. adv. *ἄντα* § 318[3]) in *ἀντα* excrevit, sic *ἀντι* stirps (cf. praepositio *ἀντί*) in *ἀντια* aucta peperit novum verbum *ἀντιάω* Ψ 643 etc., fut. att. *ἀντιάω* [2]) Μ 368 etc. (cf. § 147), aor. *ἀντιάσητον -σειας ἀντιάσας* etc. Α 67 etc.

6. (*ἐϝελδ*) *ἐϝέλδομαι* Ξ 276 ε 219, *ἐϝέλδεαι* Ξ 269 ε 210, *ἐϝέλδεται* Ν 638 ο 66 σ 164 υ 35, *ἐϝέλδετο* δ 162, partic. *ἐϝελδόμενος* etc. Η 4 etc.—

---

[1]) Apud posteros *ἄρδω κατάρδω* minime rarum est verbum. Aor. *ἄρσασα* h. IX 8, *ἦρσα* Herod. V 12, *ἄρσῃ* II 14.

[2]) Pro *ἀντιάσει; χ* 28 analogia duce Cobet Misc. Crit. p. 309 reposuit *ἀντιάσῃς*. Apud posteros demum reperitur praesens *ἀντιάζω*.

Imperat. pass. *ἐϝελδέσθω Π* 494. — Ab eadem stirpe ducitur vox *ἐϝέλδωρ* (§ 70) *Α* 41 etc.

Corruptae sunt formae decurtatae *ἐλδόμεναι* (leg. **ϝελλόμεναι*) *Ψ* 122, *τά τ' ἔλδεαι ψ* 6, *τά τ' ἔλδεται E* 481, ubi scribi solet hodie *τὰ ϝέλδεαι* et *-ται*, sed velles *τά τ' ἐϝέλδ.* scribi posset; fortasse *ἅ τ' ἐϝέλδ.* legendum est elisa syllaba quae praecedit.

Artissime cognata est stirps *(ἐ)ϝελπ*, cuius activum nonnisi *β* 91 = *ν* 880 legitur *ϝέλπει*, *spem facit*, medium vero *ϝέλπομαι* etc. *expecto* passim occurrit, cum forma ampliore *ἐϝέλπεται K* 105 (?) *N* 813 *ἐϝελποίμην Θ* 196 *P* 488. Perf. *ϝέϝολπα* etc. *T* 186 *X* 216 etc., plusqmpf. *ἐϝεϝόλπει T* 328 *υ* 328 *φ* 96 *ω* 313 (mss. *ἐώλπει*). De vocibus derivatis cf. § 41[23].

7. (*ἰμαντ*) aor. *ἵμᾶσεν E* 589 *Λ* 280 etc., subi. *ἱμάσσω -σσῃ B* 782 *O* 17 [1]).

Ab eadem stirpe ducta sunt vocabula *ἱμάς* (*ἱμάντος*) et *ἱμάσθλη*.

8. (*κεντ*) aor. infin. legitur *κένσαι Ψ* 337, et adiectivum verb. *κεστός Ξ* 214, cum compositis *ἠκεστος* [2]) *Z* 94 (= 275, 309) et *πολύκεστος Γ* 371. Praeterea cohaerent *κέντωρ, κέντρον, κοντός*. Praesens, quod apud recentiores est *κεντέω*, apud Homerum non reperitur.

9. (*περθ*) *πέρθοντε Σ* 342; passiv. *'πέρθετο M* 15, *περθομένη B* 374 (= *Δ* 291 *N* 816). Adde *ἔπερθον Δ* 308, ubi mss. habent *ἐπόρθεον* vel *-ουν*, cf. § 8 et 191. Forma intensiva *'πόρθεον* praeterea extat *ξ* 264 (= *ϱ* 433), fut. et aor. inde ducta sunt *πορθήσω* h. Merc. 180 *-πορθήσας B* 691. Futurum est *ἐκπέρσει Σ* 283 *Φ* 310, *-σειν P* 407 *Φ* 584, et pass. *πέρσεται Ω* 729. Aoristus II *ἔπραθον* nonnusquam reperitur, vid. § 149[21], sed frequentior est aor. *ἔπερσα* etc.

Errori tribuo infinitivum *πέρθαι Π* 708; qui si integer esset, sine vocali thematica a stirpe *περθ* esset ductus (*περθ-σθαι*); sed veri videtur similius pro *πέρθαι Τρώων* legendum esse *Τρώων πέρθεσθ'(αι)*.

10. (*σπενδ*) *σπένδησθα* (cf. § 111) *δ* 591, *-η θ* 432, part. *σπένδων*

---

[1]) Accurate loquentibus non *ἱμαντ* sed *ἱμᾰϝτ* sive *ἱμᾰτ* vocanda est huius verbi stirps. Radix *ἰμ(ᾰ/ᾰ)ν*, quae in *ἱμᾶν* et *ἱμονία* cernitur, peperit nomen *ἱμάς*, hinc *ἱμάσσω* (*ἱμᾰϝjω*) prodiit, inde *ἱμάσθλη* (*ἱμάτθλη*).

[2]) Huius vocis syllaba initialis cur sit producta non perspicio, quapropter dubito an aliud subsit etymon.

etc. *Λ* 775 etc., iterat. *'σπένδεσκε Π* 227 *-ον η* 188. Aor. *ἔσπεισαν* etc. *Z* 259 etc. — Verbale est *σπονδαί B* 841 (*Δ* 159).

Satis recentis originis esse videtur hoc verbum, cuius vicem in antiquioribus carminum Homericorum partibus obire solet *λείβω* (cum nomine verbali *λοιβή*).

§ 212. A stirpe *Fιδ* quae ducuntur formae hae sunt:

1. aor. II *ἝFΙδον* etc. *videre* et med. *'Fιδόμην* etc., cf. § 149[67] et 309.

2. perf. *Foἶδα* etc. *scire*, cf. § 160[7]. — Cum duplici futuro *Fείσομαι Fείσεαι Fείσεται Λ* 548 *Π* 226 *Θ* 535 etc., *Fείσεσθαι* h. Merc. 538, et *Fειδήσεις η* 827 h. Ap. 484 Merc. 466, *Fειδήσειν Λ* 546 (*ζ* 257 vHerwerden pro *εἰδησέμεν* correxit *ἔτι δηέμεν*).

3. *Fείδεται videri Λ* 228 etc., *Fειδόμενος -η E* 462 etc. — Novo incremento aucta stirps peperit praesentis et imperfecti formas *Fινδάλλομαι* h. Ven. 179, *Fινδάλλεται Ψ* 460 *γ* 246 *τ* 224, *'Fινδάλλετο P* 213.

Aor. *ἐFείσαο I* 645, *(ἐ)Fείσατο B* 791 *β* 320 etc., *'Fείσαντο M* 103, *Fείσαιτο B* 215, *Fεισάμενος -νη N* 45 etc. — Participii formam pentesyllabam *ἐFεισάμενος -νη*, quae compluribus locis invenitur (*B* 22, 795 etc.), deberi vitio librariorum sonos *ι* et *ει* nusquam non confundentium, *ΕΙΣΑΜΕΝΟΣ* igitur, quod *ΕΪΣΑΜΕΝΟΣ* scribebatur, in *ΕΕΙΣΑΜΕΝΟΣ* abiisse, iure statuit Bekker; cuius opinionem egregie nunc confirmat papyrus Oxon., qui *B* 795 lectionem *εισαμενη* praebet, cum in ceteris mscriptis sit *ἐεισ.*; itaque hoc participium immerito rettulerit quispiam inter exempla praefixi ante digamma soni *ε*, quae in § 43 enumeravimus.

De nominibus a stirpe *Fιδ* ductis vid. § 41[15].

Perfecti persona 3ª plur. *Fίσᾱσι*, quae ex *Fίδ-σαντι* nata est [1]), apud recentiores poetas novum peperit praesens Doricum *ἴσᾱμι* (*ἵσημι*) Pind. Pyth. IV 441, Epicharm. fr. Lorentz B 1 (?), Theocrit. V 119 [2]),

---

[1]) Collato eiusdem conformationis exemplo altero *εἶξαν* et Latino *viderunt* Curtius syllabam *σα* ex aoristo desumtam esse docuit Verbum II[2] p. 253 sq. — Minus placet G. Meyeri[2] § 551 opinio, *analogiam* introduxisse elementum sigma: „die 3. Plural *ἴσᾱσιν* ist mit ihrem *σ* (für *ἴδαντι*) an *ἴστι* (*ἴσμεν*) *ἴσαν* angelehnt." Quae explicatio non sufficit ad *productum* multis locis *iota* tuendum (cf. p. 400,4).

[2]) *Syracusanis* praesens *ἴσαμι* tribuit Hesychius s. v.

Etiam *Foἰδημι* pro *ἐπίσταμαι* aliquando dictum esse Hesychius testatur, quam formam *Aeolicam* vocant alii grammatici, cf. Curtius Verbum II[2] p. 183. Qua de re nunc indicare non possumus, cum deficiant veterum scriptorum loci qui ea forma usi fuerint.

ἴσᾱς Theocrit. XIV 34, ἴσᾱτι inscr. 1658 Collitz, Theocrit. XV 146, ἴσᾰμεν Pind. Nem. VII 20, cum futuro *ἰδησῶ* Theocrit. III 37. Vid. Cobet Var. Lect. p. 42, Curtius Verbum II² p. 253 sq.

§ 213. (καδ) *κήδει* etc. *P* 550 etc. *lacilere* (iterat. *'κήδεσκον ψ* 9), fut. *κηδήσοντες Ω* 240, et in medio *κήδεαι* etc. *Z* 55 etc. *sollicitum esse, curare* (iterat. *'κηδέσκετο χ* 358), fut. *κεκᾰδησόμεθα Θ* 353 (cf. § 137). — Separatim commemorandum est participium *ἀποκηδήσαντες Ψ* 413 *negligendi* vi adhibitum.

Cohaerent nomina *κηδεμών Ψ* 168, 674 et *κῆδος* (superl. *κήδιστος* § 86), unde *κήδε(ι)ος T* 294 *Ψ* 160 (cf. § 17 et 61), *ἀκηδής* sive *ἀκήδεστος* cum verbo *ἀκήδεες Ψ* 70 *ἀκήδεεν Ξ* 427 (Nauck pro *-δεσεν*), *δυσκηδής, λαθικηδής, πολυκηδής, προσκηδής*.

Ad verbum *χάζομαι* (§ 220[4]) videntur referendae esse formae *κεκᾰδήσει φ* 153 (= 170), *κεκᾰδών Λ* 834, quibus *spoliandi* vis inest, et *'κεκάδοντο Δ* 497 *O* 574 *recesserunt*; cf. § 149[10].

§ 214. (κυθ) *κεύθει* etc. *A* 368 etc., pass. *κεύθωμαι Ψ* 244, fut. *κεύσω E* 816 *γ* 187 etc., aor. *κεκῦθωσι ζ* 303, *'κύθε γ* 16 (*'κύθον Γ* 453? mss. *ἐκεύθανον* vitiose), cf. § 149[22]; aor. sigmaticus *μηδ' ἐπικεύσῃς ο* 263 (alias *μηδ' ἐπίκευθε*). Perf. *κέκευθε* (§ 158[21]) *X* 118 *γ* 18, *κεκεύθῃ* l. a. *Ψ* 84, *ἐκεκεύθει ι* 348 et l. a. *Ω* 192.

Cohaerent nomina *τὸ κεῦθος* et *ὁ κευθμός* sive *κευθμών*.

§ 215. (μηδ) *μήδεαι μήδεται* etc. *B* 38 *Φ* 413 *ε* 173 etc., fut. *μήσεαι λ* 474 (h. Ap. 322?), aor. *'μήσαο Ξ* 253, *ἐμήσατο Z* 157 *K* 52, 289 etc.

Ab eadem stirpe ducta sunt substantiva *μήστωρ* (*-ωρα* etc., sed nom. propr. *Μήστορα Ω* 257) et *τὰ μήδεα consilia* [1]).

A debiliore huius stirpis forma *μεδ* (cf. § 18 pag. 89) ductum est novum verbum *μέδηαι ἐμέδοντο μέδεσθαι* etc. *B* 384 etc., fut. *μεδήσομαι I* 650, et participium, quod substantivi fere vice fungitur, *μεδέων Γ* 276 etc. (*Μέδων* nomen proprium) *μέδοντος -ντες -ντας B* 79 *α* 72 *η* 136 etc. [2]).

---

[1]) Alienum hinc est *μήδεα pudenda ζ* 129 *σ* 67 *χ* 476, quod *μέζεα* scribendum esse probabiliter statuerunt P. Knight et Nauck coll. Hes. Oper. 512. Perabsurde inde derivatur vox *φιλομμηδής* (*-μειδής*) Hes. Theog. 200 (*ὅτι μηδέων ἐξεφαάνθη*).

[2]) Cum nominativo *μεδέων* congruunt *μεδέοντα* h. Merc. 2 et *μεδέουσα* h. Ven. 293.

§ 216. (πετ) *πέτεται* etc. passim; aor. II *πτῆται -πτέσθαι* § 149[29] et *ἔπτᾰτο* etc. § 150[14] (ubi vid.).

Intensivum *ποτάομαι* in textu tradito plerisque locis male est habitum; integra sunt *-ποτᾶτο B* 315, *ποτώμεναι* h. Merc. 558, sed pro *πωτῶντο M* 287 leg. *'ποτάοντο* et pro *ποτέονται T* 357 *ω* 7 leg. *ποτάονται* (cf. § 191 pag. 424 et 430); praeterea *ποτῶνται B* 462 in *πέτωνται* est mutandum (§ 191 pag. 433) [1]). Perfectum est *πεπότηται λ* 222, *πεποτήαται B* 90, *'πεπότητο* Hes. Scut. 148.

Adiectivum *ποτητός* legitur *μ* 62; praeterea nomina ab hac stirpe ducta sunt *ποτή ε* 337 (spur.), *ὠκυπέτης Θ* 42 (= *N* 24), *πετεηνός* vel *πετεεινός B* 459 etc. (vid. § 38 pag. 124).

§ 217. (πιθ) *πείθω persuadeo* etc. passim, fut. *πείσεις* etc. *Α* 132 etc. et *πεπίθήσω X* 223 (cf. § 137), aor. II *πεπίθωμεν* etc. (§ 149[31]) et *-έπεισε Z* 61 (= *H* 120 *N* 788) *Ψ* 606 *πεῖσαι* h. Cer. 380.

Med. *πείθομαι obsequor* etc. passim, fut. *πείσομαι* etc. *H* 286 *O* 178 etc., aor. II *πεπίθοιτο* et *'πιθόμην* etc. (§ 149[31]), perf. *πέποιθα* etc. (§ 160[2]).

Stirps sono *e* aucta *πιθη* peperit futurum *πίθήσεις φ* 369 *obedies* et participium *πίθήσας obediens, fretus* (cum dat.) *Δ* 398 *Z* 188 etc., quod Buttmann A. S. II p. 207 omnibus locis ubi *fretum* significat in *πεποιθώς* mutandum esse suspicatus est; adstipulatus ei est Nauck, sine iusta tamen causa, neque valet hac in re codicum Vind. Vrat. auctoritas, lectionem *πεποιθώς* praebentium [2]).

§ 218. (σϝεθ) *εἴωθε E* 766 *ρ* 394; idem legendum est *Θ* 408 et 422, *μ'* et *ϝ' εἴωθεν*, ubi mscripta habent *μοι* et *οἱ ἔωθεν*, vid. § 18 pag. 69 sq. [3]); part. *εἰωθώς Z* 508 (= *O* 265), *-θότι E* 231, *-θότες E* 203. — Ab eadem stirpe ductum est participium praesentis *ϝέθων -θοντες I* 540 *Π* 260 *degens, solitus, more suo* [4]).

Cohaerent nomina *ϝῆθος* et *ἠθεῖος* (cf. § 41[37]), separatim autem commemoranda est verbi derivati alias non obvii forma iterativa *ἀϝήθεσκον* (sic recte Hesych., codd. *ἀήθεσσον*) *K* 498. Etiam sub-

---

[1]) Pessimae notae praesens *ἵπτᾰμαι* ad analogiam verbi *ἵσταμαι* fictum legitur in versu spurio Eur. Iph. Aul. 1608 et perperam apud Suidam affertur ex Ar. Av. 34, sed apud posteros extat Mosch. III 44 Meleagr. epigr. 53 et 58 etc.

[2]) *πιθήσας* legitur etiam Pind. Pyth. IV 194, Apoll. Rh. I 33, Theocrit. XXIV 41.

[3]) Antiquum esse errorem efficio ex Archippi comici fr. 48 Kock, *ἐωθώς*.

[4]) Glossographi perperam interpretabantur *βλάπτων*.

iunctivus *ἐθείρῃ* Φ 347, si sanus est, cum hac stirpe debet cohaerere, sed corruptum esse veri duco similius.

§ 219. (*φιδ*) *φείδεο* π 185 χ 54, *φειδόμενος* *E* 202, fut. *πεφῐδήσεται* *O* 215 Ω 158 = 187 (cf. § 137), aor. *πεφῐδοίμην* etc. (§ 149[11]) et *ἐφείσατο* Ω 236.

Derivantur nomina *φειδώ* *φειδωλή* et nomina quaedam propria.

§ 220. Sequentium verborum praesens auctum est sono *ι* (*j*).

1. (*λιτ*) *λίσσομαι* *obsecro* etc. passim, fut. *λίσσεσθαι* *K* 455 et *λίσεσθαι* (mss. *λίτεσθαι*) *Π* 47, vid. § 107 pag. 280; aor. *ἐλλῐσάμην* *λ* 35 *ν* 273, subi. *λίσῃ* *κ* 526 (novicium pro *λίσεαι*, cf. § 117), imperat. *λίσαι* *A* 394.

Vitio natus est aoristus II *λιτοίμην* (recte l. a. *ἀλιτοίμην*) ξ 406 et *λίτεσθαι* (correximus *λίσεσθαι*, vide supra) *Π* 47.

Derivantur *πολύ-* *τρίλλιστος*, *λῖταί* cum novo verbo *λιτανεύω*, cuius formae extant (*ἐλ*)*λιτάνευε*, *λιτανεύσομεν*, *ἐλλιτάνευσα*.

De littera *λ* post augmentum iterata vid. § 27.

In dictione epica verbum *λίσσομαι* uno loco novicio *I* 501 excepto nunquam usurpatur de hominibus ad deos precantibus, sed mortales alios mortales *λίσσεσθαι* dicuntur, et quoniam ea quae in Olympo aguntur rerum terrestrium referunt imaginem, etiam coelites se invicem nonnunquam *λίσσονται*, e. g. *A* 502. Apud posteros vero *λίσσομαι* (h. Ven. 185, Herod. VI 61, Pind. Ol. XII 1, Soph. Oed. Col. 1560 etc.) et brevior verbi forma *λῖτομαι* (h. XV 5 XVIII 48?, h. Orphic. V 6 X 29 etc., Ar. Thesm. 313) saepe adhibentur de precibus quibus homines adeunt numina [1]).

2. (*σεδ*) *ἵζει* (i. e. *σί-σδει*, cf. § 139[7]) *ἵζε* etc. *B* 53 *N* 281 etc. cum iterat. *ἵζεσκε* Ω 472 *γ* 409 *ρ* 331; et *ἵζᾰνει* *K* 92 [2]), *ἵζᾰνε* *K* 26 *Σ* 25 *Ψ* 258, *-ἵζᾰνέτην* *K* 578, *ἵζᾰνον* *Υ* 11 *ε* 3 *ω* 209.

Plerisque locis *ἵζω* et *ἵζάνω* *sido* significant, sed causativa vi utuntur *ἵζᾰνε* *Ψ* 258, *ἵζε* *B* 53, *ἵζε* Ω 553.

Futurum uno loco extat *I* 455 *ἐφέσσεσθαι*, aoristus est *εἷσε* etc. *Z* 189 etc. et med. *ἐφείσατο* ξ 295 (l. a. *ἐφέσσατο*, *ἐέσσατο*), subi. *-ἕσωσι* h. Apoll. 150 l. a. (apud Thuc. III 104), optat. *-ἕσαιμι* Ξ 209,

[1]) De tragicis cf. E. B. Koster studia Tragico-Homerica 1891 p. 23 sq.

[2]) Sapph. fr. 2[3], Semonid. Amorg. fr. 7[84].

imperat. ἕσσον (mss. εἶσον, correxit P. Knight) η 163 et -ἕσσαι ο 277, infin. -ἕσσαι ν 274, partic. ἕσας ξ 280, ἕσασα κ 361 -ἕσαντες N 657 et med. -ἑσσάμενος π 443 [1]).

Et hae quidem formae (quae causativa vi omnes utuntur) a stirpe σεδ quomodo ductae sint, nemo non videt; nonnullis vero locis reperitur recentioris aevi aoristus καθί(σ)σαι, cui inhaeret reduplicationis syllaba (σ)ι, cf. § 139. Extant apud Homerum κάθῐσαν T 280 δ 659, κάθῐσον Γ 68 (= H 49), καθίσσαι (requiritur futurum) h. Merc. 284, καθίσσας I 488, καθῐσασα ρ 572, quae si quis in κάθεσαν κάθεσον καθέσσειν καθέσσας καθέσασα mutanda esse autumaverit, audacius forsitan pronunciaverit, sed minime absurde et T 280 h. Merc. 284 certe codicibus non invitis. Qui vero contrariam rationem iniit Apollonius de Synt. p. 326, 24 ἷσα aoristum Homero tribuens pro εἶσα, non est audiendus, licet aurem ei praebuerit Vollgraff in studiis Palaeographicis 1871 p. 33.

Multo simplicior est medii ratio; reperiuntur imperat. ἵζε'(ο) Γ 162 H 115 (mss. ἵζευ, cf. § 117), subi. -ἵζηται N 285, opt. ἵζοιτο χ 335, imperf. -ἵζετο l. a. ρ 334, ἵζοντο Γ 326 (Σ 522 leg. ἷζον) T 50, et aoristus ἕζετο (i. e. σέ-σδ-ετο) etc. passim (§ 149[31]). Vitio debetur praesentis forma ἕζεαι ἷσος κ 378, ubi ἕζεο Ϝῖσος esse legendum multi viderunt; praesens (καθ)ἕζομαι, quod etiamnunc interdum affertur (vid. lexicon Ebelingi), nunquam fuit aut esse potuit, eiusdem enim notae foret verbum ἐνέγκω vel γένομαι.

Derivantur nomina τὸ ἕδος et ἡ ἕδρη, hinc novum verbum ἑδριάομαι ductum est K 198 Λ 646 etc.

Perfecti locum, ut apud posteros, obit verbum ἧμαι, quod sine vocali thematica a stirpe ἡς (ἧσ) ductum est. Plerisque autem locis non *sedere* significat sed *in statione esse*, *requiescere*, neque igitur *standi* sed *movendi* notioni contrarium est; luculentum est exemplum Γ 134 sq. [2]). Extant apud Homerum: ἧμαι Σ 104 etc., ἧσαι B 255 O 245, ἧσται T 345 etc., ἧσθον(?) h. Ap. 456, ἥμεθα O 740,

---

[1]) Etiam apud Pindarum Pyth. IV 364, 486 V 55 Nem. X 82 XI 21 leguntur formae ἕσσαι ἑσσάμενος ἕσσαντο ἑσσάμενοι, -ἑσσαμένου Callim. h. Dian. 75, item ἑσσάμενος Thuc. III 58 § 5, quo tamen loco utpote in scriptore pedestri et Attico ἑσάμενος scribendum esse clamat ratio, quod etiam Herod. I 66 restituendum est pro ἑσσάμενος; nec non vitio laborat participium ὑπείσας Herod. III 126 VI 103, leg. ὑπέσας aut quod Cobetus suasit ὑπίσας.

[2]) Etiam apud Herodotum ἧσθαι = *quietum* vel *otiosum adesse* (*adstare*) legitur I 46 III 134 VII 150 IX 56, 72, item ἕδρα = *quies* Herod. IX 41 Thuc. V 105. Cf. proverbium ἧσο βιλῶν καθῆσθαι (Diogenian. IV 71); etiam [Xenoph.] Rep. Ath. III 1 aptum praebet exemplum.

ἧσθε β 240, ἧαται (mss. εἶαται) B 137 etc. et ἕαται Γ 134 I 628, imperat. ἧσο A 565 B 200 etc., infin. ἧσθαι A 134 etc., partic. ἥμενος etc. A 358 etc.; plusqmpf. ἥμην Z 336 etc., ἧστο A 512 etc., ἧσθην Δ 21 etc., -ἥμεθα γ 263 δ 272 etc., ἧατο (mss. εἶατο, sed vid. Ω 473) Γ 149 etc. et ἕατο H 414.

De correpta formarum ἕαται et ἕατο syllaba initiali vid. § 17. Non est Homericum quod spurio fortasse versu Γ 153 legitur ἧντο, vid. § 119.

3. (φραδ). Activi *indico* praesens in textu tradito non extat, sed δ 395 σὺ φράζε correximus pro φράζευ σὺ (cf. § 117). Aor. ἔφρᾰσε legitur λ 22 h. Merc. 442 Ven. 128, et imperat. φράσον est l. a. (Zen.) A 83, sed frequentior est aor. II ἐπέφρᾰδον etc., vid. § 149[12].

Multo pluribus locis occurrit medium (*reputo*): φράζεαι etc. φρά(σ)σομαι ἐφρᾰσάμην ἐφρά(σ)σατο etc. passim, et eodem sensu aor. pass. -εφράσθης ε 183 τ 485 ψ 260.

Derivantur nomina ἀφιφρᾰδής [1]), ἐυφρᾰδής, κακοφρᾰδής, ἀφρᾰδής (ἀφρᾰδέως, ἀφρᾰδέω, ἀφρᾰδίη), φράδμων Π 638 (ἀ- συμφράδμων, φραδμοσύνη), femininum πρόφρασσα (i. e. -φραδϳα) K 290 etc., quod componendum est cum masculino πρόφρων (A 150 etc.) a stirpe φρανφρεν-φρον ducto, quae ex eadem radice atque stirps φραδ procrevit.

4. (χαδ) *cedo* (*locum praebeo*) -χάζομαι χαζώμε(σ)θα ἐχάζετο etc. E 34, 440, 822 etc., fut. χάσσονται N 153, aor. 'χάσσατ'(ο) etc. N 198 etc. et aor. II 'κεκάδοντο Δ 497 O 574 (cf. § 149[20]).

Huc referendae sunt etiam activi formae fut. κεκᾰδήσει φ 153 = 170 (§ 137) et aor. κεκᾰδών A 334 (§ 149[20]), quibus *spoliandi* inest vis [2]).

Arte cohaeret verbum χανδᾰ́νω § 221[5].

§ 221. Nonnullis stirpibus in praesenti adiectum est ν:

1. (ραδ) 'ραίνοντο A 282, ῥαίνοιτο ι 459 (sic Duentzer pro ῥαΐοιτο § 295[6]), aor. imperat. ῥάσσατε υ 150, pass. perf. ἐρρᾰ́δᾰται υ 354, plusqmpf. ἐρρᾰ́δᾰτο M 431.

Cohaeret vox ῥᾰθᾰ́μιγγες *guttae* A 536 etc.; de altera huius stirpis forma ἀρδ vid. § 211[3] (§ 39 et 142).

---

[1]) Vitio debetur adiectivum simplex φραδής Ω 354: φραδίως νόου ἔργα τέτυκται, cf. pag. 219, 1.

[2]) Cf. § 213. Fortasse κεχαδήσω, κεχαδών, κεχάδοντο fuit olim, hae enim legitimae forent formae.

2 (καδ). Praesentis imperfective nulla extat forma nisi ἐκαλνῦτο γ 282 Θ 127, 219 Hes. Scut. 4. Multo frequentius est perfectum κέκασσαι (§ 35) κέκασται ἐκέκαστο etc. *B* 530 τ 82 etc. [1]).

Adiectivum verbale reperitur in nominibus propriis Ἄκαστος Ἀκάστη, Ἐπι- Μηδεσι- Πολυκάστη. Etiam nomen Ναυσικάα hinc repetendum videtur.

3. (ἐριδ). Haec stirps, unde verba ἐρίζω (ἔρισμα Δ 38) et ἔρις ducta sunt, praeterea peperit praesens ἐρῐδαίνετον *A* 574 *Π* 765, ἐρῐδαίνομεν *B* 342 *β* 206 *σ* 403, infin. ἐριδαινέμεν *α* 79, imperat. ἐρίδαινε *φ* 310, et novo incremento recepto ἐριδμαίνωσι *Π* 260 *lacessant*.

Corruptus est aoristus ἐρῐδήσασθαι in versu Ψ 792, qui versus alio quoque vitio laborat (cf. § 76); scripsimus πόσσ' ἐριδαινέμεναι ἄλλοισ', εἰ μὴ Ἀχιλῆι, mss. ποσσὶν ἐριδήσασθαι Ἀχαίοισ εἰ μὴ Ἀχιλλεῖ (l. a. ἐριζήσασθαι).

4. (σϝαδ) ϝανδάνει *H* 407 *β* 114 *π* 387, (ἐ)ϝάνδανε (mss. ἑήνδανε et ἥνδανε) *A* 24 *γ* 143 etc., aor. ἔϝϝᾰδε etc. (§ 149[45]), part. perf. ϝεϝᾱδότα *I* 173 (= *σ* 422) [2]). — Med. part. aor. ϝάσμενος *libens* Ξ 108 *Υ* 350 *ι* 63, 566 *κ* 134 (§ 150[11]).

Verbi, quod postea pervulgatum fuit, (ϝ)ῆδομαι una tantum reperitur forma ἐϝήσατο *ι* 353.

De augmenti syllaba in aoristo producta (ἔϝϝαδε, mss. εὖαδε) vid. § 27 et § 40 pag. 154, et de nominibus ab hac stirpe ductis cf. § 41[3].

5. (χ($\overset{\alpha}{\underset{o}{\cdot}}$)νδ-χαδ) ἐχάνδανε Ψ 742, ἐχάνδᾰνον *ρ* 344, aor. ἔχᾰδε etc. (§ 149[107]), fut. χείσεται *σ* 17, perf. κεχονδότα Ψ 268 *δ* 96, ἐκεχόνδει Ω 192.

Stirpis χενδ (*pre-hend-o*) brevior forma $\chi\underset{o}{\eta}\delta$ sive χαδ peperit aoristum, amplior χονδ perfectum. Futurum igitur non est cur in χήσομαι mutemus auctore Nauckio Mél. Gréco-Rom. IV p. 506, quem et verbi λανθάνειν pellexit analogia et mscriptorum error, perfecti formas κεχανδότα et (ἐ)κεχάνδει praebentium, nec non versus h. Ven. 253, ubi Martin egregia coniectura στόμα χήσεται effecit ex absurda lectione στοναχήσεται; perfectum autem non κέχανδα sed κέχηδα fuisse Nauck sibi persuaserat. Sed Fick suo iure poposcit formam κέχονδα, item Mekler Beiträge 1887 p. 60; quam opinionem de versu Ω 192

[1]) Stirpis littera δ immutata mansit apud Pind. Ol. I 41 κεκαδμένος.
[2]) ϝεϝαδ$_{\text{ι}}$ϙότα *placita* in inscr. Locrica, vid. § 41[3].

certe egregie nunc confirmat papyrus in paucis vetustus CXXVIII, qui quamquam lacer et hoc loco est et alibi, litterae tamen *ONΔEI* clarae supersunt.

Arte cognatum est verbum *χάζομαι* § 220[1], necnon cohaeret stirps *χαν* (*χάνε* etc. § 149[108], *κέχηνα* § 158[25], *χανδόν*, *χειή*, Attic. *χάσκω*, *hisco*).

6. (*λαθ*) *λήθω* etc. *lateo* *A* 561 etc., fut. *λήσεις* etc. *ν* 393 etc., aor. *ἔλαθε* etc. (§ 149[24]).

Med. *obliviscor*, *λήθεαι ἐλήθετο* etc. *I* 259 etc., *λήσομαι* etc. *α* 308 etc., aor. *'λάθετο* etc. (§ 149[24]), perf. *λέλασται* etc. *E* 834 etc.

Praesentis imperfectique forma, quae postea pervulgata fuit, *λανθάνω λανθάνομαι*, paucis locis Homericis reperitur: *ἐλάνθανε Θ* 93 (= 532), *ἐλάνθανον N* 721, *'λανθανόμην μ* 227.

Causativa vis *memoriam adimendi* propria est formis *ἐκ...ληθάνει η* 221, *-λέλαθον λελάθῃ -λελάθητε -λελαθοῦσα B* 600 *O* 60 *χ* 444 h. Ven. 40 (§ 149[24]), *ἐπέλησεν υ* 85.

A stirpe *λαθ* ducta sunt nomina *ἄλαστος*, *λαθικηδής X* 83, *λήθη*, *λησίμβροτος*, *λάθρῃ*, *ἔκλησις*. Pro *ἐπίληθον δ* 221 (ab adi. *ἐπίληθος* aliunde ignoto) leg. *-λῆθον* (partic. verbi *ἐπιλήθω*).

7. (*πυθ*) *πεύθομαι* etc. *γ* 187 etc., fut. *πεύσομαι* etc. *ψ* 262 etc., aor. *πεπύθοιτο* et sine reduplicatione *'πύθόμην* etc. (§ 149[22]), perf. *πέπυσμαι λ* 505, *πέπυσσαι λ* 494 (cf. § 35), *πέπυσται* etc. *β* 411 etc.

Nonnisi duobus locis Homericis invenitur vulgata praesentis imperfectique forma: *πυνθάνομαι β* 315, *'πυνθανόμην ν* 256.

Verbalia sunt *ἄπυστος* et *ἀπευθής*.

IV. *De stirpibus in consonam gutturalem exeuntibus.*

§ 222. In *-ζω* desinunt verba quae sequuntur:

1. *ἅζομαι A* 21 etc. (praes. et imperf.). Stirps *ἁγ* integra cernitur in adiectivo *ἁγνός λ* 386 etc.

2. *ἀλαπάζει M* 67, *-ζε A* 503, *-ζοντα E* 166, *-ζομένην Ω* 245, fut. *ἀλαπάξεις B* 367 *-ξειν N* 813, aor. *ἀλάπαξα* etc. *A* 750 etc. — Adiectivum est *ἀλαπαδνός B* 675 etc. (cf. § 224).

3. *βάζεις ἔβαζε* etc. *Δ* 355 etc., perf. pass. *βέβακται Θ* 408 [1]).

[1]) De verbo *ἀβάκησαν δ* 249, quod ab hac stirpe fortasse repetiverit quispiam vid. § 202.

4. *ῥυστάζοντας π* 109 (= *υ* 319), iterat. *ἐρρυστάζεσκεν Ω* 755, cum substantivo verbali *ῥυστακτύς σ* 224. — Cf. § 293.

5. (*στάζω*) aor. *'στάξε T* 39, 354, *στάξον T* 348. — Neque praesens neque nomen ab eadem stirpe ductum *σταγών* in epica poesi reperitur.

6. *σφάζουσι α* 92 (= *δ* 320), *σφάζειν* h. Ap. 536, *ἔσφαζον I* 467 *ι* 46 *ψ* 305, aor. *'σφάξε ἔσφαξαν Λ* 459 *γ* 454 etc.; passiv. *σφαζόμενοι -νων Ψ* 31 *υ* 312, *ἐσφαγμένα κ* 532 (= *λ* 45).

Substantiva *σφαγή* et *σφαγεύς*, unde stirps agnoscitur, apud Homerum frustra quaeruntur. — Att. (*ἀπο*)*σφάττω*.

7. *δᾰϊ̈ξέμεναι Φ* 33, *δᾰϊ̈ζων H* 247 etc., *ἐδᾰ́ϊξε Φ* 147, *ἐδᾰϊ̈ζετο I* 8 *O* 629 h. Cer. 41, aor. *δᾰ́ϊξαι B* 416 *Π* 841, pass. part. praes. *δᾰϊ̈ζόμενος Ξ* 20, perf. *δεδᾰ́ϊγμένος* etc. *T* 211 etc.

Insolite producitur syllaba initialis *Λ* 497 *δᾰϊ̈ζων* (Nauck coniecit *δηιόων*). — Ductum est hoc verbum a stirpe *δα* § 205.

8. *ἐδνοπάλιζε Δ* 472, *δνοπαλίξεις ξ* 512. — Incertae originis et potestatis verbum.

9. *-εναρίζεις ἐνάριζε* etc. *Π* 781, 850 etc., fut. *-εναρίξει -ξων T* 339 *Λ* 101, aor. *ἐνάρικα* etc. *P* 187 *Ω* 521 etc.

Derivatur hoc verbum a voce *τὰ ἔνᾰρα Z* 68 etc. *spolia*, significat igitur *ἐναρίζω* sive *ἐξεναρίζω* (*ἐξεναρεῖν* Hes. Scut. 329, cf. § 144) *hostem occisum armis spoliare*, hinc nonnunquam *occidere*.

Ab eadem autem stirpe cum substantivo *ἔναρα* ductum est verbum *ἐναίρω* etc. (praes.) *Θ* 296 etc. *occidere*, med. *ἐναίρεο τ* 263 *ἐναιρόμενος Π* 92, cum aoristo *ἐνήρατο E* 43 etc. — Quae stirps praeterea peperit nomen *οἱ ἔνεροι inferi* § 88[a] (*ἐνέρτεροι*, *ἔνερθεν νέρθεν*), nihil vero commune habet cum *tollendi* verbo *ἀείρω* (Att. *αἴρω*) § 256.

10. *κτερέϊζε Ψ* 646, *κτερεϊ̈ζέμεν' Ω* 657, aor. subi. *κτερεΐξω β* 222, inf. *κτερεΐξαι α* 291.

A breviore stirpe, quae nomen *τὰ κτέρεα parentalia* (§ 72[1]) in lucem protulit, ducta sunt futurum *κτερῐ́σω Σ* 334 *κτερῐ́σουσι Λ* 455 *X* 336 (mss. *κτεριῶ κτεριοῦσι*, cf. § 210) et aoristi optativus *κτερίσειεν γ* 285 *κτερίσειαν* (l. a. *-σαιεν*, cf. § 113) *Ω* 38.

11. *μερμηρίζω* etc. (praes. et imperf.) *B* 3 *υ* 41 etc., aor. *'μερμήριξα* etc. *Λ* 189 *κ* 50 etc. (subi. *μερμηρίξω π* 261).

Huius stirpis, quae reduplicationem est perpessa (§ 138[a]), forma debilior cernitur in voce *μέρμερα* (*Ϝέργα*) *memorabilia* (*facinora*) Θ 453 *Λ* 502 etc., subst. *Μέρμερος*; cf. § 18.

12. *πελεμιζέμεν' Π* 766, *'πελέμιζε N* 443, aor. *'πελέμιξεν Φ* 176 *φ* 125, *πελεμίξαι Π* 108, passiv. *'πελεμίζετ'(ο) Θ* 443, aor. *'πελεμίχθη Δ* 535 (= *E* 626 *N* 148) *Π* 612 (= *P* 528).
Ductum est a verbo *πάλλω*.

13. *π(τ)ολεμίζω* etc. (praes. et imperf.) *Λ* 168 *T* 325 etc., fut. *πτολεμίξω Φ* 468, *πτολεμίξομεν B* 328 *Ω* 667, *πολεμίξειν T* 85, *πολεμίξων K* 451 *O* 179.
De littera *τ* in fronte stirpis vacillante cf. § 34.

14. Aor. *ἐστήριξε Δ* 443 *Λ* 28, *στηρίξαι μ* 434, *-ξασθαι Φ* 242, plusqmpf. pass. *ἐστήρικτο Π* 111 *Φ* 168 h. Merc. 11. — Praesens non extat, dubium tamen non est quin *στηρίζω* fuerit.

15. *στυφελίξετε σ* 416 (= *υ* 324), *στυφελίξειν Φ* 380, *στυφελιζομένους π* 108 (= *υ* 318), fut. *στυφελίξει Λ* 581 (Bentley pro *-αι*), aor. *ἐστυφέλιξε* etc. *E* 437 etc. [1]).

16. *ἄτυζόμενοι* etc. *Z* 38, 41 *O* 90 *ψ* 42 (*-νος μ* 111?) etc., *ἀτυχθείς Z* 468.

§ 223. In *-γγ* desinit stirps verborum sequentium:

1. *κλάζοντε Π* 429, *ἔκλαγξαν Λ* 46, aor. *κλάγξας M* 207 *κλάγξαντος K* 276, perf. part. *κεκληγώς B* 222 etc., *-γῶτες M* 125 etc., *-γῶτας μ* 256 (v. l. *κεκληγόντες -ντας*, cf. § 159), *κεκληγυῖα* Hes. Op. 449, quae olim *κεκληγγώς* (*κεκλαγγώς*) etc. fuisse non possum non suspicari.
Nomen ab hac stirpe ductum est *κλαγγή* cum adverbio *κλαγγηδόν*.

2. *πλάζει* etc. (*ă*) *a via abduco B* 132 *α* 75 etc., aor. *ἔπλαγξεν ι* 81 *υ* 346 *ω* 307 *-πλάγξασα τ* 187. Pass. *erro πλάζομαι* etc. *K* 91 etc., fut. *πλάγξομαι ο* 312, aor. *ἐπλάγχθην* etc. *Λ* 59 h. Ven. 255 etc. — Verbalia sunt *πλαγκτός φ* 363 (cum subst. *πλαγκτοσύνη ο* 343) et *Πλαγκταί*(?) *μ* 61 *ψ* 327. Ab eadem stirpe ducitur adiectivum *πλάγιος*, quod apud Homerum non extat.

---

[1]) Etiam Hesiod. Oper. 764 *φημίξωσι* (l. a. *-ζουσι, -ξουσι*) hic afferendus.

Diversa hinc est stirps *πλᾱγ* (§ 238[1]), quae peperit verbum *πλήσσω ferio* et nomina *πληγή plaga*, *παραπλῆγες* [1]). Huc fortasse referendum est imperfectum *'πλάζ(ε)* Φ 269 λ 583 *'πλάζετο* ε 389, quod si *feriebat(ur)* significat, *'πλᾱζ'* scribatur Φ 269; vHerwerden et Nauck *πλύζ'* rescribunt, item *προσπλύζον* pro *προσπλάζον* M 285.

3. Aor. *'λῖγξε* Δ 125. Soni haec imitatio cum aliis vocibus apte componi nequit.

4. Partic. *φορμίζων* Σ 605 = δ 18 (spur.) et α 155 (= Θ 266). Cohaeret substantivum *φόρμιγξ* Λ 603 etc.

5. Aor. *ἐσάλπιγξεν* Φ 388. Cohaeret vox *σάλπιγξ* Σ 219 (loco recenti).

§ 224. Sequentium verborum tempora partim a stirpe quam claudit consona *γ* partim a stirpe in mediam *δ* exeunti derivata sunt:

1. *ἁρπάζουσι* Π 355, *ἁρπάζοντε* E 556, fut. *ἁρπάξων* X 310, aor. *ἥρπαξε* etc. M 305 etc. et. *ἥρπᾰσε* I 564 N 528 X 276 o 250 h. Ven. 204, 209, 219, *ἁρπᾰ́σῃ* P 62 Σ 319.

Cohaeret nomen *ἁρπακτήρ*, stirps autem *ἁρπ*, unde nova stirps *ἅρπαγ* nata est, agnoscitur praeterea in *ἅρπυια*, *ἅρπη*, *ἁρπᾰ́λέος*, *Ἁρπᾰ́λίων*, et disyllaba forma *ἁρεπ* peperit aoristum *ἀνηρέψαντο* (mss. *ἀνηρείψαντο*, cf. § 245) Υ 234 α 241 δ 727 ξ 371 ν 77, *ἀναρεψαμένη* Hes. Theog. 990; artissime praeterea cohaeret *ἐρέπτω carpo* Φ 204, 271 etc.

2. *'Ϝέρδομεν* etc. B 306 etc., iterat. *'Ϝέρδεσκες* ν 350 *ἔρδεσκε*(?) I 540 X 380 h. Ap. 303, fut. *Ϝέρξω* ε 360 λ 80 *Ϝερξέμεν'* η 294, aor. *'Ϝέρξε* etc. ψ 312 etc., perf. *ϜέϜοργας* et *-γε* B 272 Γ 57 etc., *ἐϜεϜόργει* δ 693 ξ 289 (mss. *ἐώργει*), *ϜεϜοργώς* I 320 χ 318.

A stirpe *Ϝεργ* ductum est praeterea nomen *Ϝέργον* cum novo verbo *Ϝεργάζομαι* (Σ 469 etc.).

Altera vero stirpis forma *Ϝρεγ* (cf. § 39) peperit verbum *ῥέζω ἔρεξε* etc. B 400 σ 15 etc., iterat. *ἐρρέζεσκον* Θ 250 ρ 211 χ 46, 209, fut. *ῥέξω* etc. K 292 etc., aor. *ἔρεξα ἔ(ρ)ρεξε* etc. I 453, 536 etc.; pass. part. aor. *ῥεχθέν* P 32 = Υ 198, *-θέντος* I 250, adi. verbale *ἄρεκτον* T 150.

Quoniam stirps est *Ϝρεγ*, augmenti syllaba primitus non potuit

[1]) Artissime cognata esse haec verba, immo unum esse verbum, quod statui video in lex. Ebelingi, persuadere mihi non potui.

corripi, quapropter suspicionem movent formae *ἔρεξε ἔρεξα ἄρεκτον*, et legitima est coniectura olim *ἔϝερδε* (vel *ἔϝερξε*) *ἔϝερξα ἄϝερκτον* fuisse, haec autem mutata esse in recentioris aevi formas cum evanuisset digamma; mirum certe esset si poeta *ϝέργον ἄρεκτον* dicere maluisset quam *ϝέργον ἄϝερκτον*; cf. § 27 pag. 103 et § 132. Alibi quoque in obsoleti verbi locum irrepsisse alterum quod magis esset vulgatum, credibile est; sed quam late huius licentiae fines patuerint nescimus, neque formae *ῥίζω ῥέξω ἔρρεξε* etc. e carminibus epicis omnino eliminari possunt.

Quae autem modo observavimus non pertinent ad *demulcendi* verbum *καρρέζουσα E* 424 *κατέρεξε A* 361 etc., quod ab alia stirpe (*ὀρέγειν* Autenrieth) ductum videtur.

3. Tertium hoc loco commemorandum esset verbum *ἀφύσσω haurio A* 598 *Γ* 295 etc. (*-ἀφῦοντες ξ* 95), aor. *ἄφυσσε ἤφῦσε* etc. *Ξ* 517 *τ* 388 etc., si constaret futurum *ἀφύξειν A* 171 et sanum esse et ab hac stirpe ductum; cum tamen non solum forma sed etiam notione a ceteris locis discrepet — *augendi* enim vel *colligendi* illic expectatur verbum —, probabilis videtur Naberi coniectura *ἀέξειν*.

§ 225. (*ἀνωγ*) praes. *ἀνώγει Z* 439 etc., *ἀνώγετον* (leg. *-γετε*?) *Δ* 287, subi. *ἀνώγῃ H* 74 etc., [1]) opt. *ἀνώγοιμι T* 206 *-γοι Θ* 189 etc. *-γοιτε λ* 356, imperat. *ἀνωγέτω β* 195, *-γετε ψ* 132, infin. *ἀνωγέμεν' N* 56 etc., [2]) imperf. *ἄνωγον E* 805, *ι* 331, *ἤνωγε* vel *ἄνωγε A* 313 *Z* 170 *ε* 276 etc., *ἤνωγον* vel *ἄνωγον I* 578 *γ* 35 etc. — Fut. *ἀνώξω π* 404, aor. *ἤνωξε* Hes. Scut. 479, subi. *ἀνώξομεν O* 295, infin. *ἀνῶξαι κ* 531.

Praesentis formae *ἀνώγω ἀνώγεις* (indic.) *ἄνωγε* (imperat.) in dictione epica non extant, sed earum loco usurpantur *ἄνωγα K* 120 etc. *ἄνωγας Z* 382 etc. *ἄνωχθι K* 67 etc., item *ἄνωγμεν* h. Ap. 528, *ἀνώχθω Λ* 189, *ἄνωχθε χ* 437. Et *ἄνωγα -γας* quidem *perfecti* referunt figuram, ceterae ad *praesens* thematica vocali carens quominus referantur nihil obstat.

Plusquamperfectum *ἠνώγεα ι* 44 *κ* 263 *ϱ* 55 non esse genuinum docet synizesis (cf. § 8), in *ἤνωγον* autem est mutandum coll. *ι* 331, item *ἠνώγει* in *ἤνωγε(ν) Z* 170 etc., et pro 3. plur. *ἠνώγεον H* 394 dudum a Bentleio restitutum est *ἤνωγον* (an *ἤνωγεν*?). Tertia autem

---

[1]) *ἀνώγωμεν* Herod. Mimiamb. III 31.

[2]) Partic. *ἀνώγουσα* ibid. VII 101.

persona sing. praesentis et imperfecti in textu tradito passim inter se sunt permutatae, vid. La Roche Textkritik p. 194-197; quapropter nostrum est statuere utrum singulis locis *ἄνωγε*, quod imperfecti est, sit scribendum an *ἀνώγει*, quae praesentis est forma. Solet autem imperfecto *ἤνωγον* sive *ἄνωγον* (ut imperfectis *ἔφην* et *ἐκέλευον*) *aoristi* tribui vis.

Verum olim perspexit P. Knight, cuius opinionem nunc egregie confirmant inscriptiones, quae docent praeteritum *ἤνωγον* etiam extra Homerum vixisse, vid. notissima inscriptio Cypria Collitz 60 A[2] *Ἠδαλιῆϝες ἄνωγον Ὀνάσιλον* etc. et CIG. 2907 = Kaibel Epigr. 774[5] *ἤνωγον* in statua ab homine Cyprio erecta.

In alia omnia abiit Christ in Prolegomenis Iliadis p. 114, qui sola perfectum et plusquamperfectum genuina et vetusta esse contendit [1]), vid. etiam Mekler zur Bildung des griech. Verbums Dorpat 1887 p. 48 sqq.; eandem autem mihi quoque olim subnatam esse suspicionem hic observasse non abs re videtur; nunc vero gaudeo me quae ea de re scripto mandaram non evulgasse, nam delere licet quae non edideris, reicienda autem est ea opinio propter nimiam versuum obstrepentium abundantiam (*E* 805 *I* 578 *γ* 35 *ε* 276 *ζ* 216 *ξ* 237, 471 *ο* 97 Hes. Oper. 68) et lapidum testimonia modo allata, nec non eam dissuadent formae optativi (cf. § 159), futuri, aoristi Homericae.

Quam vero supra dedi rerum expositionem, ei nusquam repugnat metrum nisi loco aperte corrupto *σ* 409, ubi *ἄνωγε* imperfectum esse nequit, sed neque perfecti indicativus ferri potest, requiritur enim *ἀνώγῃ*. In versu *Ω* 90 *ἄνωγε* quominus imperfectum interpretemur nihil obstat. Denique pro *ἄνωγα* et *ἄνωγας* rescribi *ἀνώγω* et *ἀνώγεις* versuum numeri nusquam non sinunt, quae tamen audacia foret cum parum prudens — unde enim *-γα -γας* irrepserint formae? — tum inutilis.

Verbi origo ignoratur.

§ 226. (*δερκ*) *-δέρκεαι* h. Cer. 70, *-δέρκεται Π* 10 *Ψ* 477 *λ* 16 *ρ* 518, *δέρκεσθαι P* 675, *δερκόμενος* etc. *A* 88 etc., imperf. *-εδέρκετο ν* 385 et iterat. *δερκέσκετο ε* 84, 158, aor. *ἔδρᾰκον* etc. (§ 149[55]), perf. *δέδορκε X* 95 *δεδορκώς τ* 446 [2]).

---

[1]) Ad *A* 313 annotat: „equidem ancipitem scripturam veteris litteraturae *ΑΝΟΙΓΕ* ita transcripsi, ut *ἄνωγε* praesentis ubique, *ἀνώγει* praeteriti vim haberet."

[2]) Aor. pass. *δρακείς* Pind. Pyth. II 20 Nem. VII 3 fr. 100[2] etc.; aor. *ἀϑέρχϑην* apud tragicos, quibus hoc verbum idem est quod *ὁρᾶν*.

Cohaerent δράκων et adverb. ὑπόδρᾰ, novum verbum δερκιάομαι legitur Hes. Theog. 911 (cf. pag. 356).

In Homerica dictione verbum δέρκομαι iisdem partibus fungitur quibus βλέπω apud posteros; qua stirpe epici poetae nonnisi in nominibus βλέφᾰρα et παραβλῶπες *I* 503 usi sunt.

§ 227. (δεχ) δέχομαι fut. δέξομαι aor. ἐδέξατο etc. passim, et aor. (imperf.?) vocali thematica carens ἐδέγμην etc. (§ 150[13]); perf. imperat. δέδεξο *E* 228 *Υ* 377 *X* 340, δέδεχθε h. Ap. 538, partic. δεδεγμένος *Δ* 107 *Θ* 296 *K* 62 *Λ* 124 *O* 745 -να *Ψ* 273, cum v. l. δεδεχμένος -να [1]), quod veteribus videbatur praesentis esse participium syncopen passum et reduplicatione inutiliter ornatum, vid. schol. *E* 228 *Θ* 296 *Ψ* 273. Futur. perf. δεδέξομαι *E* 238.

Eiusdem conformationis atque praeteritum ἐδέγμην etc. est praesentis forma δέχᾰται (i. e. δέχ-νται) *M* 147 (cf. § 145).

Derivantur nomina δέκτης (δ 248), ὑποδεξίη (*I* 73, cf. § 54), δοκός *P* 744 etc. (cf. ἀμείβοντες *Ψ* 712), ἰοδόκος ξεινοδόκος, προδοκή δουροδόκη ἱστοδόκη. De verbis derivatis δοκέω, δοκεύω, δεδόκημαι vid. § 144 pag. 356 et § 193[2].

§ 228. (ἐρῡκ) ἐρῡ́κω etc. *Z* 518 *Π* 9 δ 599 etc., fut. ἐρύξω ο 68 ἐρύξει *Θ* 178 etc., aor. ἔρυξα etc. *Γ* 113 *Z* 217 *K* 527 *O* 297 π 82 ρ 515 τ 16 et aor. sec. ἠρῡ́κᾰκε etc. (vid. § 136 et 149[18]).

Dubia est imperativi et imperfecti forma ἐρύκανε *Ω* 218 κ 429, ubi l. a. extat ἐρύκακε, Nauck ἐρήτυε coniecit. Sed certum videtur verbum derivatum ἐρυκανάουσ' (mss. -όωσ') α 199, licet ibi quoque ἐρητύουσ' proposuerit Nauck.

Verbum ab eadem stirpe ductum [2]) et eadem potestate praeditum [3]) ἐρητύω [4]) legitur *B* 75 etc., aor. ἐρητῡ́σειε *Λ* 192 et iterat. ἐρητῡ́σασκε *B* 189 *Λ* 567, aor. pass. ἐρήτῡθεν *B* 99, 211.

§ 229. (ϝαχ) ἐϝίϝαχε -χον *Λ* 482 *B* 333 etc., part. ϝῐϝᾰ́χων etc. *E* 302 ι 392 etc., part. perf. ἀϝϝεϝᾰχυῖα (mss. ἀμφιαχυῖα) *B* 316, cf. pag. 402.

---

[1]) Sic adspiratio, quam ne praesenti quidem primitus propriam fuisse testantur verbalia et derivata, in cetera quoque tempora irrepere conata est; vid. Ludwich Arist. I p. 289 sq.

[2]) Mira perpessa est haec stirps (cum σρυ, ῥύομαι § 164 cohaerens?), quae in formas ἐρ-υκ, ἐρ-υκακ, ἐρ-ητυ abiit.

[3]) Aptum est exemplum ι 29 sq. ἔρυκε Καλυψώ, . . . | ὣς δ' αὐτῶς Κίρκη κατερήτυεν.

[4]) De syllabae τυ quantitate vid. § 162.

De reduplicatione, quae in forma (ἐϝ)ἰϝαχε producitur, cf. § 139[2], et de digammo in textu tradito saepe neglecto vid. § 41[19]; ibidem attulimus nomina derivata. Aoristum ἔϝᾰχον extitisse olim, restituendum autem esse ubi nunc in textu tradito legitur ἴαχον neglecto ϝ: μέγ' ἴαχον, ἐπὶ δ' ἴαχον, ἐπίαχον, scribendum igitur esse μέγᾱ ϝάχον, ἐπὶ δὲ ϝάχον, ἐπίϝαχον (vel ut nos solemus μέγ' ἔϝϝαχον, ἐπὶ δ' ἔϝϝαχον, ἐπέϝϝαχον), ingeniosa est Schulzii coniectura Kuhns Zschr. XXIX p. 230 sqq.; cf. Hes. Theog. 678 (§ 316[5]) et Ambrosiani lectio *B* 316.

§ 230. (ϝεργ) ἐϝέργει etc. *B* 617 *Δ* 131 *N* 525 *μ* 219 etc., et sine vocali prothetica -ϝέργει (?) *Θ* 325 *γ* 296 ϝεργομένη *P* 571, imperf. -έϝεργον -γε -γον *Δ* 130 *ι* 427 *η* 88 etc., aor. 'ϝέρξαν *ξ* 411, aor. pass. ϝερχθέντα *Φ* 282. De syllaba initiali cf. § 43.

Imperfecti forma Attica ἐ(ϝ)έργνῡ uno loco extat (in fine hexametri) *κ* 238. Aliud incrementum cepit imperfectum (aut si quis mavult, aoristus) ἐϝέργᾰθε -θσν *E* 147 etc., vid. § 151.

Perfecti et plusqmpfecti passivi traditas accepimus formas ἔργαται *Π* 481 *κ* 288 et ἔργατο *P* 354 *ι* 221 *ξ* 73, quae et reduplicatione carent et digamma ostendunt neglectum; sed errori deberi e vetusta litteratura nato et alii intellexerunt et Christ Prolegom. Il. p. 111: „εἴργαται scripsi, quod ex ϝεϝέργαται... ortum esse duco"; cf. § 133, pag. 344 sq. Transitum parare videtur forma ἐέργατο *κ* 241, sed *E* 89 pro ἐεργμέναι recipienda est Aristarchi lectio ἐερμέναι (§ 277).

Perabsurdam formam ἐργατόωντο *ξ* 15 iure damnavit et acuta coniectura emendare conatus est Hoogvliet; cf. § 133 pag. 345.

Verbalia ἔρκος et ὅρκος, perinde atque perfectum et plusqmpfectum, digamma suum amiserunt.

§ 231. (ἰκ) ἵκω ἵκε etc. (ῑ) *A* 317 *ρ* 444 etc., fut. ἵξομαι etc. *Z* 367 *μ* 39 etc., aor. ἱκόμην etc. (ῐ) § 149[70], et aor. mixtus ἶξες etc. § 152[4], perf. -ἶχθαι *ζ* 297 [1]).

Praesentis et imperfecti multis locis forma longior usurpatur ἱκάνω (ῐ) etc. *A* 431 *Γ* 145 *N* 449 etc. et ante diaeresin bucolicam med. ἱκάνομαι *Σ* 457 *γ* 92 *δ* 322 ἱκάνεται *K* 118 *Λ* 610 *ψ* 7, 27, 36, 108. De terminationis -άνω vocali ᾰ vid. § 38 pag. 125 et § 148.

[1]) Praeteriti forma ἵκτο (aor. an plusqmpf.?) extat Hes. Theog. 481.

Quod vero postea pervulgatum fuit praesentis incrementum νε (ἱκνοῦμαι), id apud Homerum nonnisi ι 128 et ω 339 ἱκνεύμεναι ἱκνεόμεσθα (mss. ἱκνεύμεσθα) reperitur, quarum formarum alteram certe non vere epicam esse docet syllaba ευ; cf. § 7, § 191, § 208 annot.

Vitiosam praesentis formam ἵκωμι (ῑ) *I* 414 correxit Nauck ἴωμι scribendo, alii aliter.

Cohaerent nomina ἱκέτης (cum verbo ἱκετεύω) et Ἱκετάων. Quod vero multi huc rettulerunt participium ἵκμενον οὖρον (*Δ* 479 *β* 420 *λ* 7 *μ* 149 *ο* 292), aliunde ductum esse satis constat, quamquam neque origo neque vis vocis hactenus potuit indagari.

§ 232. (λεχ) fut. λέξομαι -εαι -εται ϱ 102 etc., aor. ἐλέξατο etc. *δ* 305 etc., aor. II thematica vocali carens ἔλεκτο etc. § 150[16], aor. mixt. λέξεο § 152[5].

Activi aoristus certus est Ω 635 λέξον (*in lecto colloca*), sed vitiosus Ξ 252 ἔλεξα, ubi recte alii ἔθελξα.

Ab hac stirpe, quae cum verbo λεγ § 306 non est confundenda (vid. ad § 150[17]), ducuntur nomina τὸ λέχος vel λέκτρον *lectus*, λόχος, λόχμη, ἄλοχος, ξύλοχος (pro ξυλο-λοχος, cf. § 12).

Etiam vox λέσχη σ 329 hinc repetenda esset (λεχ-σκη, cf. πάσχω), si Graecam esse constaret; sed e lingua Semitica desumtam esse olim Casaubonus Bochartus Valckenaerius (ad Ammonium p. 211) suspicati sunt, et nuper O. Schrader (*lishkâh, cubiculum*).

Nimis incerta denique neque me iudice veri similis est originatio, qua A. Mommsen Chronol. p. 15 cascam vocem νυκτὸς ἀμολγῷ (*Δ* 173 etc.) huc traxit (ἀμ-λεχ, *nox concubia*).

§ 233. (μακ) aor. (an plusqmpfectum? vid. pag. 287) 3. plur. ἐμέμηκον ι 439 § 149[28], part. μᾶκών *Π* 469 (= κ 163 σ 98 τ 454) § 149[20], part. perf. μεμηκώς *K* 362, μεμᾶκυῖαι (§ 160) *Δ* 435.

Ab hac stirpe, quae in dictione epica non solum de gregibus usurpatur sed etiam de aliis animantibus anxie vel anhelo pectore clamantibus, ducta est vox μηκάδες(-ας) αἶγες(-ας) *Δ* 383 etc.

§ 234. (ὀρεγ) part. ὀρέγων *O* 371 (= ι 527) ϱ 366 -οντας *μ* 257, vel ὀρεγνύς *Δ* 351 *X* 37, infin. ὀρέγεσθαι Ω 506, fut. ὀρέξω etc. et aor. ὄρεξε vel ὠρέξατο etc. passim. Perf. et plusqmpf. 3. plur. ὀρωρέχαται *Π* 834, ὀρωρέχατο *Δ* 26 (cf. § 119 et 135[16]). Adi. verbale ὀρεκτός *B* 543.

Ab eadem stirpe ductum est nomen ὄργυια Ψ 327 ι 325 κ 167 (cf. § 12).

Pro verbo insolito ὠριγνῶντο Hes. Scut. 190 ὠρέγνυντο legendum esse suspicor.

§ 235. (τμαγ) -τμήγουσι Π 390, aor. -τμήξειε (?) Σ 34, -τμήξας -αντε(ς) Λ 146, 468 Φ 3 etc., et aor. II -ἔτμαγον η 276 (§ 149[100]). Aor. pass. 3. plur. 'τμάγεν, διέτμαγεν (§ 154[10]).

Ductum est hoc verbum ab eadem stirpe atque τάμνω § 278.

Adv. τμήδην Η 262.

§ 236. (τεκ, τυκ, τυχ, τευχ). A fertili hac stirpe quatuor ducta sunt verba:

1. τίκτει ἔτικτε etc. passim *parĕre*, fut. τέξεαι (l. a. τέξεις) λ 249, τέξεσθαι Τ 99 h. Ap. 101 Hes. Theog. 469 (restituendum est etiam vs. 478, cf. § 107 pag. 280), aor. 'τέκον sive 'τεκόμην (§ 149[99]) etc. passim.

Insolitae sunt futuri formae τέξουσι h. Merc. 493 (loco corrupto) et τεκεῖσθαι h. Ven. 127 (σοὶ δ' ἀγλαὰ τέκνα τεκεῖσθαι, an *'τέξεσθαι δ' ἀγλαὰ τέκνα?).

Promiscue de utroque parente hoc verbum in dictione epica usurpatur, neque inter activi mediique aoristos ullum significationis est discrimen.

Cohaerent nomina τέκος, τέκνον, τοκῆες, τόκος, πρωτοτόκος, μογοστόκος (?) Λ 270 Π 187 Τ 103 h. Ap. 97, 115, τοκάς, δυσαριστοτόκεια Σ 54, τέκτων (unde verbum 'τεκτήνατο -αιο -αιτο Ε 62 Κ 19 Ξ 54 ξ 131 h. Merc. 25), τέχνη (cum adiectivo τεχνήεις § 69 et verbo τεχνήσομαι etc. Ψ 415 etc.), τέκμωρ § 70 (cum verbo τεκμαίρομαι). Vid. etiam § 149[37].

2. τεύχει etc. *parare*, fut. τεύξω etc., aor. ἔτευξα etc. med. τεύξασθαι Τ 208 h. Ap. 76, 221, 245, et aor. II infin. τετυκεῖν, med. 'τετύκοντο etc. (§ 149[39]). Passiv. fut. τεύξεσθαι Ε 653, perf. τέτυξαι Π 622, τέτυκται Γ 101 etc., 3. pl. τετεύχαται Ν 22 etc., τετύχθω β 356 φ 231, τετύχθαι Ο 110 etc., τετυγμένος etc. Ζ 243 etc., plusqmpf. ἐτετύγμην ξ 234, ἐτέτυξο Θ 163 Μ 164, ἐτέτυκτο Ε 78 etc., 3. pl. ἐτετεύχατο Λ 808 Σ 574, fut. exact. τετεύξεται Μ 345 (= 358) Φ 322, 585, aor. ἐτύχθη Β 155 etc.

Separatim commemorandum est participium perf. act. τετευχώς μ 423 = *factus*.

Adiectivum verbale est τυκτός *M* 105 δ 627 ϱ 169, 206 [1]) (cum composito ἐύτυκτος); praeterea cohaerent adi. νεοτευχής *E* 194 sive νεότευκτος Φ 592 et substantivum τὰ τεύχεα *arma* [2]) (cum verbo τετευχῆσθαι χ 104). Cf. etiam nomen proprium *Τυχίος*.

Perfectum et plusqmpfectum passivi poetis idem valent quod verbi εἰμί praesens et imperfectum.

3. 'τϊτύσκετο Θ 41 etc., τϊτυσκόμενος etc. *Γ* 80 *N* 560 etc. [3]). — Cf. § 140[10].

Idem quod τεύχω hoc verbum significat Θ 41 (= *N* 23) Φ 342, sed plerisque locis utitur *intendendi, petendi* vi, hinc autem natum est substantivum τόξον sive τὰ τόξα *arcus*, unde ducta sunt nova nomina τοξότης, τοξοσύνη, τοξοφόρος, ἀγκυλο- ἀργυρο- κλυτότοξος, verba τοξεύω (cum suo nomine verbali τοξευτής) et τοξάζομαι.

4. Quarto denique loco verbum τυγχάνειν *contingere, assequi* est commemorandum. Praesentis nulla in Homero reperitur forma, imperfecti una ἐτύγχανε *Λ* 74 ξ 231. Futurum τεύξε'(αι) est τ 314, τεύξεσθαι *Π* 609, aor. ἔτῠχες etc. (§ 149[10a]) et ἐτῦχησε *O* 581 Ψ 466 ξ 334 (= τ 291), τῠχήσας *Λ* 106 etc., perf. τετῦχηκε κ 88, τετῠχηκώς *P* 748.

Vox quae postea pervulgata fuit τῦχη nonnisi in sero hymno X 5 legitur et nominis proprii sustinet vicem h. Cer. 421.

Quatuor haec verba, quibus communis est origo, artissime cohaerent, ita ut dubites nonnunquam quomodo sint distinguenda; sic τόξον quod ad formam cum stirpe τεκ est iungendum, sensu vero ad τιτύσκεσθαι pertinet; τεύξεσθαι *E* 653 *paratum iri* significat, quapropter ad verbum τεύχειν rettuli, sed *Π* 609 τ 314 *contingendi* sive *assequendi* vis huic futuro propria est, ut apud posteros, itaque cum aoristo τυχεῖν est componendum; 'τιτύσκετο tribus locis supra allatis non *petendi*, quae huic verbo propria esse solet, vi utitur sed idem valet quod τεύχειν; perfectum τέτυξαι-τετεύχαται ab utraque stirpe τυκ aut τυχ et τευχ ductum est.

---

[1]) Sed *E* 831 τυκτὸν κακόν vitiose est traditum pro στυκτόν, emendavit vHerwerden; cf. § 239[3].

[2]) Sed σ 218 et fortasse δ 784 κ 326, 360 navis *instrumenta* significat.

[3]) Pro τιτύσκεαι h. Merc. 163 correctum est δεδίσκεαι, legendum videtur δεδίσσεαι (§ 168).

§ 237. (*φυγ*) *φεύγω φεύξομαι ἔφῠγον* (§ 149[166]) etc. passim; iterat. *'φεύγεσκε P* 461, *'φῠγεσκε ρ* 316, opt. *-φύγοισθα χ* 325 (§ 111). Perfecti activi part. *πεφευγότες α* 12, plusqmpf. *(ἐ)πεφεύγει Φ* 609 (l. a. *πεφεύγοι*, cf. § 159); eodem sensu usurpatum est part. med. *πεφυγμένος Z* 488 *X* 219 *α* 18 *ι* 455 h. Ven. 34.

De adiectivo verbali *φυκτά Π* 128 (= *Φ* 299 *ξ* 489) vid. § 128. Praeterea cohaerent nomina *φῠγή* (*φῠγάδε*, cf. § 49), *φύξις, φύξιμον ε* 359, *φυγοπτόλεμος* (*φυγε-*?) *ξ* 218.

Elemento *ι* aucta stirps peperit participium *πεφυζότες Φ* 6, 528, 532 *X* 1, et nomen *φύζᾰ I* 2 etc. cum adiectivis *φύζηλον P* 143 (sic ex Hesych. corr. vHerwerden, mss. *φύξηλιν*) et *φυζᾰκῖνῆσ' N* 102.

§ 238. Praesentis stirpi sonum iota subiectum habent verba quae sequuntur:

1. (*πλαγ*) *-πλήσσεις M* 211, *-πλήσσουσι σ* 231, part. *-πλήσσων K* 500 *Ψ* 120, fut. *-πλήξειν Ψ* 580, aor. *'πλῆξα* etc. *E* 588 *κ* 162 etc., med. *'πλήξατο* h. Cer. 246, *πληξάμενος Π* 125, et aor. sec. *ἐπέπληγον* med. *'πεπλήγετο -γοντο* (§ 149[32]), part. perf. *πεπληγώς B* 264 *X* 497, *-νῖα E* 763 *κ* 238 (= 319 *π* 456). Aor. pass. *'πλήγη* etc. (§ 154[6]).

Cohaerent *πληγή, πλῆκτρον* (hymn.), *πλήξιππος, πληκτίζεσθαι, ἐμπλήγδην* (l. a. *ἐκ-*) *υ* 132.

De formis, quas nonnulli huc referunt, *'πλάζε 'πλάζετο -πλάζον Φ* 269 *ε* 389 *λ* 583 *M* 285 cf. § 223[1].

2. (*πτακ-πτωκ*) *πτώσσεις* etc. (praes. et imperf.) *Δ* 371 etc., *πτωσκαζέμεν'* (cf. § 144) *Δ* 372. Aor. *'πτῆξε Ξ* 40, *ἔπτηξαν Θ* 190, *-πτήξας X* 191 [1]), et aor. II dual. *-επτήτην Θ* 136 (cf. § 150[13]), particip. perf. *πεπτηώς ξ* 354 *χ* 362, *-ῶτες B* 312 *ξ* 474, *-νῖαι ν* 98 Hes. Scut. 265. De ultimis formis cf. pag. 391.

Cohaeret nomen *πτώξ P* 676 *X* 310.

3. (*Ϝελικ*) *Ϝελισσέμεν' Ψ* 309, *Ϝελίξας Ψ* 466; med. *Ϝελίσσεται Ψ* 320, *ἐϜελίσσετο M* 49 *υ* 24, 28, *Ϝελισσόμενος* etc. *Λ* 317 *X* 95 etc., aor. *Ϝελίξεται P* 728, *Ϝελιξάμενος M* 408 etc.; pass. *Ϝελιχθέντων M* 74.

Praeterea huc accedunt formae *ἐϜέλιξεν Ϝελιξάμενος 'ϜεϜέλικτο ἐϜελίχθη -θεν -θέντες*, quae in mscriptis *ἐλέλιξεν ἑλελιξάμενος ἑλέλικτο ἐλελίχθη -θεν -θέντες* exaratae sunt; vid. § 41[24], et cf. *Ϝέλλω* § 265.

[1]) Participio aor. II *καταπτᾰκών* usus est Aeschylus Eumen. 252.

§ 239. Vocali *α* vel *ε* praesentis stirpem auxerunt verba quae sequuntur:

1. (*μυκ*) *μῡκώμεναι* *κ* 413, aor. *'μύκε -μύκον* (§ 149[82]), perf. *-μέμῡκε* *κ* 227, *μεμῡκώς* *Σ* 580 *Φ* 237, plusqmpf. *ἐμεμῡκει* *μ* 395.
Cohaerent *ἐρίμῡκος* et *μῡκηθμός*.

2. (*λακ*) *-ελήκεον* *Θ* 379[1]), aor. *'λάκε* (§ 149[77]), part. perf. *λεληκώς* *X* 141 *λελᾰκυῖα* *μ* 85[2]) (cf. pag. 402).
De *stridulis* tantum sonis hoc verbum adhibitum reperitur in dictione epica; tragici vero de quovis sono vel clamore quin etiam de laeto cantu usurparunt (e. g. Eur. Alc. 346); praesens autem iis est *λάσκω* Aesch. Agam. 596, 865 Eur. Rhes. 724 Andr. 671 (Ar. Ach. 1046 Eq. 1018), futurum *λᾰκήσομαι* Ar. Pac. 381 sqq. (in parodia?). De botulo cum stridulo sono disrupto aoristum *διαλακῆσαι* adhibuit Aristophanes Nub. 410.

3. (*στυγ*) *στῡγέει odit* etc. *Α* 186 *Θ* 370 etc. (praesens), aor. *ἔστῡγε -γον* (§ 149[86]), et *στύξαιμι* *λ* 502 causativa vi *invisum reddendi*.
Adi. *στῡγερός* passim occurrit, adi. verbale *στυκτόν* certa emendatione restituit vHerwerden pro *τυκτόν* *E* 831, cf. § 236[3].

§ 240. Syllabam *ιζ* praesentis stirpi additam habet verbum sequens:
(*ἀχ*) *ἀκᾰχίζεις* (§ 138[5]) *π* 432, med. imperat. *ἀκᾰχίζεο* *Z* 486 *λ* 486, fut. *ἀκᾰχήσεις* h. Merc. 286, aor. *ἀκᾰ́χησε* *Ψ* 223 et aor. II *ἤκᾰχε*, med. *ἀκᾰ́χοντο* etc. (§ 149[14]), perf. med. *ἀκᾰ́χημαι* etc. *Α* 702 *Θ* 314 etc.
De corruptis perfecti formis *ἀκηχέδατ'(αι)* *ἀκηχεμένη -ναι* vid. § 135[19].
De duplici stirpe *ἀκαχιζ* et *ἀκαχη*, unde omnes quas recensuimus formae excepto aoristo II[0] fluxerunt, videatur § 144.

Sed frequentiores sunt praesentis et imperfecti formae reduplicatione carentes:
ἄχομαι *σ* 256 *τ* 129.
ἄχνῡται *ἄχνυνται* *ἀχνῡμενος* etc., imperf. *ἄχνῡτο* *ἀχνῡμεθα* (*ἠχν.*) *Α* 108 *Z* 524 etc.

---

[1]) Praesens *λᾰκεῖ* adhibuit Theocritus II 24.
[2]) *λίληκας* Hes. Op. 207, *λιλᾰκας -κε* Eur. Hipp. 55 Hec. 678, 1110 Ar. Ach. 410 (in parodia).

ἀχέων *B* 694 etc., ἀχέουσα *I* 567 *o* 361, sive ἀχεύων *E* 869 *I* 612 etc. (cf. § 144).

Integra stirps ἀχ peperit nomen τὸ ἄχος, artissime autem cognata sunt ἄχθος et ἄχθομαι (vid. § 142[1]).

Apparet autem magna libertate in hac stirpe excolenda veteres usos esse, cuius circumferantur formae ἀχ, ἀχε, ἀκαχ, ἀκαχη, ἀκαχιξ, ἀχθ, ἀχνυ. Ultima autem forma ἀχνυ ultro nos deducit ad verba sequentis sectionis.

§ 241. Elementum ν (νυ vel αν) praesentis stirpi adiungunt quae sequuntur verba:

1. (ὀιγ) pass. ὠίγνυντο *B* 809 Θ 58, aor. act. ὤιξε *Z* 298 etc., ὤιξαν ψ 370 ω 501.

Disyllaba stirpis forma ὀ(ϝ)ιγ, quae etiam in inscriptione Aeolica Coll. 214[13] reperitur (infin. ὀειγην) quin sola dictioni epicae fuerit propria non est dubium; cf. G. Meyer[2] p 428. Hic illic tamen in textu tradito reperiuntur imperfecti et aoristi formae more aevi recentioris contractae ἀνέῳγε vel -οιγε *Π* 221 Ω 228 ἀνῷγε vel -οιγε Ξ 168, ἀναοίγεσκον Ω 455, οἴξασα *Z* 89, ᾤξε Ω 457, quae nequeunt certis emendationibus corrigi omnes, neque spurium versum *Z* 89 aut suspectum Ξ 168 emendare studebit qui sapit; ne tamen mscriptis temere fidem habeamus dehortatur versus κ 389, ubi ἀνέῳγε habent alii, alii ἀνέῳξε, alii invito metro ἀνώιξε, unde vera lectio emicat ἀνόιξε. Itaque etiam *Π* 221 Ω 228 ἀνόιξε verum videtur, Ω 455 fortasse ἀνοΐξασκον fuit olim, Ω 457 pro ἐριούνιος ᾤξε Menrad tentavit ἀκάκητ' ὤιξε.

Non -ιξ- sed -ειξ- scribendum esse propter inscriptionem, quam modo laudavimus, et alii arbitrantur et KühnerBlass I p. 496.

2. (παγ) fut. πήξεις *X* 283, aor. ἔπηξε etc. *B* 664 etc. — Intransit. πήγνυται *X* 453, 'πήγνῦτο *O* 315, aor. -έπηκτο (?) *Λ* 378 (§ 150[19]), ἐπάγη -γεν (§ 155[4]), ἔπηχθεν Θ 298, perf. πέπηγε *Γ* 135, plusqmpf. ἐπεπήγει *N* 442 *Π* 772.

Adiectivum πηκτός (cum comp. ἐύπηκτος) est *K* 353 etc., praeterea ab hac stirpe ducta sunt nomina πηγός, πηγῦλίς, ἐυπηγής, πηγεσέμαλλος. Artissime cohaeret stirps παχ, quae peperit voces πάχος, πᾰχύς, πᾰ́χετος, πάχνη (cum verbo παχνόεται *P* 112).

3. (ραγ) 3. pl. ῥηγνῦσι *P* 751, iterat. 'ῥήγνυσκε *H* 141, fut. ῥήξω Ψ 673, ῥηξέμεν' *M* 262 (*B* 544 ῥῆξαι rescripsimus), aor. ἔρρηξε etc. *Γ* 348 etc. — Med. et pass. ῥήγνυσθε *M* 440, ῥήγνυσθαι *M* 257,

ῥηγνῦμενον Δ 425, ᾽ρήγνῦτο Σ 67, ᾽ρήγνυντο N 718 T 55, aor. med. ἐρρήξαντο etc., M 291 etc., aor. pass. -ερρᾰ́γη Θ 558 = Π 300 (§ 154[7]), perf. -ἐρρηκται Φ 137.

Cohaerent nomina ῥηκτός, ῥηγμίν, ῥηξήνωρ (unde ῥηξηνορίη), in ω autem mutatam habent stirpis vocalem ῥᾱ́γας χ 143, ἀπόρρωξ B 755 etc., ῥωχμός Ψ 420, ῥωγαλέος B 417 etc. — Idem sonus perfecto ἔρρωγα proprius est, sed in epicis carminibus id non occurrit [1]).

4. (λαχ) impf. 1. sing. ᾽λάγχᾰνον ξ 233, 3. pl. ἐλάγχᾰνον ι 160 ν 282, aor. ἔλᾰχον etc. et λελᾰ́χητε -ωσι (causativ.) § 149[25], perf. λελόγχασι λ 304 (ᾰ? — vid. § 116). Singularis λέλογχε in seris hymnis V 2 XVIII 6 et apud Hesiodum Theog. 203 reperitur [2]).

5. De verbo τυγχάνω, quod quinto loco hic recensendum est, vid. § 236[4].

§ 242. Terminatione inchoativa (§ 140) utuntur [3]):

1. (ἀλυκ) ἀλύσκων χ 363 (= 382), ἀλυσκάζω etc. E 253 Z 443 ι 457(?) ρ 581, ἀλύσκᾰνε χ 330. Fut. ἀλυξέμεν᾽ K 371, med. ἀλύξεται (?) Hes. Oper. 363, aor. ἤλυξα etc. Λ 476 μ 335 etc.

Hoc verbum, cuius nomen verbale ὑπάλυξις legitur X 270 ψ 287, ex stirpe ἀλευ (ἀλέομαι § 180) procrevit. De elemento κ adiecto cf. pag. 391.

2. (Fικ) ϝεϝίσκω etc. (praesens ind.) Γ 197 etc., imperf. ἐϝέϝισκε -κομεν (ἠισκ. mss.) Φ 332 δ 247 ι 321 ψ 94 [4]).

Participium caret reduplicatione, ϝίσκοντες Λ 799 (= Π 41), ϝίσκουσα δ 279, eadem autem conformatio videtur apparere in imperfecto, quod alii ad *dicendi* verbum referunt, ᾽ϝίσκε τ 203 (cf. § 306[5]).

De perfecto ϝέϝοικα vid. § 160[4], et de praesentis reduplicatione cf. § 139. — Nomina ab hac stirpe ducta in § 41[17] attulimus.

Non ad hoc verbum sed ad ϝείκειν *cedere* referendum est ᾽ϝεῖκε Σ 520 (= ἐνεχώρει Att.); cf. X 321 et Bekker Hom. Blätter p. 137.

---

[1]) Apud Aeschylum demum invenitur.

[2]) Praeterea hoc perfecto usi sunt Lyr. inc. 146 Bergk, Pind. Ol. I 85 IX 25 Nem. I 35 XI 1, Herod. VII 53, Soph. Oed. Col. 1235, Eur. Troad. 243, 282, Theocrit. IV 40 VII 103.

[3]) Stirpis consona finalis cum terminatione inchoativa eadem ratione atque in verbo πάσχειν confluxit (πάθ-σκω, ἁλύκ-σκω, ϝεϝίκ-σκω, μίγ-σκω, τιτύκ-σκομαι).

[4]) Tradita lectio ἤισκε in lucem vocavit perfectum pass. male formatum προσφῐ́ξαι Eur. Alc. 1063.

3. (μιγ) μισγέμεναι υ 203, -έμισγε κ 235, ἔμισγον Γ 270 α 110 σ 310, -μίσγων h. Merc. 81; fut. -μίξομεν χ 221, aor. -έμιξα h. Ven. 251, -έμιξε h. Ven. 39, 50, 52, ἔμιξαν δ 41, μῖξαι Ο 510, -μίξας Ω 529. — Med. -μίσγομαι μίσγεται etc. Κ 548 etc., fut. μίξεσθαι ζ 136 ω 314, aor. ἔμικτο § 150[17], aor. pass. ἐμίγην etc. et ἐμίχθη etc. (§ 155[3]), perf. μεμιγμένον etc. Κ 424 etc., ἐμέμικτο Δ 438 [1]).

De futuri forma vix Homerica μιγήσεσθαι Κ 365 vid. § 104.

Novam formam induit medium ϑ 271 μιγαζομένους (-νω?).

Attica praesentis forma μίγνυμι (μείγνυμι) apud Homerum non reperitur [2]).

Ab hac stirpe ducta sunt adverbia μίγδα μίγδην ἐπιμίξ et nomen μισγάγκεια Δ 453.

4. Quartum quod hic afferendum est verbum (τυκ) τῐτύσκομαι in § 236[3] tractavimus.

V. *De stirpibus in mutam labialem desinentibus.*

§ 243. Sonum ι (j) stirpi praesentis additum habent verba:

1. (λαβ) ἐλάζετο Ε 365, 371 etc., λαζοίατο Β 418; aor. ἔ(λ)λᾰβε etc., med. ἐλλᾰ́βετο ε 325, et cum redupl. λελᾰβέσθαι δ 388 (§ 149[23]).

Praesentis forma quae postea vulgatissima fuit λαμβάνω in lingua epica non reperitur [3]); uno loco h. Merc. 316 non ἐλάζετο sed -υτο traditum accepimus, sive recte sive iniuria; etiam Θ 389 l. a. λάζυτο extat. Euripidi verbum λάζῠμαι λάζῠται λάζυσθε [4]) λάζυσθαι λαζῡ́μενος in deliciis est [5]); -λάζου tamen dixit Orest. 452.

2. (νιβ) νίζ'(ε) Λ 830, νίζειν τ 374, νίζοντες Η 425, -νίζουσα ψ 75, imperf. ἔνιζε Λ 846 τ 387, 392, 'νίζον α 112; med. ἐνίζετο ζ 224, ἀπεννίζοντο Κ 572 (cf. § 27). Fut. νίψω τ 376, νίψει τ 356, aor.

---

[1]) Fortasse in carminibus epicis scribendum est ἔμειξα, μείξεσθαι, ἐμείχθη, μεμειγμένον etc., ut apud Atticos nunc quidem ex lapidum auctoritate edi solet. Ita opinatur Kühner-Blass II p. 482 sq. — Praesenti stirps debilior omnino est tribuenda, hinc igitur aliena est diphthongus ει.

[2]) Pind. Pyth. II 85 ἐμίγνυτο.

[3]) In Herodoti vero lingua elementum ν non praesens tantum sed alia quoque tempora affecit: λαμβάνω λάμψομαι λελάβηκα λέλαμμαι ἐλάμφθην, ἐπι- κατάλαμπτος.

[4]) Item in parodia Aristoph. Lysistr. 209.

[5]) λάζυμαι Androm. 250 Ion. 1027 Iph. Aul. 1227, λάζυται Suppl. 363 Iph. Aul. 1109, λάζυσθε Rhes. 877 Ion. 1266 Bacch. 503, λάζυσθαι Herc. 943 Or. 753 Hel. 911, λαζύμενος Hec. 64.

ἔνιψε K 575 *Π* 229 *τ* 505, *νίψον τ* 358, *-νίψατε τ* 317, *-νίψαντες ω* 189, med. *'νίψατο* etc. *Π* 230 etc., perf. pass. *νένιπται Ω* 419.

Insolita praesentis forma *ἀπονίπτεσθαι σ* 179 aut in *-ψασθαι* (sic l. a.) est mutanda aut in *-ξεσθαι*.

Adiectivum verbale est *ἄνιπτος*, unde *ἀνιπτόποδες Π* 235. Praeterea ab hac stirpe derivata sunt nomina *ποδάνιπτρα τ* 343, 504 et *χέρνιβα* (acc. sing. an plur.?) *α* 136 etc., *χέρνιβον* (?) *Ω* 304; hinc novum verbum est ductum *'χερνίψαντο Λ* 449.

3. (*ἐνιπ*) *ἔνισσε Γ* 438, *ἐνίσσοι Ω* 768, *ἐνισσέμεν' O* 198, *ἐνίσσων X* 497 *Ω* 288, imperf. *ἐνίσσομεν ω* 161, aor. *ἐνένῑπε* et *ἠνίπᾰπε* (§ 149[17]). Pass. *ἐνισσόμενος ω* 163.

Reiciendae sunt formae quasi a praesenti *ἐνίπτω* ductae, quas praebet lectionis varietas *Γ* 438 (*ἔνιπτε* vel *ἔνισπε*) *Ω* 768 (*ἐνίπτοι* vel *ἐνίσποι*) *ω* 161 (*ἐνίπτομεν*); has in lucem vocarunt verba subsimilia *νίζω* (*νίπτω*) et *ἐννέπω* [1]). Similis in aoristo esse solet varietas (*ἐνένισπε*, *ἐνένιπτε*).

Cohaerent nomina *ἐνῑπή* et *'Ενῑπεύς*. Cognatum esse videtur verbum *ἴψασθαι Λ* 454 = *Π* 237 (*ἴψαο*) *B* 193 (*ἴψεται*); quamquam minime constat syllabam *ἐν-* praepositionem esse.

4. (*ὀπ*) *ὄσσομαι*. De hoc verbo vid. § 309.

5. (*πεπ*) *πέσσω* etc. *B* 237 *Δ* 513 *Θ* 513 *I* 565 *Ω* 617, 639 *η* 119, aor. *-πέψη Λ* 81.

Ductum est ab hac stirpe adiectivum *πέπων maturus*, quo tamen epici poetae non sunt usi. Nam qui aliquot locis reperitur vocativus *ὦ πέπον o bone Z* 55 etc., *ὦ πέπονες B* 235 (*o ignavi*?) *N* 120 et significatione discrepat et originem quin habeat diversam non dubito.

§ 244. Propter praesens (imperfectum) a stirpe nullo incremento aucta ductum notatu digna sunt:

1. (*βλαβ*) *βλᾰ́βεται T* 82, 166 *ν* 84 (pass.). — Activi vulgata est forma *βλάπτει* etc., aor. *ἔβλαψε* etc.; pass. perf. *βεβλαμμένον Π* 660 (vid. § 184[1]), aor. *ἐβλᾰ́βεν* et *ἐβλάφθησαν* etc. (§ 155[1]).

Adiectivum *βλᾰ́βερός* nonnisi spurio loco h. Merc. 36 extat.

---

[1]) Epigonis tamen concedendum videtur *ἐνίπτων* Aesch. Ag. 590 (L *ἐνίπαων*), Pind. Pyth. IV 201.

2. (*φεβ*) *φέβωμαι Λ* 404, *φεβώμεθα E* 282, *φέβεσθαι E* 228 (= *Θ* 107), *ἐφέβοντο E* 527 (= *O* 622) *Θ* 842 (= *Λ* 178) *Λ* 121 *M* 136 *O* 345 *χ* 299: *fugere*.

Plures formae a simplici stirpe *φεβ* non sunt ductae, nisi iure suspicati sumus activum *φέβει fugat* pro *φοβεῖ* esse legendum *Π* 689 (= *P* 177).

Substantivum verbale est *φόβος*, quod *fugam* in dictione epica significat, non *metum*, ut apud recentiores. Vid. *P* 579 etc. — Frequens autem est verbum *φοβέειν φοβῆσαι fugare*, passiv. *fugere* (*φοβήσομαι, πεφοβημένος, ἐφόβηθεν* etc.), quod nihil habet insoliti.

§ 245. (*ἐριπ*) *ἐρείπων O* 356, *ἔρειπε O* 361, *ἔρειπον M* 258 *deicere*, pass. plusqmpf. *ἐρέριπτο Ξ* 15 (§ 135[7]).

Intransitiva *cadendi* vi utuntur aor. *ἤρῐπε* (§ 149[11]) et perf. *-ερήρῐπε Ξ* 55 (§ 135[7]).

Alienum hinc esse aoristum *ἀνηρείψαντο T* 234 etc., qui *ἀνηρέψαντο* est scribendus, vel praepositio *ἀνα-* docere potest, quoniam *sursum cadere* nihil potest. Vid. § 224[1].

§ 246. (*σεπ*) imperat. *ἔννεπε B* 761 *α* 1 h. Ven. 1,[1]) *ἐννέπετε* Hes. Oper. 2 Antimach. fr., part. *ἐνέπων -ποντα -ποντες -πουσα Λ* 643 *ϱ* 549, 556 *ψ* 301 *ω* 414 h. Merc. 433; imperf. *ἔννεπε Θ* 412, optat. *ἐνέποιμι ϱ* 561[2]). Fut. *ἐνισπήσω ε* 98. Aor. *ἐνίσπον* etc. § 149[23].

Omnes hae formae facillimae sunt explicatu, praemissa enim stirpi *σεπ* sive *σπ* (aor.) est praepositio *ἐν-* vel *ἐνι-*, prouti versuum numeris commodum erat (cf. schol. *B* 484); primitus igitur fuit *ἔν-σεπε* (*insĕce* in vetusta Latinitate, nostrum *zeggen*) *ἐν-σέπετε*, sed consonae *σ* vis remisit in formis quarum syllaba initialis corripitur, *ἐνέπων* etc. — Simplex stirps cernitur in adiectivo verbali *ἄσπετος ineffabilis* (*ingens*).

Sed mature ita cum stirpe concrevit praepositio, ut Graecis integra solidaque esse videretur.[3]) Hinc natum est nomen *ἐνοπή clamor* et aoristi littera *ν* quibusdam in formis est oblitterata

[1]) In tragicorum canticis imperativus *ἔννεπε* tribrachyn plus uno loco efficit.

[2]) Apoll. Rh. II 1060.

[3]) Recte Bergk Rhein. Mus. 1883 p. 534: „schon frühzeitig war wie *ἐπίσταμαι*, auch „*ἐνέπω* für das Sprachgefühl der Griechen ein einfaches Zeitwort, wie das Augment „in *ἤνεπε προσήνεπε* (von Apollonius Dyscolus bezeugt und nach den Spuren der Hss. „in Pindar von mir zurückgeführt) beweist, sowie *ἔνισπον*."

(*ἔσπω*, *ἕσπετε* pro *ἔν-σπω*, *ἔν-σπετε*), et nata sunt nova composita tragicis dilecta *ἀπεννέπω ἐξεννέπω προσεννέπω*.

Vitio natum est futurum *ἐνίψω β* 137 *ἐνίψει H* 447 *λ* 148, licet Apollonius Rhodius saepius ad Homeri imitationem eo sit usus [1]). Restituimus subiunctivum *ἐνίσπω β* 137 et *ἐνίσπῃ H* 447, sed tertius locus *λ* 148 leni correctione sanari nequit.

Non esse confundendas stirpes *σεπ* (Lat. *insecere*) et *Fεπ* (Lat. *vox*, *vocare*), facile apparet; sed non minus facile intellegitur fieri vix potuisse quin a posterioribus hic illic confunderentur, ita ut diceretur *ὄφρ' εἴπω* v. c., cum *ὄφρ' ἔσπω* dedisset priscus vates.

§ 247. (*σεπ*) *-ἔπω tracto*, *-εἶπον*, *-ἕψω*, aor. *-ἐσπον* § 149[25]. Frequens est hoc verbum, sed nonnisi praefixa praepositione (*H* 316 *K* 516 *Λ* 474, 483, 776 *O* 555 *Θ* 61 *τ* 421 *ξ* 195 in tmesi) usurpatur [2]), excepto uno versu *Z* 321 *περικαλλέα τεύχε' ἕσποντα*, ubi eleganter *περὶ κάλλιμα τεύχε' ἕσποντα* coniecit Bekker; *μ* 209 pro *ἕπει* Aristarchus *ἕπεϊ* scripsisse fertur, male profecto.

Ab hac stirpe ductum est nomen *ὅπλον*, hinc *ὁπλίζω* (*ὁπλέω*). Nec non *ὀπάζω* (*ὀπάων*, *ὀπηδέω*) hinc originem habet; cf. § 144. Praeterea artissime cohaerere *ἅπτω* (*ἄαπτος*) atque *ἀφάω*, stirpem *σεπ* autem alteram esse stirpis *σεχ* (*ἔχω*) formam, demonstratum ivit W. Leaf Journal of Philology 1885, qui recte observavit activo primitivam vim esse *tractandi*, *capessendi*, medio *comitandi*, *se adiungendi* (nostrum *bijhouden*, non vero *volgen*).

Frequentius est medium *ἕπομαι sequor*, *ἑπόμην εἵπετο* etc., *ἕψομαι*, aor. *ἕσπεο ἕσπετο* etc. (§ 149[25]). In praesenti imperfecto futuro simplex tantum usurpatur; cohaerere videtur vocabulum *ἀοσσητήρ*.

§ 248. (*στρεφ*) *στρέφει* etc., *-στρέψω*, *ἔστρεψα* (*ἐστρέψασκε -ον Σ* 546 *X* 197 *λ* 597). Pass. fut. *στρέψεσθαι Z* 516, aor. *ἐστρέφθην* (§ 156), perf. *ἐστραμμέναι* h. Merc. 411.

Praesentis forma intensiva *στροφα-* (*στροφάουσι -ουσα -εσθαι*) extat locis nonnullis (*Θ* 348 *I* 463 *T* 422 *ζ* 58, 306 *η* 105 *ρ* 97, 486 *φ* 394), ubi mscripta praebent contractas formas *στρωφῶσι στρωφῶσα στρωφᾶσθαι*, quarum prima syllaba vitiose est producta; cf. § 191. Pro

---

[1]) Vid. I 1257 III 475, 780 IV 810. — Theocrito XXVII 10 *ἐνίψω* pro *subiunctivo* est, 38 non liquet.

[2]) Sic etiam apud Herodotum *περι-ἐπω περι-ἐσπον tractare* (praesertim *τρηχέως περιέπειν*), *διέπειν ordinare* V 22.

στρωφᾶτ'(ο) *N* 557 h. Cer. 48 Nauck rescripsit *ἐστρέφετ'*. — Novo incremento aucta haec stirps cernitur in verbo στροφᾰλίζω σ 315 cum voce στροφᾰ́λιγξ; cf. § 144.

Adiectivum verbale est στρεπτός. Alia nomina a stirpe στρεφ ducta sunt στρόφος, ἐπίστροφος, στρόμβος. Cum alio verbo copulata poperit verbum 'στρεφεδίνηθεν *II* 792.

§ 249. (θαφ) perf. τέθηπα etc. Δ 243 ζ 168 etc., aor. part. τᾰφών (§ 149[28]).

Arte cohaeret substantivum το τάφος φ 122 ψ 93 ω 441.

Praeterea cognatam originem habent verba:

1. (θαϝη) θηέοιο Ω 418, 'θηεῖτο ε 75 etc., ἐθηεόμεσθα ι 218, 'θηεῦντο *H* 444 etc., fut. θηήσονται Hes. Oper. 482, aor. 'θηήσαο ω 90, -σατο ε 76 etc., -σαντο *O* 682 etc., θηήσαιο ρ 315, -σαιτο ε 74.

Vitiosam formam θησαίατο σ 191 emendavit PKnight θηησαίατ' scribendo pro μιν θησαίατ' [1]). — Adiectivum verbale θηητός extat Hes. Theog. 31 [2]), substantivum θηητήρ φ 397. Apud Athenienses θᾱη- in θεᾱ- abiit (θεᾶσθαι, θέατρον etc.).

Brevior stirps θαυ edidit nomen θαῦμα, hinc verbum inde ab Homero pervulgatum θαυμάζω ductum est. Alterum eiusdem significationis verbum θαυμαίνω legitur Θ 108 (part. fut. θαυμανέοντες) et h. Ven. 84 (θαύμαινεν, l. a. θάμβαινεν).

2. θαμβέω cum substantivo τὸ θάμβος.

§ 250. (τερπ) activum τέρπησι ἔτερπε etc. (praes. et impf.) nihil habet quod notatu sit dignum. — Med. τέρπομαι ἐτέρπετο etc. (praes. et impf.), fut. τέρψομαι Υ 23. Aoristus secundus formarum varietate est insignis, vid. § 149[28] et § 155[5]; praeterea sigmatici aoristi leguntur formae τέρψομαι π 26, τέρψαιτο h. Ap. 153, τερψάμενος μ 188.

Nomina ab hac stirpe ducta sunt τερπωλή, τερψίμβροτος, ἀτερπής (vitiosa est l. a. ἀτέρπου *Z* 285), ἐπιτερπής h. Ap. 413.

§ 251. (τρεπ) τρέπω, ἔτρεπον, τρέψω, aor. ἔτρεψα et aor. II ἔτρᾰπε

[1]) Dorienses postea hac contractione usi sunt, vid. imperativus θᾶσαι Ar. Pac. 906 Thesm. 280 Theocrit. I 149 III 12 IV 50 X 41 XV 65, θᾶσθε Ar. Ach. 770, infin. θᾶσασθαι Theocr. II 72, θᾱσόμεναι XV 28.

[2]) Item θᾱητός Tyrt. fr. 10[29], Pind. Ol. III 65 VI 1 Pyth. VII 12 etc., Theocrit XV 84.

etc. (§ 149[102]). Pass. perf. *τέτραπται* etc. (3. pl. *τετρᾰ́φᾰται B* 25, 62, *'τετρᾰ́φᾰτο K* 189, cf. § 119), aor. *τραφθήμεναι o* 80 (§ 156[2]).

Praesentis et imperfecti multis locis reperitur forma intensiva, quae, si mscriptis fides est habenda, modo fuit *τρᾰπέω* (*K* 421 *η* 125), modo *τροπέω* (*B* 295 *Σ* 224 *δ* 465 *ι* 465 h. Merc. 542), modo *τρωπάω* (*I* 500 *Λ* 568 *O* 666 *Π* 95 *Σ* 585 *Υ* 119 *π* 405 *τ* 521 *φ* 112 *ω* 536); sed dudum a criticis est intellectum, librariorum errores nos ludificari, *τρωπᾶν* enim nullum fuisse verbum, apertas autem formas esse restituendas *-τροπάουσ' I* 500, *-τροπάωμεν Υ* 119, *-τροπάωσι π* 405, *-τροπάουσα τ* 521, *-τροπάεσθε O* 666 *φ* 112, *-τροπάοντο Σ* 585 *ω* 536, *'τροπαέσκετο Λ* 568, *τροπάεσθαι Π* 95. Secunda forma *τροπέω* vix melioris in epica lingua notae videtur, itaque scripsimus *-τροπάων B* 295 *δ* 465 h. Merc. 542, *-τροπάοντες ι* 465, *ἐτρόπαον Σ* 224. Tertii verbi *τραπέω* alteram formam in *τροπα-* mutavit Nauck *K* 421, altera vero, cui nova *uvas premendi* notio propria est, *τραπέουσι η* 125 (cf. Lat. *torculare* a *torqueo*), non videtur esse sollicitanda. — Conferantur quae de verbis contractis et de sono *a* Ionico more in *e* mutato in § 191 disputavimus.

Novo elemento adscito e stirpe *τρεπ-τροπα* natum est *-τροπᾰλίζεο Υ* 190, *-τροπᾰλιζόμενος -μένη Z* 496 *Λ* 547 *P* 109 *Φ* 492; cf. § 144.

A stirpe *τρεπ* ducta sunt nomina *τροπή* (*o* 404), *τρόπις*, *τροπός* (*δ* 782 *Θ* 53), *ἀπότροπος*, *πολύτροπος*, *ὑπότροπος*, *ἐντροπίη* (h. Merc. 245), *προτροπάδην* (*Π* 304); eadem autem metathesis, quae in Latino verbo *torquere*, cernitur in vetusto Iovis epitheto *τερπικέραυνος qui fulmina torquet* (Verg.), quod ad verbum *τέρπειν* perperam multi rettulerunt.

§ 252. (*τρεφ*) *τρέφει ἔτρεφον* etc., fut. *θρέψω* (h. Ven. 274), aor. *ἔθρεψα* etc., med. *θρέψαιο τ* 368. Pass. *τρέφεται E* 903 etc., *ἐτρεφόμην o* 365, *-τρέφετο ξ* 477; quocum communi significatione sunt iuncti aoristus II *ἔτρᾰφε* etc. (§ 149[102]) et perfectum *τέτροφεν ψ* 237.

Adiectivum verbale in compositione extat: *ἐλεόθρεπτος B* 776. Praeterea ab hac stirpe, quae *alere*, hinc *densum* (*firmum*) *reddere* significat, ducta sunt nomina *θρέπτρα* sive *θρεπτήρια*, *τρᾰφερή*, *ἀλιοτρεφής* aliaque adiectiva in *-τρεφής*, *τροφός*, *κουροτρόφος*, *ὀρεσίτροφος*, *τρόφι κῦμα Λ* 307, *τροφόεις O* 621 *γ* 290, et, quorum stirps metathesin (§ 39) passa est, *τάρφεσιν ὕλης* (*τὸ τάρφος*) *E* 555 *O* 606, *ταρφέες -έας -έα -εῖαι -είας* (*ταρφύς*, cf. pag. 229 annot. 2) *Λ* 69 etc.

Intensiva verbi forma *τροφέω* hic esset commemoranda, si sincerum videretur id quod Aristarchus scripsit *γ* 290, *τροφέοντο*; sed

propter versum parallelum *O* 621 praeferenda est lectio vulgata *τροφόεντα*.

§ 253. (*τυπ*) *τύπτουσι* etc. (praes. et imperf.) *Λ* 561 etc., aor. *ἔτυψε* etc. *Δ* 531 etc.; pass. *τυπτομένων* *χ* 309 (= *ω* 185), *τετυμμένῳ* *N* 782, aor. *ἐτύπη* etc. (§ 154[12]).

Quomodo in epica dictione distinguantur verba *τύπτειν* et *βάλλειν* (cf. Lehrs Aristarch.[3] p. 51 sq.), optime docet versus *T* 462:

τὸν μὲν δουρὶ βαλὼν τὸν δὲ σχεδὸν ἄορι τύψας.

De ictibus enim qui *eminus* fiunt *βάλλειν*, de iis qui *cominus* *τύπτειν*, *θείνειν*, *ἐλαύνειν* (§ 287), *νύσσειν*, *οὐτάζειν* (§ 150[9]), *πλήσσειν* (§ 238[1]), *ὠθέειν* usurpantur; cf. etiam *βεβλημένοι οὐτάμενοί τε* *Λ* 659 etc., *ἄβλητος καὶ ἀνούτατος* *Δ* 540. Quod discrimen recentiores haud uno loco neglexerunt, e. g. Eur. Hercul. 199 *οὐτάσας τοξεύμασιν*.

Separatim commemorandus est, qui intransitiva *prorumpendi* vi utitur, aoristus *προέτυψε* *ω* 319, *προέτυψαν* *N* 136 (= *O* 306 *P* 262). In mscriptis est *προύτυψε* *-ψαν*, vid. § 130 pag. 341.

Derivata sunt nomina *χαλκότυπος* *T* 25, *χοροιτυπίη* *Ω* 261 (cf. § 48), et adverbium *ἐντυπάς* *Ω* 163.

VI. *De stirpibus in liquidam desinentibus.*

§ 254. Stirpium nonnullarum in *λ* vel *ρ* exeuntium aoristus activi in epica dictione integram servavit litteram sigma, quam postea absorpsit elementum praecedens; cf. § 38 pag. 125. Quos volumus aoristos, hi sunt:

1. (*ἀρ*) *ἦρσε* *Ξ* 167 (= 339) *φ* 45, *ἄρσον* *β* 289, 353, *ἄρσας* *α* 280, *ἄρσαντες* *Λ* 136, *ἀρσάμενος* Hes. Scut. 320.[1]) — Vid. *ἀραρίσκω* § 285[1].

2. (*Ϝελ*) *Ϝέλσαν* *Λ* 413, (*ἐ*)*Ϝέλσαι* *Λ* 409 *Z* 294 *Φ* 225, 295 (*Ϝέλσας* *ε* 132 = *η* 250?). — Vid. *Ϝέλλω* § 265[2]).

3. (*Ϝερ*) *ἀπέϜερσε* *Z* 348, *ἀποϜϜέρσῃ* *Φ* 283, *ἀποϜϜέρσειε* *Φ* 329[3]), *abripere*. A verbo *Ϝέρρω* *perire* (§ 41[10]) *Θ* 239 etc., fut. (*Ϝ*)*ερρήσεις* h. Merc. 259[4]). — Cf. *ἀπέϜρσν* § 150[6].

4. (*κελ*) *ἐκέλσαμεν* *ι* 546 (= *λ* 20 *μ* 5), *κέλσαι* *ι* 148 *κ* 511, *-κέλσαντας* *ι* 138, (*navem*) *in litus adpellere*. De ipsis navibus dicta sunt *-ἑκελσε*

---

[1]) Alter aoristus *ἄρσας* a verbo *ἄρδω* § 211[2] legitur hymn. IX 3.

[2]) Etiam Callinus 1[11] et Pindarus Ol. XI 51 hoc aoristo usi sunt.

[3]) De duplicata consona *Ϝ* vid. § 27.

[4]) Eadem flexio postea perstitit, vid. *ἐρρήσετε* Ar. Lys. 1240, *-ήρρησεν* Eq. 4, *-ήρρηκα*; Thesm. 1075, etc.

ν 114, *κελσάσῃσι ι* 149 [1]). — Att. *ὀκέλλω, ὤκειλα*. Cohaerere videntur nomina *κόλλοψ φ* 407, *μάκελλα Φ* 259 (*δίκελλα* apud posteros).

5. (*κερ*) *ἔκερσε K* 456 *N* 546, 548 *Ξ* 466 *Π* 394 Hes. Scut. 419, *-κέρσαι Θ* 8, *κέρσαντες Ω* 450. [2]) A verbo *κείρω* (*Λ* 560 etc.), fut. *κερέειν Ψ* 146. — Vulgatae aoristi formae in textu tradito extant *-έκειραν* (l. a. *-ον*) *ψ* 356, *-εκείρατο Ψ* 141, (*κείραντο* l. a. *ω* 46), *κείρασθαι Ψ* 46 (= *δ* 198).

Cohaerent nomina *κορμός ψ* 196 et *ἀκερσεκόμης T* 39 h. Ap. 134.

6. (*κυρ*) *-έκυρσε N* 145, *-κύρσειαν Ψ* 435, *κύρσαι* Hes. Oper. 691, *κύρσας Γ* 23 *Ψ* 428 [3]). A verbo *κῦρεται Ω* 530, impf. *'κῦρε Ψ* 821 h. Ven. 175 Cer. 189.

Substantivum verbale est *κύρμα E* 488 etc. [4]).

7. (*ὀρ*) *ὦρσε Α* 10 *ε* 109 et passim, *ὄρσῃ I* 703 *Ξ* 522, *ὄρσομεν Δ* 16, *ὄρσωμεν H* 38, *ὄρσητε Ψ* 210, *-όρσον E* 765, *-όρσειαν H* 42, *ὄρσας X* 190 etc. *ὄρσασα Ξ* 254. Iterat. *ὤρσασκε P* 423. — Vid. *ὄρνῡμι* § 284[4].

8. (*φυρ*) *φύρσω* (subi.) *σ* 21 [5]). A verbo *ἔφῡρον Ω* 162, *πεφυρμένον ι* 397 *-νη ρ* 103 (= *τ* 596) *σ* 173. Cf. *πορφύρω* § 138[10].

In futuris multo rarior est littera sigma. Cuius conformationis nonnisi tria apud Homerum reperiuntur exempla:

9. (*θερ*) *θερσόμενος τ* 507. A verbo *θέρεσθαι τ* 64, *θέρηται Z* 331, *θέρωνται Λ* 667, aor. *θερέω ρ* 23 (cf. § 122 et 154[1]).

Cohaerent nomen *θέρος* (*X* 151 etc.) et adiectivum *θερμός*, unde nova ducta sunt verba *θέρμετε Φ* 426 *'θέρμετο Σ* 348 *Ψ* 381 *Φ* 437, et *θερμαίνω* (*Ξ* 7 *Π* 333 *T* 476 *ι* 376).

---

[1]) Fut. *κέλσω* Aesch. Suppl. 330??

[2]) Aesch. Suppl. 665 *κέρσειεν*, Pers. 952 *κερσάμενος*. Etiam in Cypria dialecto reperitur aoristus *ἔκερσε* n° 32 (et 31) Collitz.

[3]) Futurum *κύρσω* legitur Soph. Oed. C. 225, aoristo *ἔκυρσα* tragici aliique poetae recentiores frequenter usi sunt: Panyas. fr. 16, Theogn. 698, 1361, Simonid. 123, Bacchyl. 3, Pind. Ol. VI 10 XII 16 Pyth. I 194 IV 502 X 31, Herod. III 77 IV 125, Apoll. Rh. I 854, 1245 II 980 III 342 IV 1451, Theocrit. XXII 9, Aesch. Prom. 739 Pers. 779, 854, 1012 Agam. 628 Eum. 931, Soph. Oed. R. 1299 Oed. C. 99, 247, 1083 1404, 1680 Electr. 863 Philoct. 545, Eur. Alc. 473 Med. 1363 Andr. 1172 fr. 505 etc. Duplex autem flectendi ratio tragicis est usitata, aut enim dicunt *κύρω* (Soph. Oed. C. 1159) *κύρσω ἔκυρσα* aut *κῦρέω κῦρήσω ἐκύρησα* (= *τυγχάνω*).

[4]) Iniuria *κῦρμα* scribi quidam iusserunt; nam natura brevem esse vocalem nec nisi in praesenti et aoristo esse productam cum analogia docet tum verbum tragicum *κῦρέω*. Cf. *χάρμα, δέρμα* etc.

[5]) Item Apollon. Rh. II 59. Dignum quod conferatur est futurum exactum passivi *πεφύρσεσθαι* Pind. Nem. I 102; qualia futura a stirpibus in liquidam exeuntibus Attici nulla formarunt.

10. (ὀρ) ὄρσουσα Φ 335 [1]). Vide supra sub 7.

11. (φθερ) διαφθέρσει N 625. Eiusdem compositi perfectum extat O 128 διέφθορας (?). Praesens verbi simplicis legitur ρ 246 φθείρουσι, pass. φθείρεσθε Φ 128.

Derivatum est adiectivum θυμοφθόρος.

§ 255. (ἀγερ) -αγείρειν etc. (praes. et impf., etiam medii) Α 126 etc., aor. ἤγειρα etc. P 222 etc. — Medii aoristus -ηγείρατο ξ 323 (= τ 293) significat *sibi colligere*. *Colligi* vero sive *convenire* cum reliquae medii formae valent tum aoristi ἤγρετο etc. (§ 149[11]) et ἀγέρθη Δ 152 X 475 (= ε 458 ω 349) ἤγερθεν Α 57 etc.; pro ἄγερθεν Ψ 287 praestat l. a. ἔγερθεν. Plusqmpf. ἀγηγέρατο Δ 211 Υ 13 λ 388 = ω 21 (§ 135[12]).

Nonnullis locis legitur verbi forma elemento θ aucta (cf. § 142) ἠγερέθονται Γ 231 h. Ap. 147, ἠγερέθοντο Β 304 etc., ἠγερέθεσθαι Κ 127. Syllaba autem ἠ- in imperfecto nihil habet insoliti, in praesenti vero ratione caret, et rectius ἀγερέθονται ἀγερέθεσθαι scripseris, nam metri tantum causa producta est syllaba initialis (vid. § 6 et 21).

Cohaerent ἀγορή, ἄγυρις, θυμηγερέων. A voce ἀγορή *conventus, concio* [2]) nova verba sunt ducta ἀγοράομαι (cum nominibus ἀγορητής et ἀγορητύς) et ἀγορεύω; cf. § 306. Cum nomine ἄγυρις cohaeret verbum ἀγυρτάζω τ 284 (cf. § 144).

Alienum vero hinc est adiectivum verbale ἀγρετός Α 526 (cum comp. αὐτάγρετος h. Merc. 474, 489), quod referendum est ad verbum ἀγρέω (ἄγρεε Ε 765 etc., ἀγρέετε υ 149, ἄγρη, ἀνδράγρια, ζωγρεῖν, πυράγρη, πάναγρος etc.).

§ 256. (ἀϝερ) ἄειρε etc. Ζ 264 etc. (praes. et impf.), aor. ἀεῖραι etc. Θ 424 etc. — Med. aor. -αείρεται Ο 680, ἀειράμενος -νη Ψ 856 Ζ 293 (= ο 106). Pass. part. praes. ἀειρόμενος -νη etc. Β 151 etc., impf. ἀείρετο etc. Ψ 501 μ 255 ν 84, aor. -ηέρθη Π 341, ἀέρθη τ 540, ἄερθεν Θ 74, ἀερθείς Φ 375 ι 383 μ 432, plusqmpf. ἄορτο (mss. ἄωρτο) Γ 272 Υ 253.

Stirps elemento θ aucta (cf. § 142) cernitur in praesentis medii forma producta ἠερέθονται Β 448 Γ 108 Φ 12, quae ἀερέθονται

---

[1]) Soph. Antig. 1060 ὄρσεις.

[2]) Nonnisi rarissime ad locum conventus, *forum*, designandum hac voce usi sunt veteres poetae. Certa huius significationis exempla nonnisi ζ 266 σ 16, 503 reperiuntur.

potius est scribenda; vid. § 6 et 21, et quae in § 255 de formis *ἠγερέθονται -θεσθαι* observavimus.

Aliena est a lingua Homerica sonorum *ἀε* contractio, quae postea in hoc verbo obtinuit, itaque *αἴροντας P* 724 et *ἀρθείς N* 63 *ε* 393 ferri nequeunt; videantur quae ad illos locos annotavimus. Etiam Hes. Oper. 551 *ἀρθείς* traditum est [1]). Pro aoristi medii formis *ἤραο ἤρατο ἠράμεθα* dudum restituta sunt *ἤρεο ἤρετο ἠρόμεθα* · a verbo *ἄρνῡμαι*, vid. § 149[18] et 284[1].

Utitur hoc verbum eadem stirpe atque nomen *ἀήρ*, quod ipsum ab *ἄ(Ϝ)ημι* ductum est (vid. § 197). Praeterea cohaerent *ἄορ* (§ 70), *ἀορτήρ*, *ἀερσίποδες*, *μετήορος* (Att. *μετέωρος*), *παρήορος* (cum subst. *παρηορίη*), *συνήορος Φ* 99, *τετράοροι ν* 81 [2]); fortasse etiam *ἄωροι μ* 89. In *ἀπήωροι μ* 435 displicet *ω* (Botho *-όριοι*).

Alienum hinc est ignotae originis participium *ἀρημένος gravatus Σ* 435 *ζ* 2 *ι* 403 *λ* 136 *σ* 58, 81 *ψ* 283, neque verbum *ἐναίρω*, de quo videatur § 222[9].

§ 257. *(ἀν) ἦνον γ* 496, *ἄνεται K* 251 *β* 58 (= *ρ* 537), *ἄνοιτο Σ* 473. Addendum videtur *ἤνετο ε* 243 (sic Cobet pro *ἤνῡτο*).

Non integram hanc esse stirpem sed ex *ἀνυ* decurtatam, olim igitur *ἤνϜον ἄνϜεται* fuisse, cum verborum *φθάνω ἱκάνω κιχάνω δῡνω τίνω* docet analogia tum disyllaba stirps *ἄνυ(τ)*, quae cernitur in verbo *ἀνῡ́ω Δ* 56 (an futurum?), fut. *ἀνῡ́ω* (§ 147) *Δ* 56(?) *Λ* 365 (= *Υ* 452), aorist. *ἤνῡσε Θ* 370 *δ* 357 *ρ* 517 *ω* 71 h. Ap. 108 Merc. 138, *-ήνῡσαν η* 326(?) h. Cer. 381, *ἀνῡ́σειεν ο* 294 h. Ap. 435, *ἀνύσσας* h. Merc. 338 Hes. Theog. 954, pass. *ἤνῡτο ε* 243 (leg. *ἤνετο*, vid. supra), fut. *ἀνύσσεσθαι π* 373. — Adiectivum verb. *ἀνήνυστος π* 111, subst. *ἄνῡσις B* 347 *δ* 544.

Quae cum ita sint, non potest non movere suspicionem locus supra laudatus *Σ* 473, ubi optativi *ἄνοιτο* (i. e. *ἄνϜοιτο* pro *ἀνύοιτο*) corripitur syllaba initialis; quapropter lectionem alteram *ἄνυτο*

---

[1]) Non huc referendum est *ἄρθεν Π* 211, vid. § 285[1]. — Contractione ex *ἀείρω* natum esse *αἴρω*, id enim *ἄρω* aut *ἄρω* fieri debuisse, negat Brugmann Kuhns Zschr. XXVII p. 196 sqq., *Ϝαρ* stirpem verbi *αἴρειν* statuens.

[2]) Adiectiva *μετήορος* et *παρήορος* commode divelli posse non videntur. Quamquam significationis discrimen efficit ut libenter a *tollendi* stirpe secernas adiectiva *παρήορος συνήορος τετράορος* et verbum *συναείρεται O* 680, *σὺν ... ἦειρε K* 499, quibus omnibus *ligandi* vel *iungendi* communis est sensus. Non tamen ad stirpem *σερ* (§ 277) referri haec possunt, sed ita fere erit statuendum ut fecit Kühner-Blass II p. 350: „ein „verschiedenes Verbum scheint *ἀείρω* binden, vgl. *εἴρω*". Recens verbum *-χωρεῦντο* legitur Hes. Scut. 225, 234.

(i. e. *ἄννιτυ*) practulerunt Buttmann, Ahrens (Conj. auf *μι* p. 21), Schulze (Quaest. Ep. p. 107), quae tamen hoc habet incommodi quod caret vocali thematica, quae a reliquis huius verbi formis non abest [1]); van Herwerden *ἀνώγοι* coniecit.

Disyllaba stirpis forma apud posteros permansit: *ἀνῦτω*, *ἀνῦσω* etc.; monosyllaba autem in activo rara est, [2]) passivum vero *ἄνομαι* apud Herodotum poetasque satis frequenter occurrit. [3])

§ 258. (*βαλ*) *βάλλω* etc. (praes. et impf.); fut. *βαλέω* Θ 403, *βαλέει* κ 290 h. Ven. 289, *βαλέειν* Θ 417, *βαλέοντι* λ 608, et more recenti contractum *βαλῶ* P 451 *βαλεῖν* h. Merc. 374 (cf. § 147). Aor. *ἔβᾰλον* etc. (§ 149[56]). Plusqmpf. *'βεβλήκει* Δ 108 etc., optat. *βεβλήκοι* Θ 270 (cf. § 159). — Med. et pass. *βάλλομαι* etc. (praes. et imperf.); fut. med. *-βαλεῦμαι* [4]) χ 103 (cf. § 147), aor. pass. *ἔβλητο* etc. (§ 150[18]), perf. *βέβλησαι* E 284 Λ 380 N 251, *βέβληται* etc., et ad animum translata significatione *'βεβολήατο* I 3, *βεβολημένος* I 9 κ 247.

Compositi *συμβάλλω* *committo* aoristus activi reperitur Φ 578 *ξυμβλήμεναι* et φ 15 *ξυμβλήτην* intransitivo *congrediendi* sensu; hanc tamen formam e *ξυμβλήατο* (§ 150[18]) corruptam esse docet metrum (cf. pag. 5).

Adiectivum verbale est *ἄβλητος* Δ 540, *ἀπόβλητος* B 361 Γ 65; praeterea ab hac stirpe ducta sunt nomina *βέλος*, *βέλεμνον* (cf. § 12 pag. 59) O 484, 489 X 206, *βλῆτρον* O 678, *ἀβλής* Δ 117, *ἐπιβλής* Ω 453, *προβλής* B 396 etc., *ἀνάβλησις* B 380 Ω 655, *ἀμβλήδην* X 476, *παραβλήδην* Δ 6, *ὑποβλήδην* Λ 292 h. Merc. 415, *βολή* δ 150 ϱ 283 ω 161, *ἀμβολάδην* Φ 364 h. Merc. 426, *ἐμβολάδην* h. Merc. 411, *πρόβολος* μ 251, *σύμβολον* h. Merc. 30, *σύμβολος* h. Merc. 527. Solum *βέλος* est pervulgatum, cetera rara sunt.

§ 259. (*βουλ*) *βούλομαι* etc. (praes. et imperf.) passim. Futurum h. Ap. 264 *βουλήσεται*, perfectum Λ 113 *προβέβουλα*.

Brevior praesentis forma *βολ-* reperitur Λ 319 (*βόλεται*), π 387 (*βόλεσθε*), quibus locis mscripta pleraque metro invito habent *βούλεται*

[1]) Nam pro *ἤνῦτο* ε 243 potius videtur *ἤνετο* esse legendum; vid. supra.

[2]) Eur. Andr. 1132, Ar. Vesp. 369 (in parodia), Phrynich. com. fr. 89, Theocrit. VII 10; etiam in Cypria quadam inscriptione, quae in Collitzii collectionem nondum est recepta, legitur *ἄνε*.

[3]) Herod. I 189 VII 20 VIII 71, Aesch. Choeph. 799 etc. — *ἄνη perfectio* Aesch. Sept. 713.

[4]) Vitio debetur *-βλήσεαι* Υ 335 (Cobet *-βλήεαι*).

et *βούλεσθε*, et fortasse *α* 234 *ἐβόλοντο*, ubi nihil tamen obstat quominus *βούλοντο* legamus cum aliis mscriptis. Quadamtenus autem formas *βόλεται* et *βόλεσθε* defendunt inscriptio Arcadica 1222[21] *τὸμ βολόμενον* et Latinum verbum *vŏlo* a brevi syllaba incipiens; vix tamen dubito quin ab epica lingua alienae fuerint et ambiguitati vetustae litteraturae debeantur, cum praesertim et *Λ* 319 et *π* 387 alias quoque ob causas displiceant.

Cohaerent *βουλή* (*βουληφόρος*, *βουλεύω*, *βουλευτής*) et *πολύβουλος*.

§ 260. (*γων*?) aor. *ἐγέγωνον* etc.; perfecti participium *γεγωνώς* traditum accepimus in versu *ἤυσεν δὲ διαπρύσιον Δαναοῖσι γεγωνώς* Θ 227 etc., sed *γεγωνών* primitus illis locis fuisse veri videtur simile; vid. § 149[15].

Imperfectum *ἐγεγώνευν ἐγεγώνει* errori debetur; olim *ἐγέγωνον ἐγέγωνε* (aor.) fuit. Tragici vero praesenti utebantur *γεγωνίσκω* (Aesch. Prom. 627, Eur. Suppl. 204 Electr. 809, item Thuc. VII 76 etc.), quae est forma inchoativa verbi *γεγωνέω*, quod Ionicis in usu fuisse ex lapidis Chii testimonio minime ambiguo constat IGA. 381 *γεγωνέοντες* (= *κηρύττοντες*). Futurum *γεγωνήσω* legitur Eur. Ion. 696, aor. *γεγωνῆσαι* Aesch. Prom. 990.

§ 261. (*γεν*) *γίγνομαι* etc., aor. *'γενόμην* etc. (§ 149[52]), perf. *γέγονε* etc. (§ 160[2]).

Procreandi sensu usurpatur aor. *ἐγείνατο E* 880, *ἐγείνατο Λ* 280 *O* 526 etc., *γείνεαι υ* 202, *-γείνωνται T* 26, *γείνασθαι Φ* 160 *Ϙ* 312.

Praesens *γείνομαι* vel *γίνομαι* aut ex Iade recentiore [1]) in textum passim irrepsit (vid. *B* 468 *T* 128 etc.) aut debetur aoristi *ἐγείνατο* similitudini. Dudum probam verbi formam *γιγν-* restituerunt P. Knight Bekker alii. Neque admodum antiqua in textu epico esse haec vitia luculenter docet Hesiodi versus Op. 821, ubi mscripta in lectione *γεινομένης* sive *γινομένης* — nam hoc perinde est — summa constantia conspirabant, donec in lacinia papyracea nostris diebus repertum est id quod flagitat ratio *γιγνομένης*.

Pessimae notae futurum *ἐκγεγάονται nascentur* legitur in loco omnium consensu recentissimo h. Ven. 198.

---

[1]) Iones olim non *ginomai* sed *ginjomai* pronunciasse res clamat; cf. Gall. *magnifique*, Ital. *ogni* aliaque eiusmodi. Comparari potest mos Cyprius nasales omittendi si sequatur consona, e. g. *a-to-ro-pe* = *ἄνθρωπε*, *su-tu-ka* = *σὺν τύχᾳ* (cf. Deecke in Collitz. Dialektinschr. I p. 10 sq.).

A stirpe *γεν* ducta sunt nomina *γονή, γόνος* (*ἔκγονος πρόγονος*), gen. plur. *γονέων* h. Cer. 241 [1]), *γένος, γενεή, γένεσις, γενέθλη, γενετή, γενναῖος E* 258, [2]) adiectiva multa in *-γενής, αἰειγενέτης, αἰθρηγενέτης, ἠριγένεια, Τριτογένεια, γνήσιος, κασίγνητος.*

§ 262. (*δεμ*) *δέμον ψ* 192, (*δέμων* h. Merc. 87??), aor. *ἔδειμα* etc. *Φ* 446 etc., med. *ἐδείματο ζ* 9 *ξ* 8. Passiv. *ἐδέδμητο N* 683 etc., part. *δεδμημένοι Z* 245, 249.

Adiectivum verbale est (*ἐὺ*) *δμητός A* 448 etc., *θεόδμητος Θ* 519.

Ab eadem stirpe ducta sunt nomina *δέμας* (§ 72[5]), *τὰ δέμνια, μεσόδμη* (§ 12 pag. 59) *β* 424 (= *ο* 289) *τ* 37 *υ* 354 [3]), *δόμος, δῶμα* vel *δῶ* (§ 84[3]), *βυσσοδομεύω.*

§ 263. (*ἐντυν*) impf. *ἔντῡνον* (*ἤντ.*) *μ* 183, imperat. *ἔντῡνε* (sic Bentley, mss. *ἔντυνον*) *I* 208, partic. aor. *ἐντύνασαν Ξ* 162. — Med. *ἐντῡνώμεθα ρ* 175, *ἐντῡνῆ(αι*, mss. *ἐντύνεαι*, cf. § 117 et 122) *ξ* 33, *ἐντύνοντο* (*ἠντ.*) *Ω* 124 (= *π* 2) *ο* 500, *ἐντῡνόμενοι γ* 33 (= *ρ* 182), part. aor. *ἐντῡναμένη μ* 18, infin. *ἐντῡνασθαι* Hes. Oper. 632.

Brevior stirpis forma *ἐντυ* (quacum conferatur *ἀρτύνει-ἀρτῦει* etc. § 285[1]) peperit aoristum vel imperfectum *ἔντῠεν* (*ἤντ.*) *E* 720 (= *Θ* 382) h. Cer. 377, *ἔντῠον* (*ἤντ.*) *ψ* 289, et fortasse 1. sing. *ἔντῠον ψ* 199, ubi pars codicum metro invito praebet *ἔντυνον*, l. a. *ἔξεον* [4]), imperat. *-έντῠε Θ* 374. — Vid. § 149[1].

Cohaeret nomen *ἔντεα arma* [5]). Compositum *ἐντεσιεργούς Ω* 277 corruptum est, *ἠνυσιϝεργούς* scripsit Nauck (cf. § 21).

§ 264. (*ἐρ*) *εἴρομαι εἴρεαι* etc. (praes.) *rogare, A* 553 *Γ* 177 etc.; fut. *εἰρήσομαι -σεται -σόμεθα η* 237 etc. — Nonnullis locis legitur praeteritum, ubi sitne *εἴρετο εἴροντο* scribendum, quae imperfecti sunt formae, an *ἤρετο ἤροντο*, qui est aoristus e recentiore lingua

---

[1]) Alias voce *τοκῆες* utuntur poetae epici.

[2]) Verbum *γεννᾶν* non est epicum.

[3]) In inscriptione Attica quae anno 1882 est inventa (Dittenb. Syll. 352[48, 51, 53, 74, 78, 85]) *μεσόμται* vocantur tigna quae aedificii columnas sinistras cum dextris coniungunt. Quae vocis forma ex *μεσό-δμ-νη* (an *μεσό-δμ-μνη*?) est orta. Nam licet *-δμη* et *-μνη* „lautlich nicht identisch sein" posse vere observet G. Meyer[2] p. 14,1, paucis opinor persuadebit a verbo *μένω* ductam esse vocem Atticam.

[4]) Eodem vitio laborat Theogn. 196 *ἐντῦνει*, ubi Brunck *ἐντύει* correxit, sed *ἔντυε* verum videtur. Tempore praeterito *ἔντῠον -ε* usi sunt etiam Bacchyl. fr. 33, Pind. Ol. III 50 Pyth. IX 116 Nem. IX 85, Apoll. Rh. I 16 III 1194 IV 1130 Mosch. II 160.

[5]) H. Ap. 489 de navis armamentis usurpatum est.

notissimus (§ 149[59]), neque olim diremtu fuit facile — vetusta enim litteratura talia non discernebat — neque nunc est; codices autem variare solent. Legitur εἴρετο vel ἤρετο *A* 513 *E* 756 (= Ω 361) *Υ* 15 (= *ν* 127) *Φ* 508 *ι* 251 *ρ* 120 *υ* 137, εἴροντο vel ἤροντο *ι* 402 *λ* 542 (?), 570 *ρ* 368. Errori debetur optativus aoristi ἔροιτο *α* 135 *γ* 77 et infinitivus ἔρεσθαι *α* 405, leg. ἐρέοιτο ἐρέεσθαι (cf. pag. 65 et 200). Itaque nonnisi in formula loquendi μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι (*γ* 69, 243 *ξ* 378 *ο* 362 *π* 465) et in subiunctivo ἐρώμεθα Θ 33 certus est aoristus; quae cum ita sint, veri est simillius vulgatum illud ἤρετο in locum prisci imperfecti εἴρετο irrepsisse locis laudatis quam ubique ἤρετο ἤροντο esse scribendum pro εἴρετο εἴροντο.

Stirps nimis brevis ἐρ — quae minime est confundenda cum stirpe ϝερ § 306, licet et veteres et recentiores grammatici saepissime hac in re errarint — variis elementis est amplificata. *Iota* subiectum effecit verbum quo de modo egimus εἴρομαι, sonus autem ε(ν) additus in lucem vocavit novas activi formas -ερέουσι ξ 375, -ερέῃσι *δ* 337 = *ρ* 128, ἐρήομεν (? mss. ἐρείομεν) *A* 62, ἐρέοιμι *λ* 229, -ερέοις *γ* 116, ἐρέοιμεν *δ* 192 (spur.), ἐρέων etc. *H* 128 *κ* 249 *τ* 166 *φ* 31 et medii -ερέεσθε *K* 432, ἔρειο (?) *A* 611 [1]), ἐρέωμαι *ρ* 509, -ερέηται *α* 416, ἐρέεσθαι *α* 405 (mss. ἔρεσθαι) *γ* 24 *ζ* 298 *ν* 411 *τ* 99 *ψ* 106, ἐρέοντο *A* 332 (= Θ 445) *I* 671 *κ* 63, 109.

Novis incrementis aucta stirps ἐρευ [2]) peperit verba:

1. ἐρευνᾶν *Σ* 321, ἐρευνῶντες *τ* 436, ἐρευνᾶν h. Cer. 163, imperf. ἐρεύνα *χ* 180, fut. ἐρευνήσει h. Merc. 176.

2. ἐρεείνεις (i. e. ἐρεϝείνεις) etc. *Z* 145, 176 etc., med. ἐρεείνετο *K* 81 *ρ* 305.

3. εἰρωτᾷς (i. e. ἐρϝωτᾷς) *δ* 347 (=*ρ* 138) *ε* 97 *ι* 364, impf. -ειρώτων *δ* 251, εἰρώτα *ο* 423.

De huius verbi conformatione cf. § 38 pag. 126, Ahrens Zeitschr. f. Alterthumswissenschaft 1836 n° 101 (= kl. Schr. I p. 556), Schulze Quaest. ep. p. 97 sqq.

§ 265. (ϝελ) ϝέλλωσιν *B* 294, -ϝέλλειν *K* 347, ϝέλλοντα *λ* 573, 'ϝέλλεν Θ 215 *μ* 210 *τ* 200, 'ϝέλλον *χ* 460; med. ϝελλόμενοι *E* 782, -νων *E* 203 Θ 215, 'ϝέλλοντο *Φ* 8. Hae formae omnes in mscriptis sunt corruptae, nam tradita accepimus εἰλέωσιν, -ειλεῖν, εἰλεῦντα, εἶλει,

---

[1]) Ad epicorum imperativorum ἔρειο et σπεῖο exemplum infelicissime finxit formam μειλίσσειο Apoll. Rh. III 1035.

[2]) ἐρ: ἐρευ = κελ: κολευ § 266. — Cret. ἐρευτάς = ἐρευνητής.

εἶλεον, εἰλόμενοι, εἰλομένων, εἰλεῦντο, quae neque inter se conspirant neque cum aoristo perfectoque, de quibus mox erit dicendum, conciliari possunt. Emendandi initium fecit Dawes (ad praesens ϝείλω cuncta referens), quem secutus est PKnight ϝέλϝω scribendo; Cobet demum veram formam ϝέλλω, ϝέλλομαι indicavit [1]). Ionibus in usu fuit forma producta ἀπ- κατ- συνειλέω, -είλησα, -ειλήθην, -είλημαι (Herodot. I 24, 80 III 45 IX 31 etc., item Thuc. VII 81 § 4), quae apud Homerum quoque agnoscenda est uno loco Σ 447 ἐϝείλεον, si sanus est textus. Scenicis usurpatur ἵλλω, praesertim ὑπίλλω, vid. Ar. Nub. 762, Soph. Ant. 340, 509, Eur. fr. 544 etc., si recte ita traditum.

De aoristo ϝέλσαν, (ἐ)ϝέλσαι vid. § 254[2]. Perfectum passivi est ϝεϝέλμεθα Ω 662, ϝεϝελμένος -νοι *M* 38 *N* 524 Σ 287 h. Merc. 306. Aor. pass. ἐϝάλη etc. § 154[2].

Nova verba ex hac stirpe excreverunt:

1. -εϝείλυον Ψ 135 (l. a. -είννυον), ϝειλύσω Φ 319, perf. pass. ϝεϝλῦται *M* 286 υ 352, ϝεϝλῦμένος -νω -νοι -να *E* 186 *P* 492 Σ 522 ξ 136, 479 h. Ap. 450 Merc. 151, 245, 306 (?), plusqmpf. ϝέϝλῦτο *Π* 640 ε 403; mss. εἰλύαται, εἰλῦμένος etc., εἴλῦτο [2]). — Substantivum verbale est εἴλῦμα ξ 179.

2. ϝελίσσω, de quo verbo cf. § 41[24].

3. ϝειλῦφάων Λ 156, -οντες Hes. Theog. 692 sive ϝειλῦφάζει Υ 492, εἰλῦφαζε Hes. Scut. 275. — Cf. § 144.

4. Etiam aoristus passivi ἐλύσθη Ψ 393 ἐλυσθείς Ω 510 ι 433 huc referendus videtur.

De nominibus ab hac stirpe ductis vid. § 41[24].

§ 266. (κελ) κέλομαι etc. praes. et imperf. passim, fut. κελήσεται κ 296, aor. ἐκέκλετο etc. § 149[21].

Derivatum est βουκόλος (ἐπιβουκόλος γ 422 etc.), hinc βουκολέω, βουκολίη, βουκόλιον, Βουκολίων, Βουκολίδης.

Magis etiam usitatum est verbum ab amplificata stirpe κελευ (cf. ἐρ-ἐρευ § 264) ductum κελεύω etc., fut. κελεύσω *B* 74 Δ 322, κελευσέμεναι δ 274, aor. ἐκέλευσα etc.

Frequentativum κελευτιάων -οντε extat *M* 265 *N* 125; cf. § 144.

Vitio natus esse videtur vocativus ἱπποκέλευθε *Π* 126, 584, 839, pro quo -κελευστά (Bentley) vel -κελευτά (Nauck) expectaveris.

---

[1]) Verum transcet in vitiosa lectione ἰλλόμεναι Ψ 122, pro qua restituimus ϝελλόμεναι.

[2]) Perfectum quominus ϝεϝίλῦμαι fuisse putemus obstat υ 352.

adstipulemur prohibet iterata vocalis α, quae a stirpe κ(ε)ρα sine vitio nasci non potuit. Itaque qui cum Cobeto censent „κραίνειν de huiusmodi opificio dici non potuisse", pravo analogiae studio aliive errandi causae deberi formas κεκράανται et -ντο statuant necesse est, quoniam explosa iam est *distractionis* illa vis, quae nihil non efficere potuisse in Homerica lingua olim credebatur. Mihi vero *miscendi* verbum multo minus quam *perficiendi* sive *elaborandi* huc quadrare videtur, neque κέκρᾶνται sed κεκράᾰται potius dicendum fuisset vetustis cantoribus.

§ 268. (κριν) κρίνῃ etc. *E* 501 etc., aor. ἔκρῑνε etc. *A* 309 *δ* 179 etc., med. κρίνονται ἐκρίνατο etc. — Passiv. part. perf. κεκρῐμένον etc. *Ξ* 19 etc.; aor. διακρινθῆτε ω 532 (cf. § 122), διακρίνθητε *Γ* 102, διακρινθήμεναι *Γ'* 98, κρινθέντε(ς) *E* 12 *H* 306 *N* 129 *T* 141, 212 *Θ* 48, sed διέκρῐθεν (more Attico) *B* 815 (cf. § 156).

Adiectivum verbale est κρῐτός, ἄκρῐτος (ἀκριτόμυθος -φυλλος -φωνος); praeterea cohaeret adverbium διακρῐδόν *M* 103.

§ 269. (κτεν) κτείνεις etc. *Z* 228 *Φ* 220 etc., iterat. 'κτείνεσκε *Ω* 393. Fut. κτενέω π 404, κτενέεις *X* 18, κτενέει *X* 124 *Ω* 156 (= 185), sed contr. *O* 65, 68 *Ψ* 412 (cf. § 147), -κτενέουσι (mss. -κτανέουσι) *Z* 409, κτενέειν *N* 42 *O* 702 *P* 496, κτενέοντα (mss. κτανέοντα) *Σ* 309. Aor. ἔκτεινε etc. *Π* 594 etc., aor. II ἔκτᾰνον etc. (§ 149[75]) ot ἔκτᾰ etc. (§ 150[6]). — Pass. κτείνονται etc. *N* 110 etc., fut. -κτενέεσθε (mss. -κταν.) *Ξ* 481, aor. ἐκτᾰ́θεν *E* 558 *Λ* 691 *N* 780 *γ* 108 *δ* 537, aor. II ἔκτᾰτο etc. (§ 150[6]).

Vitiosas futuri formas supra commemoratas κτανέουσι -οντα -εσθε [1]) correxit Cobet Misc. Critic. p. 330 sq.

Derivatum est nomen ἀνδροκτᾰσίη.

§ 270. (μελ) μέλω ι 20, μέλει etc. *B* 338 etc., ἔμελε ε 6 π 465, fut. μελήσει etc. *E* 480 etc., aor. 'μέλησε h. Merc. 453, perf. μέμηλε etc. *B* 25 etc.; de participio μεμηλώς vid. § 160[8]. [2])

Medii formae eodem quo activum sensu usurpatae occurrunt μελέσθω κ 505, aor. 'μέμβλετο = 'μέ-μλετο (§ 149[27]), μελήσεται *Λ* 523.

Cohaerent nomina μελεδών et μελέδημα, verba ἀμέλησε *Θ* 330 etc. et 'μελέτησα h. Merc. 557.

---

[1]) Item κτανέειν *O* 702 in D Barocc., κτανέεις *X* 18 in G, κτανέει *X* 124 in Apoll. lex.

[2]) Hes. Op. 231 participium μεμηλώς non de eo qui curat, ut locis Homericis, usurpatum est, sed de re quae curae est; ibi igitur nemini suspectum esse potest.

§ 271. (μερ) perf. 3. sing. ἔμμορε (τιμῆς) *Α* 278 *Ο* 189 ε 335 λ 338 h. Ven. 37 Hes. Theog. 414, 426 Op. 347.[1]) Pass. plusqmpf. εἵμαρτο *Φ* 281 ε 312 ω 34 Hes. Theog. 894.

Praesens in Homericis non nisi *Ι* 616 loco spurio legitur μείρεο [2]), sed Hesiodus Theog. 801 et Oper. 578 adhibuit praesens ἀπομείρεται, l. a. ἀπαμείρεται, quam peperisse videtur verbi ἀπαμείβεται similitudo [3]).

Adiectivum verbale est βροτός (pro μροτός) cum compositis, vid. § 39. Nec non cohaerent nomina μοῖρα (unde μοιρηγενές *Γ* 182, διεμμοιρᾶτο ξ 434), μόρος (ἄμμορος et -ρίη, δύσμορος, δυσάμμορος ἔμμορος, ϝισόμορος, κάμμορος, ὑπέρμορος, ὠκύμορος), μόρῐμος vel μόρσῐμος.

Praeterea ἁμαρτάνω, ἤμβροτον, ἀβροτάξομεν (§ 149[4]) et ἀμέρδω *privo* (§ 211[3]) hinc ducta sunt.

Etiam casca vox μέροπες ab hac stirpe repetenda videtur. Substantivum, quod postea pervulgatum fuit, μέρος in carminibus epicis non nisi h. Merc. 53 (419? 501?) Cer. 400 (?) reperitur.

Spirans, unde primitus haec stirps (σμερ) ordiebatur, vestigia sua reliquit in syllaba ει perfecti εἵμαρται (= σέσμαρται) et in aliarum formarum (ἔμμορε, -εμμοιρᾶτο, ἄμμορος) littera μ duplicata; cf. § 27. Sed mirari subit cur ἔμμορε, non εἵμορε dictum fuerit, si revera perfecti haec sit forma; accedit quod *Α* 278 non *perfecti* sed *aoristi* potius significatione utitur ἔμμορε. Hinc suspicetur quispiam non reduplicationem sed augmentum esse huius formae syllabam initialem; ne tamen pro aoristo habeamus dehortatur vocalis ο, quae ab eiusmodi aoristis aliena est — ἔμμαρε enim dicendum fuisset [4]) —, et *Ο* 189 ε 335 λ 338 perfecti significatio contextui unice apta est; itaque vix aliud quicquam superest quam ut cum Monroo dicamus Hom. Gramm.[2] § 23: „ἔμμορε follows the general tendency to „double an initial μ, ν, λ or ρ after the augment."

§ 272. (ὀφελ) ὀφέλλεις etc. *augere*, *Α* 510 *Γ* 62 etc., impf. ὤφελλε *Β* 420 ο 18 π 174, pass. ὀφέλλετο *Ψ* 524 ξ 233; aor. ὀφείλειεν (Nauck, mss. ὀφέλλειεν) *Π* 651 (= β 304).

---

[1]) Theogn. 234, Apoll. Rh. III 208, Callim. h. Dian. 208.

[2]) Perfectum μεμορμένον finxit Apoll. Rh. III 1130, et novum perfectum μεμόρηται -το *Ι* 646, 973. Vid. Nauck Mél. Gréco-Rom. IV p. 331.

[3]) Redit ἀπαμείρεται l. a. ρ 322, vulg. ἀποαίνυται. Activum ἀμείρειν *spoliare* legitur Pind. Pyth. VI 27.

[4]) Nam nullum quod satis firmum sit argumentum praebet participium uno loco obvium ἀναβροχέν a stirpe βρεχ § 154[3]. — Aoristo ἔμμορον tamen usus est Nic. Ther. 791, ἔμμορες dixit Apollonius Rh. III 4 IV 42.

Cohaerent substantivum *ὄφελος* et nomina propria *Ὀφελέστης* et *Ὀφέλτιος*.

§ 273. (*ὀφελ*) *ὀφείλεις debere* Θ 462, *ὀφείλει* Θ 332, *ὀφείλετε T* 200, *ὤφειλον -λες -λε Z* 350 etc., aor. *ὄφελον* etc. (§ 149[26]); pass. *ὀφείλεται γ* 367, *ὀφείλετο Λ* 686, 698.

Quas dedimus praesentis imperfectique formas, eae in mscriptis vix ullo loco intactae supersunt, sed in *ὀφέλλεις*, *ὤφελλον* etc. admodum constanter sunt mutatae [1]); duobus tantum locis *Λ* 688 et 698 verum extat in mscriptis, *Λ* 686 inter *ὀφείλετ'* et *ὀφέλλετ'* variant. Aeolismi autem indicium esse labda iteratum multi statuerunt; sed probabilior videtur Nauckii opinio, mero errori describentium tribuentis, cuius causa extiterit vetusta litteratura, in qua *ΟΦΕΛΟ* litterae et *ὀφέλλω* et *ὀφείλω* possent intellegi.

§ 274. (*παλ*) *παλλέμεν'* etc. *Π* 142 etc. (praesens et impf.), aor. *'πῆλε Z* 474 *Π* 117, *πῆλαι Π* 142 (= *T* 389) et aor. II (*ἀμ*)*πεπᾰλών* § 149[30]. — Med. *πάλλεται X* 452, part. *παλλόμενος* etc. *O* 191 *X* 461 *Ω* 400 h. Cer. 294, aor. *ἔπαλτο O* 645 *Υ* 483 (§ 150[10]) et cum reduplicatione *πεπαλέσθε H* 171, *πεπαλέσθαι ι* 331 (mss. *πεπαλάσθε* vel *πεπαλάχθε -θαι* (§ 149[30]).

Activi formis, quas enumeravimus, *vibrandi, quatiendi* notio propria est. Quapropter non possunt non suspecti esse loci ubi *ἀναπάλλεται, ἀνέπαλτο κατέπαλτο saliendi* sensu usurpata leguntur, *Ψ* 692 Θ 85 *Υ* 424 *Ψ* 694 *T* 351; fortasse *ἀναάλλεται ἀνέαλτο κατέαλτο* ibi olim fuit, cf. § 150[10].

Cohaerent nomina *πᾰ́λη Ψ* 635 Θ 206 (unde *παλαίω* ductum est cum nominibus *παλαιστής* et *παλαισμοσύνη*), *ἐγχεσπάλος, σακεσπάλος*.

Praeterea communem originem habent verba:

1. *πᾰ́λαξέμεν' ν* 395 *polluere*, pass. *'πᾰλάσσετο E* 100 etc., *πεπᾰ́λαγμένον Z* 268 etc., *-ναι* h. Merc. 554, *'πεπᾰ́λακτο Λ* 98 etc. [2]). In versu h. Merc. 554 idem quod sequens verbum valet.

2. *ἐπᾰ́λῡνον λ* 28 *conspergere, -νε K* 7 *Λ* 640 (= *ξ* 77), *-νον Σ* 560, *παλῦνειν κ* 520, *παλῦναι ξ* 429.

§ 275. (*πελ*) *πέλεται* etc. (praes. et imperf.) passim, iterat. *'πελέσκεο X* 433, aor. *ἔπλεο* etc. (§ 149[28]).

---

[1]) Ridicule autem *ὀφέλλεται γ* 367 *crescit* explicat Plutarchus Mor. 410 *d*.

[2]) De vitiosis formis *πεπάλαχθε -χθαι H* 171 *ι* 331 vid. supra.

Multo rarior est forma intensiva (§ 144), cuius prima syllaba insolite est producta [1]), *πωλέ*(*αι*, mss. *πώλεαι*) *δ* 811, *πωλέεται Γ* 196 *δ* 384 h. Ap. 170 Ven. 80, *πωλεύμενοι β* 55 (= *ρ* 534), *'πωλεόμην χ* 352, *-επωλέετο Δ* 231, 250 *Λ* 264, 540 *ι* 189, iterat. *'πωλέσκετο Λ* 490 *Ε* 788 *λ* 240, fut. *πωλήσομαι* h. Ap. 329, *πωλήσεαι Ε* 350.

Tertia praesentis forma *πολεύειν* legitur *σ* 254 *τ* 127 *υ* 78 *χ* 223 *ω* 244; vid. § 144.

Derivata sunt *ἀμφίπολος* aliaque composita in *-πολος*. Praeterea cohaerere videntur *πέλωρ* (§ 70[6]), *πελώριος*.

Hic illic textus traditus praebet activi formas *πέλει* et *πέλε*(*ν*), quae tamen locis tantum non omnibus in *πέλετ'* mutari possunt, nec dubito quin debeant [2]). Ad quam opinionem commendandam multum valet *Ε* 729, ubi *πέλεν* legitur, sed de deae curru *praesens* requiri vidit Bentley; nec non *Τ* 365 in tradita lectione *πέλε, τὼ δέ οἱ ὄσσε* facile agnoscitur verum *'πέλετ' ἠδέ Ϝοι ὄσσε* [3]). Videatur praeterea *Ξ* 345 *πέλεται φάος*, ubi metro invito *πέλει* scriptum est in nonnullis codicibus, et *Ξ* 396, ubi codices habent

οὔτε πυρὸς τόσσος γε ποτὶ (*ποθι*) *βρόμος*,

in Etym. Magno vero versus sic affertur p. 214, 36:

οὔτε πυρὸς τόσσος γε πέλει βρόμος,

a scholiasta autem Apollonii Rh. III 861:

τόσσος γὰρ πέλεται βρόμος,

quae lectio, si deleatur particula *γάρ* quae metro et sententia invitis est addita, verum praebet:

οὔτε πυρὸς τόσσος πέλεται βρόμος.

Denique versum *Ι* 134

ἢ θέμις ἀνθρώπων πέλει, ἀνδρῶν ἠδὲ γυναικῶν,

qui unus in Homericis interpunctione in duas partes aequales est diremtus, aliquanto leniorem reddit elisa forma *πέλεται* (cf. *Λ* 154).

Molestiam aliquam pariunt *Ε* 511 *Ι* 592 *Ο* 38 (= *ε* 186) *χ* 405

---

[1]) Metri causa, ni fallor, producta est syllaba initialis formarum *πωλέεαι πωλέεται 'πωλεόμην 'πωλέετο*, ut in *ἀλεσίκαρπος*; et similibus, de quibus videatur § 21. Itaque *πωλέεαι* etc. rectius fortasse scripseris; nolim tamen quicquam mutare, quoniam formae *'πωλέεσκετο πωλεύμενοι πωλήσομαι -σεαι* nasci non potuerunt priusquam productio illa, quam primitus peperit ictus metricus, in ipsam linguam est recepta.

[2]) Quam multa in dictione epica vocabula, quae elidenda essent, vitia contraxerint saepe iam vidimus. Simillimi autem sunt errores *φύει* pro *φύετ'* Ζ 149, *βρίμει* pro *βρίμετ'* *Δ* 425, *ἴφθιον* pro *ἴφθιτο* Σ 446.

[3]) Litteras igitur *ΠΕΛΕΤΟ*(*Κ*)*ΔΕ* male interpretati sunt transscriptores, cum *Κ* casu intercidisset.

Hes. Oper. 292 Scut. 259 (spur.), nec non *M* 11, ubi aoristus activi traditus est *ἀπόρθητος πόλις ἔπλε* (*ἔπλεν*, *ἔπλευ*); cotrigendum videtur *ἀπόρθητον 'πλέτο Fάστυ*.

Tragici *activa* tantum verbi forma usi sunt in diverbiis, in canticis mediales formas hic illic adhibuerunt.

§ 276. (*πορ*) aor. *ἔπορον* etc. (§ 149[3u]). Pass. perf. *πέπρωται Σ* 329, *πεπρωμένον Γ* 309 *O* 209 (= *Π* 441 *X* 179), plusqmpf. *'πέπρωτο* Hes. Theog. 464.

Ab eadem stirpe ductum est verbum *'πόρσῡνε γ* 408 *η* 347, fut. *πορσῡνέουσα Γ* 411, v. l. *πόρσαινε* (sic Ar.), *πορσανέουσα*, item in h. Cer. 156 *πορσαίνουσι*. Redit autem *πορσύνω πορσυνῶ ἐπόρσῡνα* apud tragicos. [1])

Quod postea pervulgatum fuit verbum *πορίζω* ab epica lingua alienum est.

§ 277. (*σερ*) *ἐερμένον σ* 296 h. Ap. 104, *ἐερμέναι E* 89, *ἔερτο o* 460 [2]). *Serere.*

Substantiva ab hac stirpe ducta sunt *ἕρματα serta Ξ* 182 *σ* 297 (cf. § 44[5]), *σειρή Θ* 19 etc., *ὅρμος Σ* 401 (= h. Ven. 164) *o* 460 *σ* 295, *ὁρμᾰθός ω* 8 *series*, et quod reduplicatione (cf. § 139) formatum est *εἵρερος θ* 529 *servitus*.

Cum stirpe *Fερ-Fρα* § 150[8] et 254[3] hoc verbum non in unum est coniciendum [3]).

§ 278. (*ταμ*) *τάμνω* etc. praes. et impf. passim, etiam med.; aor. *'τάμε* etc. (§ 149[27]), perf. pass. part. *τετμημένον ρ* 195.

Adiectivum verbale est (*ἐὐ*) *τμητός*. Praeterea ab hac stirpe ducta sunt *πρότμησις Λ* 424, *τμήδην H* 262, *τομή*, *δρυ- σκυτο- ὑλοτόμος* (hinc *δειροτομέω ἀποδειροτομέω*), *τᾰμεσίχρως*, *τᾰμίης -η*, *τέμενος*.

Aoristus *ἔτετμε invenit* num huc sit referendus dubium est, vid. § 149[27]. Sed constat e stirpe *τμα* excrevisse novum verbum *τμήγω*, vid. § 235.

Vitiose traditum est *N* 707 *τέμει* (vel metro invito *τέμνει*) *δέ τε*

[1]) Vid. Eur. Alc. 1074, 1150 etc.

[2]) Compositum *ἐξείρειν exserere* etiam apud Herodotum et Aristophanem reperitur; vid. Herod. II 38 (?) III 87 Ar. Eq. 378 Vesp. 423. Praeterea cf. Herod. III 118 IV 190, Ar. Ach. 1006 Av. 1079. Simplex narrandi genus, quo Herodotus usus est, vocabatur *λέξις εἰρομένη* (*sermo*), vid. Aristot. Rhetor. III 9.

[3]) Id quod accidit tamen Kühnero-Blassio II p. 415.

τέλσον ἀρούρης, leg. ταμεῖν ἐπὶ cum Herwerdeno. Levius vitium extat γ 175, ubi pro τέμνειν restituendum est τάμνειν (vel potius ταμνέμεν[1]).

§ 279. (ταν) τἴταίνετον ἐτἴταινε etc. (praes. et impf. act. et med.) *B* 390 *Θ* 69 *E* 97 etc. [1]). Uno loco aoristus legitur, qui servavit reduplicationis syllabam (cf. § 139), τἴτήνας *N* 534; sed plerisque locis adhibitus est vulgatus aoristus ἔτεινα: τείνῃ *Π* 365, ἔτεινεν *Γ* 261, 311 *Δ* 124, -τειναν *T* 394, τείνειεν *Υ* 101, τείνας *E* 262, 322. — Stirpis ταν-τεν brevior forma τῃ sive τα peperit perfectum τέτᾰται *E* 728 *λ* 19, plusqmpfectum 'τέτᾰτο *Γ* 372 *K* 268 etc., ἐτετάσθην *Δ* 536 *Ξ* 404, ἐτέταντο *Δ* 544, aoristum pass. 'τᾰ́θη *Ψ* 375, τᾰθείς *N* 655 (= *Φ* 119) *χ* 200.

Cohaerent ἐκτᾰ́διος, τένων, ἐπίτονος, παλίντονος, πρότονος.

Adscita autem syllaba νῦ(σ) e stirpe τανυ (i. e. τῃνυ) natum est novum verbum eiusdem significationis multisque locis obvium:

τᾰνύω etc. *P* 390 *φ* 152 etc., fut. τᾰνῦω -ουσι *φ* 97, 127, 174, med. -τᾰνῦεσθαι *φ* 92 (§ 147), aor. ἐτᾰ́νυσσα etc. *Λ* 336 *ψ* 201 etc.; pass. perf. τετᾰ́νυσται *ι* 116, plusqmpf. 'τετᾰ́νυστο *K* 156 *δ* 135 *ε* 68, aor. 'τανύσθη etc. *H* 271 *N* 392 etc.

Notabilis est forma vocali thematica carens τᾰ́νῦται *P* 393.

A stirpe τανυ(σ) ducta sunt nomina τᾰνυστῦ́ς, τᾰνῦήης sive τᾰνᾰ́ήης, τᾰναός, τᾰναύποδα, τᾰνύγλωσσος, τᾰνυγλώχιν, τᾰνῦπεπλος, τᾰνύπτερος vel τᾰνυπτέρυξ vel τᾰνῦσίπτερος, τᾰνύσφῦρος, τᾰνύφλοιος, τᾰνῦφυλλος.

§ 280. (φαν). A feraci hac stirpe sequentia verba ducta sunt:

1. φαίνεις etc. (praes. et imperf. act. et med.) *υ* 114 etc. [2]), iterat. 'φαινέσκετο *ν* 194; fut. -φᾰνέει (mss. -φανεῖ) *T* 104, -φᾰνέειν h. Merc. 16, med. φανεῖσθαι *μ* 230 (cf. § 147); aor. ἔφηνε etc. (act. et med.) *B* 318 etc. — Pass. perf. πέφανται *B* 122 *Ξ* 332 *Π* 207, πεφασμένον *Ξ* 127, 'πέφαντο h. Ap. 428, aor. 'φάνη etc. § 155[6].

Adiectivum verbale est ἄφαντος *Z* 60 *T* 303, praeterea a stirpe φαν ducta sunt τηλεφανής, ὑπερηφανέων, ἀργεϊφόντης (?), φαινολίς h. Cer. 51, Φαῖνοψ Φαινά, ἀναφανδόν vel -δά, et a stirpe decurtata φα: ἀμφᾰδόν, ἀμφᾰδά, ἀμφᾰ́διος.

Valet autem hoc verbum *ostendere, efficere ut cerni possit* (med.

---

[1]) τταίνοντας Hes. Theog. 209.

[2]) De mscriptorum vitiosis lectionibus προύφαινε προύφαινον pro προυφ. vid. § 130 pag. 341.

apparere), et artissime cum *dicendi* verbo φημί § 306 cohaeret [1]).

A stirpe φα ducta sunt aoristus [2]) ᾽φάε *apparuit* ξ 502 (§ 149[2]) et futurum perf. pass. πεφήσεται *P* 155. Eadem autem stirps peperit nomen φάος *lux* (§ 71) et nomina propria in -φάων (mss. -φόων, cf. § 191), nec non adiectivum φαίδῐμος (φαιδιμόεις *N* 686? vid. § 69) et participium φᾰ́ἐθων -ουσα (cf. § 142) *splendens* inde excreverunt.

2. *Lucem praebendi* notio propria est verbo, quod hinc prognatum est: φαείνω etc. (praes. et impf.) γ 2 μ 383, 385 σ 308, 343 h. Apoll. 202 [3]); aor. pass. ἐφᾰ́ἐνθη ἐφάενθεν *resplenduit* § 155[6]. — Adiectiva a stirpe φαεσ- φαεν ducta sunt φαεινός (= φαεσνός, cf. § 38 p. 124) cum superlativo φᾰ́ἐντατος (mss. φαάντατος, cf. § 191) § 88[14], et φᾰεσίμβροτος.

3. Denique commemoranda sunt praesentia quaedam, in quibus reduplicationem stirps φα(ν) est perpessa:

a) παμφαίνῃσι *E* 6, ᾽πάμφαινον *Λ* 30, partic. παμφαίνων etc. *Z* 513 etc. et παμφᾰνᾰ́οντα etc. *E* 295 etc. [4]), *splendere*. Cf. § 138[2].

b) πιφαύσκειν etc. et med. πιφαύσκομαι etc. *ostendere* [5]). Cf. § 140[19].

c) -παιφάσσειν *E* 803, παιφάσσουσα *B* 450, *splendere*. Cf. § 138[17].

§ 281. (φεν) aor. ἔπεφνον etc. (§ 149[10]). Brevior stirpis forma φῃ sive φα peperit perfectum pass. πέφᾰται *O* 140 *P* 164, 689 *T* 27 χ 54, πέφανται *E* 531 *O* 563, πεφάσθαι *N* 447 Ξ 471 Ω 254, futurum perf. πεφήσεαι *N* 829 χ 217, πεφήσεται *O* 140, et adiectivum verbale ῎Αρηι φᾰτός *T* 31 (= Ω 415) λ 41. [6])

Nomina ab hac stirpe ducta sunt φόνος φονή, ἀνδροφόνος aliaque in -φόνος et -φόντης [7]), φονεύς, πατροφονεύς, φοινός (δαφοινός, φοίνιος, φοινήεις).

§ 282. (χαρ) χαίρω etc. (praes. et impf.) *H* 191 etc., iterat. ᾽χαίρεσκον Σ 259 μ 380, fut. χαιρήσειν *T* 368, κεχᾰρησέμεν᾽ *O* 98,

---

[1]) Eadem significationis varietate utitur stirps *dik*, quae verba δείκνυμι et *dico* peperit.

[2]) Cf. praesens φάει *monstrat* (?) Pind. Pyth. VI 14.

[3]) Fortasse addendi sunt duo versus, ubi φαίνω verbo haec tributa est notio in textu vulgato, η 102 et τ 25.

[4]) Facile potuisse fieri ut παμφαιν- pro παμφᾰνᾰ- vel vice versa -φᾰνᾰ- pro -φαιν- diceretur, quivis videt.

[5]) De vocalis ι quantitate vid. § 140[19]. — Legitur hoc verbum etiam apud Aeschylum Pers. 662 etc.

[6]) Epitheton μυλήφᾰτος β 355 quin aliam habeat originem non dubito, etiam ὀδυνήφᾰτος *E* 401 (= 900) *Λ* 847 vix recte huc referri puto.

[7]) De voce ἀνδροφόντης vid. § 28.

κεχᾰρήσεται ψ 266, aor. ἐχήρᾰτο (?) Ξ 270 [1]), 'κεχᾰ́ροντο -οιτο -οίατο (§ 149[13]), ἐχᾰ́ρη etc. (§ 150[25]), perf. κεχᾰρηότα *H* 312, κεχᾰρημένοι hymn. VI 10, 'κεχάρηντο h. Cer. 459.

Futuri formae modo allatae κεχαρησέμεν' -σεται quamquam a *perfecto* repeti possunt, non minus tamen apte cum aoristo 'κεχάροντο etc. possunt componi, vid. § 187. In tertia forma χαιρήσειν stirps χαρ, quae in perfecto aoristisque in χαρη abiit, more aevi recentioris novam induit formam χαιρη, ad praesentis analogiam formatam.

Ab eadem stirpe ducta sunt χάρις (Χάριτες, χαρίεις) et χάρμα. Tertium nomen quod huc referri solet χάρμη *pugna* rectius ni fallor ab aliis hinc alienum ducitur.

§ 283. (χραισμ) aor. (vel imperfectum) ἔχραισμε etc. (§ 149[100]) et aoristus sigmaticus 'χραίσμησε *Π* 837, χραισμῆσαι *Λ* 120 *Σ* 62, 443, quocum concinit futurum χραισμήσει *Υ* 296, χραισμησέμεν' *Φ* 316 [2]).

Hoc verbum, quod Iliadi proprium est, cum stirpe χρα (χρήω, χρῆμα etc., § 190[11]) cohaerere patet; iure autem comparatum est adiectivum χρήσιμος, quod apud Homerum tamen non invenitur, neque metathesis, qua ex χρησιμ natum sit χρησιμ-χραισμ, quas causas habere potuerit intellego. Repetendum videtur potius a verbo Homerico χρηίζω, unde nomen verbale χρηΐσμός deduci potuit, huius autem stirps facillime in χραισμ(ε) potuit abire.

§ 284. Elemento ν (νυ, να) praesentis stirpem auctam habent verba sequentia:

1. (ἀρ) ἀρνύμενος -νω -νοι *Λ* 159 *E* 553 *Z* 446 α 5, ἀρνύσθην (ἠρν.) *X* 160; aor. ἀρόμην ἤρετο etc. (§ 149[18]). *Capiare, parare.*

Verbum Homericum ἄρνυμαι et recentioris aevi verbum αἴρομαι neque confundenda aut permutanda sunt, licet veteres multique recentiorum id fecerint, neque ex eadem stirpe sunt ducta; nam αἰρ- ex ἀειρ- contractum, ab Homero autem haec contractio aliena est, vid. § 256.

2. (ὀλ-εσ) act. praes. part. ὀλλύς (i. e. ὀλ-νύς) etc. *Δ* 451 (= *Θ* 65)

---

[1]) Nauck ἀϝήσατο coll. ι 353. Quamquam antiquam certe esse vulgatam constat, quoniam imitati sunt Apollon. Rh. IV 55, 1128 et Leonidas Tarent. epigr. 65.

[2]) Praesens χραισμέω non extat, nam quae sola huc referri potest forma χραισμεῖν pro aoristi II infinitivo habenda et in χραισμέμεν' potius mutanda est (vid. § 125 pag. 318 et § 191 pag. 435).

Θ 449, 472 *K* 201 *Λ* 88, fut. *ὀλέω* (mss. *ὀλέσω*, cf. § 147) *ν* 399, *ὀλέσσεις M* 250, *ὀλέσσει β* 49, aor. *ὤλεσα ὄλεσσε* etc. *B* 115 etc. — Med. praes. *-όλλυται η* 117, part. *ὀλλύμενοι* etc. *Δ* 451 (= Θ 65) *H* 27 Θ 202, 353 *Λ* 88 *T* 21 *X* 62 *κ* 123, fut. *ὀλεῖται* (cf. § 147) *B* 325 (= *H* 91 *ω* 196 h. Ap. 156), *ὀλέεσθε Φ* 133, *ὀλέεσθαι O* 700 *Φ* 278, aor. *ὀλόμην ὤλετο* etc. (§ 149[23]); perf. (§ 135[3]) *ὄλωλε periit O* 111 etc., *ὄλωλας Ω* 729, *ὀλώλῃ Δ* 164 = *Z* 448 (cf. § 159), plusqmpf. *ὀλώλει K* 187.

Adscito elemento *κ* nova praesentis imperfectique forma ex hac stirpe prodiit *ὀλέκουσι Λ* 530 *Σ* 172 *χ* 305, *ὀλέκοντα -ντας E* 712 *H* 18 Θ 279 *O* 249 *T* 152, *ὄλεκεν Φ* 521, *ὄλεκον Λ* 150, 326 *κ* 125, iterat. *ὀλέκεσκε T* 135, *ὀλέκονται Π* 17, *ὀλέκοντο Λ* 10. Post epicum autem aevum stirps ita aucta *ὀλεκ* peperit perfectum *ὀλώλεκα*; vid. pag. 391.

Nomina a stirpe *ὀλ* ducta sunt *ὄλεθρος* (cum adiectivo *ὀλέθριος*), *ὀλετήρ -τεῖρα*, *ὀλοιός* sive *ὀλοός* [1]), *οὔλος*, *οὔλιος*, *ὀλοόφρων*, *ὀλεσίκαρπος* (§ 21).

3. (*ὀμ-οσ*) *ὄμνυθι Ψ* 585, *-ώμνυ β* 377, et addita vocali thematica (cf. § 145) *ὀμνύέτω T* 175, *ὤμνυε Ξ* 278 *κ* 345 *τ* 288, *-ώμνυον μ* 308 *ο* 437 *σ* 58, fut. *ὀμοῦμαι Λ* 233 *I* 132 *Φ* 378 *ν* 229 h. Merc. 274, *ὀμεῖται I* 274 Hes. Op. 194 (cf. § 147), aor. *ὤμοσα ὄμοσσε* etc. *K* 328, 332 *δ* 253 etc.

4. (*ὀρ*) imperat. *ὄρνυθι Z* 363 etc., *ὄρνυτε O* 718 *κ* 457, infin. *ὀρνύμεναι I* 353 *P* 546 *κ* 22; imperfecti formae *ὤρνυε O* 618 *φ* 100 et *ὤρνυον M* 142 adiectam habent vocalem thematicam (cf. § 145). Fut. *ὄρσουσα Φ* 335 (cf. § 254[10]), aor. *ὦρσε* etc. (§ 254[7]) et aor. II *ὦρορε* etc. (§ 149[29]). Activi hae formae cunctis locis *excitandi* notione utuntur, exceptis versibus *N* 78 *Υ* 539 *ω* 62, ubi aoristo II notio medii tributa est.

Oriendi vero sensu usurpantur medium *ὄρνυται ὤρνυτο* etc. (praes. et impf.) *Δ* 423 etc., fut. *ὀρεῖται T* 140 (cf. § 147), aor. *ὦρετο* etc. (§ 149[35]) vel *ὦρτο* etc. (§ 150[18]), *ὄρσεο* (§ 152[8]), nec non perfectum (§ 135[11]) *ὄρωρε B* 797 etc., *ὀρώρῃ I* 610 etc. (cf. § 159), *ὠρώρει B* 810 *Σ* 498 etc.

---

[1]) Plenior forma *ὀλόος* extat Hes. Theog. 591 (versu suspecto); eandem restituendam esse locis nonnullis, ubi *γῆρας ὁμοῖον, ὁμοίου πολέμοιο* (*-οο πτ.* § 59) in textu tradito legimus (*Δ* 315 *I* 440 etc.), ingeniose, quamquam vix probabiliter, coniecit Nauck.

Corrupte traditae sunt formae *ὀρέοντο* (leg. *ὄροντο*) *B* 398 *Ψ* 212, *ὀρώρεται* (leg. *ὀρίνεται*) *τ* 377, 524, *ὀρώρηται* (leg. *ὀρώρῃσι* aut *ὀρίνηται*) *N* 271.

Variis elementis praeterea aucta est stirps *ὀρ*. Sic nata sunt verba, quae eodem sensu atque *ὄρνυμι* et *ὄρνυμαι* usurpari solent:

a) *ὀρίνῃ* etc. praes. et impf. act. et pass. *Λ* 298 etc., aor. act. *ὄρῑνα ὤρῑνας* etc. *δ* 366 *Θ* 178 etc., aor. pass. *ὠρίνθη* etc. *Π* 509 etc.

b) *ὀροθύνει -νε -νον K* 332 *N* 351 *O* 572, 595 *Φ* 312 *ε* 292 (sed *σ* 407 pro *ὕμμ' ὀροθύνει* videtur scribendum esse *ὔμας ὀρίνει*).

c) *ὄρουσα Λ* 747 h. Ap. 494, *-σεν -σαν -σᾶς B* 310 *Λ* 359 *M* 83 etc. — Fut. *ὀρούσει* h. Ap. 417 [1]). Idem valet hoc verbum quod *ὀρέσθαι*.

Alienae hinc sunt formae *ἐπὶ ... ὄρονται, ὄροντο, ὀρώρει* (*ξ* 104 *γ* 471 *Ψ* 112), de quibus vid. § 309.

5. (*μαρ*) *μάρνᾰται ἐμάρναο μάρνασθαι μαρνᾰ́μενος* etc. (praes. et impf.) *Γ* 307 *Δ* 513 etc. passim. In versu *λ* 513 pro *μαρναίμεθα* pleraque mscripta perperam habent *μαρνοίμεθα* [2]).

§ 285. Terminatione inchoativa insignia sunt verba quae sequuntur:

1. (*ἀρ*) imperf. *ἀρᾰ́ρισκε ξ* 23 (§ 138[3]), aor. *ἤρσε* etc. (§ 254[1]) et aor. II *ἤρᾰρε* etc. (§ 149[12]). — Transitiva *adaptandi* significatione hae formae utuntur; in medii tamen notionem aoristus II abiit *Π* 214 *δ* 777.

Intransitiva notio propria est perfecto *ἄρηρε* h. Ap. 164 (et vitiose *ε* 248), *ἀρήρῃ ε* 361 (cf. § 159), *ἠρήρει M* 56 etc., part. (quod adiectivi fere vice utitur *instructus, ornatus*) *ἀρηρώς ἀρᾰ́ρυῖα* (cf. pag. 402) *κ* 553 etc. [3]). — Praeterea intransitive adhibita sunt participium *ἄρμενον* (§ 150[11]) et aor. pass. *ἤρθεν Π* 211.

Multa nomina e fertili hac stirpe excreverunt: *ἄρτιος, ἀρτι⸢επής X* 281 (?) [4]), *ἀνάρσιος, ἅρμα* (?), *ἀρθμός* h. Merc. 524 (hinc *ἄρθμιοι*

---

[1]) Praesens *ὀρούω* Pind. Pyth. X 95, imperf. Eur. Hercul. 972.

[2]) Hes. Scut. 110 legitur subiunctivus *μαρνάμεθα*. Quod autem extat Scut. 238 *ἐμαρνάσθην*, non aoristi est forma, ut putarunt quidam, sed imperfecti dualis (cf. vs. 171, 176 et supra § 52 in fine).

Notatu digna est formae *βαρνάμενος -νον* in vetustis lapidibus IGA. 329 et 343 obviae elementum *μ* vi liquidae vicinae *ρ* in *β* mutatum, licet intercedat vocalis.

[3]) Aoristi locum obtinet forma insolita *προσαρήρεται adaptaverit* Hes. Oper. 431.

[4]) Ni fallor, adiectivum *ἀναρτο⸢επής* restituendum est *Γ* 215 *Θ* 209 *N* 824, quibus locis mscripta praebent *ἀφαμαρτοεπ., ἀπτοεπ., ἀμαρτοεπ.*

π 427, ἀρθμήσαντε *H* 302), ἐνήρης, θυμήρης vel θυμαρής (cf. § 5).

Praeterea a nominibus, quae in poesi epica non reperiuntur, ἀρτύς et ἁρμός [1]) ducta sunt nova verba:

a) ἀρτύνω *B* 55 etc., sive ἀρτῦει δ 771, ἤρτυε Σ 379 γ 152 θ 447 λ 439 π 448, ἤρτυον υ 242 (cf. ἐντύνω-ἤντυε § 268).

b) ἁρμόζω Γ 333 *P* 210 *T* 385 ε 162, 247 cum nominibus ἁρμονίη et βητάρμονες (θ 250, 383).

c) ἀρέσαι etc. § 287[3].

2. (αὐρ) ἐπαυρίσκονται *N* 733 [2]), fut. ἐπαυρήσεσθαι *Z* 353, aor. ἐπαύρῃ etc. sive med. ἐπαύρηαι -ρωνται (§ 149[19]).

Hoc verbum, quod ex eadem cum εὑρεῖν stirpe prognatum esse videtur, saepius confusum est cum aoristo dissimillimo neque affini ἀπέϝρα (ἀπηύρα); cf. § 149[19] et 150[5].

3. (θορ-θρω) θρῴσκει etc. *B* 702 *K* 95 *N* 589 etc., fut. -θορέονται Θ 179, aor. ἔθορον etc. (§ 149[69]). — De praesentis conformatione vid. § 39 et 140[10].

Cohaerent θοῦρος (fem. θοῦρις) et θρῳσμός.

4. (μολ-μλω) -βλῳσκέμεν' τ 25 -βλῴσκειν φ 289, 385, βλῴσκοντα π 466, aor. 'μόλε etc. (§ 149[61]), perf. μέμβλωκε [3]) Δ 11 Ω 73 ρ 190. — De praesentis conformatione vid. § 39 et 140[9].

Ductum hinc est adverbium ἀγχίμολον.

VII. *De stirpibus in consonam σ desinentibus.*

§ 286. Verba, quorum stirps in ασ vel εσ desinit, praesentis stirpi sonum ι(ϳ) addere solere, itaque praesens postquam sigma extrusum est in -αίω et -είω exire, in § 141 vidimus. Quamquam est quod mireris, aevo Homerico confluxisse sonos quos olim separasset semivocalis [4]).

Satis autem frequenter diphthongi αι et ει correptae sunt, et α ε tunc solent scribi; cf. § 17.

---

[1]) Soph. Antig. 1216.

[2]) ἐπαυρίσκουσι (?) Theognid. 111.

[3]) De reduplicatione vid. § 134[7].

[4]) Hinc -είω ex -ϳω corruptum esse collatis verbis Aeolicis qualia sunt ἀδικήω καλήω (cf. § 190) statuerunt Fick (Iliad. p. 75) aliique, quibus obloquutus est Schulze Quaestion. Epic. p. 361. Praesentia in -αίω a stirpe quae consona σ careret ducta esse suspicari licet.

Afferenda hic sunt verba sequentia:

1. *γελαίοντες* σ 111 υ 390, si recte ita scripsimus (mss. *γελοίωντες* etc.); alias est *γελάω* φ 105 *γελάοντες* σ 40 υ 374. Aor. *ἐγέλασσε, γελά(σ)σας* etc. Z 484 etc.

Adiectivum verbale est *ἀγέλαστος* Θ 307 h. Cer. 200. De nomine *γέλος* vid. pag. 208; hinc novum verbum est ductum *'γελοίαον* υ 347, aor. *γελοιήσασα* h. Ven. 49.

2. *λιλαίομαι* etc. (praes. et impf.) *N* 253 etc., perf. part. *λελιημένος* *Δ* 465 *E* 690 *M* 106 *Π* 552; vid. § 139[3].

3. *μαίεσθαι* ξ 356, *μαιομένη* ν 367 h. Cer. 44; impf. *-εμαίετο* *E* 748 etc., fut. *μάσσεται* *Δ* 190 *I* 394, aor. *-εμάσσατο* *P* 564 *T* 425 ν 429 π 172 h. Merc. 511, *-μᾶσασθε* υ 152, *μᾶσασθαι* λ 591, *-μασσάμενος* ι 302, 446 τ 480 *-νη* τ 468.

Adiectivum verbale est *ἐπίμαστος* υ 377, *ἀ-προτί-μαστος* *T* 263. Cohaeret autem *ματεύω* Ξ 110, *ματησ-* *E* 238 *Π* 474 *Ψ* 510 (vid. § 144).

4. *ναίω* etc. (praes. et impf.) *habitare* passim, iterat. *'ναίεσκε -σκον* *E* 708 *Π* 719 *B* 758, aor. med. *-ενάσσατο* *B* 629 ο 254 Hes. Oper. 639. Pass. part. *ἐὺ ναιόμενον* etc. (urbium epitheton), aor. *ἐνάσθη* Ξ 119.

Aoristus act. *ἔνασσα habitandum concedere* legitur δ 174, item *-ένασσε* Hes. Oper. 168, *ἔνασσαν* h. Ap. 298 Hes. Theog. 329. Sed pro *ἀπονάσσωσιν* *Π* 86 Bekker probabiliter rescripsit *ἀποδάσσωσιν*, vid. § 205.

Ducta sunt ab hac stirpe nomina *μετα-νάστης* *I* 648 *Π* 48, *Νάστης*, *περιναιέται* Ω 488. Nomen autem *ναιέτης* peperit novum verbum *ναιετάω* etc. ι 21 etc. passim (praes. et impf.), iterat. *'ναιετάεσκε -σκον* *B* 539 etc.

5. *ἄκειόμενον* ξ 383, *-νοι* *Π* 29, sed *-ἄκέονται* *I* 507, *ἀκειώμεθα* *N* 115, *ἀκέοντο* *E* 448 *X* 2, aor. *ἠκέσατο* *E* 402 (= 901), *ἄκεσσαι* *Π* 528, *ἀκέσασθε* κ 69, *-ἄκέσαιο* *Δ* 36, *-ἄκέσαιτο* γ 145.

Adiectivum verbale est *ἀκεστός* *N* 115, *ἀνήκεστος -ον* *E* 394 *O* 217 (cf. § 21), substantivum *ἄκεσμα* *O* 394; nominis proprii vice fungitur part. *Ἀκεσσαμενός*.

Ab eadem stirpe atque verbum *ἀκέ(ι)ομαι* (*ἀκεσ*) ductum est nomen *τὸ ἄκος* *I* 250 χ 481 h. Ap. 193.

6. *νεικείω* etc. *Δ* 359 etc. et *'νείκεε* etc. correpta penultima *B* 224 etc. (praes. et imperf.), iterat. *ἐνεικείεσκε -σκον B* 221 etc.; fut. *νεικέω* (l. a. *νεικέσω*, cf. § 147) *K* 115, aor. *ἐνείκεσας* etc. *Γ* 59 etc.

Ab eadem stirpe ductum est nomen *νεῖκος*, unde *Πολυνείκης*. Apud Hesiodum Op. 716 legitur *νεικεστήρ* (l. a. *νεικητ.*).

7. *ὀκνείω E* 255, *ὤκνεον T* 155.

In substantivo cognato *ὁ ὄκνος* (*E* 817 etc.) elementi *σ* nulla apparent vestigia; conferri possunt aoristi *κορεσσ-* (§ 304) *κοτεσσ-* (§ 290) nominibus *ὁ κόρος*, *ὁ κότος* respondentes.

8. *τελείει ζ* 234 *ψ* 161, *ἐτέλειον I* 456, 493 *O* 593 *δ* ?, pass. *τελείεται τ* 561, *ἐτελείετο Δ* 5 *λ* 297, sed correpta syllaba secunda *τελέω* etc. *Ψ* 20 etc.; fut. act. *τελέω* etc. *δ* 485 etc. (*τελεῖ Δ* 161? cf. § 147), aor. *ἐτέλεσσα ἐτέλε(σ)σε* etc. *τ* 156 etc.; pass. fut. *τελέσσεται ξ* 160 *τ* 305, *τελέεσθαι B* 36 etc., *τελεῖσθαι ψ* 284 (cf. § 147); aor. *ἐτελέσθη O* 228 etc.; perf. *τετέλεσται* etc. *Δ* 212 *Σ* 74 etc.

Adiectivum verbale est *ἀτέλεστος*, *ὀψιτέλεστος*.

Ab eadem stirpe ductum est nomen *τὸ τέλος*, hinc adiectiva *τέλειος Δ* 66 etc. (*τέλεος* h. Merc. 129), *τελήεις* (vid. § 69), *τελεσφόρος*.

Elemento *θ* addito (cf. § 142[2]) nova praesentis evasit forma *τελέθει τελέθουσι τελέθοντες H* 282 etc.; aliud stirpis incrementum apparet in nomine *τελευτή* et in verbo *τελευτάω*.

9. *Ϝοινοβαρείων ι* 374 *κ* 555 *φ* 304. Idem valet *Ϝοινοβαρής Δ* 225, cf. praeterea participium *βεβαρηότα -τες* § 158[66].

10. Praeterea hic commemoranda sunt verba, de quibus infra sermo erit, *ἀγαίομαι* (§ 305[1]), *κέραιε* (§ 297), *μαχείομαι* (§ 291), *πενθείω* (§ 295[1]).

A stirpibus autem in *ισ* vel *υσ* exeuntibus ope suffixi *-ω* (*-ϳω*) ducta sunt *κονίω* (*cinis cineris*), *ὀΐω* (§ 292[4]), *χρίω*, *ἀλύω* (§ 135[18]), *θύω* (*θύσ-θλα*), quae rectius fortasse *ἀλυίων ι* 398 et *θυίων 'θυῖε Φ* 234 *λ* 420 etc. scripseris, mscriptis non invitis, quorum quod antiquissimum est, papyrus Hesiodeus, Theogon. 131 habet *θυῖον*. [1])

§ 287. Ex iis quae in § 35 observata sunt apparet verba quorum stirps in *σ* desinit legitima futuri atque aoristi forma uti *-σσω* atque *-σα*. Non tamen rari sunt loci ubi alterum sigma more aevi

[1]) *Sacrificandi* verbum *θύω* aliunde videtur esse ductum. Cf. § 162.

recentioris evanuit. Cuius rei exempla vidimus *μα(σ)σ-* § 286[3], *νασσ-* § 286[4], *ἀκε(σ)σ-* § 286[5], *νεικε(σ)σ-* § 286[6], *τελε(σ)σ-* § 286[8], mox plura erunt afferenda.

Atticum futurum quod dici solet in lingua epica eadem ratione qua apud posteros adhibitum reperitur (vid. § 147). Modo attulimus futurum ita conformatum *τελέω τελέεσθαι* § 286[8], infra alia commemorabimus.

Singula iam verba, quae aliquas ob causas mentione digna sunt, recensebimus.

1. (*ἀϝασ*) aor. *ἄᾰσας* Θ 237, *ἄᾰσε* *λ* 61 (mss. *ἄσε*) *φ* 296 sq., *ἄασσαν* *κ* 68 *dementare*. Med. *ἀᾰσάμην* *I* 116, 119 (= *T* 137), *ἀάσσατο* *I* 537 *Λ* 340 *peccare*. Et propter formam et propter significationem displicent *ἀᾶται* *T* 91 (= 129) et *ἄσᾰτο* *T* 95; probabiliter Nauck correxit *ἄασσε* et *ἄᾰσε*. — Pass. *ἀάσθην -ης -η -εἰς* *Π* 685 *T* 113, 136 *δ* 503, 509 *φ* 301 h. Ven. 254 Cer. 247, 259 Hes. Oper. 283.

Adiectivum verbale est *ἀνάᾰστον* (mss. *ἀάατον*) *Ξ* 271, *ἀνᾰάτος -τον* (mss. *ἀάατος -τον*) *φ* 91 *χ* 5.

Ab eadem stirpe ductum est nomen *ἀάτη*, quod in mscriptis summa constantia est contractum (*ἄτη*), sed trisyllabam Homero vindicandam esse formam — id quod fieri nusquam non sinit metrum — cum etymologia docet, fuit enim *ἀϝάτη* (Pind. *αὐᾰ́τα*, Pyth. II 28 III 24), tum aoristus cognatus *ἀασ-* [1]), tum denique plurimum valet ad persuadendum Hes. Op. 352, ubi hiatu vitioso legitur in mscriptis *ἴσα ἄτῃσι*, nam poetam (*ϝ*)*ἴσ' ἀάτῃσι* dedisse, literas igitur *ΙΣΑΑΤΗ(Ι)ΣΙ*, quae ita scriptae in papyro nuper repertae sunt, male olim divisas esse, hic certe luce clarius apparet. Verum olim vidit Dawes, cui deinde editores Knight Nauck alii obtemperarunt.

Metro invito *ἀτέοντα* legitur *T* 332; coniecimus *ἀλύοντα*, sed similis forma *ἀτίζων* legitur in vicinia *T* 166.

Participia *ἀτυζόμενοι* etc. *Z* 38 etc. et *ἀτυχθείς* *Z* 468 (§ 222[16]) ne ab hac stirpe repetamus dehortatur *ᾰ*.

2. (*ἐλα-σ*) *ἐλαύνει* etc. (praes. et impf.) *Λ* 575 etc. et nullo stirpi adiecto elemento *ἔλων* *Ω* 696 *δ* 2, *ἐλᾰ́ειν* *E* 366 *μ* 47 etc., *ἐλᾰ́ων* *κ* 83 h. Merc. 342.

Fut. *-ελάσσεις* *Ψ* 427 et *ἐλᾰ́ουσι* *N* 315 *η* 319, *ἐλᾰ́ειν* *Θ* 527 *ε* 290 *λ* 292. Aor. *ἤλᾰσα* vel *ἔλασσα* etc. (iterat. *ἐλάσασκε* *B* 199),

---

[1]) Vid. e. g. *Θ* 237 *τῷδ' ἀάτῃ ἀάσας*, *T* 136 *ἀάτης ᾗ πρῶτον ἀάσθην*.

etiam medii *Λ* 682 etc. — Pass. perf. *ἐλήλᾶται Π* 518 *η* 118, *ἠλήλᾶτο Δ* 135 *Ε* 400 *Κ* 158 *Ν* 595, 804 *Ρ* 498, *ἐληλάατο* (?), mss. *ἐληλέ(δ)ατο*, *η* 86.

Adi. verbale est *ἐξ- ἱππήλατος* (cf. § 21); praeterea hinc ducta sunt *ἱππήλατα* (§ 54), *ἱππηλάσιος*, *βοηλασίη*.

Hinc procrevit *ἐλάστρεον Σ* 543, quocum cf. *βωστρεῖν* § 192.

3. (*ἀρεσ*) act. *ἄρέσαι I* 120 *Τ* 138, med. fut. *ἀρέσσομαι Θ* 402, *ἀρεσσόμεθα Δ* 362 *Ζ* 526, aor. *ἄρε(σ)σάσθω Τ* 179 *Θ* 396, *-ἀρέσσασθαι Τ* 183, *ἀρεσσάμενος -νοι Θ* 415 *Ι* 112 *χ* 55.

Huius verbi, quod cum stirpe *ἀρ* (*ἀραρίσκω* § 285[1]) arte cohaeret, praesens apud Homerum non extat (Att. *ἀρέσκω*).

§ 288. In duas consonas, quarum posterior est *σ*, desinit stirps verborum sequentium:

1. (*ἀϝεξ*) *ἀέξω* etc. et pass. *ἀέξεται* etc. *Ρ* 226 *Σ* 110 etc. (praes. et impf.); *augere*, Att. *αὔξω* sive *αὐξάνω*.

2. (*ἀλεξ*) *ἀλεξέμεναι Α* 590 etc.; fut. *ἀλεξήσεις Ι* 251, *ἀλεξήσειν Τ* 315 *Φ* 374 *ρ* 364, *-αλεξήσων Λ* 428 *-σοντα Ζ* 109 *-σουσαν Θ* 365; aor. *-αλεξήσαιμι Ω* 371, *ἀλεξήσειε γ* 346. — Med. *ἀλεξώμεσθα Λ* 348 (= *Χ* 281), *ἀλεξόμενοι ι* 57; suspectus quam maxime est inf. aor. *ἀλέξασθαι Ν* 475 *Ο* 565 *Π* 562 *σ* 62, quoniam neque cum ceteris huius verbi formis congruit neque alias in Homericis reperitur, quapropter vera videtur Bekkeri coniectura *ἀλεξέμεναι*.

Stirps huius verbi ex *ἀλ(ε)κ* est ficta adscito elemento *σ* [1]); cf. pag. 59. Integra vero stirps peperit aoristum *ἄλαλκε* etc. (§ 149[10]) et nomen *ἀλκή ἀλκί* § 83[2], ubi vid.

A verbo ducta sunt *ἀλκτήρ, ἔπαλξις, Ἀλαλκομενηίς, ἀλεξητήρ, Ἀλέξανδρος, ἀλεξάνεμος, ἀλεξίκακος*.

Altera stirpis *ἀλκ* forma *ἀρκ*, quam ostendit Latinum *arcere*, edidit verbum *ἤρκεε Ν* 440, *ἀρκέσει Φ* 131 h. Ap. 368, *ἤρκεσε Ζ* 16 etc., *ἀρκέσῃ π* 261 et nomina *ἄρκιος, Ἀρκεσίλαος, Ἀρκέσσιος, Ἀρκεσσιάδης*.

3. (*τερσ*) *τέρσεται siccatur η* 124, [2]) *ἐτέρσετο Δ* 267, 848, *'τέρσοντο ε* 152, aor. *τερσήμεναι ξ* 98 *τερσῆναι Π* 519 (§ 154[2]).

Novo elemento aucta est stirps aoristi *'τέρσηνε siccavit Π* 529.

Cohaeret nomen *ὁ τάρσος ι* 219.

---

[1]) NB. *ἀλέξω*: *arceo* = *ἀϝέξω*: *augeo*.

[2]) Activo usi sunt Theocritus XXII 63 *τέρσει*, Nicander Theriac. 96, 963, 709 *τέρσαι*.

§ 289. (*αἰδ-εσ*) stirps monosyllaba *αἰδ* peperit formas *αἴδεο* Φ 74 *X* 82 *χ* 312 (= 344), *αἴδεσθε* (mss. *-εἴσθε*) *E* 530 (= *O* 562), *αἴδεσθαι* (mss. *-εἴσθαι*) *Λ* 28 (= 377) [1]), *αἰδόμενος -νη -νω -νων* *Λ* 331 etc., *ᾔδετο* Φ 468 *ξ* 66, 329 *θ* 86. A disyllaba vero stirpe *αἰδεσ* ducta sunt *αἰδέομαι* *Z* 442 etc., *αἰδέεται* (mss. *-εῖται*) *ϱ* 578, fut. *αἰδέσσομαι* *ξ* 388, *αἰδέσεται* *X* 124 *Ω* 208, aor. *ᾐδέσατο* *φ* 28, *αἰδέ(σ)σεται* *I* 508 *X* 419, *αἴδεσσαι* *I* 640, et eodem sensu aor. pass. *ᾐδέσθεν* *H* 93, *αἰδέσθητε* *β* 65, *αἰδεσθείς* *Δ* 402 *P* 95.

Suspectus est imperativus *αἰδεῖο* *Ω* 508 *ι* 269, quem olim *αἴδεσ-σο* (sine vocali thematica) fuisse vix credibile; ex *αἰδέ(σ)-εο* autem contractione nasci aevo Homerico non potuit.

A stirpe *αἰδεσ* ducta sunt nomina *ἀναιδής ἀναιδεῖη*, et mutato sono *αἰδώς* (§ 77), *αἰδοῖος*. Accedit *αἰδήμονες* e Kaibelii coniectura *Γ* 56 (mss. *δειδήμονες*).

§ 290. (*κοτεσ*) *κοτέουσι* *Ξ* 148, *κοτέων -οντος -οντε -ουσα* *Λ* 181 *Γ* 345 *Δ* 168 *K* 517 *Ψ* 391, perf. part. *κεκοτηότι* *Φ* 456 etc. (§ 158[16]), et eodem sensu med. *'κοτέοντο* *B* 223, aor. *'κοτέσσατο* *Ψ* 383, *κοτέσσεται* *E* 747 (= *Θ* 391 *α* 101), *κοτεσσάμενος -νη* *E* 177 *Ξ* 191 etc.

Cohaerent nomina *ὁ κότος* [2]) (*ζάκοτος*) et *κοτήεις* *E* 191 (i. e. *κοτέσϝεις*, cf. pag. 214).

§ 291. (*μαχ-εσ*) *μάχομαι* etc. praes. et impf. passim, fut. *μαχέσσομαι* etc. *Λ* 298 etc. et *μαχέονται* *B* 366 (cf. § 147), aor. *'μαχέσσατο* etc. *Z* 184 etc., et *μαχέσαιο* *Z* 329, *μαχέσαιτο* *Ω* 439, *μαχέσασθαι* *Γ* 433 etc.

Praesentis formae insolitae leguntur in textu tradito *μαχέοιτο* *Λ* 272 (*ἐπιχθόνιοι μαχέοιτο*, ubi coniecimus *ἐπὶ χθονὶ ἄντα μάχοιτο*, deinde vHerwerden *ϝῖσα*, Naber *ϝῖφι μάχοιτο*), *μαχέοιντο* *Λ* 344 (*μαχέονται* correxit Thiersch, cf. § 119) [3]), *μαχεῖται* *Υ* 26 (recipienda est l. a. *μάχηται*).

Participii praesentis, quod tribus locis extat, altera forma *μαχεούμενοι* *λ* 408 *ω* 113 neque grammaticae ope explicari potest neque metrica necessitate, quam nonnisi in syllabis initialibus ad producendam vocalem satis valere pag. 128 vidimus, potest excusari;

---

[1]) Vid. § 191 pag. 433.

[2]) Cum stirpe *κοτεσ-κοτε* cf. *ἀνεσ-ἀνε* § 286[7]

[3]) Simile vitium in quibusdam est mscriptis *Υ* 171 *μαχέσσθαι*, ubi pleraque tamen *μαχέεσθαι* habent.

altera vero μαχειόμενος ϱ 471 a stirpe ampliata μαχεσ, quae futurum et aoristum edidit, optimo iure est formata (cf. § 286), quapropter etiam λ 403 ω 113 verborum traiectione eam revocavimus (μαχειόμενοι πτόλιος πέρι, mss. περὶ πτόλιος μαχεούμενοι). Vitii origo in vetustae litteraturae (*MAXEOMENOI*) ambiguitate est quaerenda.

Non recte Aristarchus, sive librorum auctoritatem secutus sive suo iudicio usus, μαχήσομαι μαχήσατο scribere solebat (vid. schol. *A* 298 et 304); nam licet in nominibus verbalibus vocalis η regnet, alienam tamen esse a futuro et aoristo cum posterior lingua docet tum in epica poesi testantur formae quae syllabam secundam corripiunt: μαχέονται μαχέσαιο μαχέσαιτο μαχέσασθαι [1]).

Adiectivum verbale est μαχητός μ 119, praeterea hinc ducta sunt nomina μάχη, μαχητής, μαχήμων, Μαχάων, μάχαιρα (quae vox eandem stirpis potestatem ostendit atque Latinum *maciare*), ἀγχίμαχος, Ἀμφίμαχος, ἱππόμαχος, ναύμαχος, πρόμαχος (προμαχίζω), πύγμαχος (πυγμαχίη).

§ 292. (νεσ) νίσσομαι vel νέομαι etc. (praes. et impf.) *I* 381 *M* 119 *Σ* 101 etc. [2]).

Ab epica dictione alienae sunt formae contractae νεῦμαι *Σ* 136 (leg. νίσσομ'), νεῖαι λ 114 = μ 141 (leg. νέεαι, cf. § 191), νεῖται δ 633 κ 192 μ 188 ξ 152 (leg. νέεται, § 191), νεῖσθαι ο 88 [3]).

Multis locis praesens futuri vice utitur, e. g. *Σ* 101, 186 Ψ 76 λ 176; cf. § 147 [4]).

Praesentis imperfectique forma νισσ-, quae in mscriptis saepe per diphthongum ει vel per unum σ redditur [5]), ex *reduplicatione* (νι-νσ-jομαι) prodiit (cf. § 139[5]).

Nomina a stirpe νεσ sunt ducta νόστος (hinc νοστέω, cuius verbi fut. tantum et aor. apud Homerum reperiuntur) et νόστιμον ἦμαρ.

In prisca lingua semper et ubique *redeundi* potestas huic verbo tribuitur, sed *abeundi* sensu ab imitatoribus haud raro est adhibitum,

---

[1]) Miror Schulzium Quaest. Epic. p. 450 fide codicum Herodoteorum futurum μαχήσομαι scribi iubentem, aoristum vero μαχέ(σ)σασθαι.

[2]) De compositorum ἀπονέωνται -οίμην -εσθαι -εντο prima syllaba metri causa producta vid. § 21.

[3]) Imperativus pessime formatus νεῖο in Leonidae Tarent. epigr. 70 ferendus est.

[4]) Verum futurum vocarem νέομαι (ut μαχέομαι), nisi altera forma νίσσομαι eodem uteretur iure.

[5]) Etiam in inscriptione III$_i$ ante Chr. saeculi (Bulletin de corr. hellen. 1891 p. 632) legitur *ΝΙΣΟΜΕΝΟΣ*, vid. Kühner-Blass II p. 498.

αἰνισσ. et *αἰνιξ.*, hoc fortasse recte) Θ 487; imperf. *-ήνεον Δ* 380 *δ* 673 etc., fut. *αἰνέσσουσι π* 380, aor. *ἤνεσσε Ω* 80, *-ήνεσσαν H* 344 *I* 710 *Σ* 312 *Ψ* 540 Hes. Theog. 664, *-αινέσσωσι Ψ* 552 *π* 403, *-αινέσσειε* Hes. Oper. 12, *-αινέσσαντος -τες B* 335 *Φ* 290.

Ab eadem stirpe ducta sunt substantivum ὁ *αἶνος* et adiectivum *πολύαινος*. In mscriptis cum *-εσσ-* tum *-ησ-* reperitur, nullo autem loco epico corripitur syllaba secunda; quapropter dubitari potest an praestet scribere *αἰνήσουσι ἤνησε* etc.; apud recentiores tamen constanter brevis est vocalis (*ἐπήνεσα* etc.), itaque in re dubia analogiam sequi maluimus.

2. *ἱλάσκονται* etc. (praes. et impf.) *placare A* 386, 472 *Z* 380, 385 h. Cer. 275, 293, 369, et *ἱλάονται* (?) *B* 550. [1]) Aor. subi. *ἱλασσομαι γ* 419, *ἱλάσσεαι A* 147, *ἱλάσόμεσθα A* 444, part. *ἱλασσάμενοι A* 100; iota post caesuram pro brevi syllaba [2]) numeratum est *A* 100 et 147.

Perfecti activi (*propitium esse*) extant formae *ἱλήκῃσι φ* 365, *ἱλήκοι* (§ 159) h. Ap. 165, *ἵληθι γ* 380 *π* 184 hymn. XIX 8 XXII 4 XXXIII 17. [3])

Adiectivum ab hac stirpe ductum *ἵλαος* legitur *A* 583 alibi.

3. *'λόεον δ* 252 et *ἐλούεον* h. Cer. 290, aor. *λοέσσαι τ* 320, *λοέσσας Ψ* 282, et *'λοῦσεν* etc. *E* 905 etc.

Med. *λούεσθαι Z* 508 (= *O* 265), *λόεσθαι* Hes. Op. 749, *λοῦσθαι ζ* 216, aor. *'λοέσσατο ζ* 227, *λοέσσομαι ζ* 221, *λοεσσάμενος* etc. *Φ* 560 etc., et *'λούσαντο* etc. *K* 576 etc., perf. *λελουμένος E* 6.

Brevior imperfecti activi forma legitur *ἔλοε π* 361, *'λόον* h. Ap. 120 [4]).

Nomen ab hac stirpe ductum est *τὰ λοετρά* (unde *λοετροχόος*). [5])

Stirps *λου*, quae in *ἔλουσε*, *λελουμένος* etc. integra cernitur, in formis *ἐλόε* et *'λόον* est correpta (pro *ἔλουε*, *ἔλουον*), pleraeque vero verbi formae a stirpe amplificata *λουε(σ)* sunt ductae, cuius diphthongus vi vocalis insequentis in *oF*, deinde in *o* abiit.

---

[1]) In sero hymno XX 5 *ἵλᾶμαι(ί)* legitur.

[2]) Nisi vetustae artis hic superest vestigium, vid. pag. 11.

[3]) Apud Alexandrinos *ἵλᾰθι* et *ἵλᾰτε*: Apoll. Rh. IV 984, 1014, 1333, 1411, 1600, 1773, Callim. h. Cer. 139, Theocrit. XX 143.

[4]) Errori debetur *λούων*, quod *λόων* scribendum esset, *O* 393 pro *λόγωι'* (vel potius *ϝέπεσσ'*).

Praesens act. *λόει* extat in scolio 25 Bergk.

[5]) Hes. Op. 753 *λουτρῷ*, ubi parum placet *λοῦτρῳ*.

Aliam viam ingressi sunt viri docti PKnight, vHerwerden (Quaest. Epic. p. 30), Leskien (Curt. Stud. II p. 105), Nauck (Mél. Gréco-Rom. IV p. 53 sqq.), qui solam stirpem λοϝε(σ) olim extitisse sibi persuaserunt, e contractione autem natas esse formas λοῦσεν (pro λόεσεν) etc.; quae si probanda esset opinio, sequeretur ut formae apertae 'λόεσεν etc. passim restituerentur, id quod longe plerisque locis fieri sinit metrum — in thesi enim solet esse syllaba λου —, hic illic etiam suadet; vid. e. g. δ 48 ἐὺ ξεστὰς 'λούσαντο in fine versus. Cum tamen solvi diphthongum metrum nusquam aperte iubeat, compluribus vero locis manifeste vetet (Ε 6 Ξ 7 ζ 210, 216, 219), abstinendas duximus manus, cum praesertim formae decurtatae ἕλο-ε, 'λό-ον, λό-εσθαι et nomen verbale λοετρόν nostrae explicationi faveant, nam natae sunt ex ἕλου-ε, ἕλου-ον, λούεσθαι, λου-ετρόν, quemadmodum ῥεύ-εθρον in ῥέ-εθρον abiit. Itaque formas ἐλούεον, ἕλουσε, λούεσθαι, λελουμένος etc. vitio natas esse aut recentiore demum aevo fingi potuisse negamus, ceteroquin non repugnaturi si quis 'λοέσαντο pro 'λούσαντο aliaque eiusmodi metri causa hic illic rescribi iubeat, nam ita quoque veteres poetas loqui *potuisse* testantur formae quarum geminatum est sigma, λοέσσομαι etc.; vid. § 7 pag. 48.

4. πενθείετον Ψ 283 (cf. § 286[10]), infin. πενθήμεναι σ 174 τ 120 (cf. § 195), aor. πενθῆσαι *T* 225.

Formam πενθείετον ex πενθέσ-jετον prodiisse fidem facit nomen τὸ πένθος. Noluimus tamen ad huius formae analogiam πενθέσσαι scribere propter infinitivum πενθήμεναι; quamquam hoc argumentum non ita firmum esse docet verbum sequens.

A stirpe πενθ-πηθ (παθ) praeterea πάσχω πείσομαι πέπονθα (§ 160[10]) originem habet.

5. ποθέω etc. (praes. et imperf.) *B* 703 α 343 etc., infin. ποθήμεναι μ 110 (cf. § 195), iterat. 'ποθέεσκε *A* 492, aor. 'πόθεσαν *O* 219, ποθέσαι β 375 δ 748.

Ab eadem stirpe ductum est nomen ἡ ποθή vel ὁ πόθος *desiderium*. Praeterea cum veteribus grammaticis huc refero adiectivum ἀ-πόθεστος *neglectus* ρ 296; sunt tamen hodie qui ἀπό-θεστος dividant vocem, a casco etymo repetentes, vid. Kühner-Blass II p. 440.

6. -ραίουσι μ 290, ἔρραισε ζ 326, ῥαίῃσι ε 221, fut. -ραίσει *I* 78 α 404 β 49, -ραίσουσι α 251 = π 128, ῥαισέμεναι θ 569 ν 177 Hes.

Theog. 898, aor. *ῥαίσῃ* ψ 235, *ῥαῖσαι* *B* 473 *ν* 151 etc.; pass. *ῥαιομένου* ζ 326, *-ῥαίσεσθαι* Ω 355, *ἐρραίσθη* *Π* 339. Pro *ῥαίοιτο* *ι* 459 restitutum est *ῥαίνοιτο* (cf. § 221[1]).

Cohaerent nomina *ῥαιστήρ*, *θυμορραίστης* *N* 544 etc., *κυνοραίστης*.

7. *στερέσαι* *ν* 262 *spoliare*. Verbum, quod postea satis frequens fuit, apud Homerum alias non occurrit.

Denique in hoc capite recensendae sunt stirpes nonnullae in consonam *σ* desinentes, quae vocali thematica in praesenti atque imperfecto carent. Ex his quae in syllabam *ασ* exeunt, praesentis flexione utuntur ab Attica dialecto discrepante. Stirpes vero in *εσ*, quarum praesens apud Atticos in *-έννυμι* desinit, quale praesens imperfectumve aevo epico habuerint effici nequit, nam in carminibus epicis huiusmodi formae non extant excepto unius verbi medio *Ϝέννυσθαι* § 303.

Nunc igitur quae huc referenda sunt verba ex ordine enumerabimus.

§ 296. (*δᾰμ-ᾰσ*) *δάμνημι* *E* 893, *δάμνησι* *E* 746 (= *Θ* 390 *α* 100) *Φ* 401, impf. *ἐδάμνᾱ* (*ἐδάμνη*? vid. § 195) *E* 391 *Ξ* 439 *Π* 103 *Φ* 52, 270, iterat. *'δάμνασκε* h. Ven. 252, fut. *δαμᾰ́ει* *Λ* 61 (mss. *δαμᾷ*, cf. § 147) *X* 271, *δαμᾰ́ουσι* *Z* 368, aor. *ἐδάμασσα* *'δάμα(σ)σε* etc. *E* 191 *Π* 543 etc. — Med. et pass. *δάμνᾰσαι* *Ξ* 199 (mss. *δαμνᾷ*, cf. § 14 pag. 74) *γ* 214 (= *π* 95) [1]), *δάμνᾰται* (l. a. *δαμνᾷ*) *λ* 221 *ξ* 488 h. Ven. 17 Hes. Theog. 122 [2]), *δάμνασθαι* *Θ* 244 (= *O* 376), *δαμναμένους* *N* 16 (= 353), *'δάμνᾰτο* *Λ* 309, aor. *ἐδαμάσσατο*, *'δαμᾰ́σαντο* etc. *K* 210 *ι* 516 etc., perf. *δεδμήμεσθα* etc. *E* 878 etc., plqmpf. *'δεδμήμην* etc. *Γ* 183 *λ* 622 etc., fut. perf. *δεδμήσεσθε* h. Ap. 543, aor. pass. *ἐδᾰ́μην* etc. vel *δμηθήτω*, *δμηθέντα*, vel *ἐδαμάσθην -θη -θείς* (§ 155[3]).

Huius verbi, quod a sermone pedestri alienum est, apud recentiores poetas forma fuit *δαμάζω*.

Nomina ab hac stirpe ducta sunt *πανδᾰμᾰ́τωρ*, *Δάμᾰσος*, *Δαμάστωρ*, *δᾰ́μαρ*, *ἱπποδάμος*, *ἀδᾰ́μαστος*, *ἄδμητος*, *ἀδμής(τ)*, *δμῆσις*, *δμώς* (*ὑποδμώς*, *δμφή*), *δμήτειρα*.

---

[1]) Pro activa forma *δαμνᾷς δ'* Theognid. 1388 infinitivum *δαμνᾶν* (rectius *δαμνάμεν'*) requiri vidit Hekker; *δάμνασθ'* coniecit Nauck.

[2]) Item Apoll. Rh. I 464.

§ 297. (*κερ-ασ*). Verbi, quod postea fuit *κεράννῡμι*, in epica lingua praesens alia ratione formatur. Aut enim stirpi *κερ* (quae in *κιρ* abiit) subiungitur syllaba *να*, vocalis autem thematica non additur: *ἐκίρνᾱ* (*ἐκίρνη*? vid. § 195) *η* 182 *κ* 356 *ν* 53, *κίρνη* *ξ* 78 *π* 52, *κιρνᾶς* *π* 14. Aut a stirpe *κερασ* thematicae vocalis ope deducuntur formae: *κέραιε* (i. e. *κερασϳε*, § 286[10]) *I* 203 [1]), *κερῶντας* *ω* 364, med. *κερῶνται* *Δ* 260, *κεράεσθε* *γ* 332, *'κεράοντο* *Φ* 470 *υ* 253 [2]), *'κερῶντο* *ο* 500.

Aoristus est *'κέρασσε* *γ* 390 *ε* 93, *κεράσασα* *Θ* 189 (spur.) *κ* 362, *ἐπεγκεράσαι* (sic e coniectura scripsimus pro *ἐπικρῆσαι*) *η* 164, med. *'κεράσσατο* *γ* 393 *σ* 423, *κερασσάμενος* *η* 179 (= *ν* 50).

De formis *κεκράανται* et *-ντο*, quas nonnulli ad hanc stirpem rettulerunt, vid. *κρααίνω* § 267.

Nomina ab hac stirpe sunt ducta *ἄκρητος*, *μελίκρητος*, *κρητήρ*.

Soni *ε* in *ι* mutatio, quam passum est praesens *πίλνημι*, redit in *πιλνα-* § 298, *πιτνα-* § 300, *σκιδνα-* § 301, et fortasse est restituenda verbo posthomerico *κρήμνημι* § 305[5]; non admisit eam stirps *περ* (*πέρνημι*) § 299. Eadem soni mutatione a stirpe *πετ* (*πίπτω*) ductum est praesens *πίτνω*, quod apud Homerum non extat sed a tragicis loco verbi *πίπτω* adhiberi solet sicubi *brevis* requiritur syllaba initialis; cf. etiam *κτίννυμι* (= *κτείνω*) a stirpe *κτεν*.

§ 298. (*πελ-ασ*) *πίλνᾰσαι* (ms. *πιλνᾶσ*) h. Cer. 115 *appropinquare*, *πίλνᾰται* *T* 93 *ζ* 44, *ἐπίλνᾰτο* *Ψ* 368 *ν* 95; pro *'πίλναντο* *X* 402 praestat Aristarchi lectio *πίτναντο* § 300. Aor. *ἔπλητο* *ἔπληντο* (?) § 150[21], perf. part. *πεπλημένος* *μ* 108 [3]).

Activum, quod transitiva utitur *adducendi* significatione [4]), a posterioris aevi flectendi ratione non discrepat: *πελάζειν* *E* 766 [5]), aor. *ἐπέλασσα*, *ἐπέλασσε* vel *'πέλᾰσε* etc. *B* 744 *ξ* 350 etc. [6]), et eodem sensu med. *πελασαίατο* *P* 841; aor. pass. *ἐπελάσθη* *E* 282, *-θεν* *M* 420.

---

[1]) Lectionem alteram *κίραιρε* similitudo verbi *γεραίρειν honorare* peperit, opinor.

[2]) Pro *κεράσθε* et *'κεράοντο* metrum sinit rescribi *κίρασθε* *'κίραντο*, et haud scio an olim ita fuerit. Recentem autem aetatem formarum *κερῶντας* *-σαι* *-το* testatur contractio.

[3]) Indic. 3. pl. *πεπλῆανται* Semonid. Amorg. fr. 36.

[4]) Duobus tamen locis *M* 112 et *μ* 41 idem valet quod medium.

[5]) Infinitivi forma *πελάαν* legitur loco corrupto hymn. VI 44; quacum concinit imperativus *πίλᾱ* Lyr. inc. fr. 22 Bergk. Pro indicativi forma contracta *πιλνᾷ* Hes. Oper. 510 *πίλασε* legendum puto.

[6]) De forma suspecta *πελάσσετον* *K* 442 vid. § 152[8].

Ab hac stirpe, quae etiam adverbii loco (*πέλας*) usurpatur, ducta sunt nomina *πλησίος*, *τειχεσιπλήτα* *E* 31 (= 455), adv. *ἔμπλην* *B* 526, et fortasse casca vox *δασπλῆτις* (*δυσπλ.*?) *o* 234.

§ 299. (*περ-ασ*) *περνάς* *X* 45, iterat. *πέρνασκε* *Ω* 752 [1]), fut. *περᾶειν* *Φ* 454, aor. *ἐπέρασσα -σσαν* vel *πέρᾱσαν* etc. *Φ* 40, 78, 102 *ξ* 297 *o* 387, 428, 453 h. Cer. 182. Pass. *περνάμενα* *Σ* 292, perf. *πεπρημένος* (mss. *πεπερ.*) *Φ* 58.

Vendendi hoc verbum, quod etiam in Atticorum lingua vixit (*πέπρᾱκα*, *ἐπρᾰ́θην*, *πέπρᾱμαι*, *πεπρᾱ́σομαι*, *πόρνη*), non est confundendum cum verbo subsimili, nec tamen nisi omnia nos fallunt cognato, *περᾰ́ω penetrare* *ε* 174 *ι* 323 etc., fut. *περήσω* *E* 646 etc., aor. *ἐπέρησα* *Δ* 460 etc. [2]), cuius stirps *περ per* etiam in *πόρος*, *πείρατα*, *πειραίνω* *μ* 37 *χ* 175 (= 192) h. Merc. 48 agnoscitur.

Verbale *περητῆρες* in vulgato *πρηκτῆρες* deprehendere sibi visus est Cobet *Φ* 162, vix recte tamen.

§ 300. (*πετ-ασ*). Attica praesentis forma (*πετάννυμι*) ab Homero est aliena; reperiuntur *ἐπίτνα* (*-νη*? cf. § 195) *Φ* 7, *πιτνάς* *λ* 392 (et Zenod. *Δ* 351?), pass. *πίτναντο* *X* 402 (l. a. *πίλναντο*, § 298). Cetera tempora nihil habent insoliti: aor. act. *πέτᾰσε ἐπέτασσαν* etc. *Δ* 480 *ε* 269 etc., pass. *πετάσθησαν* *φ* 50, *πετασθεῖσαι* *Φ* 538, perf. *πέπτᾰται* *ζ* 45, *πέπτανται* *E* 195, *πεπτᾰμένας* *M* 122 *Φ* 531, *πέπτᾰτο* *P* 371.

§ 301. (*σκεδ-ασ*). Non *σκεδάννῡμι*, ut postea, in lingua epica dicebatur, sed *σκίδνημι*. Reperitur activi una forma *-σκιδνᾶσι* *E* 526 Hes. Theog. 875, passivi complures: *σκίδνᾰται* *Δ* 308 *η* 130 vel *κίδνᾰται* *B* 850 *H* 451, 458 *Φ* 158 *Ψ* 227, *σκίδνασθε* *β* 252, *σκίδνασθαι* *Ψ* 4 *α* 274, *σκίδνᾰτο* *Π* 375 h. Cer. 279 vel *ἐκίδνᾰτο* *Θ* 1 (= *Ω* 695), *κίδνᾰτο* h. Merc. 232, *ἐσκίδναντο* *Δ* 487 *T* 277 *Ψ* 3 *Ω* 2 *β* 258.

Aoristus activi est *ἐσκέδᾰσε* *H* 330 etc., vel *ἐκέδασσε* *E* 88 (?) *P* 285 etc., *σκέδᾰσον* *T* 171 *Ψ* 158 *Φ* 149; aoristus passivi *ἐκέδασθεν* *O* 657, *κεδασθέντες* *B* 398 *N* 789, *κεδασθείσης* *O* 828 (=*Π* 306).

De consona sigma in formis *κίδνανται ἐκίδνατο ἐκέδασσε ἐκέδασθεν θέντες -θείσης* neglecta videatur § 45[1].

Substantivum verbale est *σκέδᾰσις*.

---

[1]) Praesens etiam Eur. Cycl. 271, Ar. Equit. 176.

[2]) Pro *ἐπέρασσα* *ε* 409 (multi) et *περάσσαι* *λ* 159 (M[1]) legatur *ἐπέρησα*, *περῆσαι*.

§ 302. (*ἐσ*). Verbi auxiliaris *εἰμί sum* flexionem Homericam ita describam, ut diductis litteris indicentur formae a lingua posteriore discrepantes:

Ind. praes. *εἰμί*, *ἐσσί*, *ἐστί(ν)*.
ἐστόν.
ἐσμέν, *ἐστέ*, *ἔασι(ν)* (pag. 360) et *εἰσί(ν)*.

Imperf. *ἦα* [1]) et *ἔα*, [2]) *ἔησθα* et *ἦσθα*, *ἦεν*, *ἔην*, *ἦν*.
ἦστην (v. l. *ἦτην*) *E* 10.
ἦμεν, *ἦτε* *Π* 557, *ἦσαν* et *ἔσαν*. [3])
Eodem sensu usurpatur iterat. *ἦσκον* etc. (mss. *ἔσκον* etc.), cf. § 146.

Subiunct. *ἔω* etc., vel *-εἰω* *Ψ* 47, *εἴῃ* *H* 340 *I* 245 *Σ* 88 (?) *ν* 415 (?) *ο* 448 (?) *ϱ* 586 Hes. Oper. 501, 577, 606.

Optat. *εἴην*, *εἴης* [4]), *εἴη* et *ἔοι*, *εἶτε* *φ* 195, *εἶεν*.

Imperat. *ἔσσο* *α* 302 *γ* 200 [5]), *ἔστω*, *ἔστε*, *ἔστων* *A* 388 *α* 278 *ξ* 393 (?).

Infin. *ἔ(μ)μεναι* et *εἶναι* (§ 125).

Partic. *ἐών* etc.

Futurum *ἔ(σ)σομαι*, *ἔ(σ)σεαι*, *ἔ(σ)σεται*, *ἔσται*, *ἐσσεῖται* *B* 398 *N* 317 *τ* 302 Hes. Oper. 503, etc.

Verbi *εἰμί* adiectivum verbale videtur esse vox *ἐτεός* (*E* 104 etc. et in compositis *Ἐτεοκλέης*, *Ἐτεόκρητες*), vid. § 128. Altera est forma *ἔτῡμος*, quae deinde reduplicatione excrevit in *ἐτήτῡμος*. [6])

Secundae personae *ἐσσι* sonus finalis ante vocalem elisionem admittit, *ἔσσ'*, cf. § 13. In textu autem tradito *ἔσσ'* legitur *ϱ* 273, in ceteros vero locos viginti (*Π* 515 etc.) e recentiore lingua irrepsit forma monosyllaba *εἶς* [7]); quam ratione carere [8]), corrigendam autem

---

[1]) *K* 808 *β* 313 etc. (12 locis).

[2]) Ante caesuram sub ictu vocalis *α* producta est *Δ* 321 *K* 887, *ξ* 352 sitne longa an brevis non apparet, *ξ* 222 *Γ'(α) ἰν* mutatum est in *ἴᾳ πολίμῳ*, sed verum videtur *ἴα πτολίμῳ*. Alias *ἴα* non reperitur, videtur tamen revocandum esse *Δ* 762 *Ψ* 643.

[3]) Hes. Theog. 321, 825 *ἦν* = *ἦσαν*, item saepius apud Epicharmum etc.; cf. § 116.

[4]) Pro *ἴοις* *I* 284 leg. *ἰῇς*.

[5]) Item *ἴσσο* Sapph. fr. 1[28], Lacon. *ἴσο* Plut. Mor. 241*a*, *d*, *f*, Aelian. V. H. XIV 11, Leonid. epigr. 56.

[6]) Cf. *ἐτέον-ἐτητέον* (Ar. Nub. 131 etc.) apud Atticos.

[7]) In vetusta litteratura cum *εσσ* tum *εισ* indicabatur signis *ΕΣ*. De Attica forma *εἶ* vid. G. Meyer[2] § 447.

[8]) Probae enim formae *εἶ*, ex *ἴαι* natae, qua Attici utebantur, ut novum suffixum *-ς* subiceretur effecit analogia. Extat *εἶς* etiam in textu Herodoteo, sive iure sive iniuria.

esse ad versus ϱ 278 exemplum, intellexerunt P. Knight, Ahrens (Conj. auf μι p. 30), L. Meyer (Kuhns Zschr. IX p. 374), Nauck (Mél. Gréco-Rom. III p. 250), alii. Recentis aevi est ϱ 388 εἰς μνησιτήρων [1]).

Imperfecti formae ἦα ἤσθα ἤ(σ)την sonum suum η debent augmento. Ratione vero caret vocalis η formarum ἔησθα, ἔην [2]), ἤην, quapropter ἔεσθα vel ἔασθα, ἔεν, ἤεν restituenda esse, monosyllabam autem formam ἦν, quae contractione ex ἤ(σ)εν vel ἔ(σ)εν nata est, in ἔεν esse distrahendam, opinati sunt L. Meyer (Kuhns Zschr. IX p. 386), Curtius (Verbum I² p. 177), Nauck (Mél. Gréco-Rom. III p. 250 sqq.), Schulze (Quaest. epic. p. 417). Et ἔεσθα quidem vel ἔασθα quominus rescribatur metrum obstare nequit, sed non magni momenti est quaestio, quoniam nonnisi *X* 435 π 420 ψ 175 legitur haec forma. Pro ἔην autem et ἦν rescribi ἔεν longe plurimis locis sinunt versuum numeri, utilis est ea correctio *Λ* 739 *N* 428 γαμβρὸς δ' ἦν Αὐγείαο, Ἀγχίσαο (cf. *B* 77 *Z* 14 *Λ* 38), necessaria ϱ 208 ἦν ἄλσος in fine versus (vid. § 2); sunt tamen loci complures (26) ubi in arsi est ἦν neque igitur dissolvi potest, et in fine hexametri ἦν legitur *Π* 60 = Ψ 670. Formae omnium consensu vitiosae ἤην *Λ* 808 substitui ἤεν sinunt numeri, sed τ 283 ψ 316 ω 343 fieri id nequit, nisi trochaeum in prima hexametri sede olim concessum fuisse credimus Schulzio Quaest. Epic. p. 418; Nauck ibi ἔπλετο coniecit [3]).

Prima imperfecti persona uno loco ι 473 est -ῆν: ἀπῆν ὅσσον, ubi probabiliter Nauck rescripsit ἀπῆμεν ὅσον, nos autem ἀπῆα ὅσον scribere maluimus (cum hiatu in caesura legitimo). Neque ferendum est ἔον *Λ* 762 Ψ 643 sed in ἔα mutandum.

Manifesto errore Aristarchus — nisi falsa de eo relata accepimus — poetae tribuit imperfecti formas ἔσκετο δ 705 (leg. ἔσχετο), εἴατο *O* 10 Ω 84 ν 106 (leg. ἧατο).

Subiunctivi formae recenti more contractae extant *T* 202 ἧσι, cuius loci incerta est emendatio, ὦσι Ξ 274 (spur.) et ω 491 (leg. εἰσι, nam indicativum requiri vidit Kirchhoff). Vix corrupta sunt dicenda Θ 580 ἵνα ἧσι et Θ 147 κεν ἧσι, nam cuiusvis est rescribere ἵν' ἔῃσι et κ' ἔῃσι, quod primus ni fallor observavit Ahrens.

---

[1]) L. a. ἧς, quae imperfecti foret forma, alias apud Homerum non obvia et vix epicae dictioni congrua, ἄᾱς enim dicendum fuisset potius, ut apud Herodotum. Recepit tamen Fick.

[2]) Extat tamen ἦην in Ionica inscriptione saeculi VI, IGA. 382.

[3]) Aliena ab Homero est 3ae personae forma in Dorica dialecto obvia ἧς pro ἦν apud Theocritum et in pervetusta inscriptione IGA. 342 (= Kaibel Epigr. 179), item in Arcadica dialecto Collitz 1222[27].

Nihilo melioris notae sunt participii formae noviciae ὄντας η 94 (spur.), ὄντες τ 230 (οἱ χρύσεοι ὄντες, deleto οἱ Fick restituit χρύσειοι ἐόντες), οὔσης τ 489 (spur.).

Imperativus singularis ἔσσο terminatione mediali utitur, neque est cur cum Ahrensio (Coni. auf μι p. 31) potius imperativum ἐς Homero tribuamus.

De flexionis inconstantia ex ἐσμ- modo ἐμμ- modo εἰμ- effingentis vid. pag. 124. Multo rarior quam ἔμμεναι est forma, cuius syllaba initialis more aevi recentioris correpta est, ἔμεναι; non tamen vetustis poetis est abiudicanda.

Futuri 3ª persona ἐσσεῖται fortasse ἐσσέεται scribenda est, collato altero futuro quod Dorico more in -σέομαι formatum est, πεσέονται Λ 824, πεσέεσθαι Ι 235 etc.; in thesi certe est sonus ει.

§ 303. (Fεσ) Act. fut. Fέσσω ν 400 π 79 (= ρ 550 φ 389) et -Fέσω ε 167, Fέσσει ο 338 ρ 557, aor. ἜFεσσα etc. et -Fέσαιμι etc. Ε 905 δ 253 σ 361 etc. [1]).

Med. Fέννυσθαι ζ 28 ξ 514, 522, 'Fέννυτο ε 229 sq. κ 543 h. Ven. 172 [2]), aor. ἐFέσσατο vel 'Fέ(σ)σατο etc. Κ 28 Ξ 178 etc.

Perfecti et plusqpfecti medii locum obeunt formae Fεῖμαι τ 72 (= ψ 115) *vestitus sum*, Fέσσαι ω 250, Fέσται (mss. ἧσται, εἶται) λ 191 [3]), part. Fείμενος etc. Α 149 Ο 308 ν 351 etc., ἜFεσσο π 199 et neglecto F ἔσσο Γ 57, ἜFεστο Μ 464 Ψ 67 etc., ἐFέσθην Σ 517, 'Fείατο Σ 596. Quae formae quoniam reduplicatione carent, — nam aevo Homerico ex FέFεσμαι etc. contractione natas esse non est credibile, licet Curtius Verbum II² p. 244 et G. Meyer² § 267 et 545 id statuerint, — apparet *praesens* alterum esse Fέσμαι, perfecti loco adhibitum, cum κεῖμαι autem et ἧμαι verbis, imprimis vero propter significationem cum verbo κρέμᾶμαι § 305⁵ et Atticorum verbo στέρομαι (= ἐστέρημαι) comparandum.

De sonis Fεσ- et Fει- alternantibus cf. pag. 124 [4]).

De nominibus ab hac stirpe ductis vid. § 41[33].

§ 304. (κορεσ) act. fut. κορέεις Ν 881, κορέει Θ 379 Ρ 241, aor. κορέσειε Π 747. Med. aor. ἐκορέσσατο κορέσασθαι etc. Α 87 Ν 635

---

[1]) Imperfecti forma κατασίνυον vel κατασίνυσαν Ψ 135 errori debetur; recipienda est l. a. κατασίλνον.

[2]) Vid. pag. 516.

[3]) ἧσται forma extat in oraculo Herod. I 47.

[4]) Apud Herodotum εἵνυμι etc. leguntur.

etc., perf. *κεκορήμεθα* Θ 98 *ψ* 350, *κεκόρησθε* Σ 287, *κεκορημένοι* ξ 456, et eodem sensu *κεκορηότε* σ 372. Pass. aor. *ἐκορέσθην* δ 541 = κ 499.

Adiectivum verbale est *ἀκόρητος*, substantivum ὁ *κόρος*.

§ 305. A stirpibus in σ desinentibus ad stirpes vocali finitas fit transitus in verbis sequentibus:

1. *ἀγαιομένου* υ 16 [1]), *ἠγαίεσθε* (mss. *ἠγάασθε*) ε 122; cf. § 286[10]. Thematica vocali carent formae *ἄγᾰμαι* ζ 168 *ψ* 175, *ἄγασθε* ε 119 (*θεῇσιν ἄγασθε*, mss. *θεαῖς ἀγάασθε*) ε 129 (v. l. *ἀγᾶσθε*), *ἄγασθαι* π 208 (*ἄρ' ἄγασθαι*, mss. *ἀγάασθαι*); cf. § 191 [2]). Futurum est *ἀγάσσεσθαι* δ 181 [3]), aor. *ἠγάσσατο ἀγᾰ́σαντο* etc. Γ 181 σ 71 etc.

A stirpe *ἀγα* praeter adiectivum verbale *ἀγητός* ducta sunt *ἄγη*, *ἀγᾰθός* (*Ἀγαθών*); etiam nominibus praemittitur compluribus ad vocis vim augendam: *ἀγα-κλέης*, *ἀγα-κλειτός*, *ἀγα-κλῠτός*, *Ἀγα-μέμνων*, *Ἀγα-μήδη*, *ἀγά-ννιφος*, *ἀγά-ρροος*, *Ἀγα-σθένης*, *ἀγά-στονος*, *Ἀγά-στροφος*. Vid. § 90 et particula, qua epici poetae non sunt usi, *ἄγᾱν*; et cf. *μεγαίρω* ab adiectivo *μέγας*. Stirpem *ἀγα* autem esse debiliorem stirpis *μεγα* (*μέγας*) formam (*α* = *m̥*, *m̥γα*) suspicatus est Fick.

2. Imperf. *'δέᾰτο* ζ 242, aor. *'δοάσσατο* *N* 458 etc., subiunct. *δοάσσεται* Ψ 339. — Praesens *δέαται* suspicor olim fuisse *I* 103 et locis parall., ubi nunc legitur *δοκεῖ εἶναι ἄριστον*. Extat *δέατοι* (i. e. *δέαται*, subiunctivi forma) in inscriptione Arcadica Collitz 1222[10. 19. 46].

Cum hoc verbo, quod idem valet atque *δοκέει videtur*, cohaeret adiectivum *ἐυδήελος* (*-δει-* mss., quam lectionem peperit vocis *δείελος vesper* similitudo) β 167 ν 234 etc. sive *δέελος* *K* 466. Recentioris aevi forma *δῆλος* extat *E* 2 et υ 333, sed priore loco nihil obstat quominus *δεελ-* scribatur.

3. *δῦνᾰμαι* etc. praes. et impf. passim, fut. *δῠνήσομαι* etc., aor. *'δῠνήσατο* *E* 621 (= *N* 510) *N* 607, 647 Ξ 33, 423 ρ 303, *δυνησόμεθα* π 238, et *ἐδυνάσθη* Ψ 465 ε 319. De subi. *δύνηαι* Z 229 vid. pag. 303.

Nomen ab eadem stirpe ductum est *δῦνᾰμις*.

---

[1]) Hesiod. Oper. 333 *ἀγαίεται*, Archiloch. fr. 24 *ἀγαίομαι*; cf. Apoll. Rh. I 899 III 470, 1262.

[2]) Simili vitio laborat Hes. Theog. 619 *ἀγώμενος ἠδὲ καὶ εἶδος* (*ἀγαιόμενος; ἰδὲ Fεῖδος* coniecit Flach).

[3]) Male *ἀγασσόμενοι* legebant quidam *H* 41.

4. *ἔρᾰμαι* Γ 446 Ξ 328, *ἔρᾰται* *I* 64, *ἤρᾰτο* h. Cer. 129, *ἔρασθε* (mss. *ἐρᾰασθε*, cf. § 191) *Π* 208 [1]); aor. *ἠρᾰσάμην* Ξ 317, *ἠρά(σ)σατο* *Π* 182 *Υ* 223 *λ* 238 h. Merc. 130 Ven. 57 Hes. Theog. 915.

Nomina ab hac stirpe ducta sunt *ἐρᾰτός* (hinc verbum *ἐρᾰτίζω*), *ἐρᾰτεινός*, *ἐραννός*, *ἔρος* (§ 63).

5. *-κρέμᾰται suspensus est* h. Ap. 284, *ἐκρεμᾰσ(σ)ο*, mss. *ἐκρέμω*, *O* 21; pro *'κρέμω* *O* 18 videtur *'κρέμασ'(α)* esse legendum.

Act. (*suspendo*): fut. *κρεμάω* *H* 83, aor. *'κρέμασε* Ψ 879 *θ* 67 (= 105) h. Ap. 8, *κρεμάσας* *N* 597 *-σασα* *α* 440, *-σαντες* *Θ* 19. Praesens, quod apud Atticos est *κρεμάννῡμι*, apud poetas *κρήμνημι* [2]), in epica lingua quale fuerit incertum est, nam vix quicquam valet hac in re serus hymnus VI 39 *κατεκρημνῶντο* vel *-κριμνῶντο*, ubi id unum certum duco legendum esse *κατεκρήμναντο* (aut si quis cum Nauckio mavult, *-κρίμναντο*).

Inter *κρέμᾰμαι* et *κρεμᾰ́σαι* eadem est ratio atque inter *Ϝέσμαι* (*Ϝεῖμαι*) et *Ϝέ(σ)σαι* § 303.

6. *ὄνοσαι* *ρ* 378 *vilipendis*, *ὄνονται* *φ* 427, *ὄνοιτο* *N* 287 *θ* 239, fut. *ὀνόσσεται* *I* 55, *ὀνόσσεσθαι* *ε* 379, aor. *ὠνοσάμην* Ξ 95 *P* 173, *ὀνόσαιτο* *Δ* 539 *N* 127 *P* 399, *ὀνοσσάμενος* *Ω* 439.

Pro *οὔνεσθ'(ε)* *Ω* 241, quod ferri nequit [3]), Aristarchus *ὀνόσασθ'(ε)* legebat, alii *ὀνόσεσθ'(ε)*, sed probabilior videtur Fickii emendatio *ὤνησθ'* *laetamini*. Neque ferenda est aoristi (?) forma insolita *ὤνᾰτο* *P* 25, ubi *μ' ὠνόσατ' ἠδὲ* rescripsit vHerwerden pro *μ' ὤνατο καί με*.

Adiectivum verbale *ὀνοστός* legitur *I* 164. Nova praesentis forma *ὀνοτάζω*, quacum comparanda sunt *ἀλυσκάζω*, *πτωσκάζω* etc. (§ 144), extat h. Merc. 30.

VIII. *De verbis quorum tempora a diversis aliquot stirpibus ducta sunt.*

§ 306. *Loquendi* sive *dicendi* sensu usurpantur tempora quae sequuntur:

---

[1]) Contractam formam *ἰρᾶσαι* adhibuit Theocrit. I 78.

[2]) Nonnulli viri docti *κρίμνημι* malunt, mscriptis non invitis, ex analogia verborum *κίρνημι σκίδνημι πίτνημι πίλνημι*; vid. Buttmann Sprachl. II p. 70 et 225, Nauck Mél. Gréco-Rom. V p. 188, quibus adstipulati sunt vHerwerden, Naber, Kühner-Blass II p. 466. Nescio tamen an *η* sit ferenda vocalis propter nomen *κρημνός*.

[3]) Nihil prodest Buttmanni coniectura *οὔνοσθ'*, nam syllaba initialis sine causa produci non potuit.

1. (*ἀγορα*) *ἀγορᾶεσθε B* 337, *ἠγορᾶεσθε Θ* 230, *ἠγοράοντο Δ* 1, *ἀγορήσατο* (*καὶ μετέϝειπε*) *Λ* 78 et passim. — *Concionandi* hoc verbum, quod peperit nomina *ἀγορητής* et *ἀγορητύς*, cum sequenti ductum est a nomine *ἀγορή concio*, vid. *ἀγείρω* § 255. [1])

— (*ἀγορευ*) *ἀγορεύω* etc. praes. et impf. passim; fut. *ἀγορεύσω H* 361 etc., aor. *ἀγόρευσε Θ* 29 *I* 694, *ἀγορεῦσαι M* 176 etc., *ἀγόρευσον α* 174 etc., *ἀγορεύσατε* (?) *Σ* 142.

Boeotiis verbum *ἀγορεύω* proprium fuisse contendit grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 1095. Athenis simplex postea nonnisi in loquendi formulis *τίς ἀγορεύειν βούλεται* (Ar. Ach. 45 etc.) et *οὐκ ἠγόρευον* (Ach. 41 Plut. 102 fr. 284) vixit, composita vero omnium in ore erant perpetuo.

2. (*ϝερ*) *ϝείρω* (*ver·bum*) *β* 162 *λ* 137 *ν* 7, *ϝείρουσαι* (mss. *εἰρεῦσαι*) Hes. Theog. 38; impf. *ϝεῖρον λ* 542? (mss. *εἴροντο*, Naber *τεῖρον*). Fut. *ϝερέω* etc. *Λ* 76 etc. — Pass. perf. *ϝέϝρηται Δ* 363 h. Ap. 544 Ven. 290, *ϝεϝρημένος -να Θ* 524 *μ* 453, plusqmpf. *ϝέϝρητο K* 540 *π* 11, 351, fut. exact. *ϝεϝρήσεται Ψ* 795. Mss. *εἴρηται, εἰρημένος, εἴρητο, εἰρήσεται*, ut postea dixerunt homines. [2]) Periculum autem fuit, fortasse etiam nunc est, ne cum *rogandi* verbo *εἴρομαι* (§ 264) confundantur hae formae [3]).

3. (*ϝεπ*) aor. *ἔϝειπον* (§ 149[19]). — De nominibus ab hac stirpe ductis vid. § 41[26].

4. (*φα*) *φημί* etc. (*fari*) praesens ind. passim; 2. pers. *φής* et *φῆσθα* (§ 111); subi. *φήῃ λ* 128 etc. (vid. pag. 307). Imperfecti, quod aoristi vice fungi solet, formae sunt *ἔφην* etc.; 2. sing. est *ἔφης* et *ἔφησθα* (§ 111), 3. plur. *ἔφᾰν* et *ἔφᾰσαν* (§ 116). Iterat. *ἔφασκον* etc. *N* 100 etc. — Fut. *φήσει Θ* 148, 153 (?).

Eodem sensu quo activi, imperfectum medii usurpatur *ἐφᾰ́μην* etc., imperat. *φάο, φάσθω, -φάσθε*, infin. *φάσθαι*, partic. *φᾰ́μενος* etc. Praesens indicativi *φάσθε* extat *ζ* 200 *κ* 562. — Singulas formas, quarum pleraeque frequentes sunt admodum, locis allatis confirmare inutile. Satis multis locis non *dicere* sed *putare* hoc verbum significat, praesertim medium (*sibi dicere*).

---

[1]) Hinc festivum iocum duxit Aristophanes Nub. 1057.

[2]) Integra forma *ϝΕϝΡΕΜΕΝΑ ϝεϝρημένα* nuper in inscriptione Mycenaea saeculi a. C. VII[1] exeuntis comparuit, vid. *Ἐφ. ἀρχ.* 1892 p. 67 sq., Kühner-Blass II p. 587.

[3]) Vid. *εἴρηται ι* 503, *εἰρήσομαι η* 237 etc.

Nomina a stirpe *φα* ducta sunt *θέσφᾰτος*, *παλαίφᾰτος*, *φάτις*, *παρ(αἰ)φασις*, *πρόφασις*, *ἀφᾰσίη* (de *α* producto cf. § 21), *φήμη*, *φῆμις*, *Περι- ὑποφήτης*, *φωνή*. Praeterea artissime cohaeret *φαίνω* § 280.

5. (*ἀ*) *ἦ aït.* Semper versus initio collocata reperitur haec forma ipsisque verbis loquentis postposita, *A* 219 (ubi vid. schol.) etc.; nominativus nonnisi uno loco *Z* 390 adiectus est.

Ab eadem stirpe repetenda est iterativa forma *ἴσκε* *χ* 31 [1]), qui tamen spurius esse videtur locus. Legendum esse *ἴσπε* a stirpe *σεπ* coniecit Buttmann Lexilog. II p. 86, reduplicationis syllabam inesse arbitratur Curtius Etym.[5] p. 467 (= *σι-σκ-ε*). Recentiores poetae saepius hac verbi forma usi sunt: *ἴσκω* Simonid. fr. 133, *ἴσκον* Theocrit. XXII 167, *ἴσκε* Apoll. Rh. II 240, 1196 III 396, 439, 484, 555, 938 IV 92, 410, 1586, *ἴσκον* (3. pl.) Apoll. Rh. IV 1718, *ἴσκων* Lycophr. 574.

6. (*σεπ*) *ἐν(ν)έπω* (*inseco*). Vid. § 246.

Alienum hinc est verbum *λέγω*, quod in epica dictione primitiva *colligendi*, *numerandi*, *enumerandi* utitur significatione. Ad recentiorem *dicendi* notionem transitum parant loci quales sunt *B* 222, 435 etc., ubi de *enarrandis* rebus gestis usurpatur verbum; vid. etiam *διελέξατο* *Λ* 407 etc. — Flexio (*λέξω* *ἔλεξα* etc.) nihil habet insoliti praeter aoristum *ἐλέγμην* *'λέκτο* § 150[16]. Perf. pass. *-λελεγμένοι* *N* 689; pro aor. pass. *ἐλέχθην* *Γ* 188 praeferenda est l. a. *ἐλέγμην*. — Nomen *λόγος* ab Homerica lingua est alienum [2]). Derivantur *ἀλογέω* [3]), *μυθολογεύω*, *παλίλλογος*.

§ 307. *Edendi* verbum e stirpibus *ἐδ*, *φαγ*, *βρω* tempora duxit:

ἔδεις etc. *E* 341 *π* 431 etc., iterat. *X* 501, infin. sine vocali thematica *ἔδμεναι* *Δ* 345 etc. — Adiecto elemento *θ* e stirpe *ἐσθ* (= *ἐδθ*) natae sunt praesentis et imperfecti formae *ἔσθουσι*, *ἐσθέμεναι*, *ἔσθων -οντες -ουσαι*, *ἦσθε* *Θ* 231 *Ω* 415 *ε* 94 etc., novoque elemento *ι* adscito: *ἐσθίει*, *ἔσθῐε*, *ἐσθίετε*, *ἐσθῐέμεν* (cf. § 126), *ἤσθῐε*,

---

[1]) Altero loco quem multi huc rettulerunt *τ* 203 *'Fίσκε* scribendum esse putamus, cum Aristarcho a verbo *FεFίσκω* *assimulo* § 242[2] repetentes.

[2]) Correcti sunt versus ubi traditum est, *O* 393 *α* 56 h. Merc. 317; recentis originis indicium est adiectivum *μαψίλογος* *vaniloquus* h. Merc. 546. Apud Hesiodum saepius legitur *λόγος*: Theog. 229, 890 Oper. 78, 106, 789.

[3]) Aliena hinc sunt *ἀλέγω*, *ἀλεγίζω*, *ἀλεγύνω* *curo*, quae cum voce *ἄλγος* cohaerent (cf. pag. 58).

ἥσθιον Ψ 182 β 305 etc., pass. ἐσθίεται δ 318. De triplici stirpis forma vid. § 142.

Futurum est ἔδομαι ι 369, ἔδεαι Ω 129, ἔδονται Δ 237 etc.; aoristus ἔφᾰγον etc. (§ 149[105]) et -ἔβρως (§ 150[38a]) h. Ap. 127 [1]); perf. part. ἐδηδώς P 542, ἐδηδυῖαι h. Merc. 560, et βεβρωκώς X 94 χ 403. — Passiv. perf. ἐδήδεται (v. l. ἐδήδοται, Arist. ἐδήδαται, i. e. ἐδήδηται, plur.) χ 56 [2]), fut. βεβρώσεται β 208.

De insolita activi forma βεβρώθοις Δ 35 (PKnight βεβρώκοις, an *βιβρώθοις?) vid. § 159.

A stirpe ἐδ ducta sunt nomina εἶδαρ (§ 70[15]), ἐδωδή, ἐδητύς, νῆστις (§ 74 et 90), ἀνέρες ἀλφεσταί (§ 84[3a]), ὠμεστής; a stirpe φαγ autem ἀνδροφάγος, γλακτοφάγος, Λωτοφάγος, σιτοφάγος, ὠμοφάγος; a stirpe βορ-βρω denique βρώμη, βρῶσις, βρωτύς, βέρεθρον (*vorago*), δημοβόρος cum verbo inde ducto καταδημοβορῆσαι.

§ 308. *Veniendi* verbum, cui in epica dictione etiam *abeundi* notio potuit tribui [3]), ex duabus stirpibus excrevit. Quarum altera ἐρ sive ἐλ peperit praesens ἔρχομαι (ἔρ-σκομαι, § 140[15]) et elemento (υ)θ aucta futurum ἐλεύσομαι etc. Z 365 etc., aoristum ἦλ-θον sive ἤλ-υθον (§ 149[58]), perfectum εἰλήλουθα (§ 160[4]). — Verbalia hinc nulla ducuntur [4]).

Ab altera stirpe ι (*ire*) ductum est εἶμι etc.; cuius verbi, ex Attica lingua satis noti, hic commemorandae sunt formae Homericae quae sequuntur:

Ind. praes. 2. sing. εἶσθα K 450 π 313(?) τ 69 υ 179 Hes. Theog. 208(?). Cf. § 111.

Imperf. 1. ἦια [5]), quod etiam κ 146, 274 pro mscriptorum lectione -ήιον restituit Nauck. Secunda persona deest, 3. ἴε vel ἤιε vel ἦε. Pro ἦει K 286 N 247 Θ 290 scribendum esse ἦε vidit Ahrens Conj. auf μι p. 25.

Dual. ἴτην.

Plur. 1. ἦμεν (mss. ἦομεν, correxit Nauck) κ 251, 570 λ 22,

---

[1]) Item Callim. h. Iov. 49.

[2]) Lectionem ἐδήδεται post Herodianum probarunt Cobet Miscell. p. 305, Curtius Verb. II[2] p. 235.

[3]) Futuro ἐλευσ- tamen et perfecto ἐληλυθ- *appropinquandi* notio sola est propria. In compositione (ἀπέρχομαι, εἰσέρχομαι etc.) praepositio indicat quorsum tendat motus.

[4]) Apud posteros reperiuntur ἤλυσις *adventus* (Eur. Hec. 67 Phoen. 844 Herc. 1041, περιήλυσις Herod. II 128, ἐξήλυσις III 117 V 101 VII 130), ἔπηλυς (ὁ) *accola*.

[5]) Syllabae ἠ- origo dubia est; vid. § 132.

secunda persona deest, 3. ἴσαν vel ἦσαν vel -ῆσαν τ 445. Pro ἦιον κ 446 ψ 370 ω 501 Nauck scripsit ἦισαν.

Subi. praes. 1. ἴωμι, 2. ἴῃσθα, 3. ἴῃσι, 1. plur. ἴομεν. Brevis est vocalis ι, sed versuum initio collocatum reperitur ἴομεν *B* 440 *I* 625 *M* 328 Ξ 374 Φ 438 ω 432 (Solon. fr. 3); qua de re cf. § 22.

Optat. 3. sing. ἰείη *T* 209, ἴοι Ξ 21, 3. plur. ἴοιεν h. V 12; vid. § 114. De forma εἶην perperam dictioni epicae tributa vid. ibidem.

Infin. ἴμεναι(ϝ), vid. § 125 [1]).

Mscriptis si fides est habenda, futuro εἴσομαι εἴσεται *ibo ibit* usi sunt poetae epici. Sed non dubito equidem quin errori debeatur. Plerisque enim locis, ubi reperitur in textu tradito, scribendum est ϝίσομαι a verbo ϝίεμαι § 201; hisce autem remotis nonnisi tres, a quibus *irruendi* notio aliena est, restant: Ω 462, ubi *ἔρχομαι (Heyne οἴχομαι) videtur legendum, ο 213, ubi optimi codices nunc ἵξεται praebent, ο 504, ubi codices alii ἐπιείσομαι, alii ἐπελεύσομαι habent, nos ἐπιόψομαι verum ducimus. [2])

A stirpe ι ductum est nomen ἰθύς (ϊ), hinc verbum ἰθύω Λ 552 etc. (ἐπ-ιθύω Σ 175 π 297 h. Merc. 475).

Cum adiectivo posthomerico ἰτητέον *eundum* [3]) componendum est participium ἐπανιτᾱκώρ (i. e. ἐπανιτηκώς, Att. ἐπανεληλυθώς) in inscriptione Elea 1172 Collitz.

§ 309. *Videndi* notio tribus stirpibus (ϝ)ὁρα, ὀπ, ϝιδ (§ 212) propria est:

ὁράω etc. passim praes. et imperf. [4]), fut. ὄψεαι etc. Δ 353 etc., aor. ἔϝῐδον etc. (§ 149[67]), perf. et plusqmpf. ὄπωπα -πας -πε -πει *B* 799 etc. (cf. § 135[10]).

Praesentis, imperfecti, aoristi medium eodem sensu quo activum in dictione epica usurpatur. Praeterea aoristi sigmatici et mixti formae -όψομαι ὄψεται ὄψεσθε occurrunt *E* 212 ρ 7 Ω 704 (vid. § 152[7]).

---

[1]) Versum ϒ 365, ubi ἰμεναι est in textu tradito, correximus. Vitio debetur etiam προσιόντι προσεῖναι Hes. Oper. 353 (cf. Apollon. lex. s. v. προσεῖναι), quem versum imitatus esse videtur pessimae notae poeta in epigrammate Kaibel. 65; aut προσιόντι προσεῖναι legendum cum Hauptio, aut gravius latitat vitium.

[2]) Infelix igitur me iudice fuit Cobeti coniectura ο. 50 τάχα δ' εἶσεται ἠώς pro ἴσσεται. Idem pro ἐπελεύσομαι et ἐσελεύσομαι compluribus locis ἐπιείσομαι rescribi iussit Mnemos. 1873 p. 50.

[3]) Cf. ἰτεός-ἰτήϊμος § 302.

[4]) Augmentum imperfecti nusquam non est neglectum.

Insolite formata est indicativi praes. med. 2. sing. ὄρηαι ξ 343 et in Creophili fr. (cf. § 195).

A stirpe ὀπ quod ductum est praesens ὄσσομαι (§ 248[4]) significat *portendere, praesagire*. Reperiuntur formae -όσσομαι -όσσεο ὀσσόμενος -νη -νον ὤσσετο ὤσσοντο *A* 105 etc.

De suspecto participio ὀψείοντες Ξ 37, quod *desiderativum* esse fertur, vid. § 144 pag. 356.

Denique hoc loco commemorandae sunt formae a breviore stirpe ὀρ ductae ἐπὶ ... ὄρονται ξ 104, ἐπὶ ... ὄροντο γ 471, ἐπὶ ... ὀρώρει Ψ 112, quibus *inspiciendi* inest notio. Perperam ad stirpem verbi ὄρνυμι (§ 284[4]) eas rettulerit quispiam.

Stirpis Ϝορα initiale digamma ante Homeri tempora evanuit, nec nisi in hiatu interno vocum ἐπι- προτιόσσομαι *P* 381 etc., ἐπιύψομαι *I* 167, ἐπίουρος *N* 450 etc. vestigia sui reliquit. — Nomina hinc ducta sunt οὖρος *custos* (Θ 80 etc.) et ἐπίουρος.

A stirpe ὀπ ducta sunt ὦπα (acc.) *Γ* 158 etc. cum permultis compositis (Ϝελίκωψ, μέτωπον, γλαυκῶπις etc.), ὄσσε (§ 84[1]), ὀφθαλμός, ὄμμα; praeterea reduplicata stirps [1]) peperit verbum ὀπιπεύεις, ὀπῖπεύσεις, ὀπῖπεύσας *Δ* 371 *H* 243 τ 67 [2]), unde ductum est epitheton παρθεν-οπῖπα *Λ* 385. Cf. § 138[11].

De nominibus a stirpe Ϝιδ ductis vid. § 41[15].

Adiungi potest verbum λεύσσω (i. e. λευκιω, a stirpe λυκ-λευκ), cuius praesens tantum et imperfectum usurpantur.

§ 310. *Currendi* significatio inest stirpibus τρεχ et δραμ:

τρέχει Ψ 520 ι 386, -τρέχοι *T* 385, -έτρεχον Ψ 504. Pro ἐπιθρέξαντος *N* 409 Naber probabiliter scripsit ἐπιγράψαντος, et pro suspecta forma iterativa ᾽Θρέξασκον *Σ* 599, 602 idem proposuit ῥήξασκον. — Intensiva praesentis forma τροχάω (§ 144) extat *X* 163 ζ 318 ο 451.

A stirpe δραμ ducta sunt aor. ἔδραμον etc. (§ 149[16]) et perfectum -δέδρομε ε 412 ζ 45 κ 4 υ 357 h. Ap. 284 [3]).

Nomina a stirpe τρεχ sunt ducta τροχός, ἑύτροχος, ὁλοίτροχος, περίτροχος, ἁματροχιή, ἐπιτροχάδην, a stirpe δραμ autem δρόμος.

§ 311. *Ferendi* sensus inhaeret stirpibus φερ, οἰ, ἐνεκ:

---

[1]) Cf. ἠνίπαπον § 149[17].

[2]) Reicienda est l. a. ὀπιπτ.

[3]) Item Archil. fr. 39, Semonid. Amorg. 7[80], Apoll. Rh. I 645 II 670 III 139, 676 etc. — Perfecto δεδρόμᾱκε usa est Sappho 2[10].

φέρω etc. praes. et imperf. passim, imperat. 2. plur. φέρτε *I* 171 (sed *P* 718 φέρετε), cf. § 145. Fut. οἴσω etc. *H* 82 etc., aor. ἤνεικα etc. (§ 149[16] et 153[5]) et aor. mixt. οἶσῃ, οἴσωσι, οἶσε, οἰσέτω, οἴσετε, οἰσέμεναι (§ 152[6]).

Medium φέρομαι, οἴσομαι, ἠνεικάμην eadem ratione qua activum flectitur.

Intensivi φορέω (§ 144) praesens et imperfectum multis locis leguntur (cf. § 114 et 195), aoristus ἐφόρησε *T* 11, adi. verb. φορητός Θ 527.

A stirpe οἰ nomina nulla sunt ducta, a stirpe φερ vero συμφερτός, Φέρεκλος, φερέσβιος, φέρτρον, φᾰρέτρη, multa in -φόρος (ἀεθλοφόρος, βουληφόρος, τελεσφόρος etc.), φορεύς (ἀμφιφορεύς), φόρτος, ἀντιφερίζω sive Ϝισοφαρίζω, προφερέστερος, alia dubia sunt (φάρμακον, φέρτερος etc., φωριαμός). Stirps ἐνεκ edidit adiectiva διηνεκής, δουρηνεκής, κεντρηνεκής, ποδηνεκής (de vocali η cf. § 21), fortasse etiam ἐπηγκενίδες (ἐπεγκ.?) ε 253 huc referendum.

V.

DE PARTICULIS.

CAPUT I.

De praepositionibus.

§ 312. Praepositiones primitus *adverbia loci* fuisse ex epicis carminibus citius meliusque quam aliunde disci potest; passim enim sine casu adhibitae reperiuntur, e. g.

Ἔν δὲ κρήνη νάει, ἀμφὶ δὲ λειμών. ζ 292.

§ 313. Hinc sequitur has particulas, quae ingenita sibi natura in dictione Homerica plena atque integra perfruantur, vix fuisse aptas quae accentu spoliatae cum verborum stirpibus tam penitus concrescerent quam postea factum est [1]). Leguntur sane in carminibus epicis composita verba permulta, nec non nomina verbalia haud pauca ita composita sunt; sed tenui vinculo quodque facile possit solvi praepositionem cum verbo cui praemissa est cohaerere passim apparet, quin saepe optimo iure dubitaverit quispiam an praepositio separatim exaranda sit suoque accentu donanda. Sic sub ipsum Iliadis initium vs. 37 *Χρύσην ἀμφιβέβηκας* scribas an *ἀμφὶ βέβηκας* nihil interest, τ 326 *ἀλλάων περίειμι* qui *περὶ* (vel *πέρι*) *εἰμι* scribi iubeat refelli non possit, *N* 450 *Κρήτῃ ἐπίουρον* alii grammatici scribebant olim, alii *ἔπι οὖρον*, μ 181 *Θεαὶ δ' ἐπιποί-*

[1]) Qui postea minime rarus fuit mos, ut in nonnullorum verborum temporibus praeteritis augmentum praemitteretur praepositioni (*ἐκαθεζόμην, ἐμπεσχόμην, ἠμφιεσμαι, ἐξεφρίεμεν* etc.), ab epica dictione hunc fuisse alienum facile intellegitur; quapropter Aristarchus iure damnavit lectiones Zenodoteas qualis est *ἐκαθίζετο* *Δ* 68; cf. *Δ* 611 *O* 716 (*γ* 402?) ; 1.

μενές εἰσι an *ἐπὶ ποιμένες εἰσί* sit scribendum ambigitur (nos hoc praeferimus), et sic porro. Cf. Lehrs Arist.[3] p. 107 sqq.

In recentiore lingua soli praepositioni *πρός* huius potestatis aliquid permansit. Quae et adverbii loco (*καὶ πρός, πρὸς δέ*) usurpari poterat, et verbis quoque praemissa suum sibi accentum haud raro vindicabat, e. g. *καὶ χάριν πρὸς εἴσομαι* (alii *προσείσομαι*) Ar. Vesp. 1420.

Saepe autem praepositiones a verbis, quibus praemissae sunt, seiunguntur una pluribusve vocibus interpositis; *tmesis* quae dici solet. Hinc quoque liquide apparet praepositionem aevo epico nondum in unum corpus cum suo verbo abiisse. Exempla sunto:

καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθε. *A* 475.
ἀνὰ δὲ πρείων Ἀγαμέμνων | ἔστη. *B* 100.
κατὰ βοῦς Ὑπερίονος Ἠελίοιο | ἤσθιον. *α* 8.

§ 314. Praepositiones, quae nomen habent adiunctum, modo praecedunt, cuius rei vulgatissimae exempla afferre inutile, modo nomini subiunguntur, interposita interdum particula. Post *anastrophen* hanc quae dicitur accentum suum servant praepositiones *ἔν* (cuius forma disyllaba *ἐνί* talibus locis solet usurpari, cf. § 315[5]), *ἔξ*, *εἷς* (*ἐς*), disyllabae autem praepositiones — exceptis *ἀμφί, ἀνά, ἀντί, διά* — accentum in syllabam priorem coniciunt, nisi inter nomen et praepositionem intercedat particula [1]). Ex. gr.:

καλεσσαμένω ἀγορὴν εἶς πάντας Ἀχαιούς. *γ* 137.
ὅπλοισιν ἔνι δϝεινοῖσιν ἐδύτην. *K* 254.
θεοῦ πάρα δῶρα φέρουσα. *T* 3.
σοὶ δὲ θεοὶ τῶνδ' ἀντὶ χάριν μενοϝεικέα δοῖεν. *Ψ* 650.
τῷ δ' ἐπὶ Τυδεΐδης ὦρτο. *H* 163.

Multo minus frequenter nec tamen raro *verbo* suo postponitur praepositio. Ex. gr.

ὀψὲ κακῶς ἔλθοι, ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους. *ι* 534.
ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ μητρὸς κατατεθνηυίης. *λ* 84.

§ 315. Biformes vel etiam triformes in dictione epica sunt praepositiones nonnullae. Non dicimus nunc *apocopen*, qua vocalis finalis

[1]) Hisce regulis de accentu collocando, quas a veteribus grammaticis traditas accepimus, tantum ponderis quisque tribuat quantum libeat ipsi. Nobis certe vix vituperandus videatur editor qui *τῶνδ' ἄντι* scribat vel *τῷ δ' ἐπι*. Nihil tamen in re, de qua vix quidquam quod et certum et utile sit sciri posse videtur, novare voluimus.

α praepositionum *ἀνά κατά παρά*, interdum etiam sonus *o* praepositionum *ὑπό* et *ἀπό* potest omitti, qua de re vid. § 10; sed alias formae varietates spectamus.

1. *προτί, πρός, ποτί.*

Quam sincere poetarum verba servaverit textus traditus, non possumus non rogare, dum huius praepositionis consideramus varietatem. Ratio enim fert ut suspicemur insolitam formam *π(ρ)οτί* a vulgari forma *πρός* hic illic, fortasse passim, loco suo pulsam esse. Vid. e. g. initium versus *E* 605 *ἀλλὰ πρὸς Τρῶας*, qui numeri mire languent, ita ut veri videatur simillimum olim fuisse *ἀλλὰ ποτὶ Τρῶας* [1]). Neque sine causa Usener addubitavit clausulam illam *Ϝέπεα πτερόεντ' προσηύδα*, poetam ut syllabae antecedentis productionem vitaret *ποτηύδα* dixisse suspicatus. [2]) Nam quod elisum *ποτ-* in mscriptis Homericis non extat, huic argumento non multum esse tribuendum quivis videt, cum constet in Dorica saltem Aeolicaque poesi praepositionem *ποτί* elisione minui potuisse; vid. e. g. *ποτ'* Theocrit. II 31, 147 V 23, 103 VII 41 XI 42 XV 10.

Accedit quod inter *προτί* et *ποτί* ipsa manuscripta variant *K* 108 *M* 273 *T* 420 *μ* 59, 255 (*ποτί* metro invito) *ω* 347 (*προτί* metro invito) alibique passim.

Sed rogantibus quid igitur de Homerica huius praepositionis forma sit statuendum, nihil ita certum videtur ut ad traditum textum mutandum incitare nos queat. Nam antiquissima fuit praepositionis forma *πρότ* sive adiecto locativi (§ 48) signo *προτί*. Iota effecit ut in *σ* mutaretur elementum *τ*, sic *πρός* ex *προσί* natum est. Inter Cretenses *προτί* in *πορτί* abiit, vid. *πορτὶ τὰν πόλιν, πορτ' αὐτάν* Cauer. Delect.[2] 132[4,13,26,42]; item *περτέδωκε* (= *προσέδωκε*) in inscript. Pamphylicis 1260[3] et 1261[4] Collitz. Alibi vero liquida *ρ* non solum loco mota sed omnino extrusa est, et sic natae sunt Doriensium Aeolumque formae *ποτί πότ ποί*, Arcadum Cypriorumque *πός*.

Ergo recentiorem formam *ποτί* libenter e carminibus epicis exulare iusserit quispiam, praeterea dubitans an *πρός* in *προτί* vel *προτ'*

---

[1]) In textu tradito ubi extat *προτί*, tantum non omnibus locis sequitur vox a *digamma* incipiens. Hinc officio alibi passim, ubi metrum sineret, *πρός* scriptum esse pro *προτί*. Nam *προτὶ ἄστυ* quominus in *πρὸς ἄστυ* mutarotur obstabant versus numeri — certe obstare videbantur recentioribus, qui digamma ignorabant —; sed *προτὶ μῦθον ϜεῖπεΝ* si olim fuit, sponte fere diasyllabum illud *προτί* in vulgatum *πρός* debuit abire.

[2]) Cf. pag. 101, 1.

sit mutandum. Sed quamquam nihil inauditi ita inveheretur in textum Homericum (nam elisum *προτ'* legitur Theocrit. XXX 25), ab arte tamen metrica veterum cantorum longius ni fallor recederemus *ποτί* in *προτί* mutando, immodice enim sic augeretur copia locorum ubi sonus finalis ante mutam cum liquida pro brevi syllaba numeratur (cf. § 25).

Formas autem elemento *ρ* carentes *ποτί πότ ποτ-* quominus solas Homero tribuamus cum ratio obstat, vidimus enim a principio fuisse *προτί*, tum metrum, non enim desunt versus ubi elementa *πρ-* positione producunt vocalem praecedentem, ex. gr. *B* 59 *καί μ̄ε πρὸς μῦθον ἔϝειπε*, *λ* 143 *οὐδὲ προτιμυθήσασθαι*.

Itaque constat biformem in dictione epica hanc praepositionem fuisse: *προτί* (sive *πρός*) et *ποτί*, sed dubium manet plerisque locis utram formam poeta adhibuerit; quaedam autem e multis mutare sine certa lege, id temeritatis foret.

2. Praepositio *ὑπό* paucis locis locativi (§ 48) signo *ι* aucta fit *ὑπαί*. Vid. *B* 824 *Γ* 217 *Λ* 417 (= *M* 149), ubi *ὑπαί* vera adverbiali notione *infra* utitur. Adiecta nova syllaba inde factum est *ὕπαιθα* *O* 520 *Σ* 421 *Φ* 255, 271, 493 *X* 141.

Alibi *ὑπαί* in mscriptis metri causa est exaratum, sed *ὑπό* restitutum est aut potest restitui: *ὑπαὶ δείους* (*propter timorem*), lege *ὑπὸ δϝέος*, *K* 376 (= *O* 4); *ὑπαὶ πόλιν*, lege *ὑπὸ πτόλιν*, h. Cer. 272; *ὑπαὶ λιπάροισι*, lege *ὑπὸ λιπ.*, *B* 44 *β* 4 etc. — Insoliti quid habet compositum *ὑπαιδείδοικε* h. Merc. 165.

3. Pro *παρά* nonnusquam *παραί iuxta* dictum est (§ 48), vid. *B* 711 *Γ* 359 etc.; item in compositione *παραιβάτης*, *παραιβόλος*, *παραίφασις* sive *πάρφασις*, *παραιφάμενος* *Ω* 771, *παραιπεπίθησι* *χ* 213, *παραιπεπιθοῦσα* *Ξ* 208.

Eadem ratione *κατά* in *καταί* abiit, cuius tamen conformationis unum tantum exemplum Homerus praebet *καταιβαταί* *ν* 110.

4. Praepositionis *εἰς* altera forma *ἐς* in exemplaribus carminum epicorum circumfertur. Ita autem distingui solent hae formae, ut *εἰς* non nisi metro cogente scribatur, *ἐς* vero Homerica habeatur praepositionis forma. Quivis tamen intellegit ita rem habere non posse; non enim *εἰς* forma amplior ex *ἐς* procrevit, sed praepositionis *εἰς*, quae secundum linguae leges ex *ἐν-σ(ε)* prodiit, ita imminutus

est sonus ut ἐς fieret [1]). Et quoniam vetusta litteratura cum integram tum correptam praepositionis formam litteris ΕΣ designabat, ex antiquissimis carminum Homericorum exemplaribus nihil certi hac de re potuit effici, nullaque igitur debet esse hodiernorum mscriptorum auctoritas. Ipse poeta unus interrogandus est; quem et produxisse praepositionem multis locis constat, et corripuisse non paucis; ex. gr.

εἰς Ἰθάκην	α 18.	ὅτ' ἐς Αὐλίδα	B 303.
δόμον εἰς Ὀδυσῆος	δ 674.	Ἄργος ἐς ἱπποβότον	Γ 75.
τὼ δ' εἰς ἀμφοτέρω	Θ 115.	ἐς ἠέλιον καταδύντα	A 601.
οἱ μ' εἰς ἄλλην γαῖαν	ν 211.	πρῶτος ἐσήλατο	M 438.

Itaque statuendum videtur poetas vetustos in thesi demum nonnunquam pro brevi syllaba hanc praepositionem habuisse. Nam ne quis adstipuletur opinioni Fickii (Ilias p. 536 sqq.), solam formam integram εἰς vindicantis dictioni epicae, interpolatoribus vero tribuentis formam recentiorem ἐς, hoc potissimum obstat argumentum, quod interpolatores ex Ionica dialecto, quae ampliore forma εἰς uteretur, correptam formam adsciscere non potuerunt [2]). Veri simillimum est, scribendum esse εἰς sicubi sinant versuum numeri, quemadmodum Atticis quoque scriptoribus plenam formam εἰς certatim nunc tribuunt editores ex inscriptionum auctoritate [3]), licet Atticae Ionicaeque dialectis ἐς proprium fuisse dicant grammatici veteres. Non ἐς sed εἰς Aristophaneum esse dudum docuit metrum [4]), explosaque iam iacet pristina philologorum opinio, comicos ante consonas ἐς, ante vocales εἰς dixisse: quidni in textu Homerico constituendo eandem opinionem nihilo firmioribus argumentis ful-

---

[1]) Aliter rem expedivit G. Meyer[2] § 296: „Ein Nasal vor σ + Consonant schwindet „ohne Vocaldehnung..... So ist auch die Gestalt ἐς der Präposition εἰς aus ἐνς vor „Consonanten (z. B. ἐς τόν aus ἐνς τόν) hervorgegangen; dann ist diese Satzdoppel„form verallgemeinert und auch vor Vocalen angewendet worden."

[2]) Haud absurde coniecerit quispiam, locis ubi ἐς sequente vocali legitur in carminibus epicis olim fuisse ἐν Thessalorum Boeotiorum aliorum more accusativo iunctum. Cf. Cramer. Anecd. Oxon. I 169 ἡ ἐν κατὰ Βοιωτοὺς καὶ αἰτιατικῇ συντάσσεται, οὕτως γὰρ ἔχει καὶ τὸ παρὰ Πινδάρῳ (fr. 53) ·„ἴδετ' ἐν χορόν." Alibi quoque apud Pindarum ἐν = ἐς dictum reperitur, nec tamen constanter.

[3]) Vid. Meisterhans Gramm. d. att. Inschr.[2] p. 174 sq.: „Kurzes ἐς lässt sich nur „vom Standpunkt des Dorischen aus erklären ἐνς: ἐς = τόνς: τός. Dazu kommt „dass sich auf dorischen Inschriften ἐς bis gegen das Jahr 100 erhält. — In joni„schen Inschriften hört wie in den attischen, mit der Schreibweise ε = ει auch „die Orthographie ἐς auf (c. 350 v. Ch.)."

[4]) Post Porsonum Weckleinium (Cur. Epigr. p. 59 sq.) alios fuse id demonstravit S. Sobolewski, de praepositionum usu Aristophaneo 1890 p. 34 sqq.

tam aspernamur et inter inania commenta, quae ab ipso poeta refutentur, repellimus?

Aliena ab epica et omnino a poetica dictione est Atticorum praepositio ὡς = εἰς. Quod autem ϱ 218 in multis mscriptis legitur

ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον,

id si certum esset, versum in Attica sero natum esse argueret; sed nihil obstat quominus ἐς (εἰς) scribamus codicibus non invitis. Fortasse particula ὡς, unde versus incipit, erroris extitit causa.

5. Praepositioni ἐν saepe subiungitur iota, locativi (§ 48) signum. In textu tradito nonnusquam ἐν nunc legi ubi poeta ἐνί dici voluisset, credibile est; vid. ex. gr. *B* 661 τράφη ἐν, alii recte τράφ' ἐνί (cf. § 252). Itaque ex. gr. ι 535 pro εὗροι δ' ἐν πήματα Ϝοίκῳ nescio an praestet ἐνί, cf. Bekker Hom. Blätt. p. 145; sed incerta sunt talia, quae passim occurrunt, neque igitur temere sollicitanda; vid. LaRoche Hom. Unters. II p. 189 sqq. [1]) Cavendum tamen ne putemus primitivam formam ἐνί elisione vel recisione vocalis posterioris in monosyllabum ἐν abiisse; quae opinio et aliis argumentis refellitur et praepositionis εἰς, id est ἐν-ς, conformatione, quae priscam formam ἐν fuisse docet.

Quoniam, id quod accentus reiectus indicat, artissime cum vocabulo insequenti coalescit praepositio ἐν et pro prima huius vocabuli syllaba numeratur, metri causa produci potest ea ratione qua vocum Ϝεαρινός ἐλάτινος ξεφυρίη ἐπίτονος syllaba initialis sub ictu collocari potuit; vid. § 21. Itaque eadem lege tenentur ex. gr. ἐνόδιος atque ἐν ἀγορῇ. Praestat autem eiusmodi productiones, quae metro urgente sola vi ictus fiunt, scripto non indicare; minus recte igitur εἰνόδιος, εἰν ἀγορῇ etc. scribi solet, omnino autem reicienda est opinio eorum qui putarunt praepositionis ἐν novam formam εἰν, epenthesi quae dicitur soni iota natam, in epica lingua extitisse.

Metri causa ita ut diximus producta reperitur praepositio ἐν in vocibus ἐν ἀγορῇ *H* 382 etc., ἐν ἈϜιδαο *X* 52 etc., ἐν Ἰθάκῃ *β* 256 etc., ἐν Ἀρίμοισ' *B* 783 Hes. Theog. 304, [2]) ἐν Ἐρυθείῃ Hes. Theog.

---

[1]) „Ἐνί steht regelmässig im 5ten Fusse; im 1ten, 2ten und namentlich im 4ten Fusse „nur vor vocalisch anlautenden Wörtern [und Ϝ] und in der Anastrophe; vor Con„sonanten steht im 1ten, 2ten und 4ten Fuss regelmässig und im 3ten Fuss immer ἐν" (p. 144).

[2]) Perridiculo errore e tradita lectione *KINAΪMOIΣ* Vergilius effinxit Typhoei durum cubile *Inarime* Aen. IX 716.

988, *ἐν ἱερῇ* E 446, *ἐν ὕδατι* ι 392, *ἐν ἐλεοῖσι* ξ 432; in *ἐν ἑνὶ δίφρῳ* E 160 aut tres voces pro uno nomine sunt habitae, aut consona *σ* (*σεμς* § 91[1]) praepositioni producendae inserviit.

Separatim indicanda est vox *εἰν ἀλί* α 162 η 244 ι 25; hic enim qui *ἐν ἁλί* rescribat ultro textum corrumpat vitii immunem; nec tamen altera illa quam crepant praepositionis forma *εἰν* hic manifesta tenetur, sed ex *ἐν σαλί* prodiit *εἰναλί*. Itaque aut *ἐν σαλί* est scribendum — at vide quae obstent § 44[1] — aut acquiescendum in tradita scriptura *εἰν*, quae *positione* productam esse syllabam significat [1]). Idem fortasse valet de adiectivo composito *εἰνάλιος* (*δ* 448 etc.), vid. § 21.

Superest tractanda, quae sex locis extat, praepositionis *ἐνί* forma manifeste vitiosa [2]) *εἰνί*. Legitur Θ 199 *'σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ*, O 150 *ἕζετο δ' εἰνὶ θρόνῳ*, Φ 325 *ἔσταν δ' εἰνὶ θύρῃσι*, ι 417 *αὐτὸς δ' εἰνὶ θύρῃσι καθέζετο*, κ 310 *ἕστην δ' εἰνὶ θύρῃσι θεᾶς*, λ 256 *αὐτοῦ* (*αὐτόθι*) *δ' εἰνὶ θύρῃσι κατήσθιε*, itaque nonnisi in duabus vocibus *εἰνὶ θρόνῳ* et *εἰνὶ θύρῃσι* occurrit; quarum posterior in *ἐν προθύροισι* est mutanda testibus optimis codicibus Φ 325 et κ 310 (vid. etiam v. l. κ 220), pro altera conieci *'ἐν θώκῳ* coll. Θ 439 *β* 14 *ε* 3.

Arcadica huius praepositionis forma *ἰν* agnoscitur in voce *ἰγνύη* N 212 = *ἰν-γνύη* (*γόνυ*, cf. § 12), si vera haec est originatio (G. Meyer[2] § 58).

6. *ξύν*, *σύν*. Vid. § 33.

Cohaeret adiectivum *ξῡνός* (Att. *κοινός*), unde novum adiectivum *ξυνήιος* est derivatum *A* 124 Ψ 809; cf. *ξυνήων* Hes. Theog. 595, 601.

7. Praepositio *ὑπέρ* scribitur locis nonnullis *ὑπείρ*, ubi positione producta est syllaba posterior vi consonae σ, unde sequentis vocis stirps olim incipiebat. Reperiuntur *ὑπεὶρ ἅλα* (olim *ὑπὲρ σάλα*) Ψ 227 etc., *ὑπείρεχον*, *ὑπειροχος*, *Τπειροχος*, *Ὑπειροχίδης* (*ὑπερσ.*); cf. § 44[6] et supra sub n° 5 vox *εἰν ἁλί*.

Suspicionem movet, qui etymologiae ope explicari nequit, sonus

---

[1]) Cf. infra sub n° 7 *ὑπείρ ἅλα*. Sic etiam Hes. Op. 364, 407 *εἰν οἴκῳ* est in mscriptis, id est *ἰν Fοἰκῳ*.

[2]) Quae neque per *epenthesin* ex *ἰνί* potuit nasci, ut recte observat G. Meyer[2] p. 122, 1, neque, quod ipse Meyerus cum aliis suspicatus est, ex *ἰνί* et *εἰν* formis permixtis, nam *εἰν* formam nullam fuisse modo vidimus.

ει verbi *ὑπειρέβαλον* Ψ 687 [1]) et nominis proprii *Ὑπείρονα* *E* 144 (l. a. *Ὑπήνορα*, quod verum videtur).

§ 316. Indicandae hic sunt constructiones quaedam, dictioni epicae propriae, quae a recentioris aevi usu discrepant:

1. *ἀμφί* (ab eadem radice unde *ἀμφο-* et *ambo*) *utrâque, circa.* Cum *dativum* adsciscit, aut *locum* indicat, e. g.

ἀμφ' ὤμοισιν ἐδύσετο τεύχεα καλά, *Γ* 328.

aut *causam*, e. g.

μακρῇσ' ἐγχείῃσι μαχέσσοντ' ἀμφὶ γυναικί. *Γ* 254.

Accusativo iunctum semper locum (*circa*) significat, e. g.

ἀμφὶ δέ μιν Κρητῶν ἀγοὶ ἠγερέθονται. *Γ* 231.

Genitivum haec praepositio in lingua Homerica non adsciscit; recentiori debentur aetati *Π* 825 *πίδακος ἀμφ' ὀλίγης* et *Θ* 267 *ἀμφ' Ἄρεος φιλότητος*, ubi *πίδακι ... ὀλίγῃ* et *φιλότητα* videtur fuisse olim. Tertius accedit locus ex Bentlei certissima emendatione *B* 384 *εὖ δέ τις ἅρματος ἀμφὶ ϝιδών* (mscr. *ἀμφὶς ἰδών*); hic quoque dativus *ἅρματι* videtur esse revocandus. Nec non idem valet de composito — si modo composito, nam quominus praepositionem a verbo separemus nihil obstat — *ἀμφιμάχεσθαι* genitivum adsciscenti *O* 391 *Π* 496, 533 *Σ* 20.

Ab adverbio *ἀμφί utrâque* sive *circa* accurate distinguendum est adverbium *ἀμφίς separatim, seorsum*, e. g.

οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες *B* 13.
ἀθάνατοι φράζονται.

Genitivus est additus Θ 444 Ψ 893 ξ 352 *π* 267. Recte talibus locis *δίχα, χωρίς* appingi solet in scholiis.

Hinc de iis quae inter duas res hominesve *interposita* sunt usurpatur *Γ* 115 *H* 342. Suspecti vero sunt versus *I* 464 *Θ* 340 *Ω* 488 *γ* 486 Ξ 274 (= *O* 225), ubi idem quod *ἀμφί* valere voculam *ἀμφίς* concedendum est, si servanda est lectio tradita. Etiam *Λ* 559 pro *ἀμφὶς ἐάγη* legendum videtur *ἀμφιϝεϝάγῃ* (cf. § 158[24]).

In fine versuum (*E* 723 *Φ* 442 *ζ* 266 *η* 4 *ι* 399) non mscripta esse interroganda sed contextum, utrum *ἀμφί* an *ἀμφίς* sit scribendum, quivis opinor intellegit; pro *ἀμφὶς ἕκαστον* autem *Λ* 634, 748 legendum esse *ἀμφὶ ϝέκαστον* cum metrum docet tum sententia.

---

[1]) Unicum hunc locum alia ratione esse explicandum quam ceteros, ex pristina enim forma *ὑπειρι* natam esse iambicam *ὑπειρ*, non potui mihi persuadere.

2. Praepositio *ἀνά* cum *dativo* coniuncta ad rei alicuius *fastigium* indicandum usurpata est *A* 15 (= 374) *Θ* 441 *Ξ* 352 (= *O* 152) *Σ* 177 *λ* 128 (= *ψ* 275) *ω* 8.

Multo frequentius *accusativum* adsciscit *ἀνά*, cuius rei pervulgatae exempla afferri non est opus.

Genitivum nonnisi *β* 416 *ι* 177 *ο* 284 admittit.

3. Praepositio *διά per* ubi *genitivum* adiunctum habet, semper locali utitur notione, e. g. *Δ* 481 *δι' ὤμου*, nunquam instrumentum significat, ut apud posteros.

Etiam cum *accusativus* sequitur, plerumque localem vel, quae sponte hinc profluxit, temporalem habet significationem. Ex. gr.:

'βάν ῥ' ἴμεν' ὣς τε λέοντε δύω διὰ νύκτα μέλαιναν, *K* 297.
ἂμ φόνον, ἂν νέκυας, διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα [1]).
νύκτα δι' ὀρφναίην [2]). *K* 83.

Nonnunquam tamen causam efficientem indicat (*per, operâ*), e. g. *ϝὴν διὰ μαντοσύνην A* 72, *νικῆσαι δι' Ἀθήνην Θ* 520; causam moventem (*propter*) nonnisi *λ* 282 h. Ven. 208 *'γῆμεν ἑϝὸν διὰ κάλλος* et *ψ* 67 *δι' ἀτασθαλίας ἔπαθον κακόν* significat.

4. Praepositio *μετά accusativum dativum*que adsciscit in dictione Homerica.

Accusativus pluralis aut collectivi cum sequitur, *in mediam multitudinem* significat, e. g.

μετὰ δαίμονας ἄλλους. *A* 222.

Indicat igitur motus aliqui quorsum tendat. Interdum tamen per brachylogiam quandam de eo dicitur qui in loco quem petivit iam movetur, e. g. *καὶ τὰ μὲν αὐτὸς ἔπειτα 'φόρει μετὰ μῶλον Ἄρηος*, i. e. *cum in bellum proficisceretur gestare ea arma solebat itaque per medios hostes eis indutus versabatur.*

Etiam *appetendi* vel *anquirendi* notioni exprimendae inservit *μετά* cum accusativo, e. g.

μετὰ σέ. *K* 63.
ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν. *α* 184 [3]).

---

[1]) Sic passim legitur *διὰ δάμα* vel *δάματα*. Alienum ab Homero est *διὰ δάματος* vel *-των*.

[2]) *Temporalis* notio soli voci *διὰ νύκτα* (*ὀρφναίην, ἀνοφερήν, ἀμβροσίην* etc.) propria est.

[3]) Apud recentiores ita usurpari solet praepositio *ἐπί*, nec non epici cantores ipsi *B* 808 *M* 342 *γ* 421 *ω* 466 ita locuti sunt.

μετ' ἴχνια 'βαῖνε θεοῖο β 406.

Hinc *subsequendi* notio profluxit; multo tamen rarius in Homericis quam apud recentiores μετά vertendum est *pone*, *B* 674 *N* 492 etc.; vix ullus autem extat locus epicus, ubi de *tempore* sit intellegendum; e. g. Ψ 354 μετὰ τὸν δ' ἔλαχε non significat *tempore* sed *ordine* eum subsecutum esse; Ψ 226 Aurora μετὰ Luciferum surgere cum dicitur, per coelum eum sequi cogitanda est potius quam post eum oculis mortalium se ostendere. Sed nemo non sentit facillimum hinc fuisse transitum ad notionem vere temporalem, qua apud posteros praepositio μετά accusativo iuncta usa est; haec in hymno Mercurii demum (vs. 126, 297, 326) apparet. Vitio debetur μετὰ δαῖτας *post coenam* χ 352; pro μετὰ δαῖτα *Λ* 424 revocanda est Aristarchi lectio κατά.

Dativum (pluralium et collectivorum) adsciscit μετά de iis quae *in media multitudine* versantur vel fiunt, *inter* igitur significans; e. g.

μετὰ Ϝοῖσι φίλοισι α 19.

Nonnunquam etiam de iis quae par efficiunt dicitur: μετὰ... γένυσσι *Λ* 416, γαμφηλῇσι *N* 200, ποσσί *N* 579 *T* 110, χερσί *Λ* 4 etc., φρεσί *Δ* 245 etc., ἀμφοτέροισι *Δ* 16 etc. — Eadem praepositionis vis appareret in nomine inde derivato μέτασσαι, quo agnae *aetate mediae* designantur ι 221, nec non in adverbio quod ab Homero alienum est μεταξύ (cf. § 318[1]).

Genitivum praepositioni μετά veteres cantores non adiunxerunt; nam quibus locis reperitur, (l. a. *Λ* 51) *N* 700 (*P* 149?) *Φ* 458 (*Ω* 400?) κ 320 π 140 h. XIX 2, quin vitio debeatur vix videtur dubium; cf. quae ad singulos locos observavimus. In Theogonia semel legitur, in ceteris operibus Hesiodeis nusquam occurrit, neque in Hymnis maioribus, et omnino a dictione poetica aliena est haec constructio, cuius loco poetae inde ab Homero dicere solebant σύν (*coniunctim cum*, *comitantibus* vel *adiuvantibus*...) et ἅμα (*simul cum*); id quod primus animadvertit summaque diligentia comprobavit Ty. Mommsen, μετά, σύν und ἅμα bei den Epikern 1874, quae novis observationibus aucta iterum edidit in Beiträge zu der Lehre von den griechischen Präpositionen, 1886.

5. Praepositio περί ubi localem, quae primitus ei inest, notionem *circa* integram servavit, *accusativum* admittit, si non certus quidam locus est definiendus circa quem fiat actio vel motus, sed spatium aliquod in universum est indicandum, e. g. περὶ καλὰ ῥέεθρα... ἐπεφύκει Φ 352 *circa*, i. e. *in vicinia prope flumina*. Si vero de circum-

danda, cingenda, ambienda aliqua re sermo fit, necessarius est *dativus*, e. g. *περὶ χερσὶ δεσμὸν ἕηλα O* 19, *'σῖζ' ὀφθαλμὸς περὶ μόχλῳ ι* 394. *Genitivus* eodem sensu *ε* 68 et 180 est adhibitus.

Sed localis notio saepe in causalem *propter* abiit; tunc genitivum adsciscit, — e. g. *ἔριδος πέρι H* 301, post verba metuendi autem semel et iterum *dativum*, e. g. *ἔδϝεισε περὶ ξανθῷ Μενελάῳ K* 240.

Praeterea primitiva *ambiendi* vis peperit significationem *ab omni parte, prorsus, omnino, prae ceteris*, quemadmodum Latinae quoque voculae *per* tribuitur vis intensiva in compositis *permagnus, perficio* etc.; ex. gr.:

τῷ σε χρὴ περὶ μὲν φάσθαι ϝέπος ἠδ' ἐπακοῦσαι. *I* 100.
περὶ μὲν θείειν ταχὺν ἠδὲ μαχητήν. *Π* 186.

Talibus autem locis verum *adverbium* est *περί* (sunt qui *πέρι* scribant), nullum igitur casum sibi adiunctum habet. Sed addi potest genitivus comparationis (ablativus), e. g.

οἳ περὶ μὲν βουλὴν Δαναῶν, περὶ δ' ἔστε μάχεσθαι. *Λ* 258.
ὃς περὶ μὲν νόον ἐστὶ βροτῶν, περὶ δ' ἱρὰ θεοῖσι *α* 66.
ἀθανάτοισιν ἔδωκε.

quod genus loquendi in Atticis verbis *περιεῖναι, περιγίγνεσθαί τινος* superavit [1]). Interdum autem eiusmodi genitivus ex ipsa particula suspensus esse videtur, e. g.

κεῖνον ἄϝιστον ἐποίησαν περὶ πάντων. *α* 235.

Rectius tamen hunc quoque genitivum comparativum vocaveris.

Elisionem in epica dictione nihilo magis quam in Attica [2]) admittit praepositio *περί*. Sed in Aeolica Doricaque dialectis *περ* pro *περί* etiam ante consonas nihil habuit insoliti [3]), in Hesiodea autem Theogonia duae huiusmodi formae sunt traditae, vs. 678 *δεινὸν δὲ περίαχε* (nisi *περί-ϝαχε* distinguendum est ex Schulzii sententia, vid. § 229) et vs. 733 *περοίχεται* (ubi *πέριξ ἔχει* aut *περιτρέχει* fortasse fuit olim; l. a. *περίκεται, περίκειται*). — De particula *περ* cf. § 328[3].

6. Particula *ἄνα* cohortationis loco collocatur in loquendi formula *ἀλλ' ἄνα* = *quin surge*, plane ut apud nostrates *op dan!* E. g.:

---

[1]) Apud Homerum *περίειμι* extat *α* 248 *τ* 326, *περιγίγνομαι Ψ* 318 *ϑ* 102, 252, et in tmesi *Λ* 287 *περὶ πάντων ἴμμεναι ἄλλων*.

[2]) Quae in lingua Attica obtinuisse fertur exceptio unica huius legis, ut *περ-ιέναι, περ-ιών* pro *περι-ιέναι, περι-ιών* diceretur in comoedia Attica, ea non dubito quin librariorum aut grammaticorum debeatur erroribus.

[3]) Vid. Pind. Ol. VI 65 Pyth. IV 471 Nem. XI 51, CIG. 1064[7] (Kaibel Epigr. 870) *περ' ἰμεῖο*, nomina propria *Πέρκαλος Περφερής* Herodot. VI 65 IV 33.

ἀλλ' ἄνα, μὴ τάχα Fάστυ πυρὸς δηίοιο θέρηται. Z 331.

Item *I* 247 *Σ* 178 *σ* 13.

Post particulas ἔν(ι), ἔπι, πάρα non raro omittitur verbum ἐστί vel εἰσί, idem igitur quod ἔνεστι etc. valent. E. g.

ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἓν δ' ἵμερος, ἓν δ' ὀαριστύς. Ξ 216.
οὔ τοι ἔπι δFέος. *A* 515.
ἔρχεο· πάρ τοι ὁδός. *I* 48.

Etiam ὕπο fortasse ita est adhibitum uno loco:

μάλα πῖαρ ὑπ' οὐδας (cf. § 70[12]). ι 185 [1]).

Non vero huc referendus est μ 279 περί τοι μένος, non enim περίεστι (*supersit*) intellegendum sed περὶ i. e. *prae ceteris* τοί ἐστι μένος. Neque coniunctim cum praecedentibus est commemorandus *H* 168 ἂν δὲ Θόας i. e. *surrexit etiam Thoas*; non enim ἄν idem quod ἀνέστη hic valet, sed e versibus 162 sq. repetendum est verbum ὦρτο, perinde atque in vss. 164—167.

§ 317. Duas vel etiam tres praepositiones coniungere amat dictio epica ad ea quae describuntur vividius ante oculos ponenda. Qualibus locis alii in unam vocem (διεκ et similia) colligant praepositiones, alii singulis suum tribuunt accentum. Quae res vix ullius est momenti; nos cum videremus praepositiones in lingua Homerica priscam vim integriorem servasse quam apud posteros, satius duximus ibi quoque, ubi duae tresve deinceps sunt collocatae, separatim eas proferre. Exemplis sunto loci sequentes:

ἀμφὶ περὶ κρήνην. *B* 305. [2])
τυτθὸν ἀπὸ πρὸ νεῶν. *H* 334.
ὦρτο δι' ἐκ προθύρου. *O* 124.
παρ' ἐξ ὁδοῦ. *K* 349.

In verborum compositione eadem regnat ubertas, e. g.

πολὺ δ' ὕδωρ | καλὸν ὑπεκπρόρεεν. ζ 86.

quo verbo pulcherrime pingitur scaturigo subter saxa profluens [3]).

Iterata reperitur praepositio *X* 221 ϱ 525 προπροκυλινδόμενος (v. l. πρόχνυ κυλινδόμενος).

[1]) Vertatur igitur: *valde pingue solum subest*. Sed si *substantivum* h. l. esse πῖαρ sumimus, iungenda sunt ὑπ' οὐδας (*sub solo*, ut *T* 259 alibi) *est pinguedo*; quam explicationem commendat vocis οὐδας, quae *superficiem soli*, non terrae interiora solet significare, proprietas.

[2]) Cum praepositionum ἀμφί et περί iunctura conferri potest vox Cretica περιαμπέτεξ *circum* OIG. 2554[109, 115, 138, 144], cf. ἀμπέτεξ ibid.[118].

[3]) Notabile est praepositionum par, quae apud Homerum coniunctae non occurrunt, πρό πάρ: Hes. Theog. 518 πρὸ παρ' Ἑσπερίδων. Cf. adverbium προπάροιθε § 318[6].

§ 318. Ex adverbiis genitivum regentibus, quae significatione praepositionibus sunt cognata, licet verborum compositioni nunquam inserviant, commemoranda sunt quae sequuntur:

1. ἄγχι *prope*. De compar. ἄσσον vel ἀσσοτέρω et superl. ἄγχιστον ἄγχιστα vid. § 89.

Saepe adverbialiter sine genitivo adhibitum est, e. g. ἄγχι παρασταί *H* 188. Talibus locis verbo addi potest *dativus pronominis*, e. g. τάχα δέ σφισιν ἄγχ' ἐγένοντο Ψ 447, item *Z* 405 *Π* 852 *T* 283, 449 etc. [1]).

Composita sunt ἀγχίαλος, ἀγχιβαθής, ἀγχίμαχος (mss. ἀγχέμ.) vel ἀγχιμαχητής, ἀγχίθεος, ἀγχίμολον, ἀγχίνοος, derivantur ἀγχιστῖνος et ἐπασσύτερος.

In textu tradito perperam pro ἄγχι quorundam versuum initio legitur ἀγχοῦ. Quod vitium peperit pronominis dativus ϝοι elisus (cf. § 18 pag. 70 sq.); nam cum poetae dixissent ἄγχι δέ ϝ'(οι) ἱστάμενος vel ἱσταμένη, postea evanescente littera Aeolica hiatus oriri visus est, tum vero vetustae formae ἄγχι, quae metrum violare videbatur, substituta est longior et recentior ἀγχοῦ [2]), ita ut Homerus ἀγχοῦ ἱστάμενος dixisse iam crederetur et ἄγχι στάς, quasi praesentis aoristique discrimen hac in re ullius potuisset esse momenti. Rescripsimus ἄγχι δέ ϝ' pro ἀγχοῦ δ' *B* 172, 790 *Γ* 129 *Δ* 92, 203 *E* 123 *Λ* 199 *N* 462, 768 Ξ 356 *O* 173, 243 *Π* 537 *P* 684 *Σ* 169 *X* 215, 228 Ω 87 δ 25 ε 159 ο 9 ϱ 349, 552 χ 100 h. Cer. 347. Praeterea pro ἀγχοῦ δὲ ξύμβλητο Ω 709 legatur ἄγχι δέ ϝοι et ζ 5 ϱ 526 (= τ 271) pro ἀγχοῦ olim ἐγγύθι (§ 322) fuisse satis certum duco.

Nec melioris notae in Homericis est tertia forma ἀγχόθι [3]), quae legitur Ξ 412 ἀγχόθι δειρῆς, ubi ἐγγύθι rescribi malim, Ψ 762 ἀγχόθι δ' ἴσχει, leg. ἄγχι δέ ϝ'(ε) ἴσχει, ν 103 ἀγχόθι δ' αὐτῆς, ubi vera videtur l. a. ἐγγύθι.

Ab eadem stirpe ductum est ἀγκᾶς § 324[11], quod pro dativo plurali ἀγκάσι sunt qui habeant, qua de re vid. § 84[8].

2. μέχρι *N* 148, μέχρις (an μέχρι?) Ω 128.
ἄχρι σ 370.

---

[1]) Idem dativus adverbiis πρόσθε et ὄπισθε in epica lingua potest sociari, e. g. πρόσθε δέ ϝοι δόρυ τ' ἴσχε καὶ ἀσπίδα *E* 300, ubi vid. Arist.; item *O* 451 *P* 7. Nec non σχεδόν constanter ita construitur, e. g. ὃ δέ ϝοι σχεδὸν ἦλθε ποδηνέμας Φ 64.

[2]) Aliud fulcrum metro ruenti admotum est κ 377: ἀγχοῦ δ' ἱσταμένη] ἴνα δὲ „ἄγχι παριστα μένη".

[3]) Quam pro ἀγχοῦ constanter invexit Nauck.

Tribus his locis genitivus accedit. Adverbii vero locum obtinet *ἄχρῐς prorsus* Δ 522 Π 824 Ρ 599.

Tertia eaque rarissima particula *μέσφα* terminum ad quem indicat Θ 508 *μέσφ' ἠόος*, redit autem in parte codicum τ 223 = ω 310 *μέσφ' ὅτε*, ubi vulgo legitur *ἐξ οὗ*. Hinc credibile videtur pluribus locis epicis olim lectam fuisse particulam *μέσφα*, quae Aeolica vocatur a grammaticis, legitur autem (?) in inscriptione Pamphylica 1267[28] Collitz; idem est *μέσποδί κε* in Thessalico titulo 345[13] Coll. [1]) et *μέσσ' ἄν* in Arcadico 1222[10] Coll. — Ex Homero vocem *μέσφα* desumserunt Alexandrini: Aratus Phaen. 599, 725, 807, Apollonius Rhod. II 1227, 1258 IV 337, Callimachus h. Dian. 195 Del. 47 Lavacr. Pall. 55 h. Cer. 93, 112, 129, fr. 220 et bis in Hecales fragmentis nuper detectis, Theocritus II 144.

3. *ἰθῠς rectā* Α 289 Μ 330 etc., Att. *εὐθῠ́*. — Adiectivi *ἰθύς rectus* legitur femininum *ἰθεῖα* Ψ 580, *ἰθείῃσι* h. Cer. 152, neutrum Ξ 403 *πρὸς ἰθύ*, Τ 99 *ἰθὺ βέλος*, cum superlativo *ἰθύντατα* Σ 508, cuius elementum *ν* in verbo *ἰθύνω* (Δ 132 etc.) redit [2]).

4. *με(σ)σηγῠ́(ς)*, cf. § 36. Epica haec est vox, cuius locum apud Atticos obtinet *μεταξῠ́*, quod in textu tradito Α 156 legitur, ubi Bekker Homericum *μεσηγύ* restituit [3]).

Cum adiectivo *μέ(σ)σος* hanc particulam cohaerere certum est; sed terminatio *-ηγυ(ς)* quam habeat originem non constat.

Idem valet *μέταξε* Hes. Oper. 394 *τὰ μέταξε* ex Herodiani lectione, ubi mss. habent *τὰ μεταξύ*. E coniectura Schneidewin *τὰ μέταξε* restituebat h. Merc. 125, ubi in mss. est *τάμετ' ἄσσα* (*ἆσσα*) vel *τὰ μέτασσα*; locus est obscurus et manifeste corruptus.

5. *ἄντᾰ ante, contra, exadversus* (cum compositis *ἄναντα*, *ἔναντα*, *εἴσαντα*, *κάταντα*, *πάραντα*). — Idem valet, nisi quod casum non admittit, adverbium *ἄντην coram* Α 187 etc.

---

[1]) In tertii saeculi hoc titulo eadem et in Larisaea dialecto et in vulgari Graecorum lingua expressa leguntur; redditur autem *μέσποδί κε* particulis *ἕως ἄν*. Apte G. Meyer[2] § 10 ann. 8 comparat praepositionem, qua Lesbii Boeotii Cretenses Argivi usi sunt, *ποδά* = *μετά* (*ποδάορος* = *μετέωρος*), hanc autem vocis *πούς* casum instrumentalem esse suspicati sunt viri docti.

[2]) Non est confundendum cum adiectivo vel adverbio *ἰθῠ́ς* substantivum *ἰθύς* (Ζ 79 etc.).

[3]) Atticae particulae *μεταξύ* conformatione cognatum est adiectivum *μέτασσαι* (i. e. *μέτακ-jαι*) ι 221 *mediae aetatis agnae*; cf. pag. 589.

Derivatum est adiectivum *ἀντίος, ἐναντίος*, cuius neutrum *ἀντίον* vel *ἀντία* passim adverbii loco = *exadversus*, eodem igitur sensu quo *ἄντα*, usurpatur. Cf. etiam *ἄντικρυς* § 31[4].

De verbis ab eadem stirpe ductis *ἄντομαι ἀντάω ἀντιάω* vid. § 211[5].

Praepositio *ἀντί* rara est in Homericis nec nisi tralata significatione, ut apud posteros, adhibetur, *instar* enim valet; legitur Θ 163 *I* 116 *N* 447 Ξ 471 Φ 75 Ψ 650 Ω 254 Φ 546 *υ* 307 *χ* 290 h. Ven. 29 Cer. 495, verborum autem compositioni nonnisi in verbo *ἀντιφέρεσθαι* (*Λ* 589 etc.) inservit (nam decomposita sunt *ἀντιβολέω* et *ἀντιτορέω*).

6. *προπάροιθε(ν) prae, ante.* A loco ad tempus tralata est particula *λ* 483, fortasse etiam (sic certe Aristarchus opinatus est) *K* 476 *Λ* 734 (*X* 197?).

Diphthongus *οι* debetur locativi signo *ι*; cf. comparativus *παροίτερος* § 88[13]. Cum praepositione *προ-* componendum est *προπάρ* Hes. Theog. 518 (cf. § 317).

7. *ἄτερ Λ* 498 etc. [1]), = *ἄνευ*, quod item apud Homerum extat *N* 556 etc.; hinc *ἄνευθε(ν)* sive *ἀπάνευθε(ν)*. — Derivatur *ἀπάτερθε(ν) B* 587 *E* 445 *Σ* 217.

8. *Fεκάς procul I* 246 etc., cum compar. *Fεκαστέρω η* 321, *Fεκαστάτω K* 113 (cf. § 89).

Hinc *Fέκάθεν e longinquo B* 456 *N* 179 *Π* 634 *ρ* 25.

De compositis cf. § 41[18].

Idem valet *νόσφϊ(ν) Λ* 349 etc. — Hinc ductum est verbum *νοσφίζομαι removere se*, Ψ 98 etc.

9. *Fέκητι* (dativusne?) *o* 319 *τ* 86 *υ* 42 *voluntate, ἀFέκητι invito* ... *Z* 268 etc.

Cohaerent *Fέκηλος, Fεκών, ἀFέκων, ἀFεκαζόμενος* (§ 41[21]). Vid. etiam *εἵνεκα*, n° 11.

10. Cum praecedentibus particulis coniunctim commemorandum est substantivum *δέμας* (§ 72[5] et 262), hoc enim praepositionis

---

[1]) Semper praecedit casum suum, nisi recte coniecit Naber pro *δακρύσας ἰειρων ἄφαρ ἧστο Λ* 349 legendum esse *ἄτερ*, quae perplacet coniectura; vHerwerden *ἄπ' ἄρ'*.

vice fungitur in loquendi formula ὣς οἳ μὲν ᾽μάρναντο δέμας πυρὸς (αἰθομένοιο) *Λ* 596 *N* 673 *P* 366 *Σ* 1. Eadem igitur ratione est adhibitum qua Atticum *δίκην*.

11. Particulae ἕνεκα forma integrior εἵνεκα (ex ἔν-ϝεκα nata, videntur enim cohaerere ϝέκητι, ϝεκών) aliquanto est frequentior; cf. § 38.

Ex τοῦ ἕνεκα et οὗ ἕνεκα (i. e. τοῦ ἕνεκα ὅ attractione decurtatum) nata sunt τούνεκα *ideo* et οὕνεκα *quoniam*, sive aphaeresis haec est soni ε (τοῦ ᾽νεκα, οὗ ᾽νεκα), sive alia ratione hae formae sunt explicandae, quae nondum ad liquidum potuerunt perduci; vid. pag. 51. — E. g.

τούνεκ᾽ ἄρ᾽ ἄλγε᾽ ἔδωκε ϝεκηβόλος ἠδ᾽ ἔτι δώσει. *Λ* 96.
οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμασεν ἀρητῆρα. *Α* 11.

Nonnullis locis οὕνεκα nihil nisi ὅτι *quod* significat post verba *dicendi* et *sciendi*: *Λ* 21 (?) ε 216 η 300 ν 309 ο 42 π 330, 379 Hes. Theog. 464.

CAPUT II.

De adverbiis.

§ 319. Adverbiorum in -ως desinentium parcus in lingua epica est usus. Nec mirum. Primitus enim non nisi a stirpibus, quas claudit sonus *o*, duci potuit casus [1]) in -ω(ς) exiens: αἰνός-αἰνῶς, ὅς-ὥς ὧδε, πρότερος-προτέρω etc.; analogia deinde effecit ut suffixi loco haberetur syllaba -ως variisque adiectivorum stirpibus subiungeretur, e. g. λιγέως (λιγύς), ἀσφαλέως (ἀσφαλής), πάντως (πᾶς). In Homeri lingua huiusmodi adverbia rara sunt, et longe plurima adverbia in -ως desinentia ab adiectivis in -ος sunt ducta. Saepe adverbii loco usurpatur *adiectivi neutrum* [2]) singularis vel etiam pluralis numeri. E. g.

---

[1]) Ablativusne hic fuerit, qui in -ōϝ desinebat, an instrumentalis in ō exiens, dubitatur; neque constat unde natum sit sigma finale. Cf. Monro Hom. Gramm.[2] pag. 96 et 152.

[2]) Hinc medicina parata est formae parum Homericae θεοὶ φαίνονται ἐναργεῖς *Υ* 131 η 201 π 161: legatur ἐναργές (sic Fick).

μέγ' ἐμεῖο ποθὴν ἀπεόντος ἔχουσι. Z 362.
οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἔνθεο θυμῷ. Z 326.

Adverbiis vero καλῶς et μεγάλως [1]) Homerus aut nunquam usus est aut rarissime, neque ab adiectivis pervulgatis ϝῖσος, δϝεινός, βαρύς, ὠκύς etc. ducuntur adverbia. Huc illuc autem e recentiore lingua irrepsisse adverbia in -ως, ubi poetae more vetusto neutrum adiectivi collocassent, testatur metrum δ 419, 459 ἀστεμφέ͜ως, ε 98 τ 269 h. Cer. 71 νημερτέ͜ως, ubi ἀστεμφές et νημερτές correximus; vid. § 8. Etiam ἀικῶς X 336 (v. l. κακῶς) errori debetur. Pro φίλως, quod uno loco Δ 347 legitur, quin restituendum sit φίλον vix dubito; pro καλῶς β 63 (alias non extat) rescribendum esse καλά vidit Heyne; ταχέως nonnisi Ψ 365 reperitur, etc.

Separatim hic commemorandum est adverbium ὁμῶς *pariter*, a nomine ὁμός *idem* (§ 98), unde etiam adverbia ὁμόθεν ε 477 h. Ven. 135 Hes. Oper. 108, ὁμοῦ (nunquam ὁμόθι), ὁμόσε M 24 et adiectivum ὁμοῖος vel ὁμοίιος [2]) ducta sunt, nec non ὁμαρτῇ cum verbo ὁμαρτέω novoque adverbio ὁμαρτήδην N 584 [3]). — Apud posteros particula ὁμῶς accentu mutato abiit in significationem quae apud Homerum propria est voculae ἔμπης *tamen* (§ 324[14]). Quod vero etiam in epicis carminibus traditum est ὅμως *tamen* M 393 λ 565 Hes. Oper. 20, errori id debetur, cf. Lehrs Arist.[2] p. 156 sq.; primo loco revocandum duco ἔμπης, ceteris ὁμῶς *pariter* aptum videtur.

§ 320. Notatu digna sunt quae in -ᾰ desinunt adverbia sequentia:

1. αἶψα *subito*, ῥίμφᾰ *rapide*, τάχᾰ *mox* [4]), ὦκα *celeriter*.
2. θᾰμᾰ́ *identidem*.
3. λίγᾰ *clare*.
4. ἄντᾰ *exadversus*. Etiam praepositionis munere fungitur adscito genitivo; cf. § 318[5].

---

[1]) Legitur μεγάλως P 723 π 432, et adverbium hinc ductum μεγαλωστί usurpatum est in locutione μέγας μεγαλωστί Π 776 (= ω 40) Σ 26.

[2]) Hoc in ὀλοίιος (ὀλώιος) mutabat Nauck, cf. pag. 503, 1; alii ὀμ(ο)ίιος scribendum esse putant, vertentes *cruentum* et cum Indica voce *amīva aerumna* et Graeca ὠμός componentes.

[3]) Aristarch. ἁμαρτή, alii ἁμαρτῇ, ἁμαρτήδην, ἁμαρτέω. Cf. Herodae Mimiamb. IV 95 V 43 Eurip. fr. 680 Nauck. Non ἅμα sed ὁμο- esse praefixum Aeolica forma ὑμάρτη videtur docere; neque sana ratio sinit me iudice, verbo ὁμαρτέω sonum ὁ- tribui, adverbiis ἀ-.

[4]) Attica constructio, qua τάχα idem quod ἴσως *fortasse* valet, ab epica lingua est aliena.

5. *κρύφᾰ clam*, cum formis productis *κρύβδᾰ*, *κρύβδην*, *κρυφηδόν*.
6. *ἀμφᾰδᾰ́*, *ἀμφᾰδόν*, *ἀμφᾰδίην palam*.
7. *αὐτοσχεδᾰ́*, *αὐτοσχεδόν*, *αὐτοσχεδίην cominus*. Cf. *σχεδόν* § 324[3].
8. *ἦκα leniter* (vid. § 41[28]).
9. *ἀτρέμᾰ(ς) quiete*. Cf. Atticum *ἠρέμα*.
10. *πύκᾰ firmiter*. Cf. *πυκάζω*, *πυκ(ι)νός*.
11. *μίγδᾰ*, *μίγδην permixtim*.
12. *ῥεῖα* (*ῥᾳ̃α*?) *facile*, vid. § 88[1].
13. *σάφᾰ clare*. Cf. adiectivum Atticum *σᾰφής*.

Haec quoque adverbia e plurali numero neutrius generis esse nata docent *τάχα ὦκα θαμά λίγα*, quae cum adiectivis *ταχύς*, *ὠκύς*, *θαμύς*, *λιγύς* cohaerent; cf. *αἰπά* neutrum plurale adiectivi *αἰπύς*, § 75 pag. 229. Brevissimae igitur formae stirpis (*ἄντ-α*, *κρύφ-α*, *σάφ-α* etc.) subiectam esse terminationem *-α* apparet.

§ 321. Eiusdem conformationis est adverbium vulgatissimum *μάλα* (*μᾶλλον*, *μάλιστα*). Positivus non solum adiectivis adverbiisque, ut postea mos fuit, a cantoribus epicis additur, sed inservit etiam ad verbi totiusque enunciati vim augendam. E. g.

οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται οὔτε ποτ' ὄμβρῳ *ζ* 43.
δεύεται οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
πέπταται ἀννέφελος.
ὅττι μάλ' οὐ δϜηναιὸς ὃς ἀθανάτοισι μάχηται. *E* 407.

Praesertim voculae *ἤ* ita subiungitur, saepe addita tertia particula *δή*, e. g.

ὦ πόποι, ἦ μάλα δή με θεοὶ θάνατόνδ' ἐκάλεσσαν. *X* 297.

Etiam apud Atticos permansit mos particulam *μάλα* aliis quibusdam particulis ita sociandi: *αὐτίκα μάλα sic statim*, *καὶ μάλα* (*καὶ ἔτι μάλα*) *atque adeo*, *οὐ μάλα* vel *πώμαλα* (id est *οὔπω μάλα*) *minime*.

§ 322. Ex adverbiis loci hic sunt nominanda:

I. Quae in *-θε(ν)* desinunt (vid. § 47). Singula enumerare inutile videtur.

II. Quae in *-θι* exeunt (vid. § 48):

1. *πόθι ubi*, Att. *ποῦ*.
2. *τόθι ibi* o 239 (?) saepiusque apud Pindarum, Pyth. IX 104 etc. [1]).

[1]) Apud Pindarum etiam *τοὐτάκις* = *τότε* legitur. — Idem quod *τόθι* valet *τεῖδε* (sic Bergk e scholiis pro *τῇδε*) Hes. Oper. 635.

3. *ποθΐ alicubi*, Att. *που*.
4. *ὅθι ubi*, Att. *οὗ*.
5. *κεῖθι ibi*, Att. *ἐκεῖ* [1]).
6. *αὖθι* vel *αὐτόθι illic*, Att. *αὐτόθι* vel *αὐτοῦ*.

Periculum fuisse ne inter se confunderentur *αὖθι* (quod post elisionem fit *αὖθ'*, e. g. *Λ* 48 *σ* 48) et *αὖτις* sive *αὖτε rursus* (post elisionem *αὖτ'*, aut si sequatur spiritus asper, *αὖθ'*, e. g. *Λ* 370), quod posteri *αὖθις* dicebant, cum quivis per se intellegit tum testatur Callimachi error quem oblivioni eripuit Ammonius p. 27 Valcken.: *κακῶς οὖν Καλλίμαχός φησι· „αὖθι τόδ' ἐκδύοιμι" ἀντὶ τοῦ μετὰ ταῦτα.*

7. *ἄλλοθι alibi*, sic etiam Athenienses.
8. *ἑκάστοθι ubique.*
9. *ὑψόθι* vel *ὕψι alte*, Att. *ὑψοῦ*.
10. *τηλόθι* vel *τῆλε procul*, Att. *τηλοῦ*.
11. *ἐγγύθι* vel *ἐγγύς prope*, Att. *ἐγγύς*. — De dubia voce *ἀγχόθι* (*ἀγχοῦ*) pro *ἄγχι* vid. § 318[1].
12. *ἔνδοθι intus*, Att. *ἔνδον* (Doric. *ἐνδοῖ*).
13. *ἔκτοθι extra*, Att. *ἐκτός*.
14. *νειόθι Φ* 317 *infra* (*in imo...*) [2]).

In textu tradito etiam vulgatae formae *ποῦ που αὐτοῦ ὑψοῦ τηλοῦ ἀγχοῦ* satis sunt frequentes, sed ibi demum ferendas esse unde salvo metro removeri nequeant docet ratio. De adverbio *ἀγχοῦ* quid sit statuendum, supra (§ 318[1]) apparuit. Multum praeterea ad persuadendum valent loci sequentes:

B 332 *αὐτοῦ, εἰς ὅ κε Ϝάστυ* etc., immo *αὐτόθι*, ne ruat metrum; vid. § 14 pag. 74.

Δ 292 (= 364) *ὣς Ϝειπὼν τοὺς μὲν 'λίπεν αὐτοῦ, 'βῆ δὲ μετ' ἄλλους*, immo *αὐτόθι*, vid. § 3 pag. 15.

ν 249 *τήν περ τηλοῦ φασιν Ἀχαιΐδος ἔμμεναι αἴης*, immo *τηλόθι*, vid. § 3 pag. 16.

T 403 *μηδ' ὡς Πάτροκλον 'λίπετ' αὐτοῦ τεθνειῶτα* (*τεθνη.*). Sic Syr. A, sed *αὐτόθι* scribendum esse apparet coll. § 2 pag. 6, idque est in mscriptis compluribus.

Ω 678 eadem res est. In mscriptis plerisque legitur sine vitio *οἵ*

---

[1]) *τηνόθι* Theocrit. VIII 44. — Errori debetur *ἐκεῖθι ϱ* 10, ubi pro *ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι* leg. *ὄφρα κε κεῖθι*, cf. § 97 pag. 268.

[2]) Ex Apollonio Rhodio addi potest *οἰόθι* III 945 IV 1046, 1270, 1401, quod adverbium ad imitationem Homerici *οἰόθεν* (*οἶος*) est conflctum (cf. § 47).

μὲν ἄρ' ἐν προδόμῳ δόμου ἀυτόθι 'κοιμήσαντο, papyrus tamen Bankesianus praebet *αὐτοῦ*.

N 564 *καὶ τὸ μὲν αὐτοῦ 'μεῖνε*, sed id quod malis extat loco parallelo *δ* 508 *καὶ τὸ μὲν αὐτόθι 'μεῖνε* (*αὐτόθ' ἔμεινε*).

σ 190 *αὐτοῦ ἐνὶ κλιντῆρι τέως*. Ut *τῆος* restitui posset forma epica (cf. § 323[3]), dedimus *αὖθ' ἐν κλιντῆρι. τῆος*.

Talium igitur versuum ad exemplum vetustae horum adverbiorum formae revocandae sunt locis quales hi sunt:

Λ 428 *ὣς ἄρα φωνήσας ἀπεβήσετο, τὸν δ' ἔλιπ' αὐτοῦ*. Leg. *αὖθι*.

δ 639 *ἐς Πύλον οἴχεσθαι Νηλήιον, ἀλλά που αὐτοῦ*. Leg. *ποθ' αὖθι*.

III. Tertia hic commemoranda sunt adverbia quae in *-σε* desinunt (vid. § 49): *πόσε, ὁππόσε* ξ 139, *κεῖσε, ὁμόσε* (vid. § 98), *ἄλλοσε* ψ 184, *ἀμφοτέρωσε, ἑτέρωσε, πάντοσε, κυκλόσε, ὑψόσε, τηλόσε*.

De adverbiis in *-δις* vid. § 49, item de adverbio *ἐνθάδε huc* (= Att. *δεῦρο*).

§ 323. Adverbiis correlativis aliunde cognitis in dictione epica accedunt sequentia:

1. *τῆμος*[1] ... *ἦμος tum ... cum* (= *ὅτε ... τότε*). E. g.
ἦ μ ο ς δ' ἠριγένεια 'φάνη ῥοδοδάκτυλος 'Ἠώς, Ω 788.
τ ῆ μ ο ς ἄρ' ἀμφὶ πυρὴν κλυτοῦ Ἕκτορος ἤγρετο λαός.

Utrumque adv. etiam extra correlationem potuit usurpari; *τῆμος* *η* 318 *ν* 95, *ἦμος Λ* 475 etc. — Cognata videntur *τῆος ἦος*, cf. infra.

2. *τόφρᾰ ... ὄφρᾰ tamdiu ... quamdiu*, e. g.
ὄ φ ρ α μὲν οὖν Μελέαγρος Ἄρηι φίλος 'πολέμιζε, *I* 550 sq.
τ ό φ ρ α δὲ Κουρήτεσσι κακῶς ἦν.

vel *tamdiu ... donec*, e. g.
τ ό φ ρ α δ' ἐπὶ Τρώεσσι τίθει κράτος, ὄ φ ρ α κ' Ἀχαιοὶ *Λ* 509 sq.
υἱὸν ἐμὸν τίσωσιν[2]),

vel *interim ... dum*, e. g.
ὄ φ ρ α τοὶ ἀμφεπένοντο βοὴν ἀγαθὸν Μενέλαον, *Δ* 220 sq.
τ ό φ ρ α δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἦλυθον ἀσπιστάων.

Utraque vox etiam extra correlationem saepius usurpata est.

---

[1]) *τημοῦτος* Hes. Oper. 576, *τημόσδε* Arat. Phaen. 473.

[2]) Subiunctivo additur particula *κε*, optativo non item; corrupti sunt *ρ* 298 (*ὄφρ' ἂν ἄγοιεν*, l. a. *ὄφρ' ἀνάγοιεν*, an *ἦος ἄγοιεν*?) et *ω* 334 *ὄφρ' ἂν ἱλοίμην* l. a. *ὄφρ' ἀνιλοίμην*); cf. § 326.

Etiam coniunctionis finalis fungitur partibus *ὄφρα ut*, qua de re cf. § 326[3].

8. *τῆος ... ἦος tamdiu ... quamdiu*, Att. *τέως ... ἕως*. E. g.

ἦος μέν ῥ' ἀπάνευθε θεοὶ θνητῶν ἔσαν ἀνδρῶν, *T* 41 sq.
τῆος Ἀχαιοὶ μὲν μέγ' ἐκύδανον.

Et subiunctivus post *ἦός κε* et optativus post *ἦος* satis sunt vulgati; corruptum rati *β* 78 *ἦός κε ... δοθείη* delevimus voculam *κε*.

Ubi voculae *τῆος* non respondet relativum *ἦος*, significat *aliquantisper*, perinde atque Atticum *τέως*. E. g.

ὣς Δαναοὶ τῆος μὲν ὁμιλαδὸν αἰὲν ἔποντο. *O* 277.

Vox *ἦος* extra correlationem saepe usurpatur. Paucis Odysseae locis coniunctionis finalis *ut* munus obit, vid. § 326[4].

In textu tradito mira et vere infanda perpessae sunt particulae *τῆος* et *ἦος*, neque ullo loco integram suam servarunt formam, quam e coniectura hoc demum saeculo eis restituerunt philologi. Nempe *τέως* et *ἕως* in mscriptis passim exarata sunt, quantumvis metro invito; exemplo sit versus notissimus (*A* 193 etc.)

ἕως ὃ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν.

Qualibus locis particulam *ἕως* per synizesin monosyllabam factam, pronomen autem quod sequitur *ὃ* nescio quas ob causas productum esse, olim sibi persuadebant viri docti, et vixdum intermortua dici potest ea opinio, quantumvis absurda. Videantur, si tanti est, Heyne ad *A* 193 vel quae Nitzsch hac de re collegit ad *ε* 365. Non tamen defuerunt qui sanae menti auriumque iudicio plus tribuerent quam litteris traditis, e quibus primus nominandus est Reiz, ut docuit A. Ludwich Wochenschr. f. klass. Philol. 1890 S. 6 (Kühner-Blass I Berichtigungen p. 641). Deinde G. Hermann Elem. doctr. metr. p. 58, P. Knight Proleg. p. 83, Hoffmann Quaest. Hom. I p. 108 sq., G. Curtius in Rhein. Mus. 1846 p. 242 sq., Ahrens in Philologo 1879 p. 215 sq. (= kl. Schr. I. p. 295 sq.), Nauck Mél. Gréco-Rom. II p. 411 sqq., Christ Prolegom. p. 113, alii rem clariore etiam in luce posuerunt, nec iam qui argumenta prolata consideraverit ipsumve poetam interrogaverit, — hic enim sufficit ad controversiam hanc dirimendam — potest dubitare quin *trochaicae*, non *iambicae* (vel spondiacae) in lingua epica hae duae particulae fuerint, transscriptores autem vetusta signa *HEOΣ* et *TEOΣ* pro imperitia sua ita fuerint interpretati ut suetas voces *ἕως* et *τέως* legere sibi viderentur. Accedit linguae Indicae testimonium, in qua *yávat* sonat particula *ἦος*;

accedit, quod utilius etiam est, testimonium dialecti Doricae, quae in monosyllabum ἅς eam contraxit, Ar. Lys. 173, Theocrit. II 60 XIV 70 XXIX 20 (XXX 5 item τᾶς = τᾶος τῆος ?), Epicharm. p. 228 Lorentz, saepius in tabulis Gortyniis et Delphicis et Heracleensibus, item in inscriptionibus Boeotiis 382[3], 385, 391, 395, 401, 406, 811 Collitz etc. (contulerim etiam ϝϝαις ξᾶν Cypr. 60 A[3] B[23, 28] Coll.). Disyllaba forma τάως = τέως apud Hesychium Cretensibus tribuitur, quam ex τᾶος corruptam esse suspicari licet. Itaque patet in novum errorem incidisse qui formas εἶος et τεῖος Homero restitutum iverunt, quae formae neque mscriptorum munitae sunt auctoritate neque melioris sunt notae quam *βείομεν εἴαται ἔπεια*.

Plerisque autem locis trochaicas formas aut poscit metrum aut admittit [1]). Nonnulli tamen leviter refingendi sunt, quos iam recensebo:

T 189 *μιμνέτω αὖθι τέως περ* (leg. *τῆος μιμνέτω αὖθι*, Aristarchum particulam *περ* omisisse referunt scholia), *κ* 348 *ο* 231 *π* 370 *ω* 162 *τέως μὲν* (leg. *τῆος*), *ε* 123 *ἕως μιν ἐν* (leg. *ἧος ἐν*), *ε* 386 *ἕως ὅ γε* (leg. *ἧος ὅ*), *ν* 315 *ο* 158 *ἕως ἐνὶ* (leg. *ἧος ἐνὶ*), *ϱ* 358 *ἕως ὅτ'* (leg. *ἧος*), *τ* 530 *ἕως μὲν* (leg. *ἧος*). Pro *ὄφρα τέως Ω* 658 videtur legendum esse *ὡς τῆος*, pro *ἀπαιτίζοντες ἕως β* 78 rescripsimus *ἀπαιτίζονθ' ἧος* (de duobus enim sermo est), pro *αὐτοῦ ἐνὶ κλιντῆρι. τέως σ* 190 autem *αὖθ' ἐν κλιντῆρι. τῆος* (cf. § 322).

Pro *ἕως* non *ἧος* sed *τῆος* legendum est *P* 727 *ἕως μὲν γάϱ τε* (leg. *τῆος μέν ϱα*) et *β* 148 *τὼ δ' ἕως μέν ϱ' ἐπέτοντο* (leg. *τῆος μέν ϱ' ἐπέτοντο*) [2]). Pro *τέως* vero *ἧος* malo h. Cer. 138 *τέκνα τέως* (sic Ruhnkenius, ms. *τέων*, leg. *τέκν' ἧος*).

§ 324. Commemoranda restant epica adverbia quae sequuntur:

1. *ἄψ* i. e. *ἀπ-σε retro* (*νέεσθαι, χάζεσθαι* et similia). Nonnullis locis translatum est ad conversionem sive mutationem significan-

[1]) *τῆος δ* 91 *ο* 127 *π* 139. Idem *ε(ἵ)ως* restituendum est *M* 141 *N* 143 *O* 277 *P* 730 *γ* 126. *ἧος Α* 193 *Γ* 291 *Κ* 507 *Λ* 342, 411, 488 *N* 141 *O* 390, 539 *P* 106, 622 *Σ* 15 *Υ* 41, 412 *Φ* 602 *Ω* 154, 183 *δ* 90, 120 *ε* 365, 424, 429 *ζ* 80 *η* 280 *ι* 233, 376 *μ* 327 *ν* 321 *ο* 109 *ϱ* 390 *τ* 367 *χ* 106 *ψ* 151 h. Ven. 226 Hes. Scut. 378.

[2]) Nam protasin hic legi, cuius apodosis mente sit supplenda (ut post *εἰ Α* 136), non videtur credibile. Nemo vero iam credet veteribus grammaticis asseverantibus „*τὸ ἕως; ἀντὶ τοῦ τέως;*" *Α* 193 et similia alibi, sed constat posteros in adhibendis correlativis mire errasse. Quapropter non sunt tangenda aperta vitia quae extant Orph. Lith. 107, Apoll. Rhod. IV 821, 1617, Dion. Halicarn. Antiq. I 33, 38 § 2, 55 § 4, 69 § 3 II 46, 54 § 4 etc. etc. Herodoto vero IV 165 Dindorf optimo iure restituit legitimum *ἕως* pro *τέως*.

dam, qua in integrum restituatur rerum status qui fuit ante; vid. *I* 120 *Π* 54 *ε* 349 etc.

2. *πάλιν*. Idem valet quod *ἄψ*, *retro*, neque usquam (ut apud posteros) a sensu locali deflexit ad notionem temporalem *iterum*, *denuo*, id quod saepius observarunt Aristarchei propter verbum *Λ* 59 *πάλιν πλαγχθέντας* de *iterata* expeditione perperam a quibusdam olim acceptum. Vix discrepant *π* 456 *πάλιν ᾽ποίησε γέροντα rursus fecit senem* (qui fuerat ante), *Δ* 357 *ν* 254 *πάλιν ...᾽λάζετο μῦθον revocavit dictum*, *I* 56 *πάλιν Ϝερέει obloquetur*, ubi particula *πάλιν*, ut *ἄψ*, de restitutione in integrum, de iis quae infecta reduntur, usurpata est. — Composita sunt *παλίλλογα Λ* 126, *παλιμπετές Π* 395 *ε* 27, *παλίνορσος Γ* 33, *παλίντονον* (*τόξον*) *Θ* 266 etc., *παλιρρόθιον* (*κῦμα*) *ε* 430 *ι* 485, *παλίσκιος* h. Merc. 6, *παλίωξις M* 71 etc.; *πάλιν πλαγχθέντας Λ* 59, *πάλιν ἀγρετός Λ* 526, *πάλιν ὀρμένω Λ* 326, *πάλιν τιτά α* 379 *β* 144 separatim potius scribenda sunt.

3. *σχεδόν prope, cominus*. Hoc quoque adverbium (a stirpe verbi *ἔχειν* ductum) localem suam vim illibatam servavit in dictione Homerica, adhibetur igitur de iis quae tam sunt vicina ut contingi queant. De *instante* clade, morte, matrimonio dictum est *N* 817 *β* 284 *ζ* 27, *affinitatem* significat *κ* 441; nusquam vero, ut apud Atticos, abiit in notionem *fere, paene* [1]).

Compositum *αὐτοσχεδόν* legitur *H* 273 etc., cum plurali *αὐτοσχεδά Π* 319 (cf. § 320). Adiectivum esse videtur *σχεδίην E* 330, *αὐτοσχεδίην M* 192 etc., sed adverbii locum obtinet *αὐτοσχεδίῃ O* 510.

4. *ἑξείης deinceps*. Ut praecedens adverbium, sic hoc a stirpe verbi *ἕχειν* ductum est, designat autem quae seriem continuam efficiunt. Leviter inflexa notione de iis quae *ex ordine obeuntur* adhibitum est *Z* 241 *O* 137 *X* 240 *λ* 134 *μ* 177 *ρ* 450 *ψ* 281; corruptus est *Ω* 274.

Contracta forma *ἑξῆς*, quae in recentiore lingua obtinuit, apud Homerum non potest non suspecta esse; legitur tamen versuum initio *δ* 449 *ἑξῆς ηὐνάξοντο* et *δ* 580 (= *ι* 104, 180, 472, 564 *μ* 147) *ἑξῆς δ᾽ ἐξόμενοι πολιὴν ἅλα ᾽τύπτον ἐρετμοῖς*. Illic fortasse *ἑξείης ᾽λέξαντο* aut *ηὔνηθεν* fuit, formularium autem versum aut corruptum aut admodum recentem esse apparet etiam e dativi forma decurtata *ἐρετμοῖς* (cf. § 60).

---

[1]) *M* 53 vox *σχεδόν* molesta est.

5. ἵνα *ubi* B 558 *I* 441 etc. — De insolita structura ἵνα γάρ *K* 127 cf. § 101 pag. 271; nihili est lectio ἵν' ἂν pro ἵνα *H* 358.

Multo frequentius coniunctionis finalis partibus fungitur ἵνα = *ut*, subiunctivum aut optativum regens ut in lingua posteriore; qua de re nihil hic observari opus est.

6. ἄφαρ *statim* *M* 221 etc. [1]); comparat. ἀφάρτεροι Ψ 311 *celeriores* (cf. § 88[7]).

7. εἶθαρ. Idem quod praecedens adverbium valet, sed multo rarius est; legitur *E* 387 *Λ* 579 *M* 353 *N* 412 *P* 119, 349, 707 *T* 473 Ψ 256.

Tertia simillimae conformationis particula ἴκταρ *prope* apud Homerum non occurrit [2]), sed legitur Hes. Theogon. 691 Aesch. Agam. 116 Eum. 997 Plat. Rep. IX 575 *c*.

8. πάρος *prius*, e. g. *E* 218, vel etiam *antea*, *aliis occasionibus* [3]), cum res praeteritae cum praesenti rerum statu comparantur, e. g.

ἀλλ' ὅ γ' ἐπ' ἀκτῆς 'ηλαῖε παρήμενος, ἔνθα πάρος περ. ε 82.

Haec autem notio ubi obtinet, verbi modo *praesens* adiungitur, modo *aoristus*. E. g.

ἀλλ' ὄρσο πτόλεμόνδε, οἷος πάρος εὔχεαι εἶναι. *Λ* 264.

Item Σ 386 (= ε 88) etc.

ἤμὲν δή ποτ' ἐμεῖο πάρος 'πλύες εὐξαμένοιο. *Λ* 453.

Vocularum τὸ πάρος περ iuncturam amat lingua epica; e. g.

νῦν μὲν δόρπον ἕλεσθε κατὰ πτόλιν, ὡς τὸ πάρος περ. *H* 370.

Nec raro coniunctionis temporalis munere fungitur πάρος adscito infinitivo: *priusquam*. E. g.

'μενέαινε | ἀντιθέῳ 'Οδυσῆι πάρος Ϝὴν γαῖαν ἱκέσθαι. α 20 sq.

Simillimae igitur sunt partes adverbiorum πάρος et πρίν [4]), quae saepe se excipiunt, e. g.

πάρος δ' οὐκ ἔσσεται ἄλλως, *E* 218 sqq.
πρίν γ' ἐπὶ νῶι τῷ ἀνδρὶ σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφι
ἀντιβίην ἐλθόντε σὺν ἔντεσι πειρηθῆναι.

---

[1]) *Λ* 349 in ἄτερ videtur esse mutandum (cf. § 318[7]), certe corruptum est.

[2]) Perperam autem in schol. ψ 3 verbum ἱκταίνοντο (leg. ἡκτ.) inde repetitur.

[3]) Uno loco Θ 254 genitivum adiunctum habet πάρος itaque praepositionis vice (= προπάροιθε § 318[6]) fungitur.

[4]) Etiam πρίν locis tantum non omnibus *infinitivum* adsciscit; post negationem tamen sequitur verbum *finitum* (subiunctivus locis 6, optativus Φ 580).

9. *δϝήν, δϝηρόν, δϝηθά diu.* De consona *ϝ* cf. § 42[3]. Derivata sunt *δϝηναιός* et *δηθύνω*.

10. *αἰέν* sive *αἰεί*, Att. *ἀεί*. Correpta est syllaba prior *M* 211 *Ψ* 648 *o* 379, qua de licentia metrica vid. § 17. Evanuisse digamma quod primitus huic adverbio infuit (*αἰϝεί*, vid. pag. 155,6, *aevum*) hinc apparet; quamquam tres hi versus fortasse postea sunt deformati.

In fine versuum *αἰεί* melius quam *αἰέν* scribitur *Λ* 827 *α* 68 *τ* 591.

Insolite poeta metro coactus *αἰενάοντα ν* 109 correpta syllaba secunda dixit pro *αἰὲν νάοντα*.

11. *ἀγκᾰ́ς*, vid. § 84[8] et 318[1].

12. *ᾱ̃δην satis* (*ᾱ̃ E* 203, *ᾰ̆ N* 315 *T* 423 *ε* 290). — Cf. § 41[1].

13. *ἄκην ἴσαν Δ* 429, *ἴσαν β* 82 *δ* 285, *ἕμεναι φ* 239, 385, *ἐγένοντο σιωπῇ Γ* 95 etc., *tacite, per silentium*; accusativus esse videtur, cohaeret autem *ἀκασκᾱ̃* (dativus?) Pindar. Pyth. IV 156 (sic Bergk ex Eustathio, mss. *ἀκᾱ̃*).

Adiectivum *ἀκέων, ἀκέουσα* (quod cum *ἀϝέκων, ἀϝέκουσα* saepius in mscriptis est permutatum) ab eadem stirpe ductum est. Uno et altero loco indeclinabilis nominis naturam induit, sive poetarum culpa sive — quod veri videtur similius — librariorum; legitur enim *ἀκέων Δ* 22 (= *Θ* 459) pro *ἀκέουσα, φ* 89 pro *ἀκέοντε*, h. Ap. 404 pro *ἀκέοντες*.

14. *ἔμπης omnino, tamen*, Att. *ὅμως* (cf. § 819). Ex praepositione *ἐν* et nomine *πᾶς* (*ἐν πᾶσι*) compositam esse hanc particulam multi statuunt, nec repugnat significatio. Minime certa tamen haec est originatio.

15. *πάγχυ prorsus*, Att. *πάνυ*.

16. *ἠύτε perinde atque*. Comparandi haec particula, quae enunciatum aperire itaque versus initio aut post diaeresin bucolicam collocari solet, non est confundenda cum adverbio temporali duarum syllabarum *εὖτε cum* (§ 326[3]). Quamquam fieri vix potuit quin vetusta litteratura, quae utramque signis *EYTE* designaret, semel et iterum huiusmodi errores pareret. Hinc *Γ* 10 in plerisque codicibus legitur *εὖτ' ὄρεος κορυφῇσι Νότος κατέχευεν ὀμίχλην | .... ὣς ἄρα*

etc., quo loco libri Chius et Massaliensis *ἠύτ' ὄρευς* habebant, melius si sententiam, sed nihilo minus depravate si grammaticam spectas, nam Homericos non esse genitivos in *-ευς* optimo iure observavit Aristarchus; vera videtur lectio quam praebet Vind. *ὥς τ' ὄρεος*, quam nisi recipimus, gravius vitium hic latere statuamus necesse est; vid. § 73 pag. 222. Eodem vitio laborat *T* 386, ubi de armis Achillis divinis dicitur *τῷ δ' εὖτε πτερὰ 'γίγνετ'*, *ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν*, quosdam autem libros olim *τῶν δ' αὖτε* habuisse, Aristarchum vero, cum prius in vulgata acquievisset, deinde *τῷ δ' αὖτε* scripsisse, particulam *ὡς* mente supplentem, docent scholia; quod quoniam infelicissimum est remedium — omitti enim non potuit *ὡς* in tali sententia — neque *αὖτε* apte potest explicari, nos coniecimus *ἠύτε δὲ πτέρ' ἐγίγνετ'*; quae si cui audacior minusve probabilis videtur coniectura, cum Aristophane legat *τῷ δ' ὥς τε πτερὰ 'γίγνετ'*.

Post comparativum collocatum *Δ* 277 *μελάντερον ἠύτε πίσσα* suspectum est *ἠύτε*, ubi probabiliter *ἠέ τε* coniecit Bekker; nisi positivi locum obit *μελάντερον* hoc loco (cf. § 88 pag. 246).

17. *φή ceu B* 144 *'κινήθη δ' ἀγορὴ φὴ κύματα μακρὰ θαλάσσης*, et *Ξ* 499 *ὃ δὲ φὴ κώδειαν ἀνασχὼν* | *'πέφραδέ τε Τρώεσσι καὶ εὐχόμενος Fέπος ηὔδα*. Posteriorem locum Aristarchus, cui *φή* particula ab epica dictione aliena videbatur, male ita interpretabatur, ut *φῆ* pro verbo *dixit* haberet, versum 500 autem deleret; priore vero loco pro *φή*, quod in Zenodoti erat editione, Aristarchus legebat *ὡς* idque manuscripta hodierna praebent omnia. Multo tamen est verisimilius cascam particulam *φή*, quam *Ξ* 499 metrum et sententia tuentur, posteriorum incuria *B* 144 in vulgatum illud *ὡς* esse mutatam quam casu aut errore illuc irrepsisse. Antimachum perinde atque Zenodotum *Ξ* 499 legisse *φή ceu*, docet eius imitatio *φὴ γεράνοισι* (vid. schol. ad utrumque locum).

CAPUT III.

De coniunctionibus.

§ 325. E coniunctionibus, quae coordinandis enunciatis inserviunt, commemorandae sunt:

1. *ἠμέν ... ἠδέ εἰ ... εἰ*, *cum ... tum*.
   τε ... τε -que ... -que.

Particula *ἠδέ* etiam non praecedente correlativa coniunctione *ἠμέν* saepe usurpata est. Contrarium vero non obtinet, nam locis qualis est *A* 77 voculae *ἦ* et *μέν* separatim sunt scribendae: *ἦ μέν μοι πρόφρων ... ἀρήξειν* (cf. § 18 pag. 89).

Brevior forma *ἰδέ(ϝ)* non rara est in carminibus epicis; non tamen talibus locis ubi praecedit *ἠμέν* usurpatur neque cuilibet versuum sedi apta est, sed paucissimis versibus *Ξ* 175 *Σ* 589 *T* 285 (spur.) exceptis [1]) post caesuram tantum locum habet. Hinc sponte ni fallor suspicetur quilibet, priscae artis hic apparere vestigia; primitus enim, cum anceps esset syllaba caesuram excipiens (vid. pag. 11), plenam formam *ἠδέ* etiam post caesuram femininam fuisse collocatam, qui locus particulis copulantibus aptissimus est; postea vero metri causa esse correptam syllabam priorem, ne vitiosus videretur versus, id quod in particula praesertim pondere carenti fieri facile potuit, vix autem audacior est syllabae *ἠ-* correptio quam syllabae *μήν* (nam *μέν* nihil est nisi voculae *μήν* forma debilior, vid. pag. 89 et § 328[5]). Id unum restat dubium cur *ἰδέ* dixerint posteriores, non *ἐδέ*. Quominus tamen sollicitemus textum traditum prohibet dialectus Cyprica, in qua particulam *ἰδέ* *ει* vixisse testantur inscriptiones. Cf. Fick Iliad. p. 395.

Manifesto errore *ϝιδέ* pro *ἰδέ* scribi iusserunt Heyne Bekker alii.

Particula *τε* etiam semel adhiberi potest in dictione epica, e. g. *A* 5 *κύνεσσιν οἰωνοῖσί τε πᾶσι*. Non tamen ita usurpatur ut ad novum enunciatum paret transitum; qui particulae *τε* usus post Homerica demum tempora invaluit. In epica dictione plerumque *nomina* hac particula copulantur, nonnullis autem locis verba simillima vel actiones coniunctas indicantia (*A* 37 sq. *ἀμφιβέβηκας ... ϝανάσσεις*, *A* 255 sq. *γηθήσαι ... κεχαροίατο*, *A* 459 sq. *ἔδειραν ... ἐξέταμον*, *A* 114 sq. *συνέϝαξε ... ἦτορ ἀπέϝρα*, *σ* 356 *ἦ ... προσέϝειπεν*).

Neque deest particularum *τε ... καί*, *τε ... ἠδέ* (*ἰδέ*) iunctura. Alienum vero a lingua Homerica est iteratum *καί ... καί* [2]).

2. *αὐτάρ*, in thesi *ἀτάρ* (cf. § 18), *at*. Ex *αὖτε* et *ἄρα* (§ 328[1]) coaluit haec particula, propria igitur eius vis non est adversativa, sed

---

[1]) Nam *Γ* 318 (= *H* 177) *I* 219 litteras *ΘΕΟΙΣΙΔΕ* non *θεοῖς ἰδέ* esse distinguendas, quod fuere qui putarent, sed *θεοῖσι δέ*, docet contextus.

[2]) Non repugnat lectio tradita *Ω* 641 *καὶ σίτου Ἀσσάμην καὶ αἶθοπα οἶνον | λευκανίης καθέηκα*, prius enim *καί* ibi *vel* significat; ceterum posterius *καί* vitiosum esse docet hiatus (cf. § 14 pag. 75).

„seriem efficit rerum quae natura cohaerent" (Giseke in Ebelingi Lexico Homerico). Hinc ad nova saepe haec particula parat transitum.

In thesi semper corripi syllabam priorem, vitiosos igitur esse locos qualis est Δ 542 χειρὸς ἑλοῦσ', αὐτὰρ βελέων ἀπερύκοι ἐρωήν, docuit E. Gerhard in Lectionibus Apollon. 1816 p. 112; itaque K 99 κοιμήσωνται, ἀτὰρ est scribendum, non κοιμήσωντ' αὐτὰρ, licet gratior sic ad aures veniat versus. In codicibus passim αὐτὰρ pro ἀτὰρ scriptum est metro invito.

§ 326 I. De coniunctionibus quae alteram sententiam alteri subordinando inserviunt, haec sunt observanda:

1. Particulae εἰ antiquior passim reperitur forma αἴ (proclisin non admittere creditur), ubi sequitur κε, γάρ vel -θε: αἴ κε εἰ (Att. ἐάν), αἴ γάρ vel αἴθε utinam. E. g.

ὄψεαι αἴ κ' ἐθέλησθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ. Δ 358.
ἅμα δ' ἄλλος λαὸς ἑπέσθω Λ 796 sq.
Μυρμιδόνων, αἴ κέν τι φάος Δαναοῖσι γένηαι.
αἴ γὰρ ἐμοὶ τοιόσδε πόσις κεκλημένος εἴη. ζ 244.
αἴθ' ὄφελες ἄγονός τ' ἔμεναι ἄγαμός τ' ἀπολέσθαι. Γ 40.

Alibi tamen εἴ κε, εἰ γάρ, εἴθε legitur in textu tradito; quapropter Bekker formam αἴ ex Homero suo expulit, audacius tamen quam prudentius; nam si quis ad unam normam cunctos locos epicos refingere ausit, ratio fert ut ubique scribat antiquiorem formam αἴ, quae apud Dorienses et Aeolenses permansit. Praestat tamen nihil eiusmodi novare.

2. εὖτε *cum*, = ὅτε, quod multo est frequentius. E. g.

εὖτ' ἀστὴρ ὑπέρεσχε φαέντατος.... ν 93 sqq.
τῆμος δὴ νήσῳ προσεπίλνατο ποντοπόρος νηῦς.

Ex eadem stirpe utramque prodiisse formam patet, videtur autem εὖτε olim ἔϝοτε fuisse, cf. ϝότι pro ὅτι in Locrica dialecto [1]) et ϝώς pro ὡς (pag. 272); alii ἔϳοτε pristinam formam statuunt, quoniam stirps pronominis relativi fuit ϳο- (cf. § 101 pag. 271). Sic tamen neque diphthongum εὐ quomodo explicem habeo, contractio enim sonorum ε + ο post semivocalem extrusam vix sonat Homericum, neque protheticae vocalis ε origo perspicua est. Consonae ϝ vero saepe

[1]) Hoc argumento uti non amplius licet, si verum vidit Wackernagel Rhein. Mus. 1893 p. 301, non ϝοτι sed ΕΟΤΙ (ἦ ὅτι) legendum esse in inscriptione 1479[6] Coll.

sonum *ἐ-* praemitti in dictione epica nemo nescit, neque contractio requiritur ut ex *ἔϝοτε* fiat *εὖτε*, sed sufficit vocalis o ecthlipsis. Eadem autem inter *εὖτε* atque *ὅτε* intercedit ratio quam inter *αὐτάρ* et *ἀτάρ*, *ἠδέ* et *ἰδέ*, *μήν* et *μέν* etc. obtinere vidimus.

Cavendum esse — certe olim fuisse — ne permutentur *εὖτε cum* et *ἠύτε perinde atque*, in § 324[16] vidimus.

3. *ὄφρα ut*, = *ἵνα* [1]). Sequitur subiunctivus si antecedit tempus primarium, optativus si historicum [2]). E. g.

εἶ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι, ὄφρα πεποίθῃς. *A* 524.
'στῆσαν ἄρ' ἡμιόνους τε καὶ ἵππους, ὄφρα πίοιεν. *Ω* 350.

Suspecti sunt loci ubi *ὄφρα κε* (*ὄφρ' ἄν*) legitur in eiusmodi enunciatis: *ρ* 10 *σ* 364 [3]), manifeste autem corruptum est *ὄφρ' ἄν* (*ὄφρα κε*) cum optativo *O* 23. Indicativus futuri sequitur *Θ* 111 = *Π* 242 (*ϝείσεται*), sed *δ* 163 pro *ὑποθήσεαι* verum duco *-θήεαι* (cf. § 122 pag. 305), et *ρ* 7 *ὄψεται* quominus subiunctivus vocetur nihil obstat (cf. § 152[7]).

De adverbio temporali *ὄφρα dum* (*tamdiu quam*), *donec* vid. § 323[2]. Cui tantum non semper additur *κε* (*ἄν*), si sequitur subiunctivus; abest *κε* *Δ* 346 *E* 524 *Λ* 477 *Ψ* 47 *σ* 133 = *tamdiu quam*, et *Λ* 82 *M* 281 (*Φ* 558? vid. § 326) = *donec* (de rebus futuris).

Quales loci minime sunt confundendi cum enunciatis ubi *ὄφρα* finalis coniunctionis fungitur partibus.

De adverbio *ἵνα ubi* cf. § 324[5].

4. *ἧος*, quod adverbium est locis longe plerisque (cf § 323[2]), coniunctionis finalis (= *ἵνα*, *ut*) munus obit *δ* 800 *ε* 386 *ζ* 80 *ι* 376 *τ* 367 *ψ* 151 (?), quibus locis praecedit tempus historicum, sequitur optativus; e. g.

'δῶκε δὲ χρυσείῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον, *ζ* 79.
ἧος χυτλώσαιτο.

5. Locis minime raris *μή* idem valet quod *ἵνα μή*; additur autem subiunctivus post tempus primarium, optativus post historicum. Ex. gr.

---

[1]) Aliquanto frequentius in Homericis usurpatur *ὄφρα* (locis 237) quam *ἵνα* (locis 145).
[2]) Pro *κωιήσομεν ... ὄφρα ... εἴῃ* *H* 340 dudum restitutum est *εἴῃ*. Item *H* 72 *ε* 378 *o* 51 *χ* 144 post *εἰς ὅ κε*.
[3]) Plures huiusmodi locos non inveni; nam *Υ* 24 *ζ* 304 *χ* 377 *ὄφρα κε* interpretor *donec*.

σίγαε, μή τις ἔτ' ἄλλος Ἀχαιῶν τοῦτον ἀκούσῃ | μῦθον. Ξ 90.
ἄψ δ' ἑτάρων εἰς Ϝέθνος ἐχάζετο κῆρ' ἀλεείνων, N 648 sq.
πάντοσε παπταίνων, μή τις χρόα χαλκῷ ἐπαύροι.

II. Munere, quod in Attica dictione obit particula *ἄν*, apud epicos poetas fungitur vocula *κε(ν)*, quae elisione potest minui (*κ'*, ante spiritum asperum *χ'*), cf. § 13.

Itaque *εὖτέ κε(ν)* vel *ὅτε κε(ν)*, *αἵ κε(ν)* vel *εἴ κε(ν)*, *ἐπεί κε(ν)* in carminibus Homericis dicitur talibus locis ubi *ὅτἄν*, *ἐἄν* (*ἤν*), *ἐπειδἄν* (*ἐπήν*) est apud posteros.

Notentur *Λ* 792 *τίς Ϝοῖδ' εἴ κεν ... ὀρίναις* et *ξ* 119 *Ζεὺς ... Ϝοῖδε ... εἴ κέ μιν ἀγγελλαιμι*, quae sana videntur, licet insolite adiecta sit vocula *κε*: „the phrase *τίς οἶδεν εἰ* is treated as a mere 'perhaps' (Lat. *nescio an*)," Monro Hom. Gramm.[2] § 314. Vitiosum vero est *κε* (*ἄν*) locis sequentibus:

B 123 = *Θ* 205 *εἴ περ γάρ κ' ἐθέλοιμεν*, Z 50 = *K* 381 *εἴ κεν ἐμὲ ζῳὸν πεπύθοιτ'*, *E* 273 *Θ* 196 *εἰ τούτῳ κε λάβοιμεν*, *I* 445 *οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποσταίη*, *N* 288 *εἴ περ γάρ κε βλῇο*, *Ψ* 592 *εἰ καί νύ κεν οἴκοθεν ἄλλο | μεῖζον ἐπαιτήσειας*, *β* 76 *εἴ χ' ὑμεῖς γε φάγοιτε*, *β* 246 *εἴ περ γάρ κ' Ὀδυσεύς ... μενοινήσειε* (v. l. *τ'*), *η* 315 *εἴ κ' ἐθέλων γε μένοις*, *θ* 353 *εἴ κεν Ἄρης οἴχοιτο*, *ν* 389 *αἴ κέ μοι ὣς ... παρασταίης*, *τ* 589 *εἴ κ' ἐθέλοις*, *B* 597 *'στεῦτο ... νικησέμεν'*, *εἴ περ ἂν αὐταὶ | μοῦσαι ἀείδοιεν*, — quibus locis *κε* (*ἄν*) aliarum vocalarum (*τε*, *γε*, *δέ*, *περ*, *τι*) locum occupat aliave ratione est corrigendum; *I* 141 (= 283) et *μ* 345 autem, ubi in enunciato primario est subiunctivus, pro *εἰ δέ κεν ... (ἀφ)ικοίμεθα* dudum restitutum est *ἀφικώμεθα*; item *T* 321 sq. pro *οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι, | οὐδ' εἴ κεν ... πυθοίμην* verum videtur *οὐ ... πάθωμι, | οὐδ' εἴ κεν ... πύθωμαι*, ubi alii *οὐ ... πάθοιμι, | οὐδ' εἰ καί ... πυθοίμην* scribunt. Nec non *Λ* 59 sq. *ἦμε ... ὀΐω | ἄψ ἀπονοστήσειν, αἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν* leg. *φύγωμεν*, et *X* 219 sq. *οὔ ... ἔστι ... | οὐδ' εἴ κεν μάλα πολλὰ πάθῃ* (rectius fortasse *κάμῃ*) est scribendum, non *πάθοι*. Indicativum denique voculae *εἴ κε* vitiose praecedunt *Ψ* 526 *εἰ δέ κ' ἔτι προτέρω 'γένετο*, ubi *εἰ δ' ἔτι περ* verum videtur.

Separatim commemoranda est iunctura vocalarum *εἰς ὅ κε(ν)* = *ἧός κε(ν)*, Att. *ἕως ἄν*. E. g.

ὕστερον αὖτε μαχεσσόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων *H* 291.
ἦμε διακρίνῃ δώῃ δ' ἑτέροισί γε νίκην.

Originem particularum indagare velle, periculosae aleae plenum opus est; fortasse igitur praestat nihil hac de re definire; attamen veri simile videtur particulam κε(ν), Dor. καν κα, e pronomine indefinito Aeolensium et Doriensium κος (= τις) ortam esse; placet autem G. H. Muelleri in Herma 1890 p. 464 coniectura, particulam ἄν nihil esse nisi Ionici pronominis ἀμός (= τις) stirpem decurtatam, disyllabam igitur vocem ἀμο in ἀμ abiisse, hoc monosyllabum nota lege in ἄν esse mutatum. Qui si verum vidit vir doctus, sponte apparet a lingua Homerica alienam esse particulam ἄν, nam pronomine ἀμός adverbiisve inde formatis poetae epici nunquam sunt usi, si unum locum dubiae fidei α 10 (ἀμόθεν) neglegimus; praeterea facile sic intellegitur plane idem significasse particulas κεν et ἄν, nec mirum igitur eadem ratione esse adhibitas [1]), sed alias Graeciae gentes illa, alias hac usas esse.

Sed multum abest ut in textu recepto carminum Homericorum solum κε(ν) reperiatur; immo quinto quoque loco legitur ἄν. Quos locos aut spurios esse aut vitiose traditos demonstrare conabor. [2])

Aptius autem initium invenio nullum quam verba Achillis *I* 359:

ὄψεαι ἢν ἐθέλῃσθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ.

Egregie enim hoc dictum indicat id quod semper tenendum est iis qui in lingua Homerica, id est in linguae Graecae primordiis,

---

[1]) „Einen Funktionsunterschied zwischen ἄν und κέν in der historischen Gräzität „nachzuweisen ist meines Erachtens noch nicht gelungen" Brugmann Griech. Grammat. 1885 p. 102. — Post alios tentarunt C. Thiemann Grundzüge der hom. Modussyntax 1881, A. Polaschek Beiträge zur Erkenntnis der Partikeln ἄν und κέν, Jahresber. des Gymnasiums in Czernowitz 1890 et 1891. Hic vir doctus postquam singulari cura omnes locos veterum poetarum qui huc faciunt collegit atque digessit, demonstratum ivit inter particulas κεν et ἄν hoc interesse, quod dubitanter affirmantis sit κεν, dubitanter negantis ἄν, verisimilia igitur indicari ope voculae κεν, quae vero vix credibilia videantur loquenti, ope particulae ἄν. Quam opinionem ita tuetur ut e. g. versum *I* 801 νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθοι vertat: „jetzt kannst du ja viel-leicht (= sehr leicht) Hektors habhaft werden, nachdem er nicht leicht in deine Nähe gekommen", ex hac enim versione apparere „wie unmotiviert es ist wenn Leeuwen ... ἕλοισθα, ἐπεὶ μάλα τοι σχεδὸν ἦλθε zu lesen vorschlägt". Fatear novam hanc doctrinam mihi non addicere, sed alii viderint.

[2]) Sequentia paucis quibusdam observationibus additis iterata sunt ex Mnemosyne 1887 pag. 75 sqq.; quae commentatio maxima ex parte assensum tulit iudicis peritissimi Monro Hom. Grammar[2] p. 32β: „it is impossible to deny the soundness of „the principles on which van Leeuwen bases his inquiry" etc.; nonnulla autem Monro melius quam ego administravit, cuius observationibus usus sum cum quae scripseram retractavi eo consilio ut huic libro inseri possent.

Medio hoc saeculo eundem cursum tenuisse Iliadis editorem T. S. Brandreth (1841) vidi ex Arthuri Platt commentatione Classical Review 1893 p. 107.

veri aliquid perspicere cupiant, et ultra quam olim satis esse putabatur leges epicae dialecti indagare. „Videbis, si modo videre cupias, et revera res tibi cordi sit." Videbis, dummodo oculis tuis unice credas, et his tum demum cum rem summa cura exploraveris; — videbis, dummodo ne improbum laborem reformides sed vel leviuscula neglexisse religioni habeas; — videbis, dummodo nulli disquisitioni tantum taedium inesse credas quin superari possit patientia, nec ullam investigationem, quantumvis molestam et fortasse nugatoriam, infra dignitatem tuam habeas, sicubi spes affulgeat inde utilitatis aliquid profluere posse ad verum detegendum.

Sic versus, quem attuli, rectam viam indicat veri studiosis. Sed praeterea, si non iam sententiam sed ipsa verba spectamus, totam disputationem, quam movimus, veluti in nucleo continet. Cuius disputationis qui sit cardo, dicam. Duae particulae condicionales in Homericis carminibus reperiuntur κεν et ἄν: quid interest? aut si nihil interest, potestne indicari causa cur modo haec modo illa sit adhibita?

Et priorem quidem quaestionem uno verbo penitus profligare licet. Nihil omnino interest inter κεν et ἄν, sive sensum sive usum spectes. Prorsus promiscue usurpantur; utraque indicativo praeteriti iungitur ad modum irrealem quem aiunt indicandum, utraque adnectitur optativo, utraque copulatur cum relativis, utraque coniunctionibus hypotheticis additur. Neque luculentius id potest demonstrari quam ex ipso quem modo afferebam hexametro, ubi ἦν et αἴ κεν vicina et sine ullo discrimine adhibita leguntur.

Itaque oleum operamque perdidisse mihi videntur qui aut olim aut his annis omnem lapidem moverunt ut usum Homericum particularum ἄν et κεν quadamtenus tamen diversum esse probarent. Mero potius casui tribuendum esse contendo quod in quibusdam sententiarum generibus nonnisi alterutrum reperiatur. Sic exempli gratia legimus οὐκ ἄν ἐγὼ μυθήσομαι οὐδ' ὀνομήνω et similia, non vero οὔ κεν; sic εὖτ' ἄν sex locis invenimus, sed nusquam εὖτέ κεν; sic ὁππότε κεν et ὁππόθ' ἄν extant, sed nullo loco elisum reperitur ὁππότε κ'. De his igitur quid sit iudicandum, mox apparebit; nunc id unum statuo, nec vereor ne inveniam qui me refellat: quod ad sensum attinet, Homericum ἄν ab Homerico κεν nihil differre.

Nonnunquam sibi opponuntur hae particulae, ut in hexametro saepius iam allato; quin versu Ω 487, ubi *iteratur* particula con-

dicionalis, quod vix usquam alibi apud Homerum factum est [1]), utraque legitur forma:

σοὶ δ' ἂν ἐγὼ πομπὸς καί κε κλυτὸν Ἄργος ἱκοίμην [2]).

Poteratne clarius indicari, nihil prorsus interesse? Idem valet de locis aliquot, ubi ἄν κε copulantur; nam versus illi vitiosi quidem sunt procul dubio, sed ne nasci quidem poterat hoc vitium si inter ἄν et κεν discrimen aliquod aut esset aut esse videretur. En loci quos dico:

Λ 187 } ὄφρ' ἂν μέν κεν ὁρᾷς. Legatur cum Nauckio ἦος μέν
Λ 202 } κεν ὁρᾷς (vel potius χ' ὁράῃς).

ε 361 ὄφρ' ἂν μέν κεν δούρατ' } Hic quoque cum Nauckio ἦος
ζ 259 ὄφρ' ἂν μέν κ' ἀγροὺς } μέν etc. legendum censeo.

N 127 ἃς οὔτ' ἄν κεν Ἄρης ὀνόσαιτο μετελθών. Correxit vHerwerden ἄρ pro ἄν. Cf. var. lect. Λ 168 H 5 P 658.

ι 334 οἳ δ' ἔλαχον τοὺς ἄν κε καὶ ἤθελον αὐτὸς ἑλέσθαι. Hic quoque ἄρ pro ἄν fortasse sufficit. Quamquam graviorem labem hunc versum contraxisse suspicor propter versum subsimilem et tamen dissimillimum H 182.

σ 318 ἤν περ γάρ κ' ἐθέλωσι. Certissimum remedium in promptu est, nempe εἴ περ, quod codex Meerm. praebet.

Idem igitur — denuo hoc dico, εἷς γὰρ λόγος μοι δεῦρ' ἀεὶ περαίνεται, — idem significant κεν et ἄν, et eadem ratione adhibentur. Sed non ab iisdem adhibentur. Immo κε(ν) Aeolicum esse satis superque constat, passim enim in Aeolicis monumentis reperitur, nec non in Thessalicis et Cypricis. Etiam Doricis gentibus in usu est, sed paulo aliter pronunciatum, nempe κά: comparaverim ἕνεκα — ἕνεκεν. Ionici vero et Attici utuntur vocula ἄν; neque nota est dialectus in qua permixtae fuerint hae particulae.

Nam nihil moror in hac re inscriptionem Arcadicam satis recentem, Coll. 1222. In qua cum ἄν (ἄγ, ἄμ) constanter more Attico adhibeatur, quater scriptae extant satis mirae voculae *EIKAN* (lin. 2, 10, 15, 25). Quartum locum excribam: κατὰ αὐτὰ δὲ καὶ *EIKAN* [τι]ς πλέον ἢ δύο ἔργα ἔχη etc. Vides in his litteris non posse cogitari de crasi voculae καί. Sed dudum, me iudice, verum indicavit Bergkius,

---

[1]) Cf. κε ... κεν δ 733 et l. a. T 218. Vix opus est ut etiam Λ 301 hoc loco commemoretur, nam ibi non legendum esse quod optimi praebent codices τῶν οὐκ ἄν τι φέροις ἂν ἑλών, sed id quod hodiernae editiones exhibent omnes ἀνελών, prorsus constat.

[2]) Bankesianus pro δ' ἄν habet μὲν. Verum duco δ' ἄν.

εἴ καν legendo. Ex vetusta enim lingua haec formula, ut fit in iurisconsultorum verbis conceptis, permansisse videtur; et nihil prorsus haberemus quod aut miraremur aut dubitaremus, si deesset littera *N*, quae Dorico κα subiungi alioqui non solet. Multae vero causae excogitari possunt cur in hoc Arcadiae angulo aliquantulum fuerit defloxum a solita ratione loquendi, in formula praesertim quae ex civium ore dudum evanuisset [1]). Certe non facile adducar ut G. Meyero[2] § 24 credam sic statuenti: „das „Arkadische κάν, das man auf der Bauinschrift von Tegea las, ist „haltlos; die Inschrift kennt nur ἄν (auch εἰ δ' ἄν), und darum ist „ohne Zweifel κἄν (id est καὶ ἄν) zu lesen". Quod ei aliisque placuisse submiror; sed multo magis miror, quod vir doctus Bechtel ita Meyerum refutavit ut εἴ κ' ἄν potius legendum esse statueret. Cui Fickius (Iliad. p. XXIII) non solum adstipulatus est, sed praeterea inde effici posse contendit, in Homero ἄν κε vitio carere; quapropter vel novis locis invehere id conatus est: *A* 205 τάχ' ἄν κ' ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσῃ, ζ 308 ὁπότ' αν σε δόμοι κε κύθωσι (cf. § 8).

Equidem neque Bechtelium verum vidisse credo, neque ex Tegeaticis istis ruderibus quidquam de Homeri sermone posse colligi. In quibus etiam τᾶς ζαμίαν, τᾶς ἐσδοκαῦ, τᾶς ἐργωνίαν legitur, et ἴνπασιν γαῦ οἰκίαν (= γῆς καὶ οἰκίας ἔγκτησιν) Coll. 1288; ita ut simili ratione contendere posset aliquis, ex Arcadum lingua apparere, genitivi terminum -αο, ex quo illud -αυ natum esse Cyprica monumenta testantur, non masculino solummodo sed feminino quoque generi olim proprium fuisse, neque igitur vitiosum fore in Homero Ἰθάκαο vel Ἐλέναο.

Sed etiamsi plurimum tribuas obscuris huius lapidis litteris, negligere non licebit discrimen inter κ' ἄν, quod Arcades dixisse feruntur, et ἄν κε, quod in textu Homerico occurrit. Si quis perhiberet, ex Tegeatico lapide apparere, Homericum κεν semper et ubique in κ' ἄν esse mutandum, ψεῦδός κεν φαῖμεν καὶ νοσφιζοίμεθα μᾶλλον, sed intellegeremus saltem quo argumento uteretur; is vero qui sic statuit: Arcades aliquando κ' ἄν dixerunt, ergo Homerus ἄν κε dicere potuit, syllogismo utitur quatuor terminorum.

Synonyma igitur κεν et ἄν dici nequeunt, diversarum enim sunt

---

[1]) In inscriptione de mysteriis Andaniae (Cauer Del.[2] 47), saeculi a. C. II, perpetuo permiscentur ἄν et κα sine certa ratione, ita tamen ut post vocales ἄν, post consonas κα plerisque locis ponatur.

Quapropter multo prudentius egit Fick, qui cum ea quae modo reputavimus bene perspexisset, sic statuit: κεν Aeolicum esse, ἄν Ionicum; in antiquissimis igitur partibus Iliadis et Odysseae, quae Aeolica dialecto fuerint compositae, unum κεν admittendum esse; sed ἄν esse invectum a poetis qui recentiores partes composuerunt et cum antiquioribus conglutinarunt; hos enim Iones fuisse; itaque in partibus recentioribus ἄν sollicitari neque debere neque posse [1]).

Prudentius hunc virum doctum egisse ideo dixi, quia causam proposuit ab arte poetica non abhorrentem, causam non indignam ingeniosis cantoribus quibus nostram Iliadem nostramque Odysseam debemus; causam igitur quae, per se spectata, vera esse possit. Veram tamen esse nego. Scilicet κεν non solum in iis partibus Iliadis et Odysseae reperitur quae ceteris antiquiores aut sunt aut censentur, sed per totum corpus Homericum plane regnat, et ne a recentissimis quidem libris exulat. Reperitur in Nestoris narratiunculis prolixis atque molestis; legitur in turpi illa θεομαχίᾳ, ubi Olympii pugnis et iurgiis se proscindunt; non abest a Dolonea neque ab ultimo libro Odysseae, nulla denique in particula ingentis operis frustra quaeritur [2]); longe feracissimi autem huius particulae sunt libri Iliadis *I* et Ω, quos inter recentiores carminis epici partes esse recensendos satis constat hodie. Neque vero κεν in iis partibus, quas antiquissimas esse omnes concedunt, aut unum reperitur aut facili negotio semper potest revocari; sed per has, ut per ceteras, aequabiliter dispersi sunt versus quibus ἄν ita inhaereat ut vix evelli posse videatur. Exemplo sit primus Iliadis liber, in quo legimus ἦν ποτε δασμὸς ἵκηται (vs. 166), τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ (vs. 205), ὅτ' ἄν μ' ἐρέθῃσι (vs. 519), — qualia sine violentiore

---

[1]) Sensim ad hanc opinionem pervenit vir doctus; nam cum Odysseam ederet aliter iudicabat: „die homerische verbindung ἄν κε ... bezeugt dass der altepische „dialect beide wörter neben einander besass" (Odyss. p. 20); „die Aeolis zur zeit „Homers kann sehr wohl noch wie Homer κε und ἄν ... neben einander besessen „haben" (ibid. p. 30). Neque de abiciendo ἄν cogitasse videtur priusquam altera fere pars Iliadis typis esset perscripta. In Prolegomenis demum, quae editioni Iliadis perfectae adiecit, luculenter de hac quaestione disseruit p. XXII-XXXI. Quae edita sunt cum disputationem meam ad finem perduxissem, et non sine gaudio vidi de multorum versuum correctione mihi convenire cum viro sagaci, cuius audacia studiis Homericis multum profuit atque ut spero proderit; nam

ἢν καινὸν ἐγχείρημα, κἂν τολμηρὸν ᾖ,
πολλῶν παλαιῶν ἐστι χρησιμώτερον.

[2]) Nam quod in Catalogo navium non occurrit κε, id non esse recentis aetatis indicium quivis intellegit; hypotheticae scilicet particulae in eiusmodi recensione nullus est locus.

remedio ad normam revocari nequeunt. Eadem igitur sors fuit particulae κεν atque litterae *F*, quam prae ceteris Aeolicam dicunt; nam haec quoque in recentissima quaque rhapsodia reperitur passim et vel in antiquissimis nonnunquam negligitur (cf. § 40).

Denique, si κεν alienum fuisset a lingua recentiorum poetarum epicorum, fieri vix potuisset quin aeolismi huius, quem dicit Fick, vestigia iis demum locis remanerent ubi salvo metro non poterant oblitterari; et in Odyssea certe, quam ab Ionico poeta in hodiernam formam redactam fuisse vir ille doctus autumat, expectares fore ut κεν nusquam sine necessitate legeretur. Sed secus esse locos explorando comperi; non admodum quidem frequentes sed tamen minime rari sunt versus ubi κεν legitur licet metrum etiam ἄν admittat; et talium locorum in Odyssea vel maior est numerus quam in Iliade. Unum exemplum sufficiat π 297:

ὡς ἄ ν ἐπιθύσαντες ἕλοίμεθα· τοὺς δέ κ' ἔπειτα etc.

Confidenter igitur nego esse causam, cur in recentioribus partibus carminum Homericorum ἄν toleremus utpote genuinum [1]), in antiquioribus vero κεν, quantum fieri possit, revocemus.

Quid igitur? Num relabimur in veterem opinionem, Homerum omnes dialectos Graeciae contaminasse, barbara quoque vocabula intermiscuisse, quinimo coelitum lingua interdum usum fuisse? nihil non licuisse ei, nihil non libuisse? Num credimus, nihil hic ex sanae mentis praeceptis aut posse explicari aut debere, sed obtemperandum esse imperioso isti dicto „stet pro ratione voluntas" — quod servis tamen vexatis potius scriptum quam philologis, liberae artis asseclis?

---

[1]) Ad refellendam Fickii opinionem etiam Callini versus fr. 1[8] aliquid valere mihi videtur. Fick enim (Odyss. p. 8), ut probaret ab Ionica dialecto litteram digamma alienam semper fuisse, inter alia argumenta hoc quoque attulit „quod in fragmentis „carminum veterum poetarum Ionicorum Callini Mimnermi Archilochi Hipponactis „nulla huius litterae reperiantur certa vestigia"; nostro igitur iure poscimus ut nobis eodem argumento uti liceat. Itaque cum inter paucos illos Callini versus qui aetatem tulerunt legatur:

θάνατος δὲ τότ' ἔσσεται ὁππότε κεν δὴ
Μοῖραι ἐπικλώσω',

in quibus verbis de eliminando κεν ne cogitari quidem potest, hinc sequitur, particulam κεν a Callini dialecto non fuisse alienam, Ionicam igitur olim fuisse. An Homerum imitatus fuerit Callinus? Equidem quominus sic statuat quispiam non intercedo, sed ipse Fick sic opinari nos vetuit; nam post sexagesimam demum olympiadem a poetis Ionicis formas Homericas, vel ut ille loquitur Aeolicas, suis carminibus intermixtas esse contendit Iliad. pag. XXXVI.

Equidem novam causam quaerendam arbitror, vel potius in promptu eam esse contendo. Veteribus poetis epicis unum κεν in usu fuisse, id Fickio libenter concedo, sive cum illo Aeolicum id appelles, sive vetustae potius Graecitatis commune existimes. Sed addo, etiam recentioris aetatis poetas, quibus Ilias et Odyssea hodiernam suam formam et ambitum debent, unam voculam κεν adhibuisse. Quod ἄν quoque irrepsit, id non eorum voluntati sed mero casui tribuendum esse perhibeo, neque eorum aevo sed postea demum et sensim factum esse, cum recitarentur carmina Homerica a rhapsodis, hominibus Ionicis vel Atticis, qui particula κεν ipsi non uterentur et canerent auditoribus eam non adhibentibus [1]).

Sensim irrepsit ἄν pro κεν, nulla lege cogente, nulla certa ratione ducente [2]): non in omnes igitur locos irrepsit quo per metrum licebat. Sensim irrepsit: nunquam igitur fuit tempus quo prorsus constaret de singulis locis Homericis, essetne ἄν traditum an vero κεν. Sine dubio omnium prima labefactata est locutio οὔ κεν, hodie in textu Homerico rarissima, in qua littera κ pelliciebat et vel imprudentes perducebat recitantes ut substituerent vitae communis sonos simillimos οὐκ ἄν; vid. v. l. *N* 289 [3]). Cito, opinor, secuta

---

[1]) Simillimi erroris Aristophanes poeta manifestus tenetur; qui cum rusticum Thebanum in Acharnensium fabula induceret nativo sermone utentem, huic homini μέντἄν, quod Atticorum est, tribuit vs. 906:

λάβοιμι μέντἂν κίρδος ἀγαγὼν καὶ πολύ.

Non dubito enim quin ipse comicus sic scripserit. Si quis autem evinceret, non Aristophanis hunc esse errorem sed a posteris corrupta esse eius verba, vel sic egregie hic locus faceret ad tuendam nostram opinionem de Homerico ἄν; minus enim nunc refert quis erraverit quam quomodo et cur erratum sit.

[2]) Videantur quae de inscriptione Andaniana observavimus pag. 563, 1.

[3]) Tenemus igitur solutionem aenigmatis quod a viro docto Eberhard nobis propositum est in Ebelingi Lexico Homerico pag. 734 sq. In fine enim praelongae disputationis de particula κε, quae infinita cura elaborata et libri instar est, numeris subductis demonstrat, apud Homerum in sententiis affirmativis plane regnare κε(ν), sed in negativis aliquanto magis usitatum esse ἄν quam κεν, illud enim 100 locis extare, hoc 88. Conf. infra pag. 581.

Quae contra me disputavit Monro Hom. Gramm.[2] p. 330 reticere nolo, licet minime persuaserit vir doctus: „It will be found that οὐκ ἄν occurs 61 times in the ordinary „text of Homer: while οὔ κεν occurs 9 times, and οὔ κε 7 times. Now of the forms „κεν and κε the first occurs in the Iliad 272 times, the second 222 times. Hence, „according to the general laws of probability, οὔ κεν and οὔ κε may be expected to „occur in the same proportion: and in the ordinary text this is the case (9 : 7). But „if every οὐκ ἄν were changed into οὔ κεν, there would be 70 instances of οὔ κεν „against 7 of οὔ κε. This clearly could not be accidental: hence it follows that οὐκ „ἄν must be retained in all or nearly all the passages where it now stands. And if „οὐκ ἄν is right, we may infer that the other instances of ἄν with a negative — 22 „in number — are equally unassailable."

sunt ὄφρ' ἄν pro ὄφρα κ' et similia, in quibus nonnisi una litterula erat mutanda. Brevi post pro ὡς κεν, πῶς κεν credibile est coeptum esse substitui ὡς ἄν, πῶς ἄν, quae nusquam non substitui metrum sinebat. Aliquanto diutius, ut arbitror, intacta perstiterunt ὅ κεν et similia, quae ut in ὃς ἄν etc. mutarentur bina vocabula erant sollicitanda. Sero demum invectas censeo voculas ex contractione natas, et vel hanc ob causam in Homerico sermone suspectas (cf. § 7), ἦν ἐπήν pro αἴ κ(ε) et ἐπεί κ(ε) [1]). Itaque illud dictum Achillis, a quo disputandi initium fecimus, diu etiam post ipsorum poetarum aevum sic pronunciatum fuit:

ὄψεαι αἴ κ' ἐθέλῃσθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ,

et sero demum natum est illud ἦν ἐθέλῃσθα, quod ad nos pervenit.

Sero natum dico, et quamquam tempora accuratius definire nequeo, Platonis certe aevo genuinam huius loci lectionem aut solam extitisse aut nondum intermortuam fuisse, demonstrari potest. Nam quod modo poscebam et olim lectum fuisse perhibebam, id quamquam in codicibus nostris Homericis, uno Vindobonensi excepto, non reperitur, legitur tamen apud Platonem, quo loco hunc versum affert, in Hippia Minore pag. 370*b*; nec non in Anonymi περὶ σχημάτων libello (Rhetor. Spengel III pag. 141, Walz. VIII pag. 649) sic citatur.

Luculentum igitur et minime dubium hoc est exemplum traditionis inter κεν et ἄν vacillantis. Itaque si sunt editores, iusto fortasse cautiores, quibus in veterum scriptis recensendis summa lex videtur „littera scripta maneto", ne hi quidem habent quod abhorreant in opinione quam commendare coepi, unum κεν Homericum esse, ἄν utpote posterioris aevi sordes esse removendum ex epico textu. Utrumque enim nostro versu traditum est, optio igitur nobis est facienda, quemadmodum olim facta est optio a criticis Alexandrinis, cum textum Homericum constituerent.

In quibus prae ceteris semper Aristarchus est nominandus. Quid igitur ille de hac quaestione iudicabat? Magis favebat particulae ἄν. Non totidem quidem verbis diserte id nobis est traditum, sed satis tamen apparet ex iis quae legimus in scholiis ad *N* 289:

---

[1]) Accedit argumentum ex ordine quo particulae apud Homerum excipere se solent desumtum, quod verbis Monroi Hom. Gramm.[2] p. 329 indicabo: „the usage „with regard to the order of the Particles excludes the combinations ἦν δέ, ἦν περ, ἦν „γάρ — for which Homer would have εἰ δ' ἄν, αἴ περ ἄν, εἰ γὰρ ἄν."

οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὄπισθε πέσοι βέλος οὐδ' ἐνὶ νώτῳ.
„οὕτως Ἀρίσταρχος οὐκ ἄν διὰ τοῦ ᾱ, αἱ δὲ κοιναὶ οὔ κεν."

Praetulit igitur *ἄν*, fortasse motus opinione sua, Homerum Atheniensem fuisse. Nam nisi sic censuisset, verum opinor, qua erat sagacitate, intellexisset ex locis, qualis est *T* 271 sq.:

οὐκ ἂν δή ποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσι
Ἀτρεΐδης ὤρινε διαμπερὲς, οὐδέ κε κούρην
ἦγεν κτέ.,

ubi vetus poeta epicus dederat *οὔ κεν* et *οὐδέ κε*, poeta Atticus vel Ionicus *οὐκ ἄν* et *οὐδ' ἄν* inter se oppositurus erat, sed nonnisi casu et per errorem nasci potuit illud *οὐκ ἄν .... οὐδέ κε*. Aristarcho vero *ἄν* nativum videbatur, *κεν* poeticum, itaque hoc metri causa secundo versu invectum esse, eum censuisse verisimile est.

Notabilis quoque est versus *Z* 113:

ὄφρ' ἂν ἐγὼ βήω προτὶ Ἴλιον,

quem cum Aristarchus in priore editione talem dedisset qualem ipse dederat olim poeta, *ὄφρα κ' ἐγὼ βήω*, in altera testibus scholiis correxit *ὄφρ' ἂν* [1]), quod hodie legitur et hoc loco et viginti aliis.

Neque opinioni, quam protuli, obstat quod Aristarchus *A* 168 et *H* 5 defendit veram lectionem *ἐπεί κε κάμω* et *ἐπεί κε κάμωσιν*, ubi vulgatum erat id quod ad nostram usque aetatem permansit, *ἐπήν κεκάμω* et *ἐπὴν κεκάμωσιν*. Scilicet non ideo impugnavit vulgatam quod *ἐπήν* pro *ἐπεί κε* parum Homericum esse censeret, sed quod non *κεκαμεῖν* sed *καμεῖν* dicendum esse intellegeret; *ἵνα μὴ ᾖ διπλασιασμὸς ἐν τῷ ῥήματι*, ut legimus in scholiis, unde simul discimus fuisse etiam qui *ἐπήν κε* scriberent [2]). Talis causa nisi intercessisset, voculam *ἐπήν* his locis sine dubio tolerasset. Sic etiam *δ* 494

ἐπεί κ' ἐὺ πάντα πύθηαι,

ubi scholia Harles. *ἐπὴν* potius scribendum esse autumant, ad Aristarchum illa opinio referenda esse videtur. Et dubites fere num in scholio A^{t} ad *M* 465:

οὐκ ἄν τίς μιν ἐρυκάκοι ἀντιβολήσας

recte hodie tradatur: *Ἀρίσταρχος „οὔ κέν τίς μιν ἐρύκακεν."* Expectaveris enim haec potius: <*οὕτως*> *Ἀρίσταρχος* <*διὰ τοῦ ᾱ „οὐκ*

---

[1]) *διχῶς Ἀρίσταρχος, καὶ διὰ τοῦ „κε", ὄφρα κ' ἐγὼ, καὶ διὰ τοῦ „ἄν."*

[2]) Simile vitium Aristarchum sustulisse *P* 658, nam ante eum *ἐπεὶ ἂν κεκάμῃσι* vel *κε κάμῃσι* lectum esse, illum vero *ἐπεὶ ἄρ κε κάμῃσι* dedisse, effici potest ex Aristonici ad hunc versum verbis mutilis.

ἄν", *αἳ δὲ κοιναὶ*> „*οὔ κεν*". Legitur autem hodie *οὔ κεν* in uno Vindobonensi L, *οὐκ ἄν* vero in Syriaco, in scholiis *N* 1, in Veneto A etc.

Quidquid id est, septem iam locos Homericos indicavi, ubi inter *κεν* et *ἄν* variant libri. Sed multo plures afferri possunt.

δ 223 et *ψ* 187 *οὔ κεν* vulgo,	*οὐκ ἄν* optimi. Cf. l. a. *N* 289 *Ω* 439.
P 398 *οὐδέ κ'* bis,	Eust. *οὐδ' ἄν*.
Z 69 *ὥς κε*,	Eust. *ὡς ἄν*.
Λ 549 *ὃν δέ κ'*,	Eust. *ὃν δ' ἄν*.
B 391 *ὃν δέ κ'*,	*ὃν δ' ἄν* Ambr. Vrat. Eust.
Λ 306 *ὃς δέ κ' ἀνὴρ*,	*ὃς δ' ἄν* Eust.
ρ 385 *ὅ κεν τέρπησιν*,	*ὃς ἄν* Eust.
Θ 471 *αἴ κ' ἐθέλησθα*,	schol. A *γρ.* „*ἦν*".
μ 138 *ἦ τ' ἄν ἔτ'*, alii *καί κεν ἔτ'*.	Verum videtur *ἦ κεν ἔτ'*.
δ 448 *τίς γάρ κ' εἰναλίφ*,	*τίς γὰρ ἄν* Eust.
ι 351 *πῶς κέν τίς σε*,	*πῶς ἄν τίς σε* M alii.
ζ 285 *ἐμοὶ δέ κ' ὀνείδεα*,	*ἐμοὶ δ' ἄν ὀνείδεα* Eust.
ρ 418 *ἐγὼ δέ κέ σε κλείω*,	*ἐγὼ δ' ἄν σε κλείω* Eust.
χ 377 *ὄφρα κ' ἐγὼ*,	*ὄφρ' ἄν ἐγὼ* alii.

Alia exempla extant *Λ* 527 *Π* 39 *Ψ* 76 *δ* 228, 494 *θ* 216 *ξ* 126 *π* 391 *ρ* 268 *σ* 183, 269 *τ* 515 *χ* 254, 377 *ψ* 187, complures autem ex his locis corrigi potuerunt ope codicis Odysseae F, quem publici iuris fecit Ludwich postquam haec commentatio in Mnemosyne prodiit [1]).

Quin interdum *ἄν* pro *κεν* occurrit repugnante metro, manifesto igitur vitiosum et ab ipso librario per errorem substitutum genuinae voculae *κε*. Sic *ν* 342 pro *γήμασθ' ᾧ κ' ἐθέλῃ* apud Eust. est *ᾧ ἄν ἐθέλῃ*. *M* 302 pro *εἴ περ γάρ χ' εὕρησι* in Vindob. G reperitur *εἴ περ γὰρ ἄν χ' εὕρησι*.

Denique h. l. commemoratus esto *P* 489, ubi *οὐκ ἄν* traditum est sane, sed tralucet verum *οὔ κεν* in absurda codicis D lectione *οὔ τιν'*. Item *Ψ* 339 codices quidem omnes habent *ἄν*, sed apud Platonem lectio *μή* veri servat vestigia.

Videmus, etiamsi transversum unum digitum a textu tradito discessisse nefas ducas, hodie tamen satis multis locis incertum

---

[1]) Commemoratu dignissimus est etiam Hesiodi versus Theog. 799 *αὐτὰρ ἐπεὶν* (sic codex optimus) *νοῦσον τελέσῃ*, ubi non *ἐπὴν*, quod edi solet, est scribendum, sed delenda est littera *ν* per dittographiam invecta; verum habent V C Olom.

esse utri particulae magis faveant libri. Quorum locorum numerus egregie augebitur si addamus versus ubi legitur ἄν cum parallelis versibus κεν reperiatur.

Et hic denuo laudandum est, quamquam iam fere decantatum, illud ἦν ἐθέλησθα. Nam hodie sane in textu Homerico id legitur loco quem saepius iam attulimus, *I* 359, nec non versu parallelo *Δ* 353 [1]), sed aliquanto tamen frequentius in Homericis est id, quod unice recte habere contendo, αἴ κ' ἐθέλησθα vel -λῃς: *Θ* 471 *N* 260 *Σ* 457 (= *γ* 82 *δ* 322) *λ* 105 *μ* 49 *υ* 233 h. Merc. 181. Invenimus sane in omnibus codicibus ἦν ἐθέλησιν *I* 429 = 692, sed αἴ κ' ἐθέλῃσι extat *Σ* 278, 306 *ι* 520; item αἴ κ' ἐθέλωμι reperitur *φ* 348, αἴ κ' ἐθέλοις *τ* 589, αἴ κ' ἐθέλων .... *η* 315.

Eadem ratione persanari potest *Π* 88 sq.:

ἀλλ' ἐμέ περ πρόες ὦχ', ἅμα δ' ἄλλον λαὸν ὄπασσον
Μυρμιδόνων, ἦν πού τι φόως Δαναοῖσι γένωμαι.

Hic dubitaremus fortasse quomodo αἴ κεν esset revocandum, nisi viam nobis indicatam inveniremus loco parallelo *Λ* 796 sq.:

ἀλλὰ σέ περ προέτω, ἅμα δ' ἄλλος λαὸς ἑπέσθω
Μυρμιδόνων, αἴ κέν τι φόως (l. φάος) Δαναοῖσι γένηαι,

quo loco codex G habet ἦν πού τι φόως etc. Leguntur haec in Nestoris cum Patroclo prolixa illa confabulatione, quae quin inter recentissimas Iliadis partes sit recensenda, vix cuiquam opinor adhuc dubium videtur. Fickio autem si credendum est, debentur haec poetae aut si mavis rhapsodo isti, quem Iliadem ex Aeolica dialecto in Ionicam convertisse simulque multis hexametris de suo auxisse contendit; hunc igitur diasceuastam, cui nomen Cynaetho, patriam Chium fuisse dicit, versus *Λ* 794—803 leviter mutatos repetivisse ex libri *Π* initio, vir ille doctus (Iliad. pag. 488) autumat; crassa Minerva e Patroclea evulsos et huc intrusos esse alibi (pag. 83) statuit. Quod verum esse minime negamus; sed quod dicit leviter mutatos esse hos versus, quo tendat videamus. Ecquid credibile est, rhapsodum illum, qui Aeolica carmina in Ionicam dialectum converteret, hoc loco mira quadam mentis perturbatione plane contrariam viam institisse, et ita mutavisse verba loci quem imitabatur, ut pro Ionicis voculis ἦν που, quae hodie certe illic leguntur, restitueret in versibus a se fictis Aeolicas αἴ κεν? Plane absurda sic crederemus; itaque Fick interrogatus

[1]) Quamquam veri vestigia ne hic quidem prorsus sunt oblitterata, optimi enim testes papyrus CXXXVI et codex A habent ἦν κ'.

responderet opinor, illo tempore *αἴ κεν* lectum fuisse in Patrocleae versu. Concedo sane; sed numquid igitur Cynaethus, aut quisquis fuit, Aeolicum illud *αἴ κεν* indignum iudicavit quod toleraretur *Π* 39, sed dignum tamen quod reciperetur in novum locum a se confictum? Credat qui credere possit; neque Fickium, quo est mentis acumine, talis opinionis defensionem suscepturum existimo. Nisi tamen eam defendat, nobis concedat necesse est, post Cynaethi ergo tempora, id est postquam Ilias et Odyssea in hodiernam suam formam et ambitum sunt redactae, in Patrocleae locum (*Π* 39) irrepsisse voculas *ἦν που*, et sic ultro delabimur ad opinionem quam ego tueri conor, non ab Ionicis nescio quibus diasceuastis in textum Homericum invectum esse *ἄν*, sed sero demum, prouti casus ferret, in multos locos sensim irrepsisse.

Patrocli autem verba dum mente tenemus, confidenter refingimus alios quosdam locos, quos importunum illud *που* obsedit:

β 360 } *ἦν που ἀκούσω*,
γ 88 }

ε 417 *ἦν που ἐφεύρω*,

immo *αἴ κεν ἀκούσω*, *αἴ κεν ἐφεύρω*.

Eadem est condicio versus *X* 108 *ἐμοὶ δὲ τότ' ἂν πολὺ κέρδιον εἴη*. Nam vera lectio *τό κεν πολὺ κέρδιον εἴη* totidem litteris extat loco parallelo *H* 28, et simillimus est *P* 417 *τό κεν ἡμῖν ἄφαρ πολὺ κέρδιον εἴη*.

Neque magis dubium est quomodo sit corrigendum ὅς ἄν, quod uno loco Homerico *φ* 294 reperitur:

βλάπτει ὅς ἄ ν μιν χανδὸν ἕλῃ μηδ' αἴσιμα πίνῃ,

nam ὅ *κεν* et hic restitui potest et legitur quatuor locis *Γ* 354 *α* 254 *π* 257 *ϱ* 385; quorum locorum primo ὅς *κεν* metro invito exhibetur in cod. D, ultimi varia lectio ὅς ἄν affertur, ita ut vitiosum ὅς ἄν ex genuino ὅ *κεν* veluti ante oculos nostros procrescere videamus.

At quoniam Homericum non est ὅς ἄν, non diu opinor manus abstinebimus a voculis ὅς δ' ἄν, sed ὅς δέ *κε* restituemus, solo nostro iudicio confisi. Quid quod ne requiritur quidem talis, si qua est, audacia; sufficiunt enim versus paralleli *B* 391 et *Θ* 10 inter se collati:

B 391: ὃν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω,
Θ 10: ὃν δ' ἄ ν ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω.

Priore loco solus Ambrosianus praebet ὃν δ' ἂν, altero ἄν reperitur apud omnes; neutro vero loco vel per unum punctum temporis patienter est ferendum. Quod vero *Θ* 10 analogia duce corrigere

possumus, id si *O* 348 et *τ* 332, ubi tali adminiculo destituti sumus, intactum relinqueremus, non cauti sed ignavi potius et superstitiosi homines essemus dicendi:

O 348: ὃν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἑτέρωθι νοήσω,
τ 332: ὃς δ' ἂν ἀμύμων αὐτὸς ἔῃ etc.

Immo ὃν δέ κ' ἐγὼν et ὃς δέ κ' ἀμύμων.

Egregie quoque ad nostram opinionem tuendam faciunt versus ex quibus, particulam κεν pro ἄν restituendo, alterum simul vitium eliminare licet. Multorum instar mihi videtur versus ρ 10:

τὸν ξεῖνον δύστηνον ἄγ' ἐς πόλιν, ὄφρ' ἂν ἐκεῖθι
δαῖτα πτωχεύῃ.

Scilicet κεῖνος, κεῖθι, κεῖσε etc. Homerica sunt, formae vero quibus praefixa est littera ἐ- a poetae sermone sunt alienae, rarissime occurrunt, nullo loco genuinae sunt; cf. § 97 pag. 267 sq. Et ad ἐκεῖθι quod attinet, id non altero loco Homerico legitur praeter hunc unum. Numquid igitur dubium esse potest quin hoc loco poeta dederit ὄφρα κε κεῖθι, quemadmodum exempli gratia *β* 124 legimus ὄφρα κε κείνῃ? [1])

Contrarium, ut hoc in transitu commemorem, usu venit Φ 147; ibi enim vitium prohibuit quominus alterum vitium nasceretur. Traditum est illo loco ὄφρα κεν ᾖσι, sed dudum intellectum est ab editoribus, formam unice Homericam ἔῃσι restituendam esse, ὄφρα κ' ἔῃσι igitur poetae esse manum (cf. § 302). Quae subiunctivi forma si olim intacta mansisset, sine dubio ὄφρα κ' hoc loco, ut passim alibi, abiisset in ὄφρ' ἄν.

Praeterea afferatur hic *λ* 17 sq.:

οὔθ' ὁπότ' ἂν στείχῃσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
οὔθ' ὅτ' ἂν ἂψ ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανόθεν προτράπηται.

Hic enim, dum κεν revocamus, simul parallelismum enunciatorum restituimus:

οὔθ' ὅτε κε στείχῃσι, [2])
οὔθ' ὅτε κ' ἂψ etc.

Denique huc pertinet *ε* 100:

τίς δ' ἂν ἑκὼν τοσσόνδε διαδράμοι ἁλμυρὸν ὕδωρ,

---

[1]) Aliam quaestionem movet insolita vocularum ὄφρα ἄν vel ὄφρα κε iunctura sensu *wt* duobus tantum locis Homericis obvia, vid. pag. 558.

[2]) Monro Hom. Gramm.[2] p. 328 mavult οὔθ' ὁπότε στείχῃσι, „since the reference is „general". Sic igitur etiam vs. 18 οὔθ' ὁπότ' ἂψ erit legendum.

in quibus verbis inutile est δ' (cf. χ 12), male autem deest digamma adiectivi Ϝεκών. Itaque minime incerta aut temeraria est correctio, a Bekkero primum ni fallor proposita:

τίς κε Ϝεκὼν τοσσόνδε διαδράμοι ἁλμυρὸν ὕδωρ,

qua utrique voci forma sua redditur legitima.

Aliquid ad defendendam nostram thesin illi quoque versus valent, qui dum κεν restituitur numerosiores fiunt. Qualis est Δ 58:

τὰς διαπέρσαι, ὅτ' ἄν τοι ἀπέχθωνται περὶ κῆρι,

in quibus verbis infinitivus διαπέρσαι vicem imperativi obit. Incisionem post secundum trochaeum, non prorsus quidem inauditam in Homero, sed tamen auribus paulo acutioribus vix tolerandam, sustuleris ὅτε κεν scribendo:

τὰς ⏑ – | ὅτε κέν τοι ἀπέχθωνται περὶ κῆρι.

Pro διαπέρσαι igitur διάπερθ(ε) scripserim, quamquam elisum quoque -σαι infinitivi fortasse potest defendi [1]).

Magni quoque momenti sunt versus ubi ἄν syntaxin violat. Sic X 66 traditum est:

αὐτὸν δ' ἄν πύματόν με κύνες πρώτῃσι θύρῃσι
ὠμεσταὶ Ϝερύουσιν,

futuro igitur tempori adiunctum ἄν, quod quin περισσόν, quemadmodum scholiastae loquuntur, vel potius vitiosum sit apud Homerum, ut apud ceteros omnes, quis adhuc dubitat (cf. § 122 pag. 310)! Nolim tamen Ϝερύσωσιν rescribere, licet id in Plut. Mor. 114 *a* legatur, sed potius importunum illud ἄν extirpaverim; nec diu quaeritandum est remedium; sufficiet enim, ni fallor: αὐτὸν δ' ἄρ. Ortum videtur vitium ex ignorantia posteriorum, qui Ϝερύουσιν futurum esse (cf. Λ 452 sqq.) parum intellegerent.

Simili vitio laborare versum I 167, infra pag. 584 not. 1 apparebit.

Alterum exemplum legitur Ω 226 sq.:

αὐτίκα γάρ με κατακτείνειεν Ἀχιλλεὺς
ἀγκὰς ἑλόντ' ἐμὸν υἱόν, ἐπὴν γόου ἐξ ἔρον εἵην,

ubi unum ἐπεὶ ... εἵην recte habere contextus docet.

Item δ 222 male editur:

ὃς τὸ καταβρόξειεν, ἐπὴν κρητῆρι μιγείη,

nam optativus alterum postulat optativum, iure igitur Thiersch correxit ἐπεὶ κρητῆρι μιγείη.

---

[1]) Certe Aristarcho Φ 322 sq. placebat οὐδέ τί μιν χρεὼ | ἔσται τυμβοχοῆσ', ὅτε etc., ubi alii τυμβοχοῆς legebant. Cf. § 13 pag. 67.

Neque melioris est notae quod tribus locis parallelis β 105 τ 150 ω 140 in libris plerisque reperitur:

ἐπὴν δαῖδας παραθεῖτο (-θείμην).

Unum ferri potest ἐπεί, ut recte edi solet hodie.

Eodem referendi sunt ο 537 sq.:

τῷ κε τάχα γνοίης φιλότητά τε πολλά τε δῶρα
ἐξ ἐμεῦ, ὡς ἄν τίς σε συναντόμενος μακαρίζοι.

Deleta particula molesta ἄν scripsimus ἐξ ἐμέθεν, ὥς τίς σε etc.

Neque ὄφρ' ἂν ἄγοιεν, ὄφρ' ἂν ἑλοίμην ρ 298 ω 334 legendum esse sed ὄφρ' ἀνάγοιεν (nisi gravius subest vitium), ὄφρ' ἀνελοίμην, docet syntaxis, cf. pag. 558.

Etiam versus β 76, de quo cf. pag. 583, hoc loco est commemorandus, nec non huc faciunt versus quales sunt hi:

T 230: ὅσσοι δ' ἂν πολέμοιο περὶ στυγεροῖο λίπωνται,
O 209: ὁππότ' ἂν ἰσόμορον καὶ ὁμῇ πεπρωμένον αἶσῃ | νεικείειν ἐθέλῃσι (cf. pag. 582),
τ 206: ἦν τ' Εὖρος κατέτηξεν, ἐπὴν Ζέφυρος καταχεύῃ,
κ 411: ἐλθούσας ἐς κόπρον, ἐπὴν βοτάνης κορέσωνται,
T 32: ἦν περ γὰρ κῆταί (l. κέεταί) γε τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν,
X 487: ἦν περ γὰρ πόλεμόν γε φύγῃ πολύδακρυν Ἀχαιῶν,
π 276: ἦν περ καὶ διὰ δῶμα ποδῶν ἕλκωσι Θύραζε,

in quibus usus dicendi Homericus non requirit voces ὅσσοι ἄν, ὁππότ' ἄν, ἐπήν, ἦν, sed sufficit ὅσσοι ὁππότε ἐπεί εἰ cum subiunctivo. Cuius intempestivae diligentiae luculentum exemplum extat *Π* 453, ubi poeta dederat id, quod in plerisque libris manuscriptis adhuc legimus:

αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ τόν γε λίπῃ ψυχή τε καὶ αἰών,

sed „γρ. ἐπὴν δὴ" invenimus in scholiis A, et in ipso textu codicum DGL id legitur. Conf. infra pag. 583.

Minime vero negligendi sunt nobis loci ubi ἄν (ἦν, ἐπήν) in graviore corruptela legitur, ita ut revocata sana lectione simul evanescat particula suspecta. Cuius rei exemplum certissimum, ut arbitror, suppeditat sententia cuius pars est versus saepius iam excitatus sed denuo nunc proferendus, *I* 356 sqq.:

νῦν δ' ἐπεὶ οὐκ ἐθέλω πολεμιζέμεν' Ἕκτορι δίῳ,
αὔριον ἱρὰ Διὶ ῥέξας καὶ πᾶσι θεοῖσι,
νῆάς θ' εὖ νῆας, ἐπὴν ἅλαδε προϝερύσσω,

ὄψεαι, ἦν ἐθέλησθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ,
ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντον ἐπ' ἰχθυόεντα πλεούσας
νῆας ἐμὰς, ἐν δ' ἄνδρας ἐρεσσέμεναι μεμαῶτας.

Quae soloeca sunt et incomposite dicta, nihil enim est participium illud absolutum scilicet *νηήσας*, quod ad Achillem qui loquitur spectare debet, sed, ut nunc habet contextus, ad eum quem alloquitur Ulixem est referendum. Quid lateat ipse indicabit Homerus. Non omnes suae classis naves Achilles ipse est oneraturus, sed unam illam in qua opes suas habet collectas. Hanc impleturum se dicit. Neque aliam Agamemnon spectaverat cum haec legatis mandaret (vs. 137):

νῆα ϝάλις χρυσοῦ καὶ χαλκοῦ (-κόο) νηησάσθω,

quae iisdem deinde verbis Ulixes Achilli rettulit (vs. 279). Hoc igitur promissum respicit Achilles, cum stomachosus retorquet: „nihil curo opes quibus Atridae meam navem cumulaturos se dicunt; ipse eam implebo; habeo quae imponam, dudum hisce meis manibus meoque sudore parta; plura non desidero; sufficiunt *ἃ μοί ἐστι θοῇ παρὰ νηῒ μελαίνῃ* (*A* 300). Cras navem meam, cunctis quae possideo oneratam, protraham in mare et domum redibo:

νηήσας εὖ νῆα ἐμὴν ἅλαδε προϝερύσσω". —

Deinde novam addit sententiam, cum praecedentibus non coniunctam, quae a famosis illis „*ὄψεαι ἦν ἐθέλησθα*" incipit. [1])

Alterum exemplum in eodem libro extat *I* 304:

νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἂν μάλα τοι σχεδὸν ἔλθῃ.

Sic in fine praeclarae allocutionis Ulixes Achillem cohortatur, admodum tamen insulse: „*nunc Hectorem poles occupare, si modo propius ad te accedat*, — in quibus ridicule inter se pugnant illud *nunc* et illud *si*. Itaque, ut est apud Platonem, *τοῦτον τὸν λόγον ἀμείνω ἂν γενέσθαι οἶμαι εἴ τις τὸ „εἰ" ἀφέλοι αὐτοῦ*. Non dixit Ulixes quod dixisse fertur, sed *ἐπεί* nostro loco significare debet *quoniam*, aliena igitur a sententia est particula condicionalis *ἄν* vel *κεν* [2]). Poetam dedisse censeo:

---

[1]) Inter se confundi solere litteras *Π* et *Μ* nemo nescit, lenissima igitur est quam proposui correctio. Neque hiatus in caesura admissus me terret, licet arte cohaereant voces *νῆα* et *ἐμήν*. Itaque *νῆας ἐμὰς* minus probabilis videtur coniectura.

[2]) *ἐπεὶ ἄν* (⏑⏑⏓) nonnisi hoc loco et *Z* 412 legitur; alibi aut *ἐπήν* aut *ἐπεί κε(ν)*. Illo loco *αἴ κεν* corrigendum videtur; cf. infra pag. 583. — Simili errori debetur *ὄφρα κε* pro *ὄφρα* *X* 382.

νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοισθα, ἐπεὶ μάλα τοι σχεδὸν ἦλθε,
nunc Hectorem occupare licet, NAM *in proxima vicinia versatur* [1]).

Nunc videamus versum *υ* 135:

οὐκ ἄν μιν νῦν, τέκνον, ἀναίτιον αἰτιόῳο (l. *-άοιο*).

Verba haec sunt Eurycleae, quam Telemachus sic in versibus praecedentibus interrogavit: „numquid hospitem mater mea laute ha„buit me absente, an vero eum neglexit, ut assolet probos viros „posthabere nequam homunculis?" Indignata respondet ancilla: „iniustus es erga matrem tuam, neque habes quod socordiae eam „incuses; bibit hospes quantum libuit, dapes sibi oblatas recusavit, „nunc dormit: quid poterat fieri amplius, etiamsi ipse adfuisses?" Non video igitur quem sensum habeat negatio qua anus respondere incipit:

οὐκ ἄν μιν νῦν, τέκνον, ἀναίτιον αἰτιάοιο [2]).

Immo restituamus id quod flagitat sana ratio:

ἦ κέν μιν νῦν, τέκνον, ἀναίτιον αἰτιάοιο.

Veram hanc esse et certam emendationem qui concedit, simul concedere non recusabit, hunc versum referri posse inter exempla manifesta particulae *κεν* a posterioribus in *ἄν* mutatae; *ἦ κεν*, quod poeta dederat, in *οὔ κεν* casu quodam corruptum est, quod deinde hoc loco, ut alibi passim, abiit in *οὐκ ἄν*. Videatur infra pag. 584 not. 1 de *I* 167.

Porro hic commemoranda est elegantissima correctio, qua Monro persanavit versum *M* 41, ubi *ἄν* aperto vitio cum indicativo praesentis iunctum est (cf. § 122 pag. 304):

ὡς δ' ὅτ' ἂν ἔν τε κύνεσσι καὶ ἀνδράσι θηρητῆρσι
κάπριος ἠὲ λέων στρέφεται σθένεϊ βλεμεαίνων.

Restituit Monro poetae manum Hom. Gramm.[2] § 82, scribendo

ὡς δ' ὅτ' ἔναντα κύνεσσι etc.

Praeterea hic commemorandum est illud *ἂν τιτὰ* pro *ἄντιτα*, de quo infra pag. 584 videbimus. Neque hinc alienus est versus spurius aut depravatus *Σ* 192:

---

[1]) Si quis malit *νῦν γάρ χ' Ἕκτορ' ἕλοις, ἐπεὶ ἦ μάλα τοι σχεδὸν ἦλθε*, aliquanto propius ad lectionem vulgatam accedens, non repugnem.

[2]) Parum proderit contulisse versum dissimillimum, ad quem interpretatores nos ablegant, *σ* 414. Dici umquam potuisse *οὐκ ἂν ποιοίης* pro *μὴ ποιήσῃς* vel *οὐ μὴ ποιήσεις*, cras credam; illud significat *facere non potes*, hoc *facere non debes*.

ἄλλου δ' οὔ τευ Fοῖδα τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω,

de quo quamquam diverse iudicari potest, id vix a quoquam negari posse videtur, moleste abundare *ἄν*.

Denique in hac disputationis nostrae parte afferendus videtur versus *Φ* 558, quem cum vicinis excribam:

εἰ δ' ἂν ἐγὼ τούτους μὲν ὑποκλονέεσθαι ἐάσω
Πηλεΐδῃ Ἀχιλῆι, ποσὶν δ' ἀπὸ τείχεος ἄλλῃ
φεύγω πρὸς πεδίον Ἰλήιον, ὄφρ' ἂν ἵκωμαι
Ἴδης τε κνημοὺς κατά τε ῥωπήια δύω.

Agenor meditatur fugam in Idae saltus, ubi ad noctem usque delitescat et Achillis furorem effugiat. Illud vero *πεδίον Ἰλήιον* ubinam est? Iliacamne significat planitiem? at illuc se proripere qui possit, in qua hoc ipso temporis puncto incertus animi adstet? Et cur ad indicandam illam planitiem, quam omnes *τὸ Τρωικὸν πεδίον* appellant, vocabulo utitur plane inaudito? Correctum est *Ἰδήιον*, hoc vero est clavum clavo expellere, nihil enim sic lucramur nisi tautologiam prorsus non ferendam. Verum videtur *λεῖον*, quo epitheto hanc ipsam planitiem, quae vs. 602 *πυροφόρος* dicitur, designat Achilles *Ψ* 359 (cf. *ι* 134 nec non *Δ* 484 *Ψ* 330 *ε* 443 *η* 282 *κ* 103). In voce *ἂν* vero latet ni fallor substantivum *ἄγκεα*, *sallus montium*, quae constanter fere commemorari solent ubi persecutio a poeta describitur, vid. *Σ* 321 *X* 190 et inprimis *δ* 337 = *ϱ* 128: *κνημοὺς ἐξερέῃσι καὶ ἄγκεα ποιήεντα.*

Itaque nostri loci haec sincera scriptura esse videtur:

εἰ δέ κ' ἐγὼ [1]) *τούτους μὲν ὑποκλονέεσθαι ἐάσω*
Πηλεΐδῃ Ἀχιλῆι, ποσὶν δ' ἀπὸ τείχεος ἄλλῃ
φεύγω πρὸς πεδίον λεῖον, ὄφρ' ἄγκε' ἵκωμαι
Ἴδης τε κνημοὺς, κατά τε ῥωπήια δύω.

Apparet, particulam *τε* post *Ἴδης* collocatam, quae hactenus inutilis erat, iam suam sibi obtinere vim. Vitium peperit prava verborum divisio *ὄφρ' ἄν κε ἵκωμαι*. Post *ὄφρα donec* omissum est *κε* etiam *A* 82 *M* 281 (cf. pag. 558).

Hactenus igitur quae probare studui, huc redeunt: alienam esse a lingua Homerica particulam *ἄν*; delendam esse, si possit fieri, omnibus locis ubi hodie reperiatur genuinis; spuriis demum ver-

[1]) Simillima est verborum compositio *X* 111.

sibus, id est versibus diu post aetatem poetarum epicorum natis, patienter esse ferendam.

Superest ut omnes locos Homericos huc pertinentes percenseamus. Summam rerum prius enarrabo, deinde singula accuratius considerabimus.

Primum igitur exponam, quam frequens sit particulae κεν usus apud Homerum, et quot qualibusque locis in textu tradito legatur ἄν: [1])

I. κεν.			II. ἄν.		
IN MSCRIPTIS EXTAT.			RESCRIBI POTEST κ(εν).	κ(εν) NON POTEST RESCRIBI NISI CORRIGANTUR VICINA.	SUMMA.
οὔ κε locis	7	16	οὐκ ἄν . . 61	0	61
οὔ κεν	9				
οὐδέ κ(ε)	18	36	οὐδ' ἄν . . 17	1	18
οὐδέ κεν	18				
οὔτε κε(ν)		3			
πῶς κεν		3			
ὅππως κε(ν).		6			
ὁππότε κεν		17	ὁ(π)πότ' ἄν. 4	8	12
[ὁππότε κ' nusquam legitur.]					
οἷός κ'		1			
ὅσσα κεν		1	ὅσ' ἄν . . 2	1	5
ὅς κε(ν), ἥ κε(ν) etc.	151	181	ἅσσ' ἄν . . 1	0	
ὅ κεν	4		ὅς ἄν . . . 0	1	
ὅτις κ'	3				
ὅς τίς κε	2				
ὅττι κεν	21				
		264	85	11	96

[1]) Consulto abstinui ab Hymnis, quia in his recentissima quaeque intermixta iacent vetustae poeseos fragmentis; restituendum tamen in his quoque duco κεν quatenus per numeros liceat. Neque particulae ἄν locus est in carminibus Hesiodeis; in quibus et multo rarius occurrit quam in Homericis et facillimo negotio potest deleri. In Theogonia semel et iterum invenitur, sed ita collocata ut currente calamo rescribi possit κεν; in Scuto neque ἄν neque κεν ni fallor occurrit. Neque multo maiores molestias parant Opera; pauca vero quae reperiuntur recentioris aevi vestigia, vs. 258 ὁπόταν τις, vs. 291 ἐπὴν... ἵκηαι et similia, facillime pleraque possent oblini, si in musivo opere, quale est Hesiodeum, satis tutae viderentur eiusmodi correctiones; sed quis non sentit quanto intervallo ab Homerica dictione distet e. g. versus qualis est Oper. 339:

ἠμὲν ὅτ' εὐνάζῃ καὶ ὅταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ,

pro εὐνάζηαι et ὅτε κεν.

I. κεν.		II. ἄν.		
IN MSCRIPTIS EXTAT.		RESCRIBI POTEST κ(εν).	κ(εν) NON POTEST RESCRIBI NISI CORRIGANTUR VICINA.	SUMMA.
	264	85	11	96
ὅτε κεν	24	ὅτ' ἄν. . . 23	6	29
[εὖτέ κε nusquam legitur.]		εὖτ' ἄν . . 6	2	8
ὥς κ(εν)	41	ὡς ἄν . . . 28	0	28
εἴ κε(ν) . . . . . 59 αἴ κε(ν) 126	185	ἤν 7	26	33
		ἐπήν . . . 14	32	
ἐπεί κ(ε)	26	ἐπεὶ ἄν . . 0	2	49
		ἐπειδάν . . 1	0	
εἰς ὅ κε(ν) . . . . 51 ἦός κε(ν) . . . . . 5 ὄφρα κ(εν) 19	75	ὄφρ' ἄν . . 20	4 (ὄφρ' ἄν . . . κε)	24
τάχα κεν	4	τάχ' ἄν . . 0	2	2
ἄν κεν (NB)	6			
κεν variis modis, qui apte distingui nequeunt, sententiae insertum	525	ἄν variis modis, qui apte distingui nequeunt, sententiae insertum . . . 42	38	80
	1150	226	123	349

Itaque huc redit res. Circiter — nam credibile est me aliquantulum in numeris erravisse [1]) — circiter igitur

[1]) In adnotatione excribam numeros quos praebet Lexicon Ebelingi pag. 734. Secundum virum doctum Eberhard, qui hanc lexici partem elaboravit, κε reperitur

in sententiis affirmativis locis Il. 615 + Od. 527 = 1142
et *in sententiis negativis* locis Il. 48 + Od. 40 = 88

ita ut Homericum κε inveniatur locis 1230.

Non tamen *octoginta* versus a me sunt neglecti, sed ab Eberhardo multi loci recepti sunt de quorum lectione ambigitur, quales locos consulto ego omisi. Ceteroquin si praeferendus esset numerus quem statuit Eberhard, probabilitas theseos nostrae non minueretur, sed vel augeretur.

Eodem viro docto auctore ἄν reperitur

in sententiis affirmativis locis Il. 106 + Od. 74 = 180
et *in sententiis negativis* locis Il. 53 + Od. 47 = 100

ita ut ἄν apud Homerum extet locis 280.

His si addimus versus 80 ubi ἤν et ἐπήν leguntur, ad summam supra a me positam

1150 locis κεν legitur,
226 locis κεν legi potest pro ἄν, ita ut nihil praeterea mutetur.

1376.

Sed locis 123 ἄν legitur ita collocatum ut κεν non possit pro eo substitui nisi simul vicina tententur.

Qui numerus satis exiguus est si confertur cum locis quibus κεν aut extat aut scribi potest, multorum autem versuum huc relatorum facillima est correctio.

Nunc singulas locutiones consideremus, in quibus ἄν apud Homerum traditum est [1]).

1. Pro οὐκ ἂν nusquam non posse substitui οὔ κεν quivis videt (sic l. a. *N* 289 *Ω* 439 *δ* 223 *ψ* 187).

2. Nec non οὐδ' ἂν in οὐδέ κ'(ε) potest mutari; *τ* 286 est v. l. οὐκ ἂν, leg. οὔ κεν.

3. Pro ὁππότ' ἂν legendum est ὁππότε *O* 209 [2]), ὁππότε κ' (χ') *α* 41 *θ* 444 *τ* 410, 489. — ὁπότ' ἂν in ὅτε κεν mutetur *Π* 62 *Φ* 340 *ζ* 303 *κ* 508; ὁπότε videtur rescribendum *Υ* 316 (= *Φ* 375), fortasse etiam *λ* 17 [3]).

4. Pro ὃς ἂν leg. ὅ κεν *φ* 294, item ἅσσα κ' pro ἅσσ' ἂν *ε* 188, ὅσα κ' pro ὅσ' ἂν *ε* 39 (= *ν* 137), sed incerta est emendatio *δ* 204.

5. ὅτ' ἂν passim in ὅτε κ'(χ') mutari potest [4]), sed molestias parant *Α* 519 *Δ* 53, 164 (= *Ζ* 448) *Θ* 406, 420 *Ι* 101.

6. Pro εὖτ' ἂν rescribatur εὖτέ κ'(ε) *Α* 242 *Τ* 158 *α* 192 *ρ* 320, 323 *σ* 194, εὖτε *Β* 228 [5]); dubia est correctio *Β* 34.

---

proxime accedimus, parvum autem quod interest discrimen ex diversa quorumdam versuum lectione ortum esse intellexi; itaque illorum certe locorum, ubi ἄν in Homericis occurrit, vix ullum a me praetermissum esse sperare licet.

[1]) In Mnemosyne l. l. cunctos locos indicavi.

[2]) Item Hes. Oper. 543 ὁπότ' ἂν κρύος ὥριον ἔλθῃ mutandum est in ὁπότε, quod complures habent codices.

[3]) Cf. pag. 574 not. 2.

[4]) Num tamen debeat dubitat Monro Hom. Gramm.[3] p. 329: „of the 22 places „there are 13 in which ὅτ' ἂν appears in the leading clause of a simile (ὡς δ' ὅτ' „ἄν —), and in 3 others (*Β* 397 *λ* 18 *ν* 101) the sense is general; so that ὅτε κ' is „admissible in six only (*Η* 335, 459 *Θ* 373, 475 *β* 374 *δ* 477)..... We must be „content to note the 16 places as in all probability corrupt or spurious."

[5]) An ὅτε τε? vid. l. a. *Ε* 500.

7. ὡς ἄν in ὥς κεν nusquam non potest mutari.

8. ἦν in αἴ κ' mutari potest compluries, in εἰ potest debetque mutari [1]) *A* 166 *T* 32 *X* 487 *σ* 318 alibi, pro ἦν που *Π* 39 legendum esse αἴ κεν docet versus parallelus (cf. pag. 572), similibus remediis sanandi sunt versus *α* 94 etc. Sed quo magis constat Homericam non esse voculam ἦν, eo minus certa est complurium locorum lectio pristina.

9. ἐπὴν in ἐπεί mutandum est ubi generales proferuntur sententiae vel de rebus futuris sine certa temporis definitione sermo fit: *Π* 95 *T* 223 etc. [2]), nec non *Ω* 227 *β* 105 (= *τ* 150 *ω* 140) *δ* 222, ubi sequitur optativus, et *A* 168 *H* 5, ubi sequitur κε. Alibi ἐπὴν in ἐπεί κ' (χ') est mutandum, vid. *K* 63 etc. — Pro ἕλοις ἐπεὶ ἄν ... ἔλθῃ *I* 304 leg. ἕλοισθα ἐπεί ... ἦλθε (vid. pag. 577), pro ἐπεὶ ἄν *Z* 412 verum videtur εἴ κεν. — Quod uno loco extat ἐπειδὰν *N* 285 [3]) corruptum esse patet: ταρβεῖ ἐπειδὰν, verum videtur ταρβέει, αἴ κε (Menrad, cf. § 191).

10. Omnibus locis, quibus ὄφρ' ἄν reperitur, restitui potest ὄφρα κ', nusquam enim ante consonam vel in arsi legitur ἄν; id quod novum praebet argumentum ad melius etiam stabiliendam nostram sententiam, voculam ἄν non esse Homericam. Pro ὄφρ' ἄν μέν κεν *Λ* 187 (= 202) *ε* 361 *ζ* 259 verum videtur ἦος μέν κεν, cf. pag. 562.

11. τάχ' ἄν *A* 205 *β* 76 ut in τάχα κεν mutari possit vicina leviter sunt refingenda, posterior autem locus aperto laborat vitio; pro τάχα δ' ἄν *N* 676 legatur τάχα κεν.

12. Pro γὰρ ἄν, δ' ἄν, πῶς ἄν, σ' ἄν, τ' ἄν, restituere licet γάρ κ', δέ κ', σέ κ', τέ κ' *A* 232, 271 *I* 437 *X* 20 *M* 69 etc., item post alias voces κε pro ἄν *I* 444 *Π* 747 *Ω* 654 *ι* 211 *ϱ* 455.

13. Denique ἄν sine viciniae mutatione eximi nequit e locis fere 35, quorum pars tamen certam admittit emendationem: *B* 597 *Γ* 25 *E* 224, 232 εἴ περ ἄν; *H* 286 *μ* 81 ἦ περ ἄν; *ϱ* 586 ὅς περ

[1]) Nam „ἦν cannot properly be used in a *general* statement or simile" Monro Hom. Gramm.[2] p. 329. Particulae *εἰ* adiunctus subiunctivus reperitur *A* 340 *K* 346 *X* 86 *ε* 221, 471 *η* 204 *μ* 96 *ξ* 373.

[2]) Ita adhibitum reperitur ἐπεί *A* 478 *O* 363, 680 *υ* 86, vid. praeterea *Π* 453 *μ* 55 *χ* 440 et supra pag. 571.

[3]) Recurrit in var. lect. *A* 478 *μ* 55.

ἄν; Ω 566 β 77 γὰρ ἄν; E 201 X 103 ι 228 μ 138 ἦ τ' ἄν; E 362, 457 Ξ 245 ζ 300 καὶ ἄν; Z 329 N 741 O 69 ε 100 σ 31 δ' ἄν; Σ 397 X 108 τότ' ἄν; I 77 Ω 367 Φ 208 κ 578 τίς ἄν; H 231 οἵ ἄν; σ 27 ὅν ἄν. In ἄρ mutandum est ἄν N 127 X 66 ι 334, in μὲν I 167 [1]), delendum est T' 230 (ὅσσοι δ' ἄν leg. ὅσσοι δὲ), denique Ω 218 non τότ' ἄν τιτὰ legendum est, nam ἄντιτα verum esse coll. ϱ 51 = 60 apparet (ἴν' ἄντιτα? an τότε κ' ἄντιτα mutata priore versus parte?).

§ 327. Enunciata duplicia, quibus indicatur animus in diversa propensus, utrique parti praemissam habent particulam ἠέ (ἤ), *utrum ... an;* [2]) sequitur autem subiunctivus post tempus primarium, optativus post historicum (cf. § 109). E. g.

ὥς καὶ ἐμοὶ δίχα θυμὸς ὀρίνεται ἔνθα καὶ ἔνθα, τ 524.
ἠὲ μένω παρὰ παιδὶ καὶ ἔμπεδα πάντα φυλάσσω,
ἢ ἤδη ἅμ' ἕπωμαι Ἀχαιῶν ὅς τις ἄριστος.
διάνδιχα 'μερμήριξε, Λ 189.
ἦ ὅ γε φάσγανον ὀξὺ Ϝερυσσάμενος παρὰ μηροῦ
τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὃ δ' Ἀτρεΐδην ἐναρίζοι,
ἠὲ χόλον παύσειεν ἐρητύσειέ τε θυμόν.

Item reperitur optativus E 672 sq. δ 118 sq. ζ 142 sq. κ 51 sq. etc.

Ubi particula ἦ in thesi ante vocalem non corripitur, scribendum est ἠ', id est ἠέ. Vid. § 16 pag. 82.

In eiusmodi enunciatis prior particula ἠέ nonnunquam est omissa: οὐδέ τι Ϝίδμεν | ζώει ὅ γ' ἦ τέθνηκε δ 109; cf. K 546 δ 643, 837 λ 464.

Simplices vero quaestiones non ex particula ἦ suspenduntur sed ex particula εἰ, ut in Attica dialecto. E. g.

Ϝείσεται εἰ καὶ ἐμὸν δόρυ μαίνεται ἐν παλάμηφι. Θ 111.
ᾤχετο πευσόμενος μετὰ σὸν κλέος, εἴ ποθ' ἔτ' εἶης. [3]) ν 415.

(de optativo post tempus historicum adhibito vid. § 109).

---

[1]) τοὺς ἂν ἀγὼν ἐπιδίψομαι. Aoristum esse posse -ώψομαι monuit vHerwerden (cf. § 152[2]), sed contextus docet ni fallor, aoristo hic nullum esse locum, sed indicativi requiri futurum; idem censuit Gomperz. Abiit igitur genuina particula μέν in κεν, haec in ἄν.

[2]) In mss. saepe legi εἰ ... ἠέ (ἦε) nemo mirabitur. Vid. e. g. B 300.

[3]) Et his locis et similibus (π 138 τ 325 etc.) mscriptorum pars habet ἤ. Hinc Grulich de hiatu p. 49 in eam incidit suspicionem ut ᾗ scribendum esse putaret, unam enim eandemque vocem esse αἰ-εἰ-ᾗ. Id quod propter formam integriorem ἠέ vix et ne vix quidem veri simile esse mihi videtur.

§ 328. Inter particulas, quae vim quandam certumve quendam colorem enunciatis addunt, memoratu dignae sunt:

1. ἄρᾰ *ergo*. De iis quae consentanea sunt vel e praecedentibus sponte profluunt, ita ut a quolibet potuerint expectari, haec particula usurpatur; concludentis est igitur, hinc narrando pergentis. Exigua autem multis locis in epica dictione est eius vis, ita ut vix apte possit verti.

De triplici huius particulae figura vid. § 11. Cum particulis γε et αὖ-τε composita novas peperit voculas γάρ et αὐτάρ-ἀτάρ (§ 325[2]).

2. τε (enclit.). Haec particula subiungitur pronomini relativo (§ 101 et 103), item adverbiis coniunctionibusque quae forma vel notione relativo sunt affines, οἷος ὅσσος ὅθι ἵνα ἔνθα ὅθεν ὡς ὅτε ἐπεί [1]).

Nec non pronomini interrogativo et indefinito τίς τις adverbiisque cognatis τίπτε πῶς πῇ nonnunquam additur. Interrogativis tamen non nuda subicitur sed addita particula altera ἄρ(α), τίς τ᾽ ἄρ *A* 8 *B* 761 *Γ* 226 *Σ* 182, τί τ᾽ ἄρα *M* 409 *Σ* 6 *α* 346 *ψ* 264, πῶς τ᾽ ἄρ *Σ* 188 *γ* 22 h. Ap. 19, 207, τίπτε τ᾽ ἄρ᾽ *Λ* 656 *ν* 417 (?), πῇ τ᾽ ἄρ *N* 307 *ο* 509 (?), ποίῃ τ᾽ ἄρ *π* 222 (?). Qualibus locis τἀρ una voce scribi, quemadmodum γε et ἄρ in novam voculam γάρ coaluerunt, non male iussit Herodianus ad *Λ* 65; cf. Cobet Miscell. Crit. p. 321, qui etiam *K* 61, 424 *κ* 501 *ξ* 115 *ο* 509 *π* 222 τάρ (τ᾽ ἄρ᾽) rescripsit, praeeuntibus Bekkero Duentzero aliis. In mscriptis pro τ᾽ ἄρ saepe exaratum esse γάρ nemo mirabitur.

Praeterea cum particulis (μέν τε, δέ τε, γάρ τε, καί τε, ἀλλά τε, εἴ τε, ἄρ vel ῥά τε, ἀτάρ τε) magna cum libertate copulatur. Denique uno et altero loco sic temere inserta reperitur, e. g. *T* 221 αἶψά τε φυλόπιδος πέλεται κόρος ἀνθρώποισι, quales tamen loci correctionem requirunt, hic autem versus emendatus est e palimpsesto Syriaco, qui δὲ praebet [2]).

Non est confundenda haec particula, quae etiam in Latinis *quisque*, *quicunque*, *namque* etc. extat, cum copula τε *-que* (§ 325[1]).

---

[1]) In Attica dictione hunc particulae usum servant voces ὥστε, ἄτε, ἐφ᾽ ᾧ τε, οἷός τε.

[2]) Inter locos, qui afferuntur in lexico Homerico II p. 317*a*, nonnulli recepti sunt ubi τε mera est particula copulativa *et*, e. g. Ψ 483 *Αἶαν νεῖκος ἄρισται, κακοφραδὴς, ἄλλα τε πάντα | δεύεται Ἀργείων Αἴας qui rixandi peritus est sed consilii inops et aliis quoque in rebus ultimus est Argivorum.*

Nam licet primitus unam eandemque fuisse voculam [1]) cognatae linguae Latina (*-que*) et Sanscritica (*ca*) videantur docere, tam late tamen utriusque particulae et usus discrepat et significatio ut pro duabus diversisque vocibus inde ab aevo Homerico optimo iure possint haberi. Indicat autem indefinitum τε non de certa quadam re sermonem fieri sed de iis quae fieri possint vel soleant. Hinc talibus potissimum locis invenitur ubi sententiae generales enunciantur. Cf. § 101.

8. περ (enclit.). Intensiva haec particula e Latina dictione (*permagnus* etc.) nota est, est autem praepositionis περί forma brevior. Primitus igitur *circa, undique* significare debuit, hinc *valde, admodum, profecto, sane, quidem* valet in dictione epica, saepe autem non potest separatim verti sed merum pondus addit sententiae, vocis igitur modulatione exprimenda est. Ex intensiva autem notione nata est adversativa, cum Latinis particulis *quantumvis, etiamsi* similibusque comparanda. Haec insignis est inprimis ubi particulae εἰ subiunctum est περ, nec non ubi participiis additur, e. g. *A* 586 ἀνάσχεο κηδομένη περ *perfer sollicita sane*, i. e. *perfer quantumvis sollicita* sive *perfer licet sollicita sis*. Haec utendi ratio transiit in dictionem recentioris aevi, idem enim valet Atticum καίπερ cum participio iunctum. Apud Homerum autem voculae καί et περ licet haud raro ad unum participium aliudve vocabulum sint referendae, nunquam tamen se contingunt, nedum in unam vocem coalescant; e. g. *A* 217 καί μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον (Att. καίπερ μ. κ.). Unus tantum locus discrepat: η 224 καί περ πολλὰ παθόντα; item Hes. Theog. 533 καί περ χωόμενος.

4. θην (enclit.) *profecto, opinor*. Ironico colore semper et ubique imbuit enunciata [2]), id quod Hartung aliique optime perspexerunt [3]), negare non debebat Giseke in Ebelingi Lexico Homerico. Est igitur exsultantis, illudentis, graviter ferentis. E. g.

Θ 448 οὐ μέν θην ᾽κάμετόν γε *nondum certe defessae estis, opinor* [4]).

---

[1]) Ductam a stirpe, quae etiam particulam κεν (κα) peperit, κο (κος = τις). Dubito tamen an similitudo fortuita nos fallat, copulativum autem τε (*que*) aliunde sit repetendum. Nonne diversa et tamen consimilia sunt δί *autem* et δί *versus*, syllaba finalis -θεν (= θην) particularum Atticarum δῆθεν δήπουθεν et suffixum -θεν originem indicans?

[2]) Idem valet de locis ubi *Theocritus* epicam hanc particulam suos in usus transtulit.

[3]) „Giving a mocking or ironical force" Monro Hom. Gramm.[2] § 352.

[4]) De altera lectione οὐ μέν τον κάμετόν γε nugatur Eustathius ad hunc locum, Argivis et Cretensibus particulam τον = τοι propriam fuisse de suo perhibens.

Λ 365 ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας *posthac tamen conficiam te, opinor* (licet nunc deorum opera, non tua ipsius virtute, me effugeris).

Eadem huius particulae fuit sors atque praecedentis. Nam cum in dictione Homerica suam vixisset vitam et summa libertate esset usa, postea nonnisi imminuta aliique particulae affixa superavit, quemadmodum περ monosyllabis tantum copulatum (καίπερ, εἴπερ, ὅσπερ) vitam sustentavit. Sic animalcula quaedam marina — quibus Medusae nomen inditum est — prima iuventute libere per fluctus circumvagari, adultam vero aetatem rupibus affixa transigere, zoologi docent. Particulae autem θην cum mobilitas postea decrevit tum ipse sonus, in θεν enim abiit, superest autem in Atticis particulis δῆθεν et δήπουθεν, quas item ironica sua vi insignes esse vix opus videtur hic observari [1]). Sic μήν (μᾶν) in μέν abiit, δή in δέ, αὖ in ἀ- (ἀτάρ), ἦ debiliorem habet formam ἰ- (ἰδέ)(ἴ), εὖτε (ἐϝοτε) autem ὅτε.

5. Quod ultimum observavi voces μήν sive μᾶν (§ 5) et μέν, δή et δέ duplices esse eiusdem particulae formas (cf. § 18), id cum in universum certum est — me quidem iudice — scituque utilissimum, tum vero necessarium omnino ad Homeri dictionem artemque metricam intellegendas. Nam licet apud posteriores (Atticos et τὴν κοινήν volo) non forma solum sed etiam sensu et usu distinctae sint voculae μήν et μέν, δή et δέ, in epica lingua nullum inter utrasque formas est discrimen nisi quod est inter longam syllabam et brevem. Hinc ἦ μέν, οὐ μέν, μὴ μέν saepius legitur in textu tradito, aliique loci sunt multi ubi μέν non notionibus inter se opponendis inservit sed affirmativa particula est mera. Hinc δ' passim idem quod δή valet, e. g. μὴ δ' οὕτως ... | κλέπτε νόῳ (initium est orationis) *A* 131 *noli profecto tantopere...* [2]); saepissime etiam apodosin aperit δέ, ut Latinum *at* [3]); qualibus locis *adversativa* vix ulla particulae apparet vis, e. g. *A* 39-41 εἴ ποτέ

Scilicet in absurdum errorem eum abduxerat vetusta controversia de dualis forma κάμετον, quam Zenodotus aliique καμέτην scribebant (cf. § 115 pag. 293); ad quam quaestionem dirimendam quosdam ad auctoritatem *librorum Argivi* et *Cretensis* provocasse suspicor.

[1]) Nihil igitur huic syllabae -θεν commune esse cum suffixo -θεν (§ 47) nemo non videt.

[2]) Qualibus locis quominus δή scribamus, quod fuere qui iuberent, certissimum obstat argumentum e re metrica petitum; cf. § 8.

[3]) Quod genus loquendi etiam inter Atticos homines minime rarum est.

τοι ... | τὸ δέ μοι κρήηνον ἐϝέλδωρ, *A* 198 sq. ἦος ὃ ταῦθ' ὥρμαινε ... | ... ἦλθε δ' Ἀθήνη. Hic substitue δή [1]): ruit metrum sed sententia manet integra. Particula autem δή δέ, quae proprie *iam* valet et adscita altera particula ἤ excrevit in formam disyllabam ἤδη, parenthesibus quoque inserendis aptissima est; hinc ea, quibus inest causa vel effectus ante dictorum, saepe paratactice adduntur ope particulae δέ, e. g. *A* 10 νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακὴν, ὀλέκοντο δὲ λαοί, quae hodiernus lector verterit *pestem civit ita ut copiae perirent*, proprie tamen significant *pestem civit: tunc copiae perierunt*. Apte contuleris quae de cognatione, quae inter relativa demonstrativaque pronomina intercedit, dicta sunt pag. 271.

Ex iis quae observavimus sequitur *in arsi* non esse scribendum μέν aut δέ pro μήν et δή, etiamsi sinat metrum [2]). In thesi cum longiores formae certae sunt locis compluribus tum vero breviores locis innumeris.

6. εἶ' ἄγε (= εἶα ἄγε) *eia age, quin igitur A* 302 etc., et in plurali εἶ' ἄγετ'(ε) *X* 381. In mscriptis tamen non εἶ' aut εἶα est sed εἰ δ'. Qua in lectione cum neque particula condicionalis εἰ *si* sensum praebeat idoneum neque adversativum δέ (vid. δ 832 χ 391), apparet pridem litteras *EIA* male esse lectas aut intellectas. Uno loco *I* 262 non εἰ δ' sed εἰ δέ est in textu tradito, εἰ δὲ σὺ μέν μευ ἄκουσον, ubi εἶα σὺ μέν μ(ε)' videtur scribendum. Sed *I* 46 sanum videtur ellipticum εἰ δέ in verbis εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ (sc. ita sentiant), | φευγόντων etc.

Pro εἰ δ' legendum esse εἶ(α) viderunt Bentley (cf. Bekker ad Z 376), Nauck, Gomperz Herod. Studien 1883 (vid. Hentze in Appendice ad δ 832, Vogrinz Hom. Gramm. p. 235, Monro Hom. Gramm.[2] § 321, 5), nec non Theocritum ita censuisse, a Phileta praeceptore fortasse edoctum, efficio ex eius versibus II 95 V 78; item Vergilius Aen. IV 569 *eia age*. Vix autem discrepant L. Lange, de formula Homerica εἰ δ' ἄγε 1873 et G. Autenrieth (vid. Hentze in Appendice ad α 271), nisi quod non pro elisa sed pro integra particula habent voculam εἶ [3]);

---

[1]) Idem apodoseos initio usus est particulae καί, e. g. *A* 477 ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς, | καὶ τότ' Ἴκεις' ἀνάγοντο etc.

[2]) Non assentior igitur Cobeto Miscell. Crit. pag. 365, multoque minus Bekkero Hom. Blätter p. 34.

[3]) Unam eandemque vocem esse interiectionem εἶα et particulam condicionalem εἰ, hanc enim primitus nihil fuisse nisi interiectionem affirmativam, quae enunciata paratactica, non hypotactica, introduceret, copiose et erudite demonstravit Lange (*EI*, Leipzig 1872/3).

qui si verum vidissent, *εἰ δ'* (= *εἰ δὴ*) scribendum foret potius. His praeivit Nicanor; vid. Eustath. 107, 17 sqq., 1080, 68, 1410, 41 et inprimis 1519, 31 *φανερῶς ἐνταῦθα* (*δ* 832) *κεῖται ἀντὶ τοῦ εἶα δὴ ἄγε..., τὸ γὰρ εἰπεῖν... εἰ δὲ βούλει ἄγε* (tali enim ellipsi multi condicionalem voculam *εἰ* explicare studuerunt) *ἀδιανόητόν ἐστι*. Cf. Monro Hom. Gramm.[2] § 320.

7. *τῆ ecce, en accipe.* Haec particula, quae postea in Cyprica dialecto permansit, apud Homerum legitur *Ξ* 219 *Ψ* 618 *Ω* 287 *ε* 346 *ϑ* 477 *ι* 347 *κ* 287, quam vero habeat originem ignoramus, nam imperativum esse verbi aliunde ignoti *τάω* non multi opinor credent scholio *A* 299.

8. *ὤ πόποι vae mihi.* Vituperantis est particula, semper autem, exceptis locis *N* 99 *Ξ* 49 *ν* 209 ob id ipsum quam maxime suspectis, in introitu orationis est collocata. Mera autem est exclamatio, reduplicatione nata, quae apud Atticos *παπαῖ* sonat. Sed fuere antiquitus qui pro vocativo pluralis numeri *o dii* haberent, Dryopas nimirum *πόπους* vocasse *τοὺς δαίμονας* (Plutarch. de aud. poet. 6), vel Scythas deorum quasdam imagines *πόπους* appellasse (Etym. Magn. 823, 31). Quibus olim fidem habuerunt imitatores Lycophron (Alexandr. 948) et Euphorion (*ἐν δὲ πόποις ἕσσαντο inter deos consederunt*, apud Apollonium in lexico Homerico), nostro saeculo Naegelsbach, Duentzer, Vogrinz (Hom. Gramm. p. 281: „Anruf von Geistern d. i. von verstorbenen Ahnen"), alii fortasse; sed sufficit ad confutandam hanc doctrinam Aristarchi observatio ipsos quoque deos saepius hac voce apud Homerum uti [1]).

§ 329. Denique repetenda hic videntur quae de ordine particularum et pronominum encliticorum, qui in epica dictione admodum est constans, observavit Monro Hom. Gramm.[2] § 365.

1. Voculae *περ* et *γε* cum ad primum enunciati verbum pertinent, ceteras particulas cunctas antecedunt. Dicitur igitur *εἴ περ γάρ*, *εἴ πέρ κε*, *τοῦ περ δή*, *'πόθεόν γε μέν* etc. — Excipiendi sunt versus *I* 46 *εἰς ὅ κέ περ Τροίην διαπέρσομεν* (*εἰς ὅτε περ?*), *H* 387 *αἴ κέ περ ὔμι... γένοιτο*, *γ* 321 *ὅθεν τέ περ*, *Θ* 243 *αὐτοὺς δή περ ἔασον*.

[1]) F. Weckii coniectura optativum fuisse *ὀπόποι* (*sehe einer*) quam multis de causis stare nequeat opus non est hic demonstrari. — Cf. van Leeuwen in Mnemosyne 1888 pag. 27 sq.

2. *μέν* et *δέ* et *τε* copulativum ante alias particulas collocantur, e. g. *οἳ δὲ δή, εἰ δέ κεν, ἐγὼ δέ κέ τοι, εἰ δέ κε, οὐ μὲν γάρ, οὔτε κε, οὔτ' ἄρα* etc.

Particulae *μέν* tamen posterior haud raro locus in sententia assignatur, si certi alicuius vocabuli partisve orationis vis est augenda, id quod tum praesertim usu venit cum oppositum est *δέ*, e. g. *I* 300 *εἰ δέ τοι Ἀτρεΐδης μὲν ἀπήχθετο ... σὺ δ' ἄλλους περ* etc., item *λ* 385 *σ* 67 alibi; cf. etiam *o* 405 *οὔ τι περιπληθὴς λίην τόσον, ἀλλ' ἀγαθὴ μέν.*

3. E ceteris particulis primum locum obtinet *γάρ*, e. g. *ἦ γάρ κε, τίς γάρ κε, εἴ περ γάρ κε, ὥς γάρ νύ τοι* etc.

Notabiles praeterea vocalarum sunt series *καί νύ κεν, ἐξ ἄρα δή, ὁππότε κεν δή, ἦ ῥά νυ, τίς τοί νυ.* Sed particula *ἄρα* interdum in posteriorem enunciati partem reicitur, e. g. *ὣς Ϝειπὼν κατ' ἄρ' ἕζετο*, cf. *E* 748 *Ἥρη δὲ μάστιγι θοῶς ἐπεμαίετ' ἄρ' ἵππους.*

Indefinitum *τε* aliis particulis postponitur, e. g. *δέ τε, μέν τε, γάρ τε, ἀλλά τε, δ' ἄρα τε, ὅς ῥά τε, οὔτ' ἄρ τε, οὔ νύ τε.*

4. Pronomen indefinitum *τις* et adverbia cognata *ποθι, πως, πω, ποτε* etc. post particulas collocantur. Itaque in carminibus Homericis legimus *ὅτε κέν τις, αἴ κέν πως, ὅν ῥά τις, δή που, ἦ πού τί σε* etc.

Sed *τίς τε* voculae non divelluntur, dicitur igitur *καὶ γάρ τίς τε, ὅς τίς τε.* Sic etiam *ὅς τις* pro una voce habetur, e. g. *ὅν τινα μέν B* 188, *ὅς τις δέ O* 743, *ὅς τίς κε K* 44 *γ* 355. Item *εἴ ποτε* coniunctim proferuntur in loquendi formula *εἴ ποτε δή*, quamquam etiam *εἰ δή ποτε* apud Homerum invenitur.

Nonnunquam inter initium enunciati et encliticum *τις* unum plurave verba sunt interposita, e. g. *Δ* 300 *ὄφρα καὶ οὐκ ἐθέλων τις, N* 55 *σφῶιν δ' ὧδε θεῶν τις, X* 494 *τῶν δ' ἐλεησάντων κοτύλην τις τυτθὸν ἐπέσχε, φ* 374 *τῷ κε τάχα στυγερῶς τιν' ἐγὼ πέμψαιμι νέεσθαι.*

Idem valet de adverbio *ποτε Δ* 410 *τῷ μή μοι πατέρας ποθ' ὁμοίη ἔνθεο τιμῇ, Z* 99 *οὐδ' Ἀχιλῆά ποθ' ὧδε*, cf. *K* 453 *β* 137, *που M* 272, *ποθεν σ* 376. Non casum autem sed certas causas effecisse ut hic locus encliticis in sententia assignaretur quivis videt.

5. Pronominum personalium formae encliticae post particulas et pronomina de quibus modo sermo fuit collocantur: *οὔ ποτέ με, ἦ πῆ με, οὐδέ νύ πώ με, οὐ γάρ πώ ποτέ μοι, ἐγὼ δέ κέ τοι, ἐπεὶ ἄρ κέ σε, ὁππότε κέν μιν, αἴ κέν πώς μιν, οὐ γάρ πώ σφιν, ἦ πού τίς σφιν*, etc.

Interdum tamen pronomini enclitico praemittitur *αὐτός ipse*, e. g. *E* 459 *αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτῷ μοι ἐπέσσυτο*, *X* 346 *αἴ γάρ πως αὐτόν με*.

Et hic illic in fine hexametri extra ordinem reperiuntur personalia enclitica: *I'* 368 *οὐδ' ἔβαλόν μιν*, *E* 104 *εἰ ἐτεόν με*, *H* 79 *ὄφρα πυρός με*, *Λ* 380 *ὡς ὄφελόν τοι*, *P* 786 *ἐπὶ δὲ πτόλεμος 'τέτατό σφι*. Item *τις Δ* 315 *ὥς Ϝ' ὄφελέν τις*.

6. Particulae negativae *οὐ* et *μή* satis frequenter a primo enunciati loco, qui iis est legitimus, removentur, quo maiore cum vi proferri possit aliquod verbum; talibus locis particula negativa secum trahit indefinita *τις*, *ποτε* etc.; *'μετάλλησάν γε μὲν οὔ τι* (ubi expectabatur *οὐ μέν τι 'μετάλλησάν γε*), *κείνοισι δέ κ' οὔ τις* (pro *οὐδέ κέ τις κείνοισι*), *σὺ δὲ μή τι*, *τὸ μὲν οὔ ποτε*, etc.

Has autem, quas in ordinandis voculis encliticis valere vidimus, leges quamquam migrare certas ob causas potuerunt poetae et migrarunt, satis tamen valent ad damnandam complurium versuum lectionem alias quoque ob causas suspectam:

Γ 173 *ὡς ὄφελεν Θάνατός μοι ἀδεῖν*. Requiritur *ὥς μ' ὄφελεν Θάνατος* (*χανέμεν*? nam *Ϝαδέμεν* num sufficiat dubito), cf. § 13.

Z 289 *ἔνθ' ἔσαν οἱ πέπλοι*. Leg. *ἔνθα Ϝ' ἔσαν* (vGent), cf. § 13. Item *Υ* 282 *κὰδ δ' ἄχος οἱ 'χύτο* leg. *'κὰδ δέ Ϝ' ἄχος 'χύτο*.

α 37 *ἐπεὶ πρό οἱ εἴπομεν ἡμεῖς*. Leg. *ἐπεὶ προεϜείπομεν* (Nauck).

β 327 *ἐπεί νύ περ ἴεται αἰνῶς*, Monro *τε Ϝίεται*.

ο 436 *ὅρκῳ πιστωθῆναι ἀπήμονά μ' οἴκαδ' ἀπάξειν*. Del. *μ'*.

λ 218 *ὅτε κέν τε Θάνωσι*, l. a. *ὅτε τίς κε Θάνῃσι*, Monro *ὅτε τίς τε Θάνῃσι*.

η 261 (= *ξ* 287) *ἀλλ' ὅτε δὴ ὄγδοόν μοι ἐπιπλόμενον ἔτος ἦλθε*. Huius versus initium olim fuisse *ἀλλ' ὅτε δή μοι* cum metrum docet tum vocalium consecutio; correximus *'ἀλλ' ὅτε δή μοι ἐπιπλόμενον Ϝέτος ὄγδοον ἦλθε*, Monro *ἀλλ' ὅτε δή μ' ὄγδωον ἐπ. Ϝέτ. ἦ.* collato Latino *octāvus*.

E 273 *εἰ τούτω κε λάβοιμεν*. Lege *γε* (Voss).

Ω 53 *μὴ ἀγαθῷ περ ἐόντι νεμεσσηθέωμέν οἱ ἡμεῖς*. Alieno loco legi pronomen *οἱ* arguit metrum, id quod ante nos vidit GHermann; rescripsimus *'μή Ϝ' ἀγαθῷ περ ἐόντι νεμεσσηθήομεν ἧμες* (cf. § 13 et 122).

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 34 infra δ αλοχοσ ν[υν] optime restituit Blass Fleckeisen's Jahrb. 1891 p. 335 sq. idem non νικανδρη sed τιμανδρη in lapide esse putat.

Pag. 42 annot. 1. Viro d. Platt praeiverunt Heyne et Gotthold, quibus oblocutus est Ahrens in Philologo 1851 p. 10 (= kl. Schr. I p. 122).

Pag. 50 lin. 7. In arsi est δή Δ 138 et 386, quapropter his locis me iudice non licet particulam metri causa in δ'(ί) mutare.

Pag. 59 lin. 20 del. „not. 2".

„ 60 „ 2 „§ 35" leg. „§ 39".

„ 71 „ 2 „cf. § 121" leg. „cf. § 122 et 329".

„ 74 „ 9 „τ 101" leg. „τ 201".

„ 75 „ 27 „καιομένας" leg. „ἐσσυμένος".

„ 77 not. 2. Adde Ahrens Philolog. 1851 p. 11—14, qui ex Iliade locos attulit 177, ex Odyssea 78.

Pag. 79 lin. 11. In Iliade 37, in Odyssea 50 locis diaeresin bucolicam hiatus sequitur sec. Ahrensium, id est 1 : 2 si minoris ambitus Odysseae ratio habetur.

Non omnes qui huc referendi sunt versus in hac pagina attuli; omissi sunt Β 262 Γ 459 Δ 242 Ε 2, 560 Κ 351 Μ 127 (?) Ο 172 Ω 239, 358, 508 β 45 κ 44 ο 83 ρ 222, 254 τ 380 υ 24 χ 408, fortasse plures.

Pag. 82 lin. 27. Accedit Ζ 367 ἢ ἔτι (mss. εἰ ἔτι, vid § 327).

„ 87 „ 6 et 36 sqq. Ϝίσασι hic afferendum non fuerat, nam rectius scribitur Ϝίσασι, vid. § 160[7]. — Idem valet de pag. 105 lin. 24.

Pag. 88 lin. 7. Adde locos Ζ 465 (?) Ο 74 α 210 δ 255 η 196 σ 289, ubi πρίν γε sine elisione in textu tradito est usurpatum.

Pag. 91 lin. 12. Ξ 503 non in *secunda* sed in *quarta* arsi producta est syllaba -ᾰρ.

Pag. 94 lin. 17. Nomini Τειρεσίης adiungatur Πειρίθοος. — Item pag. 95 lin. 13.

„ 95 „ 1 „h. Ap. 185 Ven. 265" leg. „h. Ap. 363 Ven. 266".

„ 96 not. Eandem opinionem olim protulit Heyne ad Δ 135.

„ 97 lin. 26. Schulzio praeivit Ahrens Conj. auf. μι p. 36.

„ „ „ 33 del. „1)".

„ 99 not. 1 lin. 3. Adde ν 444.

„ „ „ „ „ 8. Adde Η 277 Σ 583.

Pag. 99 not. 2. Adde *Δ* 129 *πρόσθε(ν) στᾶσα.*

„ 103 lin. 1. Adde „*ὕλη τε σεύατο Ψ* 198".

„ „ „ 36 „*ϜϜερξε*" leg. „*ϜϜερδε*".

„ 105 „ 13 adde „*ἀνασσείασα* Hes. Scut. 273".

„ „ „ 18 ex hymnis accedit *Ἴλλαχε* h. Cer. 86 sq.

„ 106 „ 10 sq. legantur: „Etiam verbum *λίσσομαι*, quod vel in thesi vocalem praecedentem producit, revera" etc. — In thesi vocalis ante *λίσσομαι* non producitur *β* 210 *Θ* 344 *κ* 526 *μ* 53, 163 *Π* 46 sq.

Pag. 108 not. 2 lin. 3 post „*Π* 46 sq." addatur: „*β* 210 *Θ* 344 *κ* 526 *μ* 53, 163".

„ 110 lin. 2 adde: „tertiam formam *Ἴλλαχε* eademne ratione explicem an analogiae deberi statuam ambigo".

Pag. 110 lin. 6—12. Ex *ἐϜίϜιδε* prodiisse iteratum *Ϝ* formae *ἐϜϜιδε* nunc suspicor.

„ 112 lin. 9 „§ 149, 7" leg. „§ 149[7]".

„ „ not. 2 ita legatur: „posteriorem rationem commendarunt Ahrens de Crasi „p. 14, Fick ad *Π* 166, Vogrinz Gramm. p. 26, priorem Matthiae Gramm. p. 126 alii, „Thiersch vero Gramm. p. 218 vocalium *να* synizesin statuebat".

Pag. 125 lin. 36 adde „cf. Ahrens Conj. auf. *ωι* p. 21 et 34".

„ 126 „ 6 „*τίνϜω*". Vocalem *ι* natura brevem fuisse cur vix credam exposui pag. 409.

Pag. 126 lin. 11. Verbi *εἰρωτάω* originem primus recte exposuit Ahrens Zschr. f. d. Alterthumswissenschaft 1836 n° 101 (= kl. Schr. I p. 556).

Pag. 154 lin. 4 „*ἄδε*" leg. „*ἄδε*".

„ 170 „ 26 adde „*ϜΕϜΡΕΜΕΝΑ* in inscr. Mycen. *Ἐφ. ἀρχ.* 1892 p. 67 sq."

„ „ „ 33 „verbalia" leg. „perfectum et plusqmperfectum et verbalia", deinde 37—39 legantur: „in Homericis ut praesenti imperfecto aoristo restitui possit *Ϝ* corrigendus est *Ρ* 571".

Pag. 172 lin. 33 adde: „item a perfecto *εἰωθε*".

„ 180 „ 9 „*Ξ* 182" leg. „*Ξ* 182 *σ* 297".

„ 182 „ 11. Non *ϜΟΤΙ* sed *ΕΟΤΙ* (*ἦ ὅτι*) in aere aut scriptum fuisse aut scribendum nuper perhibuit Wackernagel Rhein. Mus. 1893 p. 301—303; vid. supra pag. 557. — Etiam ad pag. 272 lin. 12—15 haec observatio pertinet.

Pag. 187 not. 1 lin. 2 adde: „sed fortasse *παρειά Γ* 35 legendum et pro duali „fem. habendum est auctoribus Ixione inter veteres grammaticos et Ahrens Philolog. „1876 inter recentiores".

Pag. 189 lin. 29 adde: „Arg. Coll. 3326 *ἀνεθέτην*".

„ 191 „ 8 adde: „*λίθοι πυκινοί, ξεστοί* etc. passim, *θαμειαὶ Μ* 287, *στερεὴ λίθος τ* 494".

Pag. 197 lin. 20 subiungatur: „*Σιδονίων Ζ* 290".

„ 199 „ 16 adde: „Oper. 564, 663 *τροπᾶς*".

„ 207 not. 4. Schulze l. l. sequitur P. Knightium. Ahrens olim *σθος ἴσσθ'* coniecerat, quae fide caret forma.

Pag. 219 not. 1 in fine adde: „neque integrius duco *διὰ σπιδίος πεδίοιο Δ* 754".

Pag. 221. l. 29 „*ΧΗΕΛΟΙΝΤΟ*" leg. „*ΧΗΕΛΟΙΝ*[*το*]".

„ 225 not. 3 adde: „schol. *Σ* 319".

Pag. 228 lin. 26 adde: „δάκρῠ", et lin. 27: „de quarto videatur § 83[6]".

„ 234 „ 2. De nominibus femininis in -ώς et -ώ accurate disputavit Ahrens in Kuhns Zschr. 1854 p. 81 sqq. (= kl. Schr. I. p. 31—52).

Pag. 237 lin. 31 „Ἄϝῐδι(ᾰ̃)" leg. „Ἄϝῐδι(ᾰ)".

„ 240 „ 26 „nequit vox δίπτυχον" leg. „nequeunt voces τρίπτυχος Λ 353 et δίπτυχον".

Pag. 241 lin. 88 ἑκατόγχειρα est l. a. apud Heynium.

„ 247 not. 1 in fine adde: „etiam h. Cer. 284 pro ἀπὸ δαπέδου scribendum „esse ἀπὸ ζαπέδου recte statuit Ahrens in Philologo 1849 p. 598 (= kl. Schr. I p. 102)".

Pag. 248 lin. 34. Primus ita statuit Buttmann Gramm. II § 120 ann. 17, cf. Kühner-Blass II p. 328 sq.

Pag. 259 lin. 20 adde „Ρ 531".

„ 268 „ 20 „§ 322" leg. „§ 319".

„ 285 „ 21. Adde: „Vid. etiam Γ 216, 221 Δ 314; item saepius post αἲ γάρ „vel εἰ γάρ: Η 133, 157 Θ 539 Ν 826 sq. Σ 464 ι 523 ο 158".

Pag. 289 lin. 21 „Ψ 815" leg. „Ψ 805".

„ 291 „ 24 „Wolf" leg. „Barnes".

„ 293 „ 9—12 ita legantur: „Secunda persona dualis numeri temporum „historicorum nonnisi quatuor locis reperitur: Θ 448 κάμετον, Κ 545 λάβετον, Λ 776 „ἕπετον, 782 ἠθέλετον, et sic scribebat Aristarchus; Zenodotus vero his locis scribebat „-την. Utramque vocalem" etc.

Pag. 293 lin. 27 „Cer. 328, 437" leg. „Cer. 328, 438".

„ 347 „ 13 „Λ 166" leg. „Λ 266".

„ 356 „ 18. Verbum κελευτιάω hic fuerat commemorandum.

„ „ „ 24—26 adde ἕπω-ὀπάζω.

„ 368 „ 15 „mutavit Bekker" leg. „mutarunt P. Knight Bekker".

INDEX.

-ᾰ (adv. in) pag. 546
-ᾰ (nom. masc.) 192
-ᾰ (vocat. in) 193
-ᾱ᾽ (genit. in) 193
ἀασ- 508
ἀβάκησαν 452
ἀβροτάξομεν 378
ἀγ- (= ἀνα-) 53
ἀγα- 247
ἀγαίομαι 522
ἀγασ- 522
ἀγείρω 487
ἀγερέσθομαι 487
ἀγκάς 243, 554
ἀγνοίω 441
ἀγνώσασκε 441
ἀγοράομαι 487, 524
ἀγορεύω 487, 524
ἀγρ- (= ἀγερ-) 487
ἀγρέω 487
ἀγυρτάζω 487
ἄγχι 247, 542
ἄγω 386
ἄδην 161, 554
ἀδϝείς 177
ἀείρω 487
ἀερέσθομαι 487
ἄεσσα 415
ἀϝ- (= ἀνα-) 53
ἀϝεικίζω 174
ἀϝεκαζόμενος 167
ἀϝίκητι 544
ἀϝίκων 167
ἀϝελλής 168
ἀϝελπής 168
ἀϝϝίρυσαν 153
ἀϝήθεσκον 459
ἀϝιδ- 237
Ἀϝίδης 237
Ἀϝιδόσδε 186
Ἀϝιδωνεύς 237
ἀϝϝαχοι 153
ἄϝιστος 173
ἀϝολλέες 168
ἄζομαι 464
ἄημι 448
ἄητο 448
Ἀθηναίη 42
αἲ 557
-αι (2. sing.) 296
-αι (3. sing. opt.) 291
αἰδέομαι 510
αἰδοῖος 42
αἴδομαι 510
αἰδώς 234, 510
αἰεί 554
αἰέν 554
-αιεν (3. plur. opt.) 290
αἴθε 557
αἰνέω 513
αἰνίζομαι 513
αἰνόθεν 184
-αίνυμαι 413
ἄιον 382
αἰπύς 229
αἴρω 488
-αις (2. sing. opt.) 291
-αίω (= -αϝjω) 414
-αίω (= -αεjω) 505
ἀκαχίζω 476
ἀκαχμένος 348
ἀκέομαι 506
ἀκέομαι 506
ἀκέων 554
ἀκήν 554
ἀλ- (verb.) 384
ἀλ- (subst.) 178
ἀλ- (= ἀνα-) 53
ἀλαλύκτημαι 348
ἀλάομαι 348
ἀλαπάζω 464
ἀλδ- 455
ἀλεείνω 416
ἀλεξη- 509
ἀλέξω 509
ἀλέομαι 416
ἀλευ- 416
ἀλιτ- 372
ἀλιτήμενος 372
ἀλκ- (subst.) 238
ἀλκ- (verb.) 509
ἀλκή 238
ἄλλομαι 384

ἀλυπ- 478
ἀλυσκάζω 478
ἀλυσκάνω 478
ἀλύσκω 478
ἀλύσσω 348
ἀλύω 348
ἀλφ- 373
ἀλφεσταί 242
ἄλφι 242
ἄλφιτον 242
ἄμ (= ἀνά) 53
ἅμα 179
ἁμαρτάνω 373
ἀμβρότη 111
ἀμέρδω (caeco) 455
ἀμέρδω (privo) 455
ἄμεναι 440, 443
ἀμφί 537
ἀμφιϜίλισσαι 168
ἀμφίς 537
ἀμφιφορεύς 58
ἄν 559 sqq.
ἄν κε 562
ἄν (= ἀνά) 53
-αν (= -ασαν) 293
-αν (= -ησαν) 293
ἀνά 53, 538
ἀνά 540
ἀνδροτῆτα 112
ἀνδροφόντῃ 112
ἀνέϜεδνος 162
ἄνευθε(ν) 544
ἄνεῳ 207
-ανήνοθε 347, 368
ἀνήρ 87, 235
ἀνηρέψαντο 467
ἀνιηρός 92
ἄντα 543, 546
ἀντα- (verb.) 455
ἄντην 543
ἀντί 544
ἀντία 544
ἀντιάω 455
ἀντίον 544
ἄντομαι 455
ἀνυσ- 488
ἀνύω 488
ἄνω 488
ἄναγα 468
ἀξ- 386
-ᾱο (genit.) 187, 193
ἄορτο 487
ἀπάνευθε(ν) 544
ἀπαφίσκω 349, 368
ἀπέϜραν 379
ἀποϜράς 154, 379
ἀρεσ- 509
Ἀπόλλων 87
ἀπουράς 154
ἀππέμψει 54
ἄπτω 432
ἄρ 52, 56
-αρ (neutr.) 215
ἄρ' 56
ἀρ- (*apio*) 504
ἀρ- (*capio*) 502
ἄρα 52, 56, 585
ἀράομαι 443
ἀραρίσκω 504
ἀργής 89
ἀρδ- 455
ἀρήμεναι 443
ἀρήμενος 488
Ἄρης 221
ἀρθμήσαντε 505
ἀρι- 247
ἀριστεύς 230
ἁρμόζω 505
ἄρνυμαι 502
ἀρόω 347
ἁρπάζω 467
ἀρτύνω 505
ἀρτύω 505
-ας (neutr.) 217
ασ (stirpes verb. in) 505
ἄσαμεν 415
ἄσσον 247
ἀστήρ 236
ατ (stirpes neutr. in) 216
-αται (= -νται) 299
ἀτάλαντος 179
ἀτάρ 88, 556
ἀτέοντα 508
ἄτερ 544
ἀτίζων 508
-ατο (= -ντο) 299
Ἀτρεύς 230
ἀτύζομαι 466
αυ (stirpes verb. in) 414
ἀυ- 406
αὐδα- 444
αὐέρυσαν 153
αὖθ' 548
αὖθι 548
αὐίαχοι 153
αὐρ- 505
αὐτάρ 88, 556
αὖτε 548
αὔτως 268
αὔω 406
ἀφ- 368
ἄφαρ 553
ἀφύσσω 468
ἀχ- 476
ἀχέων 477
ἀχεύων 477
ἄχθομαι 477
ἄχνυμαι 476
ἄχομαι 476
ἄχρι(ς) 542
ἄψ 551
ἄω 440
-άω (verba in) 420
-άων (genit. in) 187, 196

βα- 398, 451
βαθύς 229
βάζω 404
βαίνω 451
βάλλω 489
βαμβαίνων 451
βεβαρηώς 403
βεβόλημαι 489
βη- 451
βι- 441

βιάω 392
βιβάς 451
βιβάσθων 451
βίομαι 442
βιω- 441
βλάβομαι 480
βλάπτω 480
βλη- 489
βλώσκω 130, 505
βοάω 440
βόλομαι 489
βούλομαι 489
βοῦς 228
βραχ- 374
βρεχ- 389
βρίθω 394
βροτός 130
βροχ- 389
βρυχ- 393
βρω- 526
βρωθ- 526
βωσ- 440
βωστρέω 440

γα- 398
γαίων 415
γανα- 415
γανυ- 415
γάνυμαι 415
γανυσ- 415
γαστήρ 235
γεγων- 490
γελαίω 506
γελάω 506
γέλος 208
γεν- 490
'γέντο 384
γηθέω 415
γηρα- 379
γηράσκω 379
γίγνομαι 490
γλάγος 57
γλακτοφάγος 57
γνύξ 57
γνω- 382
γοάω 443
γόνυ 212
'γόον 368
γουν- 126, 212
γουνάομαι 425
γουνατ- 212
γραίης 228
γρῆυς 228

δα- (praefixum) 247
δαΐ 241
δα- (*doceo*) 452
δαι- (*divido*) 453
δαΐζω 465
δαίνυμι 453
δαίω (*incendo*) 415
δακ- 374
δάκρυ 238
δάκρυον 238
δαμ- 516
δαμασ- 516
δάμνημι 516
δαρθ- 129
δατ- 453
δατέομαι 453
δέ 587
-δε 186
'δέατο 522
'δεδειπνήκει 392
δέδϜια 177, 411
δεδϜίσκομαι 352
δεδϜίσσομαι 177, 412
δέδϜοικα 177, 411
δέδορκα 469
δέμας 544
δέμω 491
δενδρε- 238
δένδρεον 207, 238
δέρκομαι 469
δέσματα 242
δευη- 417
δεύομαι 417
δεύτατος 251
δεύω 417
δέχομαι 470
δέω 449
δϜ- 177
δϜεγ- 352
δϜει- 411
δϜεικ- 412
δϜειλός 177
δϜεινός 177
δϜηθά 554
δϜήν 554
δϜηρόν 554
δϜι- 411
'δϜίζε 178
δϜικ- 412
δή 587
δη- (*doceo*) 452
δη- (*ardeo*) 415
δηθύνω 178
Δημήτηρ 235
δηρι- 441
δηριάομαι 441
δήω 365
δι- 449
δῖα 191
διά 538
διδάσκω 452
διδε- 449
δίδωμι 448
διε- 449
διερός 450
δίζημαι 450
-δις 186
διψάω 420
δίω 449
δμη- (*domo*) 516
δμη- (*struo*) 491
δνοπαλίζω 465
δο- 448
δοασ- 522
δοκευ- 470
δοιοί 249
δοιώ 249
δοκα- 470
δοκέω 441
δόρυ 212
δουπ- 394

ἀουπίω 394
ἀουρ- 126, 212
ἀουρατ- 212
ἀρα- 379
ἀραϑ- 129, 374
ἀραχ- 129, 374, 469
ἀραμ- 528
ἀρατός 129
ἀράω 420
ἀρομ- 528
ἀυ- 292, 410
ἀύναμαι 522
ἀύνω 410
ἀύομαι 410
ἀύω (numerale) 249
ἀΰ (subst.) 242
ἀω- 448

ἀ- 447
ἀ- (= ἀσ-) 519
-σα (1. sing.) 285
-σαι in subi. 303
ἄκται 462
ἄατο 462
ἀάω 440
ἀάφϑη 342
ἀάων 229
ἀγδουπησαν 117
ἀγείρω 403
ἀγερ- (= ἀγερ-) 403
ἀγρήγορα 403
ἀδ- 460
ἄδω 525
-έειν (infin.) 323
-εε(ν) (3. sing.) 286
Ἄερμαι 499
ἀϜ- 178
ἀϜί 259
ἀϜεδνόομαι 162
ἀϜεδνωτής 162
ἄϜειπον 169, 524
ἀϜείδομαι 455
ἀϜείδω 168
ἀϜελπ- 456
ἀϜέλπομαι 456
ἀϜέργω 471
ἀϜέρση 171
ἀϜϜ- 105
ἈϜϜαδε 154
ἄϜϜισος 126, 178
ἀϜοί 179, 259
ἀϜός 180, 260
Ἤπια 342
ἄῆος 229
αἰ 559, 584
αἰ' 588
αἶα 588
-αίη (subst.) 191
αἶϑαρ 553
αἰλήλουϑα 127, 526
αἶμαρτο 496
αἰμί 519
εἶμι 526
αἶν 178, 535
αἰνάλιος 179
αἶνατος 127
αἶνεκα 127, 545
αἰνί 536
-αιος (adi.) 205
αἴρομαι 491
αἰρύω (?) 178, 513
αἴρχασαι 471
αἰρωτάω 126, 492
-αιος (adi.) 205
αἴρυμαι 407
αἰς 538
αἰς ὅ κε(ν) 559
-αις (adi.) 213
αἴσομαι (?) 527
-αίω (= -αϜjω) 414
-αίω (= -αjω) 507
αἴωϑε 459
Ἤκτο(σ)ϑεν 116
ἀλαύνω 301, 508
ἀλάω 301, 508
ἀλευϑ- 526
ἀλϑ- 526
ἀλλ- 104
ἀλυϑ- 526
ἀλύσϑην 493
-άμεν (infin.) 321
-έμεν' (infin.) 315
-έμεναι (infin.) 315
ἀμμ- 104
Ἄμμορε 496
Ἄμπης 554
ἀν 535
-αν (= -σαν) 293
-αν (= -ησαν) 293
ἀναίρω 465
ἀναρίζω 465
ἀνδίεσαν 450
ἀνεκ- (*fero*) 529
Ἄνεκα 545
ἀνέπω 481
-ανήεον 368
-ανήνεϑε (?) 347, 368
ἀνϑάδε 186
ἀνί 535
ἀνιπ- 480
ἀνι-σπ- 376
ἀνίσσω 480
ἀνν- 104
ἀννέπω 481
Ἄντεϑεν 116
ἀντυ- 491
ἀντύνω 491
ἀξείης 42, 552
ἀξῆς 552
ao (nom. stirpes in) 207
ἀπανήνυϑε 347, 368
ἀπαυρίσκομαι 505
ἀπειδάν 583
ἀπήν 583
Ἄπι 541
ἀπίσταμαι 446
ἀπισχοίης 292
ἀπίσταμαι 446
Ἄπομαι 482
Ἄπω 482
ἀρ- (*rogo*) 491
ἀρ- (*sero*) 499
Ἄραμαι 523
ἀρασ- 523
ἀρισ- 347

ἀρσείνω 492
ἀρσιδω 347
ἀρσίκω 374
ἀρσίπω 481
-αρσίπτω 481
ἀρσύγομαι 375
ἀρσυνάω 492
ἀρσίω 492
ἀρτιτύω 470
ἀρι- 247
ἀριδ- 463
ἀριδαίνω 463
ἀριδμαίνω 463
ἀριηρ- 238
ἀρίηρος 238
ἀριπ- 374
ἀριπ- 481
Ἅρματα 180
Ἅρος 208
ἀρυγ- 375
ἀρυκανάω 470
ἀρυκάνω 470
ἀρύκω 470
Ἅρχομαι 526
ἀς 533
-ασ (stirpes verb. in) 505
ἀσ- 519
ἀσ- 460
ἀσθίω 525
Ἄσθω 525
Ἄσκον 362
ἀσπ- (= σασπ-) 482
ἀσσ- 105
ἀσσί 287
-ασσι(ν) (dat.) 187, 208
-αται in subi. 303
ἀταῖρος 172
Ἄταρος 172
-ατε in subi. 303
Ἄτεμον 371
-ατον in subi. 303
αυ = ευ 43
ευ (stirpes verb. in) 414
εὔαδε 154
εὔκηλος 167, 178
εὐρύϝοπα 238
εὐρύς 238
ἐύς 229
-ευς (genit.) 222
-εύς (subst.) 230
εὖτε 557
εὐφρόνη 130
ἐχθ- 375
Ἔχω 292
-εω (genit.) 195
-έων (genit.) 196
Ἕως 45

Ϝ 131
Ϝ initiale 161
Ϝαγ- 388
Ϝάγνυμι 161, 388
Ϝαδ- 463
Ϝαδη- 161, 392
Ϝαλ- 492
Ϝαλω- 388
Ϝάνα 212
Ϝανδάνω 463
Ϝαρήν 236
Ϝαρν- 236
Ϝάστυ 228
Ϝαχ- 470
Ϝεᾶνός 172
Ϝεᾶνός 28, 172
Ϝε 258
Ϝέδνα 162
ϜεϜίσκω 478
ϜεϜοικα 478
ϜεϜολπα 456
ϜεϜοργα 467
Ϝέθων 459
Ϝειδ- 400, 457
Ϝειδής 174
Ϝείδομαι 457
Ϝείδος 174
Ϝείδωλον 174
Ϝείκελος 174
-Ϝεικής 174
Ϝείκω 478
Ϝειλέω 493
Ϝειλυφάζω 493
Ϝειλυφάω 493
Ϝειλύω 493
Ϝεῖμα 172
Ϝεῖμαι 521
Ϝείρω 524
Ϝεκάς 247, 544
Ϝέκηλος 167
Ϝέκητι 544
Ϝέλδομαι 456
Ϝελικ- 168
Ϝελικωπ- 168
Ϝελίσσω 168, 475, 493
Ϝέλλω 492
Ϝελπίς 168
Ϝέλπω 456
Ϝελπωρή 168
Ϝέλωρ 167
Ϝέννυμαι 521
Ϝέξ 169
Ϝέο 257
Ϝεπ- 524
Ϝέπος 169
Ϝεργ- 467
Ϝέργνυμι 471
Ϝέργω 471
Ϝέρδω 467
Ϝέρρω 485
Ϝερύω 512
Ϝεσ- 521
Ϝεσθής 172
Ϝέσθος 172
Ϝήδομαι 162, 463
Ϝήδυμος 162
Ϝηδύς 162
Ϝηχή 164
Ϝι- 450
Ϝιδ- 400, 457, 527
Ϝίδρις 174, 226
Ϝιδρόω 421
Ϝίεμαι 450
ϜιϜαχή 164
ϜιϜάχω 470
Ϝιχ- 400
Ϝίκελος 174

ϝιλαδόν 168
ϝιλλάς 168
ϝινδάλλομαι 457
ϝινίον 173
ϝίς 173
ϝισάζω 175
ϝίσκων 478
ϝῖσος 126
ϝίστωρ 174
ϝίφια 173
ϝιωκή 238
ϝλυ- (= ϝελυ-) 493
ϝ'(οι) 70
ϝοῖδα 400, 457
ϝοίκαδε 186
ϝοινοβαρείων 507
ϝοῖνοψ 177
ϝόλμος 168
ϝοπ- 169
ϝός 261
ϝόσσα 169
ϝουλαμός 168
ϝοῦλος 168
ϝρα- 379
ϝρη- 524
ϝρυ- (= ϝερυ-) 513

ζα- 247
Ζάκυνθος 111
-ζε 186
ζείδωρος 242
Ζέλεια 111
ζεύγνυμι 359, 442
Ζεύς 236
ζητέω 450
ζώω 441

η pro ᾰ 29
η pro ᾱ 25
ἡ- 447
ἦ (ait) 525
ἤ 584
ἠέ 584
ἠέ-ἤ-ἤ 82
ἦε-ἦ-ἦ 82
ἠβαιόν 8
ἡβάω 420
ἠγερέθομαι 487
ἠδέ 555 sq.
ἠερέθομαι 487
ἠι- 526
ἦκα 172
Ἠλεκτρύωνος (-νης) 111
ἡμ- (pronom.) 252
ἧμαι 461
ἤμβροτε 373
ἧμε 253
ἠμέν 555
-ήμεναι (infin.) 443
ἥμισιν 259
ἦμος 549
ἡμός 261
-ημύω 392
ἤν 582
ἤνεικα 388
ἠνυσιϝεργός 171
ἧος 550, 558
-ηρ (subst.) 235
-ης (adi.) 219
-ῃσ' (dat.) 197
-ῃσι(ν) (dat.) 187, 197
-ῃσι(ν) (3. sing.) 289
ἦσκον 362, 519
-ητην (dual.) 444
ἠύς 229
ἠύτε 554
ἠώς 234

θ aoristo additum 386
θ stirpibus additum 118
θαλ- 402
θαμβέω 483
θάρσυνος 58
θαυμάζω 483
θαυμαίνω 483
θε- 447
θεῖος 42
θείω 417
-θε(ν) 114, 184
-θεν (adv. in) 547
θεοδϝής 177
θέρμω 486
θέρομαι 486
θέω 417
θη- 447
θηέομαι 483
θην 586
θηπ- 483
θῆσθαι 445
-θι (adv. in) 185, 547
θνα- 402
θνήσκω 402
θορ- 130, 505
-θρέξασκον 528
-θρύπτω 389
θρώσκω 130, 505
θυγάτηρ 235

ἰ- 526
-ι in dativo sing. 211
ἴα 249
ἰάλλω 351
Ἰάονες 31
ἰάπτω 351
ἰαύω 415
-ιδα (acc.) 211
ἱδρώς 234
ἱέρευτο 344
ἱζάνω 460
ἵζω 460
-ίη (subst.) 191
-ίη (3. sing. opt.) 291
ἵημι 447
-ίην (1. sing. opt.) 291
-ίης (2. sing. opt.) 291
ἰθύς 543
ἰθύω 527
ἱκάνω 125, 471
ἱκνέομαι 471
ἵκω 471
ἱλάομαι 514
ἱλάσκομαι 514
ἱλη- 514
ἱμαντ- 456
ἱμάσσω 456

-ίμην (optat.) 302
ἴνα 553
-ις (nom.) 224
ἵσαμι 457
ἴσκω 525
-ίσ(σ)ω (fnt.) 454
ἵστημι 445
-ιστος (superlat.) 244 sq.
-ίω 404
ἰῶκα 238
ἰῷ 249
-ίων (compar.) 243-245

κ' 559 sqq.
κα- 416
καβ- (= κατα-) 53
κάγ (= κατά) 53
κάδ (= κατά) 53
καδ- (*cedo*) 462
καδ- (*supero*) 463
καδη- (*cedo*) 462
καδη- (*laedo*) 458
Καδμεῖοι 42
Καδμείονες 42
καίνυμαι 119, 463
καίω 416
κάκ (= κατά) 53
κακόξεινος 92
κάκτανε 54
καλ- (= κατα-) 53
καλέω 443
καν- (= κατα-) 53
καλός 125
κάμ (= κατά) 53
κάμμορος 57
κάμνω 392
κάπ (= κατά) 53
καπυσ- 396
κάρ 237
καρ- (= κατα-) 53
κάρη 236
καρηατ- 237
κάρηνα 237
καρητ- 237
καρκαίρω 349
καστορνῦσα 54
κάσχεθε 54
κατά 53
καταιβαταί 533
καταί 533
κάτθανε 53
κε- (= κει-) 412
κεδασ- 180, 518
κει- 412
κείθεν 267
κείθι 267
κεῖμαι 412
κεῖνος 267
κεινός 127
κείρω 486
κεῖσε 267
κείω 413
κέκασσαι 119
κεκαφηώς 408
κεκμηώς 408
κεκράανται 494
κελευτιάω 493
κελεύω 493
κελη- 493
κέλσαι 485
κέλομαι 493
κε(ν) 114, 280, 559 sqq.
κενεός 127
κεντ- 456
κέραιε 517
κερασ- 517
κεύθω 458
κη- 416
κηδη- 458
κήδω 458
κῆρ 215
κιαθ- 414
κι- 414
κίδναμαι 180, 518
κικλήσκω 352
κινέω 414
κίνυμαι 414
κίρνημι 517
κιχ- 375, 454
κιχάνω 125, 454
κιχη- 454
-κκ- = -κϝ- 120
κλ- (= κελ-) 493
κλάζω 466
κλαίω 416
κλαυ- 416
-κλεής (adi.) 220
-κλής (nomina in) 219
κλειτός 42
κλείω 42, 417
κλέομαι 417
κληγ- 466
κλι- 390
κλίνω 390
κλυ- 367, 417
κοῖλος 42
κόπτω 395
κορεσ- 521
κορη- 523
κορύσσω 454
κοτέω 510
κοτη- 510
κούρη 126
κοῦρος 126
κρααίνω 494
κρατ- 237
κραγ- 375
κραίνω 494
κρατ- 236
κρέμαμαι 523
κρεμασ- 523
κρη- 517
κρήμνημι 523
κρῖ 242
κριν- 376
κρίνω 495
κτα- 495
κταν- 495
κτείνω 495
κτέρας 217
κτερείζω 465
κτι- 382
κτίζω 382
κτυπ- 376
κτυπέω 376

κυϑ- 458
κυκηών 234
κύρω 486
κῶας 217

λα- (subst.) 237
λᾶας 237
λαγχάνω 478
'λάε 368
λαερός 92
λάζομαι 479
λαϑ- 464
λακ- 476
λανϑάνω 464
λαός 206
λαρός 92
λαχ- 478
λάων 368
λέγω 525
λελιημένος 506
λέλογχα 478
λελυῖτο 302
λεύσσω 528
λεχ- 472
-ληϑάνω 464
λήϑω 464
ληκ- 476
-ληκέω 476
λιγγ- 467
λιλαίομαι 506
λιπί 62, 242
λίς 225
λίσσομαι 460
λιτανεύω 460
λο- 514
λοσσ- 514
λοίω 514
λου- 48, 514
-λσ- 485
λύω 383

μα- 401
μαϑ- 376
μαιμάω 420
μαίομαι 506, 508
μακ- 393, 472
μάλα 547
μάν 587
μαρμαίρω 349
μάρναμαι 504
μάρτυρος 208
μαχέομαι 510
μάχομαι 510
-μβλ- (= -μελ-) 495
μεδέων 458
μεδη- 458
μέδομαι 458
μέδων 458
μέϑυ 228
μείλινος 127
μείρομαι 496
μέλει 495
μέλλω 277
μέλω 495
'μέμβλετο 495
μέμβλωκα 130, 505
μέμονα 401
μέν 587
-μεν (infin.) 321
-μεν' (infin.) 316
-μεναι (infin.) 315
μενοινάω 420
μερ- 496
μερμηρίζω 465
μεσηγύ(ς) 543
-μεσϑα (1. plur.) 298
μεσσηγύ(ς) 543
μέσφα 543
μετά 538
μέταζε 543
μέχρι(ς) 542
μή 558
μήδομαι 458
μηλ- 495
μήν 587
μήτηρ 235
-μητις 241
μιγ- 479
μικρός 181
μεμνῆσκω 452
μίμνω 351
μίσγω 479
μνάομαι (*recordor*) 420, 453
μνάομαι (*memorem facio*) 420, 453
μολ- 130, 505
Mollone 58
μορ- 496
μορμύρω 349
μόρος 130
μοῦνος 126
μυκ- 476
μυκάομαι 476
μώνυχες 58

-ν mobile 114
ναίω 506, 508
νασ- 506, 508
νε- (subst.) 228
νείατος 246
νεικέω 507
νέομαι 511
νέω 418
νη- 228
νηϝις 174
νηλής 219
νηός 206
νῆστις 226
νηῦς 228
νήχω 418
νιφ- 479
νίζω 479
νίσσομαι 511
νίφα 243
νοστέω 512
νόσφι(ν) 544
νοῦσος 126
νυ 114
-νυμι (verba in) 516
νῦν 114
νωίτερος 261

ξείνιος 126
ξεῖνος 126
ξύν 117, 536

ὅ 274
-ο (2. sing.) 296
ὀβριμόπατρα 28
ὀϝέτης 172
ὀδυσ- 513
ὄδωδα 347
οἰ- (verb.) 529
οἰ- (subst.) 225
-οι' (genit.) 200
ὀίγνυμι 477
ὀιζυρός 92
-οῖη (subst.) 191
-οιιν (dual.) 187
-οιο (genit.) 187, 200
οἰόθεν 184
ὀίομαι 512
ὄις 225
-οισ' (dat.) 204
-οισι(ν) (dat.) 187, 204
-οίχομαι 393
ὀίω 512
ὀκνείω 507
ὀκνέω 507
ὀλέκω 503
ὀλισθ- 376
ὄλλυμι 503
ὀλόμενος 376
ὁμ- 546
-ομαι in subi. 303
ὁμαρτέω 546
ὁμαρτήδην 546
ὁμαρτῇ 546
-ομεν in subi. 303
-όμεθα in subi. 303
ὄμνυμι 503
ὁμός 268, 546
ὁμοῦ 546
ὁμῶς 268, 546
-ον = -οσαν 293
ὀνη- 446
ὀνίνημι 446
ὄνομαι 523
ὀνοσ- 523
ὀνοτάζω 523
-οο (genit.) 187, 202
ὀπ- 527
ὀπάζω 482
ὀπιπεύω 528
ὄπι(σ)θεν 116
ὁπλίζω 482
-ορ (neutr.) 215
ὀρ- (*cieo*) 503
ὀρ- (*inspicio*) 528
ὁράω 527
ὀρέγνυμι 472
ὀρέγω 472
ὀρίνω 503
ὄρνυμι 503
ὀροθύνω 504
ὀρου- 504
ὄρφνη 130
ὅς 262, 270
-ος (neutr.) 217
ὄσσε 242
ὄσσομαι 528
ὅ τε 274
ὅττι 120
-ου (adv. in) 548
-ου (genit.) 200
οὖας 218
οὐατόεις 218
οὖδας 218
οὐκί 116
οὖλος 125
Οὔλυμπος 127
οὕνεκα 545
οὔνομα 127
οὐρεύς 126
οὖρος (*terminus*) 126
οὖρος (*mons*) 127
οὐτα- 380
οὐτάζω 380
οὕτω(ς) 118
ὀφείλω 497
ὀφέλλω 496
ὄφρα 549, 558
ὀψείοντες 528

πάγχυ 554
παθ- 401
παιφάσσω 501
παλ-(?) 385
παλάσσω 497
πάλιν 552
πάλλω 497
παλύνω 497
παμφαίνω 501
παμφανάω 501
πανῆμαρ (-έριος) 113
παρά 53, 533
παραί 533
πάρ (= παρά) 53
παρέχῃ 180
παρῄων 41
πάρος 553
παρῴχηκα 393
πάσασθαι 453
πατ- 453
πατέομαι 453
πατήρ 235
Πάτροκλος 220
πείθω 459
πεινάω 420, 443
πελάζω 517
πελασ- 517
πελεμίζω 466
πέλομαι 497
πενθείω 515
πενθη- 515
πεντέϝετες 172
πεπ- 480
πέπονθα 401
πέπρωται 499
πεπτεώς 396
πεπτηώς 346, 475
πέπυσσαι 119
περ 586
περάω 443
περασ- (*vendo*) 518
πέρθω 456
περί 539
πέρνημι 518
πέσσω 480
πετασ- 518
πέτομαι 459

πεύθομαι 464
πεφν- 501
πεφυζότες 475
πήγνυμαι 477
πι- 359, 365
πιθ- 401, 459
πιθη- 459
πίλναμαι 517
πιμπλάνομαι 446
πίμπλημι 446
πινύσσω 454
πίνω 359, 365
πίπτω 396
πίτνημι 518
πιφαύσκω 501
πλ- (= πολ-) 497
πλαγγ- 466
πλάζω 466
πλε- (compar.) 245
πλείω 418
πλείων 245
πλη- (*appropinquo*) 517
πληγ- 475
πλήθω 446
πλήσσω 475
πλοχμοί 57
πλώω 418
πνείω 418
πνίω 418
πνυ- 418
ποθέω 515
ποθη- 515
πολεμίζω 466
πολεύω 498
πολη- 224
πολλός 239
πολύς 239
πόποι 589
πορ- 130, 499
πορθέω 456
πορσαίνω 499
πορσύνω 499
πορφύρω 349
Ποσειδάων 31
ποτί 532
πότνα 57
-ππ- et -π- 120
πρα- 518
πραθ- 129, 376, 456
πρέσβυς 229
πρη- 518
-πρήθω 446
πρια- 380
πρίν 87, 553
προθέουσι 447
Προῆτος 42
προπάροιθε(ν) 544
πρός 532
προσώπατα 243
προτί 532
πρόχνυ 57
πρω- 499
πτ- (= πετ-) 459
πτ- et π- 118
πτα- (*pando*) 518
πτα- (*volo*) 459
πτακ- 475
πταρ- 376
πτη- 475
πτηκ- 475
πτολεμίζω 466
π(τ)όλις 224
πτωσκάζω 475
πτώσσω 475
πυθ- 464
πύματος 246
πυνθάνομαι 119, 464
πωλέομαι 498
πῶυ 228

ῥ' 56
ῥα 56
ῥαδ- 462
ῥαίνω 462
ῥαίω 515
ῥάπτω 343
ῥία 246
-ῥίζω (*mulceo*) 468
ῥίζω (*facio*) 343, 467
ῥεῖα 246
ῥέω 419
ῥιγ- 393 sq.
ῥῆα 246
ῥηγ- 477.
ῥηγέω 394
ῥήγνυμι 477
-ρσ- 485
ῥύομαι 343, 406
ῥυπόω 346
ῥυστάζω 465
ῥώομαι 419

σ mobile in fine 115
σ initiale 178-181
σαλ- 384
σαλπιγγ- 467
σάος 207
σαπ- 389
σβη- 381
-σθα (2. sing.) 288
σκ- et κ- 180
-σκ- 360
σκεδασ- 518
σκίδναμαι 518
-σε (adv. in) 549
σεδ- 460
σείω 419
σεπ- (*dico*) 481
σερ- 499
σεύω 419
-σι (2. sing.) 289
-σι(ν) et -ᾶσι(ν) 359
-σι(ν) (dat. plur.) 209
Σκαμάνδριος 111
Σκάμανδρος 111
σμικρός 181
σπ- (= σεπ-, *tracto*) 482
σπ- (= σεπ-, *dico*) 481
σπένδω 456
σπη- 481
-σσ- (Att. -ττ-) 120
-σσ- et -σ- 119
στα- 399, 445
στάζω 465
στείνομαι 127

στείνος 127
στείχω 377
στερέω 516
στερεσ- 516
στεύται 413
στη- 445
στιχ- 377
-στηρίζω 466
στρέφω 482
στροφάω 482
στυγ- 476
στυγέω 476
στυφελίζω 466
συ- 383, 419
συλάω 444
σύν 117, 536
συννεχές 180
συνοκωχώς 348
σφ- 253
σφάζω 465
σφε 253
σφός 261
σφωίτερος 261
σχεδίην 552
σχεδόν 552
σχεθ- 386

τ stirpi adiectum 118
ταγ- 371
ταλάϝρινος 153
ταλασ- 402
ταλαύρινος 153
τἄλλα 50
ταμ- 499
τάμνω 499
τανύω 500
ταράσσω 395
ταρπ- 483
-τάτω (superlat.) 247
ταφ- 483
τάχα 546
τε 270, 553 sq., 585
τε- (pronom.) 269
τεῖο 259
τεθαρσήκασι 393
τείνω 500
τείρεα 218
τεκ- 473
τελείω 507, 508
τελέω 507, 508
τέρας 218
τερπικέραυνος 130, 484
τέρπω 483
τερση- 509
τέρσομαι 509
-τέρω (comparat.) 247
τεταγών 371
τέτληκα 402
τετμ- 371
τετίημαι 396
τετιηώς 396
τετραφάληρος 28
τετρηχ- 395
τεύχω 473
τή 589
τῆλε 247
τηλόθι 247, 548
τῆμος 549
-την (dual. in) 292
τῆος 550
τίη 269
τίθημι 447
τίκτω 473
τιμάω 409
τίνυμαι 409
τίνω 409
τίπτε 57, 269
τιταίνω 500
τιτύσκομαι 474
τίφθ' 269
τίω 408
τλα- 402
τμαγ- 473
τμ- (= τεμ-) 371
τμη- 499
τμήγω 473
τοῖσδε(σ)σι 265
τοκεύς 230
τορ- 377
-τορίω 377
τούνεκα 545
τόφρα 549
τραπ- (= ταρπ-) 130, 483
τράπεζα 58
τραπέω 484
τραφ- 484
τρέφω 484
τρέχω 528
τριγ- 396
τρηχ- 395
τρίζω 396
Τροίη 41
-τροπαλίζομαι 484
τροπάω 484
τροχάω 528
τρυφ- 389
τρώω 421
τυγχάνω 474
Τυδεύς 230, 232
τυκ- 473
τυπ- 485
τύπτω 485
-τύς 227
τυχ- 473
τυχη- 473
τῷ(τώ) 264
τῶς 263

ὑββάλλειν 54
ὕδωρ 87
υἱ- 235
υἱός 235
ὑμ- 252
ὔμε 252
ὔμμιν 259
ὑμός 261
-υν = -υσαν 293
ὑπαί 533
ὕπατος 246
ὑπείρ 178, 536
ὑπεμνήμυκα 392
ὑπέρ 536
ὑπείρεχον 180, 537
ὑπείροχος 180, 536
ὑπερκύδας 379

ὑπερῷον 41
ὑπνώω 421
ὑπό 533
-υς (subst.) 226
-υς (adi.) 228
ὑσμιν- 238
ὑσμίνη 238
ὑψιπέτηλος 28
-ῦω 404

φα- (*appareo*) 501
φα- (*caedo*) 501
φα- (*dico*) 524
φαγ- 525
φαέθων 501
φαείνω 501
φαέντατος 246
φαίνω 500
φάος 217
φέβομαι 481
φείδομαι 460
φεν- 501
φέρω 529
φεύγω 475
φή 555
φημί 524
φθα- 454
φθάνω 454
-φθείρω 487
φθεω- 381
φθι- 410
φθινύθω 410
φθίνω 410
φιδ- 460
φιδη- 460
φιλ- 441
φιλέω 292, 441
φίλος 262
-φι(ν) 114, 183
φν- (= φεν-) 501
φοβέω 481
φοιτάω 444
φορέω 292, 443
φορμίζω 467
φράζω 462
φρικ- 395
φυ- 383, 402
φυγ- 475
φύγαδε 186
φυλακός 208
φύρω 486

χ' 559
χαδ- 463
χάζομαι 462
χαίρω 501
χαν- 378
χανδ- 463
χανδάνω 463
χαρ- 501
χαρη- 501
χειμάροος 205
χείρ 236
χραισμ- 502
χείσομαι 463
χείω 420
χερη- (comparat.) 245
χευ- 420
χέω 420
χηρ- 502
χραισμη- 502
χραυ- 416
χρηΐζω 421
χρέος 421
χρήομαι 421
χρῆος 421
χρηώ 234
χρήω 421
χρύσεος 87
χρώς 234
χυ- 420
χώομαι 420

-ψύχω 390

ὦ πόποι 589
-ώ (femin.) 234
-ω (genit.) pro -ᾱο 195
ὠθέω 342
ὠκύς 229
-ωμι (1. sing.) 289
-ῶν (genit.) pro -ᾱων 196
-ων (comparat.) 243-245
-φο (genit.) 206
-ωρ (neutr.) 215
ὥς 272
ὧς 263
ὡς 271
ὥς τε 271
-ως (adv. in) 545
-ῶτος (genit.) pro -ότος 397
-ῴχηκε 393
-ώω (verba in) 421

3436-5

This book is a preservation photocopy
produced on Weyerhaeuser acid free
Cougar Opaque 50# book weight paper,
which meets the requirements of
ANSI/NISO Z39.48-1992 (permanence of paper)

Preservation photocopying and binding
by
Acme Bookbinding
Charlestown, Massachusetts

1994

WIDENER LIBRARY
Harvard College, Cambridge, MA 02138: (617) 495-2413

If the item is recalled, the borrower will be notified of the need for an earlier return. (Non-receipt of overdue notices does not exempt the borrower from overdue fines.)



Thank you for helping us to preserve our collection!

3 2044 021 582 341